UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

urn:nbn:de:hbz:466:1-48281

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2875.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MANNA ANIMÆ

SEV

EXERCITIUM

FACILE SIMUL ET FRUCTUOSUM ILLIS, QUI QUOQUO MODO VACARE ORATIONI DESIDERANT.

PROPOSITUM

A

R.P. PAULO SEGNERI

SOCIETATIS JESU,

PRO OMNIBVS ANNI DIEBVS.

Latinè versum ab alio ejusdem Societatis Theologo.

Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis, & facultate Superiorum.

Collegii Socii Jesu Paderbornæ Anno 1760

DILINGÆ,
Typis & Sumpt. JOANNIS CASPARI BENCARD, Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XCIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



REVERENDISSIMO ET ILLV-
STRISSIMO
DOMINO, DOMINO
EUSTACHIO EGOLPHO
Ex Baronibus de WESTERNACH,
Cathedralis Eccleſiæ Augùſtanæ
PRÆPOSITO,
Sereniſſimi Principis & Epiſcopi Auguſtani
CONSILIARIO INTIMO, ET SUFFRAGANEO
EPISCOPO DIOCLENSI,
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME DOMINE, DOMINE GRATIOSISSIME.

R. P. Paulus Segneri Societatis JESU & Orbis Orthodoxi decus ſingulare multa ſcripſit ætate noſtrâ Cæleſtis plena ſapientiæ. cùm ſacrum repræſentat de ſuggeſtu Oratorem, nihil ad eloquentiam facundius: cùm officium exponit hominis Chriſtiani; nihil aptius; cùm in ſacro tribunali tum reum, tum Judicem, & in paſto-

rali munere Sacerdotem instruit; nihil accuratius: cùm incredulos arguit; nihil luculentius: cùm sanctissimam DEI Matrem, aliósque Beatos Cœlites laudat; nihil elegantius dici possit.

Sed multorum judicio simul omnia complexus est in eo libro, quem Manna Animæ inscripsit. docet enim clarè, instruit accuratè, movet efficaciter, terret vehementer, solatur suaviter, laudat eleganter: ubique cum ardore lucem, cum melle aculeum, cum Spiritu Scientiam jungit tam grato temperamento, ut semper placeat. rectè Manna nuncupavit, cùm utilitati serviat, & gustui omnium. certè non de terrâ natam esse, sed de cælo fluxisse, quæ in ipso continetur, sapientiam produnt tum sententiæ, quæ solùm è sacris paginis depromptæ sunt, tum earum tractatio, quæ Cœleste aliquid & Divinum sapit. Hunc librum Italico idiomate ab Authore suo conscriptum, & plurimorum, qui linguam callebant, tritum manibus, nuperrimè Latinitate donatum, quò pluribus serviret, sub Auspiciis tuis in lucem emitto, REVERENDISSIME & ILLUSTRIS-

DEDICATORIA.

LUSTRISSIME DOMINE. Patere ad Gentilitias cassides, & sacras Insulas etiam hanc accedere appendicem non indecoram: quippe cùm & natura, & virtus, & fortuna quoque tot ornamenta & titulos in te unum congesserint, tacitè me commonuerunt non peregrini Numinis favores quærere, neglectis domesticis, sed nomini tuo eum nuncupare, â quo scilicet & præsidij satis, & ornamenti accepturus esset. Istud enimverò est, quod ambit, petítque ab Illustrissimi Nominis & patrocinij splendore liber sumptu & prælo meo iturus ad posteros. Alterum verò, quod idem reddere vicissim cupit, est devoti animi monumentum. Sicut enim avitæ prosapiæ, & tot sacris honoribus, ad quos tua te merita extulerunt, juncta modestia, morúmque suavitas omnium summorum æquè ac infimorum amores & studia sibi vendicavit, ita ego præcipuè inter clientes me obstrictissimum agnosco, atque hoc publico documento testatum volo me esse, & æternum fore

R.me & Illust.me Dominationis Tuæ.

Servum devinctissimum

Joan. Caspar. Bencard.

FACULTAS

Reverendi Patris Provincialis Societatis JESU per Germaniam Superiorem.

EGo Fridericus Ininger Societatis JESU per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, potestate mihi facta à Patre Nostro Thyrso Gonzalez Præposito Generali, facultatem impertior Domino Joanni Casparo Bencard, Sereniſſimi & Reverendiſſimi Principis & Epiſcopi Auguſtani Conſiliario, Academiæ Dilinganæ Bibliopolæ, Conciones Apoſtolicas P. Pauli Segneri Soc. JESU, omniáque alia ejuſdem Auctoris Opera, in Latinum, aut Germanicum translata, aut transferenda typis vulgandi. Simul memorato Domino Jus Cæſarei Privilegij uſurpandi indulgeo, quo Typographis ac Bibliopolis omnibus vulgatos à Societatis JESU Patribus libros, absque Superiorum, Auctorúmque conſeuſu recudendi, vel intra Sac. Rom. Imperij, & Provinciarum Sacræ Cæſareæ Majeſtati Hæreditario jure ſubjectarum, fines importandi copia adimitur. Datam facultatem manu mea, & officij Sigillo confirmo. Dilingæ 19. Septembr. 1694.

(L.S.)

Fridericus Ininger S. J. per Sup.
Germ. Præp. Provincialis.

DECLA-

DECLARATIO OPERIS.

QUiſquis exiguum hunc librum manu tollis, ne graveris, antequam deponas, etiam ejus uſum cognoſcere. Aliàs idem fortè tibi quod Hebræis accidet, qui cùm primâ vice egrederentur promiſſum manna curioſè ſpectaturi, id aſpernati dixerunt: *Quid eſt hoc?* quia nondum deguſtaverant: *Ignorabant enim, quid eſſet.* Pono te illorum eſſe de numero, qui cùm ex unâ Parte ſatis intelligant, quanta ſit Orationis neceſſitas, cibi ſcilicet, ſine quo Anima citò deducitur ad mortem: deinde verò vel negotiorum multitudine, vel debilitate capitis, vel duritie cordis impediti neſciunt evolare in altum contemplationis, atque adeò nunquam intulerunt pedem terræ illi plenæ delicijs, de quâ DEUS in Pſalmo locutus eſt, cùm dixit: *Juravi in irâ meâ, ſi introibunt in requiem meam*: nec habere ſolent guſtum niſi rariſſimum puræ Meditationis, quæ ad terram ejuſmodi inveſtigandam Exploratores præmittit.

Ecce igitur alimentum tibi tuíque ſimilibus accomodatum, quod quaſi in deſerto vos paſcat. Quovis manè, dum conceſſæ lucis primitias, quod æquum omnino eſt, DEO conſecras, accipe ſententiam aliquam ſcripturæ, quæ ſit quaſi cibus electus, pareus quidem, ſed ſucci plenus: tum genu flexus, ſi poſſis, aut, ſi id nequeas, aliâ ratione, ſed decente, poſitus in præſentiâ DEI ſenſim animo revolve, ita ut totum comminuas, & ſic meliùs tum guſtum perſentiſcas, tum ſuccum exprimas. certus eſto, id tibi cum tempore manna fore ſuaviſſimum, ut quod nunc dicitur *Sermo Domini*, nunc *Verbum, quod egreditur de ore DEI*; & quamvis mole minimum, *quaſi ſemen coriandri*, nihilominus à populo non glutiebatur integrum, ſed mortario vel molâ frangebatur, & quoad poterat,

)( )(

rat, *terebatur.* Itaque impensè laborandum, ut penetres veritatem ejus ſententiæ, quantum potes, diſcutiendo ſigillatim per partes, certus nihil ſuperflui manâſſe ex ore Divino, non particulare quidquam, quod non eſſet congruum, non verbum, quod non eſſet proprium. & ubi eam veritatem, tanquam dogma fidei, fueris reveritus, aliis quoque perſuadere tibi ipſi argumentis debes, quæ vel ſumuntur ab exemplis eorum, in quibus ea impleta eſt, vel à conſenſu cum ratione, vel à conformitate cum rectitudine. conſiderare oportet, quas inde conſequentias pro utilitate tuâ deducas, & demum elicere affectus vel pudoris, vel doloris, vel timoris, vel gratitudinis, vel gaudij, vel laudis, vel admirationis, vel amoris, vel fiduciæ, quos materia ſuggeret. ſed ante omnia non eſt omittenda petitio, ſi quidem cura ſalutis te tangat; hæc enim eſt, quæ te locupletat.

Id cùm egeris eo temporis ſpatio majore vel minore, quod hujuſmodi exercitio fuerit præſtitutum, ne patiaris ſententiam illam omnino excidere animo, ſed ejus ſaltem ſpeciem aliquam in mente quaſi mannæ reliquias in vaſe reponito, ut interdiu ſubinde quaſi furtivè redire liceat ad illud ſi non ruminandum ſaltem repetendum, & ejus refricandam memoriam, quemadmodum cum dicto Mannâ eſt factum, quod ſemper ſervabatur in Tabernaculo, non ut pro alimento ſerviret, ſed ſolummodo pro opportunâ memoriâ.

Itaque ut bene vertat hæc animæ tuæ fructuoſa refectio, colligere ſtatui, faventibus Superis, eam annonæ copiam, quæ in totum annum ſufficiat. ſed quia tenuitati meæ amplius non permittitur, ſatis tibi erit, quòd paulatim porrigam per trimeſtria quatuor, quorum accipere nunc primum non dedignaberis. In eorum quolibet invenies ſententiam digerendam, claram, ſuccolentam, ſalubrem, & ſic non ſoli ſpeculationi idoneam, nec ad unum genus perſonarum adſtrictam, ſed omnibus communem, ut, quoad fieri poteſt, omni apta ſit

palato,

palato, omni hominum conditioni, genio, ſtomacho, modò vel parùm ſint habiles ad concoquendum cibum ſolidum, qualis eſt ille ſcripturarum, quas propriis Latinis vocibus adduximus. & quia per annum feſti dies occurrunt, qui facilè cujusvis animum ad ſenſum pietatis alliciunt, in his pabulum reperies ita ipſis affixum & proprium, ut tamen ſemper ordinetur ad uſum. Verum eſt, me in explicandis diſtinctè his ſententiis fortè ſæpius fuiſſe, neſcio dicámne in copiam, an in prolixitatem effuſum. ut ut ſit, nolim ideo me accuſes, dum non ignoras, quot ſint alij, quorum parcior calamus vel mendicitatis vel infelicitatis arguitur, etſi maximo ſtudio brevis eſſe laboret. quanquam, ut verum fatear, non hæc fuit cauſa, quæ movit. Si inſtruendo has dapes aliquando lautitiæ ſtudui, potiùs eorum gratiâ feci, qui inſtar nutricum cibantur, ut cibent. quis autem neſcit, ſi iſtis non ſuppetat alimentum copioſum, difficulter id poſſe derivare in alios. In arbitrio tuo eſt tantum ſumere, quantum tibi conducit. Sicut è contrario, cùm jam ſatur es, atque contentus, non eſt aviditate præpoſterâ quærendum aliud ex his, quæ proximè ſequuntur, ſed in propoſito conquieſce, ſecus accidet, ut non tam nutriaris, quam graveris. Hæc, ſi meminiſti, lex erat, quam DEUs in Deſerto ſervavit cum ſuis. quia, quantumvis manna illis ſuppeditaret non copioſum tantùm ſed ſuperfluum; nolebat tamen à quoquam tolli, niſi quod ſingulis dimetiebatur in dies: *Colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies.*

Quodſi menſe aliquo una ejuſmodi ſententiarum ſuperſit, ſive quia illarum numero non integrè reſpondent dies, uti, cùm feſta Mobilia occurrunt, ſive quia ob ægritudinem, negligentiam, faſtidium, aliámve cauſam ſimilem illâ opportunè uſus non es, relinque tantummodo, uti Manna, quod deſtinato die non uſurpatum altero peribat. & cùm rediveris in conſpectum DEI, primò culpam agnoſce, ſi reus fueris, negligentiæ commiſſæ, dole, erubeſce, & tum reſume exercitium propoſitum

situm à sententiâ, quæ illi diei fuerit præfixa, quin ullo modo ordinem pervertas.

Obsecro, ne unquam, quantum fieri potest, in eam negligentiam prolabaris. nihil petitur, quod non jam multi facillimum esse probaverint. Certè profectus, quem hinc capies, longè erit major labore. Quodsi deinde resilias affirmando, nullum in eo te gustum invenire, cave, quia id proficisci non potest nisi à corrupto Palato. scias porrò Manna se accommodâsse voluntati cujusvis. *Ad quod quisque volebat, convertebatur.* ut adeò idem esset velle accusare Manna, tanquam insipidum, & insuave, ac dicere se malè dispositum.

JANUARIUS

I.

Nomen Domini.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Ps. 39. 5.

1. Considera, quale sit illud nomen Domini, quod peculiari modo firmare debeat spem tuam. Illud utique, quod est super omne nomen: videlicet Nomen Jesu, illud ipsum, quod hodierno die sanguine suo sibi comparavit. Nosse solùm quòd ille gerat hoc Nomen, omnem præbere debet fiduciam: *Sperent in te, qui noverunt nomen tuum. Ps. 9.* non enim ex inani jactantiâ more hominum nomen sibi arrogat Dominus. Nec dici potest Salvator & non esse. Satis est, ut hoc illum sinas agere, quod est: *Scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.*

2. Considera, quàm meritò dicatur *Beatus*, qui spem suam collocat in Domino. Nam in eo collocat, qui est summa Potentia, summa sapientia, summa Bonitas. Et idcirco non tantùm potest, neque duntaxat scit, sed & summopere desiderat optima quæque præstare nobis. Non ita beatus erit, qui spem suam ponit in hominibus. Quin potiùs quàm infelix est ille. Rarò volunt homines aliquid nobis præstare boni: & ut velint, quo modo id præstent, nesciunt; & ut sciant, nequeunt præstare. *Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem, quæ salvare non poterat. Thr. 4. 17.* Et hos tu cupis esse salutis tuæ assertores?

3. Considera, spem suam ita habere in Domino non adeò levis esse negotij, ut primâ fronte videri possit. Et ideo qui felici auspicio ad hoc pertingit, non homo, sed vir appellatur: *Beatus vir.* Quia ad id non vulgari fortitudine opus est, fortitudine, quâ incipias sperare, fortitudine, ne desistas. Multi non incipiunt, quia suâ territi miseriâ, non existimant se magnis recipiendis gratijs idoneos. Multi tantisper incipiunt sperare, sed non pergunt, ceu frustra sperent. Sive quia DEUS suspendit gratias, ut ad illas amplius suspirent; sive quia illas largitur quidem, sed occultè. Non ita tu, non ita. Sed esto semper *Vir*, hoc

est, semper fortis ad sperandum. Quamvis alia quoque est ratio, cur is, qui sperat in Domino, Vir nominetur, quia talis redditur sperando. Et quæ demum est fortitudo animi nisi spes? *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia DEUS susceptor meus es.* Ita DEO dicebat David. Sed quis non videt, cùm ait : *fortitudinem meam*, perinde esse, ac si dicat : *spem meam.*

4. Considera, quis spem istam fructus sequatur. Nempe contemptus bonorum hujus mundi, quorum aliqua Vanitates, alia Insaniæ vocantur. *Vanitates & insanias.* Quibusdam ex his bonis frui licet, & ista nomen merentur Vanitatis, quia nihil firmum & solidum illis subest. Non satiant cor humanum : *Verè mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.* Jer. 16. 19. Alijs non datur frui absque peccato. Et ista non solùm merentur nomen vanitatis sed insaniæ. Quæ enim major insania committi possit ab hominibus, quàm ijs bonis delectari, quæ aliquando vertantur in malum tam grave ? næ isti, *dum lætantur, insaniunt.* Sap. 14. 28.

5. Considera, quàm vili loco habenda tibi sint ejusmodi bona. Nec aspectu quidem dignanda, ut dicitur : *Non respexit.* Eóque majori causâ, quòd facillimè te possint inescare. Naturales insaniæ tales se monstrant, quales revera sunt : sed non ita insaniæ mundi, quas morales dicere possumus. Nam istæ ab innumeris pro sapientiâ habentur. Et idcirco, ut discriminentur ab alijs, falsæ, seu mendaces insaniæ dicuntur. Eo planè modo, quo majores deceptiones vocantur, *Deceptiones falsæ, Incantationes falsæ, Illusiones falsæ*, non quòd in se non contineant veram deceptionem, sed quia illam occultant. Itaque noli flectere oculos ad tales insanias, ne te quoque decipiant. Sufficiat tibi nôsse esse insanias, quas olim illi ipsi nimiùm quantum cognoscent, qui nunc pro sapientiâ reputant : *Cùm sint ligna inaurata & inargentata*, dicebat quondam de Idolis propheta, *scietur postea, quia falsa sunt.* Bar. 6. 50. Idem dici potest de his insanijs. Sunt modò tectæ, sunt quasi inauratæ, & inargentatæ. Quid porro ? nonne tempus veniet, quod fraudem detegat ? audi, quomodo illorum sectatores vociferentur è profundo inferni : *Ergo erravimus à viâ veritatis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Sap. 5. Nisi quòd hi insani Soli tribuant, quòd erraverint.

II.

Ego Dominus DEUS tuus docens te utilia. Isa. 48. v. 17.

1. Considera honorem singularem, quo DEUS te dignatur, dum ipse esse tibi vult magister orandi : ibi scholam tibi aperit, in quâ singulari quodam modo te observat, te dirigit, te instruit, ut dicere de se possit : *Ego Dominus DEUS tuus docens te.* Quando tibi de Cathedris loquitur, ipse sine dubio est, qui te erudit, sed ad modum Præceptoris publici, qui simul pluri-

pluribus servit: & cùm in oratione te docet, fit magister tuus singularis & proprius, qualis esse solet Magnatum: proinde quantò major hic honor est, quem tibi præstat? an non ruborem tibi excutit cogitanti, quòd DEUS tantæ Majestatis eò usque se demittat? & tu tamen quomodo scholam hanc amas, quomodo frequentas? quàm sedulus es in lectionibus excipiendis?

2. Considera, quales sint istæ lectiones, quas DEUS tradere consuevit, non curiosæ, non acutæ, non sublimes, sed utiles: *Ego Dominus DEUS tuus docens te utilia.* Lectiones ordinatæ ad mortificationem effrenium cupiditatum, ad extirpationem vitiorum, ad exercitium virtutum, ad unionem cum DEO arctiorem obtinendam. Et idcirco hoc esse oportet præcipuum signum, è quo, an bona sit oratio, licear æstimare. Non lumina, non lacrymas, non quietem, sed fructum, qui in opere resplendeat. Si ex ejus usu referas plus mortificationis, plus fortitudinis, fervoris, & conjunctionis cum DEO, certissimum indicium est DEUM esse, qui te docet, etsi non semper teneat eundem modum docendi. At si ex oratione nullum capias sanctioris vitæ profectum, suspecta tibi sit; quia in hac scholâ omnis speculatio ordinatur ad praxim.

3. Considera, quâ ratione Dominus, ut major esset utilitas Magistri, non verbis duntaxat te voluerit erudire sed & exemplis: unde & humanâ carne se induit: *Ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.* Is. 52. 6. Non est igitur necesse laboriosè circumspicere, ut veram invenias regulam operandi, quemadmodum veteres Philosophi faciebant. Solùm specta, quid Christus egerit in illo particulari negotio, de quo dubitas. Habes illam coram te: *Ecce adest*; omnes aliæ regulæ aut falsæ sunt, aut non ita tibi accomodatæ. Hæc promptissima: oculos figamus in operibus Christi: *Erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum.* Is. 30. 20. Nihil accidere tibi poterit, in quo, si attentè meditari soleas vitam Christi, non illi co occurrat idoneum documentum. Unde dicitur, *Tentatus per omnia*, ut scias, quomodo te geras in experimentis, quæ DEUS de te sumit, nunc per prospera, nunc per adversa, nunc per ipsos dæmones, qui te infestant.

4. Considera unam esse hujus Magistri prærogativam, quæ non conveniat alteri, videlicet, ut non solum documentum præbeat, sed & capacitatem tribuat: *Intellectum tibi dabo, & instruam te.* Ps. 81. Alij Magistri *instruunt* equidem, sed *non dant intellectum.* Iste & doctrinam tibi dat, & simul cum doctrinâ intelligentiam largitur. Vide igitur, quanto studio adire te deceat Scholam tam bonam, Scholam, inquam, Orationis, in quâ nemo quantumvis rudis, iners, & idiota non proficit. Non est humilitas sed ignavia, quæ ab illâ sæpe te avertit. Cetertùm non ignoras simplices puellas vitæ puritate eò provectas esse, ut in oratione arcana caperent etiam doctis penitus ignota. Quodsi adhuc tergiverseris, & abhorreas à Scholâ, quia diffidis posse opere præ-

stare, quæ mente percipis, scias eam esse hujus Magistri excelentiam, ut non tantùm docilitatem daturus sit ad discendum, quod modò dicebam, sed & vires ad exequendum. *In scientiâ suâ justificabit ipse justus servus meus multos.* Is. 53. 11. Et ubi, quæso, unquam præceptorem vidisti, qui scientiâ suâ justum faciat? monstrat equidem modum, quo fias, sed non facit, ut sis justus. Solus JESUS est, qui scientiâ suâ justificat, dum sub ipsum tempus orationis, quo instruit intellectum, cordi affectum tribuit, virtutibus, quas docet, consentaneum, compunctionis scilicet, charitatis, & propositi eas amplectendi, ut justus efficiaris. Et tu non æstimabis Magistrum adeò singularem? Philippus se felicem reputabat, quòd eâ ætate sibi natus esset Alexander, quâ illi dare posset Aristotelem præceptorem: ingratissimos Christianos, qui felicitatem suam ignorant!

III.

Va vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Luc. 6. v. 25.

1. COnsidera, quàm justè Dominus adeò severè reprehendat illos, qui nimiùm nunc rident, séque liberè vanâ confabulatione, cantu, saltu, lusu, Venere delectant, quærentes semper materiam lætandi. Satis est spectare, ubi, quando, & cur rideant. Si spectes, ubi rideant; videbis eos ridere in Valle lacrymarum, ubi non est aliud reperire nisi miserias, aut scelera, quæ meritò debeant nobis lacrymas ciere saltem ex commiserationis affectu erga proximum nostrum: unde rectè misera hæc terra dicitur *Locus flentium.* Jud. 2.

Si spectes, quando rideant; illico videbis eos ridere præter tempus; quia DEUS non præsentem vitam sed futurum risibus destinavit. *Tempus flendi*, ait ille, *& tempus ridendi.* Præcedit planctus, subsequitur risus: isti verò tam pulcrum ordinem pervertunt, & quasi vertunt noctem in diem. Denique si spectare juvat, cur rideant, videbis eos ridere de rebus potiùs dolendis: *Lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

Quantò amplius crescit malum, tantò etiam crescere tristitiam oportet. Et illi alia omnia agunt. Gaudent in rebus malis; exultant in pessimis. Ecce quàm iniquus hic risus in loco miseriæ, in tempore tristitiæ, in operibus malitiæ. Et tu eum illis invidebis?

2. Considera grande supplicium, quod his miseris jam est denuntiatum à Christo. *Va vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.* Luctus ad animam pertinet, fletus ad corpus, summè simul affligendos ijs pœnis, quas apud inferos sustinebunt, unâ damni, alterâ sensûs. Itaque primò luctum expende, qui ad animam spectat ob pœnam damni. O luctum incomparabilem! nemo illum satis æstimare potest, nisi qui priùs intelligit, quid sit DEUS. Plurimi in hac terrâ non admittunt solatium, quia primogeni-

geniturâ, boni alicujus possessione, vel aulici muneris dignitate exciderunt; quis igitur erit dolor æternùm excidisse bono infinito? hoc efficiet, ut imaginatio semper affligatur tristissimâ specie ejus boni, quo in cœlo beati fruuntur, quódque majus est ipso malo inferni: ut affectus omnes, nempe invidia, ira, mœstitia, tædium, terror, desperatio, furor simul quasi effracto carcere erumpant: ut memoria cruciet vivacissima recordatione ejus temporis, quo poterat tam facilè obtinere tantum bonum, & obtinere neglexit: ut intellectus caliget turbidus, inquietus, & pertinax in sententiâ DEUM nimis esse injustum. Ut Voluntas eidem obstinatè consentiat, approbétque cuncta peccata, quæ commisit, imò in ejus contemptum plura commisisse desideret, optétque, ut, quisquis illum amat, adorat, aut nominat, oderit potiùs, nec solus ipse maledicat. Cogita paulisper conditionem cordis, quod luctus hic occupat.

3. Fletum considera, qui ad corpus attinet ob pœnam sensûs. quas lacrymas non eliciet oculis miseri atrocissimus viscerum dolor, qui illum torquet, versat, lancinat in illo suo strato instar colubri. Et quid erit illud, quod damnatorum quilibet in ventre geret? Ignis urens. *In ventre impij ignis ardebit.* Eccl. 40. Quodsi jam ab interioribus corporis lubet progredi ad externa; ecce tibi mala cuncta quantumvis contraria consentire in unius Rei supplicium, capitis, oculorum, aurium, dentium, pectoris, podagræ, calculi, nervorum, vesicæ, ulcerum, apostematum dolores; adhæc, perinde si nihil essent mala recensita, accedere tormenta, quæ dœmones nunquam cessant ingerere. O quàm amara profundent fluenta lacrymarum illi miseri damnati, cùm senserint ossa sua quasi in equuleo distendi, teri, discerpi, comminui, alijsque laniari modis, quos nos verbis possimus adumbrare, non exprimere. Tunc enimverò luēt antiquum risum, eóque magis, quòd risus brevis, utpote intempestivus, in fletum versus sit æternum.

IV.

Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem: in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Eccl 11. 3.

1. Considera, te esse famosam illam arborem, de quâ sermo est. Si excisus cecideris ad Austrum, manebis ad Austrum; si excisus cecideris ad Aquilonem, manebis ad Aquilonem. Nulla spes est amplius mutandi stationem. Aut semper princeps in solio, aut semper servus in compede, aut semper lætus, aut semper tristis, aut semper gloriosus, aut semper infamis. In hac cogitatione fige animum.

2. Considera, si oppidò scire cupias, quam in partem ipse casurus sis,

id facilè adverti posse. Vide, in quam partem inclines. Cùm arbor secatur, in quam partem hæc cadit? in illam utique, in quam propendet. Si versus Austrum inclinet, cadet ad Austrum; sin ad Aquilonem pendeat, cadet ad Aquilonem. Tu semper ad Aquilonem propensus es, & speras tamen, cum fueris excisus, cadere ad Austrum? O quanto te invenies aliquando errore deceptum!

3. Considera; si velis, adhuc tempus superesse, ut bene te flectas, saltem cum violentiâ, quam tibi facias. Sed ne cuncteris, quia arbori compararis. Quis ignorat, istam senescentem augere cum ætate duritiem? Nunquam satis capies, quantum in morte possit vis habitûs contracti seu boni seu mali.

V.

DEus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Jac. 4. 6.

1. COnsidera, qui sint illi, quibus nos solemus resistere. Illi sunt, qui nostra nobis eripere contendunt. Cùm aliquis injustè tollere vult nobis vitam, aut honorem, aut opes: tunc enimverò totis viribus illi nos opponimus. Unde nunc facilè intelliges, cur dicatur Dominus resistere superbis: *superbis resistit.* Quia superbi auferre volunt, quod est DEI. O quàm infamis es prædo, si vel propter opes, quas possides, vel propter scientiam, aut sapientiam, aut facundiam, vel propter ipsum Virtutis exercitium superbis, & alios contemnis, tibi ipsi blandiris, te ostentas, tibi places in tam variâ & multiplici tui specie. Quidquid in te notas boni, nonne totum est ex DEI munere? *Quid habes, quod non accepisti?* Et si DEI donum est, cur extolleris, quasi tuum id esset meritum? *si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ita est, ad virtutis actus etiam tu concurris liberi arbitrij vigore. Sed hunc ipsum concursum DEO debes in acceptis, quia ille facit, ut concurras, etiam quoad libertatis modum, qui tibi tribuitur. *DEUS est, qui operatur in te velle.* Nonne & corpus concurrit ad exercitium videndi, saltandi, digladiandi, & adeò immodicè garriendi? & tamen dementia foret, si horum quidquam tribueret sibi, non animæ, à quâ regitur. Nunc vide, quid sit arbitrium liberum sine gratiâ Divinâ. Corpus est sine animâ. Nihil potest, & etsi nihil possit, potest peccare, potest perdere se ipsum, potest perire. Beatum te, si penitus te immiseris in hanc penetrandam veritatem. Quantopere te confundent tot furta, quæ adversus DEUM tuum quotidie patrâsti.

2. Considera, quam obcausam dicatur DEUS humilibus dare gratiam, gemmam adeò pretiosam. Quia novit se illam deponere in fidis manibus. Humiles sunt Depositarij fideles, non auferunt, non usurpant, non se locupletant ex his, quæ non acceperunt nisi in obsequium ejus Domini, qui dedit. Unde libentissimè dat humilibus

bus omnes divitias, *& emittit fontes in convallibus*; non ignarus omnia reditura ad thesaurum domesticum, & flumina illa non hærere in vallibus, sed in mare redundare. O quàm æquum est Dominum suæ gloriæ esse Zelatorem! omnibus incumbit studium Veritatis. Si DEUS tibi tribuere vellet vel minimam gloriæ suæ portionem, mendax foret. Hinc est, quòd tantùm DEO placeas, quantum te humilias, quia dicis veritatem.

3. Considera, cùm arduum quoddam negotium, quod redundet in honorem Divinum, suscipis, curandum esse, ut hac cogitatione priùs te exerceas: *DEVS superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Oportet scilicet tantisper colligere te ipsum, cognoscere proprium nihilum, debilitatem tuam, ignorantiam, & culpas tuas, téque de his animitus arguere coram DEO: tum persuadere tibi ipsi, ideirco placiturum DEO operari tecum, quia tantò magis apparebit ipsum esse solum, qui operatur. Numquid ipse est, qui *ostendit divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ*, hoc est, in instrumenta præ alijs misera & maligna, ideóque per meram misericordiam suam electa? Hac igitur vivâ animatus fiduciâ generosè aggredere difficultates, quæ terrent, securus, etsi te ipso vincere illas nequeas, victurum tamen, quia tecum habes omnipotentem: *Eris omnipotens contra hostes tuos.*

VI.

Idem Dominus omnium dives in omnes, qui invocant illum. Rom. 10. 12.

1. COnsidera, quantum solatij afferre debeant verba ista. Dominus est æqualis omnium Dominus. *Idem Dominus omnium.* Omnes vocat, omnes recipit, omnes amplectitur, & ex æquo se benevolum omnibus exhibet. Et hinc cernis, quomodo vix natus, talis, qualis revera est, æqualis omnibus velit apparere, *Rex omnis terræ DEVS*, dum ad pedes suos admittit tam vicinos, quàm procul positos, Judæos & Gentiles, pastores, & principes, idiotas, & sapientes, simplicissimos quosque & sagacissimos, perinde grata habet inopum tributa è lacte, ac divitum ex auro. Quid igitur tu formidas? si hic Dominus est idem Dominus omnium, consequens est, ut sit etiam tuus. Unde de te quoque cogitabit, tibi quoque providebit, tibi se monstrabit herum propitium, modò illum non asperneris. Sed hoc sanè periculum est, ne etiam ejus famulatum erubescas, dum Regem tuum in stabulo intueris. Imò verò si unquam aliàs nunc potissimùm devotè ad ejus pedes te prosterne cum sanctis regibus, & ibi fastum tuum demitte. Nam si ipse Majestatem suam posuit, gratiâ tui posuit, nempe ut faciliùs illi posses propinquare, illi loqui, illum habere in potestate, illi commendare

te

te ipsum tanquam Domino adeò bono, ut propter te fieri non recuset etiam servus. O probrum! ille, qui æqualiter est omnium Dominus, *Idem Dominus omnium*, æqualiter fit omnium servus: & tamen non omnes æqualiter illi servire dignantur.

2. Considera hunc Dominum esse divitem. *Dives*: quam dotem servi in Domino maximè requirunt. Et quis alius Dominus unquam extitit, qui verè dici posset dives? Dives est, qui nullius indiget. At inter homines etiam ditissimi quantis quotidie indigent? Unde ipsis divitijs se spoliant, ut reperiant, quo illorum necessitatibus satisfiat, stipendia largiendo tot agricolis, artificibus, famulis. Solus DEUS est, qui nullius indiget, quia in se ipso complectitur omne bonum. Ad hæc verum quidem est multos Principes esse divites, sed alieno. Subditi sunt, qui suis illos opibus sustentant. His deficientibus etiam ipsi fierent pauperes more aliorum. Solus DEUS est dives de suo. Neque solum nihil à quoquam recipit, sed omnibus dat: *Dives in omnes.*

3. Considera homines divites ut plurimùm reddi avaros. Dominus non solùm avarus non est, sed nec esse potest. Proinde vides non hîc dici, quòd sit *Munificus in omnes, qui invocant illum*, sed *dives*, quia in ipso nulla est inter utrumque differentia. Idem est esse divitem, & esse liberalem, eò quòd ipsius divitiæ adeò sint inexhaustæ, ut, quantumcunque derivetur in alios, nihil ipsi decedat. Et hinc est, quòd non modò sit dives *in aliquos* sed *in omnes*. Veniant sanè, quotcunque volunt, ut sibi prospiciant, nihil cuiquam deerit; Ejus divitiæ non sunt facultates ærarij, ut illæ hominum, sed fodinæ, & quidem inexhaustæ.

4. Considera Dominum esse quidem liberalissimum, at non sine conditione, quam exigit: vult rogari. *Dives in omnes, qui invocant illum*, quia largiri cupit stipem, eámque copiosam, sed nonnisi postulatam etiam instanter, etiam importunè: *sine intermissione orate.* Quod cùm proficisci nequeat ex avaritiâ, utpote in illo, qui dando nihil perdit, ex amore proficisci necesse est. Ille præsentiam tuam tantopere desiderat, ut faciat te suspirare gratias, quas requiris. An non vides, quid agas, cùm peregrè Lauretum vadis? si parvulus occurrat inops sed indolis excitatæ, qui eleemosynam à te petat, das equidem, sed gaudes illum tantisper facere & habere sequacem. Ita facit DEUS, vult nonnihil deliciari tecum: *Delicia mea esse cum filijs hominum.* At quomodo in hoc non summopere erubescis? Videtur ita potiùs illi tecum agendum, quemadmodum tu soles agere cum illis mendicabulis sordidis, & inficetis, quibus eleemosynam citò projicis, ne necesse sit eam à te postulare.

5. Considera, quæ causa subsit, quòd, cùm Dominus, ut dicebam, *dives sit in omnes, qui invocant illum*, tam multi petant, & non impetrent. Manifesta causa est, quia *non invocant illum.* Sanitatem petunt, prolem petunt, prosperitatem petunt, alia ab ipso distincta bona petunt, atque ita *In-*

vo-

vocant ab illo, sed *non invocant illum*. *Non me invocâsti Jacob.* Isa. 43. 7. Quid est invocare Dominum, nisi rogare, ut venire ipse in te velit. Qui ita supplicat, certissimò exaudietur. *Invocabit me, & ego exaudiam eum. Non mea*, sed *me*. An non existimas te Domino tuo injuriam facere maximam, cùm aliud potiùs quàm ipsum petis? & tamen quanto ardore ab illo non nunquam postulas hujus terræ bona, & dein frigidissimè poscis ejus gratiam, auxilium, amorem. *Non est, qui invocet justitiam.* Is. 59. 4. Nihil unquam ab ipso petas præter ipsum, nisi hac expressâ conditione, ut non obstet, quò minùs habeas ipsum.

6. Considera ulterius, quotiescunque à Domino ex corde postulas vera bona, qualia sunt spiritualia, illum semper exaudire, sed non semper exaudire apertè, unde mirum non est, si tibi videaris non esse exauditus. Dominus est Eleemosynarius maximus, *Dives in omnes, qui invocant illum*, sed etiam occultus. Vult in se quoque observare, quod ab hominibus exigebat, cùm diceret: *Noli tubâ canere ante te.* Et ita, quamcunque multæ sint eleemosynæ, de quibus constat, semper tamen plures sunt, quas ignoramus. Oportet igitur nunquam despondere animum. Fortè enim jam impetrâsti, sed cavet Dominus, ne advertas, ut porrò petere non desistas. Tu stipem dare potes inopi, ut alij non advertant: at facere non potes, ut nec ipse advertat, qui eam recipit. Id facere DEUS potest, & verò etiam facit non rarò. Atque hoc est maximum secretorum.

7. Considera, cùm coram DEO re sistis, opus esse, ut appareas instar mendici coram Eleemosynario, qui sciatur esse liberalissimus, *Dives in omnes, qui invocant illum.* Et ita non est, quod miseria tua reformider. Non enim necesse est ad eleemosynam impetrandam aliud genus meriti nisi solius fiduciæ, quam repositam habeat in divite. De reliquo sufficit esse pauperem. Imò quò pauperior est, eò majorem habet titulum impetrandi: Unde adeò miseria tua non debet absterrere, quod modò dicebam, ut potiùs debeat animare. *Ad quem respiciam*, ait ille per Isaiam, *nisi ad pauperculum? c.* 66. 2.

VII.

In timore Domini esto tota die, quia habebis spem in novissimo.
Prov. 23. 18.

1. COnsidera ingentem fructum, quem secum affert sanctus DEI Timor, habere scilicet in morte fiduciam, *in novissimo.* Universalis hæc est regula multiplici experimento comprobata. Illi, qui in vita audacissimi, dum peccant, Divinam misericordiam sibi pollicentur, in morte nec audent quidem illam invocare, omnes desperatione vel saltem diffidentiâ pleni sunt. At quibus erat conscientia timidior, majore animo procedunt.

cedunt. Quorum è numero sis, vide.

2. Considera, ut in morte hanc fiduciam consequaris, non sufficere in præsens timorem DEI ordinarium; oportet esse eximium. Unde non dicit: *sit in te timor Domini totâ die.* Sed: *esto in timore Domini totâ die.* Oportet enim timorem Domini esse instar maris, quod te ita circumfundat, ut in eo demersus evadere non possis. Hoc verò quamdiu? à manè usque ad vesperam, non *Singulis diebus*, sed *totâ die.* Sit hic timor non frequens tantùm sed continuus.

3. Considera, hoc demum esse, quod promittitur habenti tam insignem Domini timorem, habere in morte fiduciam. *Habebis spem in novissimo.* Non ait: *Habebis securitatem*, sed *habebis spem.* Quia nec ipse quidem hic timor reddere te securum potest. Quod si ita est, quid illis fiet, qui nihil habent timoris? an scelerati habere poterunt securitatem, dum Sancti præter spem nihil amplius habebunt.

VIII.

Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum vovens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus Exercituum. Mal. 1. 14.

1. Considera, quis sit ille Dolosus hîc loci maledictus. Is est, qui relinquit bonum masculum, hoc est, regulæ, officio, menti directoris sui consentaneum, ut faciat aliud debile, hoc est, genio suo accomodatum. Habent devotiunculas quasdam singulares, flagellationes, jejunia, preces, maximè vocales, & in his reculis suis erunt solertissimi, & dein negligentissimi in his, quæ illorum regula præcipit. An non vides DEUM illis non benedicere, sed maledicere? sine illos, nullum enim unquam facient profectum. Tu verò cura illa præcipuè observare, quæ promisisti.

2. Considera, eum, qui agit in hunc modum, impostorem dici; *Dolosus*: quia prætendit quasi imponere Domino, faciendo, quod videatur spirituale, videatur sanctum, cùm revera non sit. Et reipsâ populum decipit, qui sæpe certa quædam opera pietatis singularia & exotica miratur magis, quàm compositam ex regulæ præscripto vitæ rationem. Cave, ne & tu incidas aliquando in hos Dolos. Vera virtus est primo loco servare legem, cui quisque subjectus est. *Si diligitis me, mandata mea servate.* Jo. 14. 19.

3. Considera, quidquid hactenus dictum est, speciali modo ad illum pertinere, qui *Votum facit.* Religiosum dico: nam secularibus magis concessum est agere boni aliquid pro gustu & arbitrio suo, quamvis ex hoc ipso capite illorum bona semper minoris sint meriti. Hinc est, quòd in sacrificijs voluntarijs DEUS admiserit etiâ victimas defectuosas, quibus in hunc finem essent præcisæ aures, trun-

truncata cauda, ut in Levitico legitur c. 22. At eas non admittebat in Votivis, quia, qui liber est, offerre potest victimam sinè auribus, hoc est, facere aliquid boni operis, quod non sit exactum ad obedientiæ legem. Offerre potest victimam sinè caudâ, hoc est, inchoare opus bonum, & postea destituere. Non ita religiosus. Huic enim omnia agenda sunt, ut jubentur, & ad finem perducenda. Sed hæ sunt gratiores victimæ.

4. Considera, etiam seculares non rarò huic maledicto esse obnoxios; quia etiam in his, quæ facere obligantur, id, quod deterius est, DEO tribuunt. Atque ita DEO sacrificabunt feminam, quam ad claustra vocari animadvertunt. *Immolant debile Domino.* Sed nolunt sacrificare masculum, nisi fortè hic ipse in genere suo sit ineptus, distortus, stolidus, & ad familiam provehendam parùm idoneus. Secus omnino retinere illum sibi allaborant. O quàm fœdus hic est agendi modus cum tanto Domino: *Rex magnus ego, dicit Dominus Exercituum.*

IX.

Quæ est vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iac. c. 4. 14.

1. Considera nihil esse tam vile, vanum, & instabile, quàm sit vapor omni auræ obnoxius. Et talis est vita hominis: *Vapor est.* Quot casibus illa tibi potest eripi, etiam cùm minimè expectas? Unâ guttâ, quæ de capite decidat, unâ suffocatione Catarrhi, unâ pectoris oppressione, uno venenati animalculi morsu. Quâ igitur ratione æternum te reputas? *Dixisti: in sempiternum ero Domina: neque recordata es novissimi tui.* Isa. 47. 7.

2. Considera, vaporem subinde virtute Solis elatum pulchrum sui spectaculum facere. Sed quàm diu id durat? *Ad modicum.* Non potest sustinere se ipsum. Subitò cedit, repentè cadit, & resolvitur in nihilum. Itaque noli oblivisci tui nihili, si fortè nunc te in alto positum contemplaris: *Elevati sunt ad modicum, & non subsistent.* Job. 24. 35. Hodie conspicuus, cultus ab omnibus, amatus, adoratus, cras pabulum eris vermibus in sepulcro. O quis exitus te manet! qualis est vaporis. Quot fuerunt in hoc mundo exercituum Ductores: quot magni Principes, quot Mõarchæ, quorũ nec memoria supereſt? de te quid erit?

3. Considera, quæ igitur tua sit dementia, si tantopere labores pro vitâ adeò caducâ. Finge tibi duo hominum genera incolere hanc terram, unum eorum, qui more nostro paucos post annos moriantur, alterum eorum, qui nunquam moriantur. Si isti videant illos plantando, fabricando, negotiando, thesaurizando anxiè laborare, quàm illorum vesaniam ridebunt. Nobis, inquient, curas istas relinquite, qui sumus immortales, vos contenti his, quæ sufficiunt sustentationi vitæ tam brevis, potiùs satagite, ut ad mortem vos præparetis. Profectò non minùs ri-

su digni nos sumus, quamvis, uti omnes mortales sumus, ita communem omnibus stultitiam facilè invicem condonamus.

X.

Dicebant DEO: recede à nobis, & quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant eum, cùm ille implêsset domus eorum bonis. Job. 22. 17.

1. COnsidera, fœdum agendi modum, quem tot homines adversus DEUM quotidie usurpant. Quoties accidit, ut nihil de ipso jam scire velint, ut illum dedignentur, ut contemnant, ut dicere illi non vereantur: *Recede à nobis.* Ipso interea bona omnia largiente: *cùm ille implêsset domus eorum bonis.* Potentissimi quique, pecunioſi, robusti, & qui maximè florent in hoc mundo, hi sunt, qui continuò præ alijs peccant. Ecce quid possit ingratitudo humana, nempe DEO reddere pro bono malum. Deplora hunc excessum, & detestare, tanquam summum, ad quem pertingere homo possit.

2. Considera benignitatem Domini, qui se repellentes à tergo insequitur: unde illis necessitas imponitur clamandi: *recede à nobis:* quia vident ipsũ lateri hærentem. An & tu ita illi dixisti aliquando? si non verbis, ah quoties id illi operibus dixisti, non admittendo ejus in oratione commercium, inspirationes non amplectendo, incitationes non acceptando, nec curando, ut illum crebrò reciperes in sanctissimo Sacramento. Si ille unquam te deseruit penitus subtractâ gratiâ, certissimum tibi sit, illum à te semper rusticè repulsum. Nunquam ille discedit prior, necesse est ut audiat dicentem: *Recede.*

3. Considera causam hujus opprobrij, quod DEUS patitur, quæ noa est alia, nisi quòd homines in prosperitate putent illo sibi opus non esse: *Quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant eum.* Sed quæ ista stultitia est? si Dominus est, qui domos illorum implevit bonis, quibus fruuntur, an non idem est, qui eas possit vacuare? Omnipotens est. igitur facillimè potest. Sed hæc est dementia fortunatorum: *Quasi nihil posset facere omnipotens, æstimabant eum.* Cùm ipse sit, qui dedit, quidquid habent. *Cùm ille implêsset domos eorum bonis.*

4. Considera, quàm parùm proinde curanda sit humana prosperitas cogitanti, quàm illa trahat tam manifestum contemptum ipsius DEI. O quantò satius est habere potiùs inanem domum, quàm opulentam, quàm redundantem. Non ita malè tractabant Dominum isti impij; *cùm ille impleret domos eorum bonis*, sed *cùm implêsset.* Donec multa restant bona, quæ possint accipi, amatur DEUS, recitantur preces, fiunt promissa, aliquod obsequij genus exhibetur. Cessant ista; cùm impleta est domus.

XI.

XI.

Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua Domine, in nihilum computabitur. Sap. 9.6.

1. COnsidera, quanta sit tot hominum vanitas, qui tantopere insudant omnibus alijs aquirendis dotibus eâ solâ exceptâ, quæ momenti est maximi. Quot scholæ semper patent discendis artibus cantandi, equitandi, digladiandi, & omnes eò properant. Quis est, qui currat ad aliquam, in quâ unicè doceatur sanctus DEI timor? & tamen hæc demum est vera sapientia. Quia vera sapientia est nôsse dirigere actiones suas ad ultimum finem. Hac quisquis caret, quantumvis cetera *consumatus inter filios hominum*, nihil valet: *In nihilum computabitur.*

2. Considera, non dici absolutè; *in nihilum computabitur*, qui possidebit dotes modò recensitas, sed qui eas possidebit absque timore DEI sancto: *si abfuerit sapientia Domini.* Nam alioquin illæ ipsæ dotes obtineri cum merito possunt. Ecce igitur regulam statuendi, quales sint illæ artes, illa munia, illæ curæ, quibus impendendus est labor, illæ scilicet, quibus juxta conditionem status facilè Divinam hanc sapientiam possis copulare. Illas verò, quæ istam socieratem respuunt, omitte.

3. Considera de eo, qui hac Divinâ destitutus est sapientiâ, absolutè dici: *In nihilum computabitur*, ut intelligas, qualis sit moneta, cujus in cœlo est usus. Quæ autem illic æstimatio de militari virtute Alexandri, de elegantiâ Cæsaris, de eloquentiâ Ciceronis, vel astutiâ Politicâ Tiberij? *in nihilum computabitur.* Unum mendicabulum, quale erat Lazarus, idiota, luridus, lacer, ulceribus plenus pluris sit, quàm grandes illi omnes simul juncti. Credísne hanc veritatem? Unde igitur est, quòd opere non exerceas? Una stipula, quam de terrâ levas ex amore DEI, una scutella, quam eluis, unum probrum, quod toleras, unus actus etiam minimus mortificationis, humilitatis, obedientiæ, charitatis plus æstimationis in cœlo tibi conciliat, quàm si Plato aliquis extitisses.

XII.

Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Luc. 13. 24.

1. COnsidera, non adeò facilem esse aditum paradisi, ac nonnulli sibi fingunt. Hoc opus, hic labor est. *Contendite*, inquit Christus. Equis igitur sustinendus conflictus? ille, qui esse solet inter sensum & spiritum. Sensus cuperet non intrare per portam tam angustam, qualis est mortificationis, humilitatis, obedientiæ, pœnitentiæ. Spiritus agnoscit necessarium esse, ut per eam intres, cùm per eandem ipse Christus intraverit. Atque

ita semper invicem contendunt, & ad summam angustiam, & quasi Agoniam hominem reducunt. Hinc est, quòd, uti Latinus interpres ait : *Contendite*, Græca phrasis majore Emphasi dicat : *Agonizate*. Magno proinde animo opus est, quia de re agitur summi momenti. Beatus eris, si intres, miser, si non intres. Aut intrare necesse est, aut damnari : *Contendite intrare*.

2. Considera multos esse, qui quærunt intrare in Paradisum, & ideo viriliter cohrendunt, & tamen non intrant, quia non perseverant in pugnâ usque ad finem. Quid igitur illis fiet, qui non quærunt, & ad primum congressum sensui succumbunt? an istos intraturos credis?

3. Considera, qui sic agunt, non solùm non intraturos in paradisum, sed neque, cùm volent, poterunt intrare : *quærent intrare, & non poterunt*. Causa est, quia non poterunt certare. Deprehendent se semper sensui dedisse victas manus, unde cùm propinquante morte dare illas volent spiritui, renunciando amori mulierculæ, pecuniæ, honoris, adeò vires suas sentient enerves, ut moraliter nihil possint : *non poterunt*. Proinde si in illo articulo facilè consequi salutem velis, operam dabis, ut modò Spiritus affluescat non solùm dimicare cum sensu, sed & vincere.

* * *

XIII.

Irritam quis faciens legem Moysi, sinè ullâ miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium DEI conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Heb. 10. 20.

1. COnsidera, quantò major sit Novæ Legis præstantia quàm Antiquæ. Et tamen quisquis præceptum violabat Antiquæ, si criminis convictus esset, absque spe veniæ moriebatur, lapidatione, vel rogo, vel suspendio interempus, juxta illud : *Morietur, nec misereberis ejus*. Deut. 19. Quantò igitur magis : qui transgreditur præceptum aliquod Novæ Legis, dignus foret gravissimo quoque supplicio? Et tibi aliquando dura videtur una pœnitentia, quam tibi Conscientiæ arbiter imponit,

2. Considera eum, qui peccat in orbe Christiano, non repugnare qualicunque Legislatori, sed ipsimet DEI Filio. Ita est, duplex est peccandi modus, unus per Contemptum, alius per Subreptionem. Qui subreptitiè, hoc est, per inconsiderantiam peccat, aut impetum, non ita graviter delinquit, & ideo non est is peccator, de quo in præsenti loquimur. De eo sermo est, qui peccat tali genere contemptûs, unde dicitur, *qui Filium DEI conculcaverit*. Væ! tibi, si videas peccatum, quod committis, & reputes, quasi rem nihi-

nihili, aut malum leviculum. Hoc nimirum est proterere pedibus DEI Filium.

3. Considera, tribus ex capitibus nos præcipuè obligatos DEI Filio, nempe quia carnem sumpsit pro nobis, quia mortuus est pro nobis, quia in cœlum ascendens quamprimum Spiritum sanctum nobis misit. Christianus, dum peccat, ingratum se præstat omnibus his tribus summis beneficijs; ingratum Incarnationi, & ideo dicitur: *qui Filium DEI conculcaverit.* Ingratum Passioni, & ideo dicitur: *qui sanguinem testamenti pollutum*, hoc est, *communem duxerit, in quo sanctificatus est.* Ingratum dono Spiritûs Sancti: & ideo dicitur: *qui Spiritui gratiæ*, id est, *gratis dato contumeliam fecerit.* Hoc igitur est, quod aggravat culpam Christiani, videlicet esse ingratum.

XIV.

Qui se existimat stare, videat, ne cadat. 1. *Cor.* 10.

1. COnsidera, non dici, *Qui stat, videat*, ne cadat, sed, *Qui se existimat stare.* Quis enim ita revera stat, ut non vacillet? Tu forsan credis te in conditione & statu tuo jam esse securum? sed O quantum fallis te ipsum! Recordare Luciferi, qui etiam de cœlo cecidit. Recordare Samsonis, Salomonis, Davidis, nec existimes hos casus tantum esse incipientium, seu tyronum in viâ Domini, sunt etiam perfectorum. Unde Ecclesiasticus ait: *Serva timorem Domini, & in illo veteràsce.* Nam sanctus hic timor non tantùm habendus est in juventute, sed ad extremam senectutem retinendus etiam ab ijs, qui nunquam in juventute ceciderunt. Omnes æqualiter stare oportet pavidos, Pœnitentes quidem, quia ceciderunt, innocentes verò, ne porrò cadant. Nam Apostolus æqualiter omnibus loquitur: *Qui se existimat stare, videat, ne cadat.*

2. Considera eum dicere, ut quisque *Videat*, unde oportet tibi ipsi invigilare, & modo quodam peculiari circumspicere tantisper, ubi majus esse possit periculum. Octo potissimum res sunt, quæ disponunt ad lapsum. Quatuor internæ, & totidem externæ, quas omnes nôsse debes, ut evites. Internæ sunt 1. oculorum defectus, qualis est in cæcis, qui non bene discernunt viam: *si cæcus cæco &c.* Mat. 15. Et talis est in multis negligentia discendi, quid agere oporteat. 2. Virium imbecillitas, qualis inest feminis, decrepitis, pueris: *Ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* Ps. 26. 2. & talis est timiditas in agendo. 3. Molis gravitas, quæ pondere suo semper tendit deorsum, ut in his, qui vasto sunt corpore. *Qui altam fecit domum suam, quærit ruinam.* Prov. 17. 16. Et tale est, superfluum carnis alimentum. 4. Præfidens securitas, qualem habent præcipites, qui etiam in vijs planis concidunt: *Qui confidit in divitijs suis, corruet,* Prov. 11. 28. Et talis est præsumptio de proprijs viribus. Externæ sunt. 1. Viæ lubricitas, ut in luto, ubi facilè fallit vestigium. *Via eorum*

erit

erit quasi lubricum. Jer. 23. 12. Et talis est exigua sensuum custodia. 2. Varietas offendiculorum, obstaculorum, laqueorum, qualis avibus accidit, quæ in retia incidunt: *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.* Ps. 19. 9. Et talia sunt occasionum pericula. 3. Impellentium multitudo, ut in his, qui undâ populi rapti *Impellentur & corruent.* Jer. 23. 12. 4. Nimium onus, quod humeris incumbat, unde si cadas, ægrè resurges, ut videre est in onerarijs jumentis: *Gravabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet, ut resurgat.* Is. 24. 20. Tale est peccatum non retractatum, quod pondere suo trahit in aliud, augétque semper difficultatem surgendi. Nunc vide, quot sint pericula cadendi, inter quæ non sinè horrore semper vivimus.

3. Considera, si deinceps cadere nolis, necessarium omnino esse, ut his omnibus, quæ hactenus dicta sunt, prospicias, ita ut si tollere nequeas universa, quemadmodum in peccatis contingit, saltem imminuas: *Relinque peccata tua, & minue offendicula.* Eccl. 17. 22. An idcirco unquam te ipso securitatem tibi præstabis? haud sanè. Et ideo si tutò velis procedere, ductore tibi opus est & adminiculo. Ductor erit peritus Præfectus Spiritûs, qui tibi suggerat: *hæc est via, ambulate in eâ, & non declinetis neque ad dextram neque ad sinistram.* Is. 30. 21. Quia hac ratione vias securas faciliùs capesses. Adminiculum erit auxilium Divinum, quod assiduis precibus implorandum est, quia hoc modo faciliùs evitabis pericula, quæ continuò secum quisque portat. Absque geminis his rebus nec passum promovebis in viâ Domini, qui non sit plenus discriminis.

XV.

Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Eccl. 18. 31.

1. Considera inimicos tuos, qui sunt mali dæmones, nullâ re gaudere magis, quàm si videant te facilè obsecundare animæ tuæ, hoc est, voluntati tuæ. Sciunt hanc esse equum illum effrenem, qui paulatim te ad præcipitia deferet, & ideo triumphant, cùm vident, te haud gravatè laxare frena. Necessè est igitur, ut assuescas abnegare voluntatem tuam in rebus etiam licitis, aliàs à licitis facilè ad illicita transibis.

2. Considera hanc voluntatis abnegationem sinè ullâ exceptione tibi impositam. Jejunio certa sunt statuta tempora, corporis castigationi & contemplationi sua definita sunt tempora, sed abnegationi propriæ voluntatis omne debetur tempus, uti nullum est tempus, quo equus, præsertim indomitus, non indigeat freno.

3. Considera, non ideo te consternandum, quasi res sit summè ardua. Imò verò quotidie tibi levior accidet. Ab ipso equo sume exemplum. Durum est illi obluctari, illum gubernare atque dirigere, postquam diu libertati suæ permissus est: *Equus indomitus*

evadet

evadet durus. Eccl. 30. 8. At cùm is aliquandiu assuêrit freno, nihil admodum supereſt laboris. Eadem voluntatis est ratio. Nam cùm ista advertit se non posse, quod petit, consequi, nihil demum petit, nisi quod consequi possit.

* * *

XVI.

Fideles in dilectione aquiescent illi. Sap. 3. 9.

1. COnsidera, verum signum cognoscendi, utrùm Dominus fideliter ametur, hoc esse, quòd cum ejus Divinâ voluntate consentias. Facile est amare, cùm ille nobis obsequitur: *Aquiescit nobis*, sanitatem servat, glotiam largitur, nos extollit, aut certè variis pascit Spiritûs solatijs. Hoc est aliquid, amare ipsum, cùm oportet *Aquiescere nos illi*, pati infirmitatem, contemptum, & incommoda tolerare, desolationes etiam perpetuas sustinere. Et hæc sanè est voluntas ejus, ut nunquam desit nobis materia patiendi, nec aliud genuino sensu & idiomate postulamus, cùm dicimus: *Fiat voluntas tua.* Ejus enim voluntas est, ut Sancti simus: *Hæc est voluntas DEI sanctificatio vestra.* Nec quisquam aliâ viâ sanctitatem consequetur nisi patiendo: *Omnes, qui placuerunt DEO, per multas tribulationes transierunt fideles.* Judit. 5.

2. Considera huuc consensum valde perfectum esse oportere. Unde Aquiescentia vocatur. Non quòd pars nostra etiam inferior quieta esse debeat, sed quia quiescere debet superior: quiescere voluntas, quiescere etiam intellectus. In multis satis promptè voluntas aquiescit, sed non ita intellectus: quia interdum satis difficile videtur in hunc modum tractari à DEO, nec persuadere sibi possunt, nihil melius accidere ipsis posse, quàm quod accidit. Si tu sic agis, non omnino aquiescis; nec est, cur tibi blandiaris: Fidelis non es: *Fideles in dilectione aquiescent illi.*

3. Considera hanc plenam conformationem cum voluntate Divinâ esse, quæ præ omnibus tribuit quietem animæ. Unde qui se conformat, aquiescere dicitur. Adeò, ut si voluntatem Domini, aut qui ejus loco te gubernat, detorquere ad te velis, nunquam quietus futurus sis. Tunc aquiesces, cùm permiseris, ut Dominus, vel qui ejus loco tibi præest, ad se pertrahat voluntatem tuam. Itaque te tandem aliquando totum ejus arbitrio permitte: *Aquiesce igitur ei*, dicam tibi cum Job, *& habebo pacem.*

c. 22. 21.

XVII.

S. Antonius Abbas.

Beatus Vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit DEUS diligentibus se. Jac. 1. v. 12.

1. COnsidera, quæ sit causa, ob quam DEUS permittit, ut adversum te armetur dœmon, ut tibi adversa contingant, tribulationes accidant, quæ non est alia nisi ut periculum faciat, an ames? facilè profiteris amorem, cùm omnia ex voto fluunt. Sed veni tantisper sub incudem, illam, inquam, internam repugnantiam sensûs, illam infirmitatem, illam ignominiam, illam desolationem, ecce! quàm sis diversus ab illo. An ignoras dœmonem ludibrio habuisse virtutem ipsius Job, donec fuit experimentis probata? Tuam igitur quomodo æstimabis? sine illam exerceri à Domino. Quid facies? nunc tempus est probationis: *militia est vita hominis super terram*, vel, ut septuaginta legunt, *Tentatio.* Quæ fortè causa est, cur non dicatur: *Beatus vir, qui sufferts tentationes*, sed *tentationem.* Nam ille revera beatus est, cujus vita est perpetua quædam tentatio, qualis illa fuit Antonij, hominis, qui inter sanctos meritò dici possit *Vir.*

2. Considera, si firmus stetteris in tentatione, te beatum fore, quia *Accipies coronam vitæ.* Quæ erit gloria tua, cùm Dominus in die solennis coronationis eam capiti tuo imponet? Tanta olim erant certamina pro obtinendâ coronâ ex Lauro, Apio, pino, quas tam celeriter necesse erat marcescere, & tu non poteris certare ad obtinendam *Immarcescibilem coronam gloriæ?* Idcirco ista *Corona vitæ* appellatur, ut ab illâ differat, quam homines tribuunt, & quæ denique morti subjacet.

3. Considera te securum esse magnæ hujus coronæ. Deesse non potest, quia illam tibi promisit DEUS, non semel tantùm, sed millies, iterúmque millies: *repromisit DEUS.* Quâ de re plena sunt scripturarum oracula. Tu Principi credis, cùm ille cursu certanti insigne bravium promittit, etsi nunquam videris; & DEO non credis? si Dominus vel semel coronam illam tibi monstrâsset, quam destinavit, O quantum animi, quantum lætitiæ caperes! at ipse pro majore tuo lucro non vult, ut illam videas, sed ut ipsi fidas. Quamquam quid illam monstrari cupis, si nondum elaborata sit? tute illam tibi fabricas. Quanta est patientia tua, tanta erit & corona: quæ causa est, quare non dicatur: Dominus *promisit illam*, sed *repromisit*, quia non est honorarium donum, sed retributio.

* * *

XVIII.

Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & dæmoniorum. 1. Cor. 10 21.

1. COnſidera diverſas menſas diverſa eſſe genera voluptatum, quas hinc DEUS, índe dæmones, largiuntur. Quas DEUS largitur, à Domino veniunt, qui nos amat tenerrimè tanquam res à ſe conditas. Quas dæmones tribuunt, ab inimicis veniunt. Nunc vel ex hoc ſolo capite differentiam argue. Dæmones toxico eripere vitam volunt, & ideo cibos offerunt gratos palato ſed peſtilentes. DEUS ſanare te cupit, & ideo cibos præbet nunc amabiles, nunc amaros, prout neceſſitas exigit, ſed ſemper ſalubres.

2. Conſidera neceſſarium eſſe, ut digna fiat electio. Qui deſiderat menſam Domini, frui nolit menſâ dæmoniorum. Qui deſiderat menſam Dæmoniorum, non ſperet frui menſâ Domini. Vellent nonnulli utrique menſæ accumbere, ſed id fieri nequit, nec ex parte quidem: *participes eſſe.*

3. Conſidera cæcitatem mortalium, qui repudiatâ menſâ Domini tanto numero certatim currunt ad menſam Dæmoniorum, nihil aliud cupientes, quàm paſcere faſtum, avaritiam, iram, invidiam, & quamvis aliam cupiditatem indomitam. Siqui ſunt, qui non ſedent ad menſam unius Dæmonij, ſedent tamen ad menſam alterius. Si non paſcunt ambitionem, paſcunt tamen luxuriam, & vice versâ. Opus eſt generoſo propoſito earum quamlibet relinquendi, qualiſcunque fuerit. Unde non dicitur *Dæmonis*, ſed *Dæmoniorum.*

4. Conſidera, ad quam menſam ipſe conſideas; DEI an Diaboli. Si in rebus ad Spiritualia pertinentibus diu nihil ſuavitatis deguſtes, ut in cogitando DEO, loquendo de DEO, operando pro DEO, imò potiùs nauſeam & faſtidium perſentiſcas, bene attende, ab aliquo dæmonio paſceris.

XIX.

Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris deficientes: nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes. Heb. 12. 3.

1. COnſidera te nunquam debere ſatiari cogitando Chriſtum Crucifixum. Hinc enim in omni tuâ adverſitate ſolatium capeſſes. Ideo non dicitur: *Cogitate*, ſed *Recogitate*, quia hæc frequentior debet eſſe cogitatio. Porrò, cùm Chriſti patientis hiſtoriam meditaris, ſingulari ſtudio cogitandum eſt, quis, à quo, & quid patitur. 1. Quis patitur, *qui ſuſtinuit*, Rex gloriæ, qui cùm indè ab exordio mundi paſſus ſit in ſuis, Abele, Joſe-

pho, Jeremiâ, Isaiâ; nunc patitur non in suis tantùm sed in se ipso, *Apud semet ipsum.* 2. A quo patitur, nempe *à peccatoribus*, ab ijs ipsis, pro quorum salute pendet in Cruce. 3. Quid patitur: *talem contradictionem*, Persecutionem in quocunque genere, & talem, id est, tam doloriferam, tam ignominiosam, tam injustam. Omnes istas circumstantias quàm profundissimè potes, animando penetra.

2. Considera utilitatem præcipuam, quam hauries ex crebrâ cogitatione patientis Christi, quæ in eo versatur, ut animeris ad patiendum. *Ut non fatigemini animis vestris deficientes.* Miles nullâ re animatur magis, quàm si Regem suum videat laborantem, fatigatum, & in primâ acie cruore diffluentem. Fortè tibi opus non est animari hoc modo? vide, quantilla res tibi dejicat animum, quàm sis delicatus & debilis, quàm facilè DEI servitium deseras.

3. Considera maximum pudorem, quem tibi hæc ipsa tua vilitas pariet, si illam expendas ad pedes Crucifixi. Peccatum tuum nihil attinet ad Christum, & vides tamen, in Cruce quid egerit, ut eo te liberaret. Tibi summè nocet: & tamen quid egisti, ut illud à te longiùs arceres? Eò forsan perveniisti, ut vel unam sanguinis stillam dares? Ah quàm verè dicit Apostolus, dum exclamat: *Nondum usque ad sanguinem restitistis adversùs peccatum repugnantes.* Non modò fundere sanguinem non vis, sed aliquando nec tolerare modicam jacturam honoris, facultatum, sanitatis, imò nec vano quodam privari solatio. Non ita convenit: sed oportet resistere, oportet certare, *repugnare*, dum finis sit pugnæ, *Usque ad sanguinem.* Agitur nimirum de re maximi momenti, ne peccatum designes, pro quo destruendo Christus voluit omnem profundere sanguinem usque ad ultimam guttam: *& talem sustinere à peccatoribus adversùs semet ipsum contradictionem.*

XX.

Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. Luc. 6. 24.

1. COnsidera terribile verbum. Non ait. *Væ*, quia furamini, quia premitis iniquè, quia prædas agitis, & fraudes innumeras, sed solummodo, *quia habetis consolationem vestram.* Quænam est consolatio divitum? est potestas præ alijs propriæ obsequendi voluntati, spectatâ commoditate majore, ex obedientiâ, quam mundus præstat pecuniæ: *Omnia obediunt pecuniæ.* O quantum æstimandum est malum, propriam facere voluntatem!

2. Considera hîc habere propriam consolationem pessimum esse signum: est enim signum eam non esse alibi habendam, juxta illud, quod Epuloni dicebatur: *Fili recepisti bona in vitâ tuâ.* Quantò igitur melius est hîc habere multum laboris, multum amaritudinis, quod non est omnia habere,

ut

ut libet. Inviolabilis lex est, non utrobique, hîc simul & ibi gaudendum. Idcirco istud *Va* non solùm hôc loco designat malum quoddam horrendum, non solùm id deplorat, non solùm minatur, sed & prædicit, hoc est, omnem hunc & quadruplicem sensum continet, quem vox ista formidabilis *Va* habere potest in scripturis sacris.

3. Considera, quemadmodû Christus, cùm beatos diceret pauperes, noluit de omnibus loqui pauperibus, sed de voluntarijs tantùm: *Pauperibus Spiritu*, ita facere hoc loco, cùm infelices vocat divites. Nam siquis multas possideat divitias, sed illis cor non apponat, & ideo non impendat nisi in eos usus, quos DEUS permittit, aut præcipit; non est tanta ratio formidandi, quia in his non habet propriam consolationem. Sed *Quis est hic, & laudabimus eum?* Tu, quantum in te est, opta potiùs non habere divitias, quàm eas habere, nec adhærere. Primum facile est, alterum prodigio simile.

XXI.

In fide vivo Filij DEI, qui dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me. Gal 20. 21.

1. COnsidera, quid sibi velint hæc verba: *Vivere in fide.* Volunt, ut JESU Christo fidas, securus omnia rite processura, si ipsius gubernationi te penitus permittas. Immittat desolationes, infirmitates, ignominias, mendicitatem. An non potes totum te conijcere in brachia Domini, qui tantopere te dilexit? certissimum tibi sit, omnia denique ad emolumentum tuum cessura. *In fide vivo filij DEI.*

2. Considera, quousque processerit amor, quo te dilexit, dum ille *tradidit semet ipsum pro te*: non *alium* sed *semet ipsum*: non Angelum, non Archangelum, non alium altioris ordinis Spiritum, sed suammet personam. Ipse voluit esse magna Victima pro salute tuâ immolata. Atque ita eatenus fuit traditus à Judâ, quatenus ipse *tradidit semetipsum* ultro illi occurrens.

3. Considera illum hæc omnia potissimum egisse pro te, quâ tali. Unde non est, quòd dicas. *Dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis*, sed: *Dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me.* Mortuus est Dominus ita pro te solo, uti pro omnibus. Imprimis in ipso mortis articulo cogitabat de te, rogabat pro te, & in Cruce sacrificium illud offerebat pro te, imò sicut pro omnibus de cœlo moriturus descendit, ita, si necesse fuisset, pro te solo descendisset. Vide igitur, an non amet.

4. Considera, quantam injuriam facias, cùm illi, qui se totum pro te dedit, te totum dare recusas. Hoc est autem se totum dare, *Tradere semetipsum*, omnino ejus voluntati se permittere quasi obedientiæ victimam, ut ipse de te in omnibus pro libito disponat, quin rerum tuarum eventum nôsse velis, sed solùm cupias *In fide vivere filij DEI*; eo ferè modo, quo vivit infans in sinu Matris.

XXII.

Timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita, dico vobis, hunc timete. Luc. 12 5.

1. COnsidera rem esse planè stupendam, quòd DEUS tantâ suâ potentiâ tam exiguo te timore percellat. Si quis esset, qui ex altâ turri capillitio te suspensum teneret, ita, ut subductâ manu necesse foret decidere in puteum bufonibus, scorpionibus, serpentibus & horridis draconibus plenum, qui hiante rictu prædam expectarent; an esses tam arrogans, ut eo ipso tempore contra illum consurgere auderes pugione stricto? & audes tamen toties contra DEUM tuum consurgere? non vides miser, quò casurus sis, ut primùm ille manum subtraxerit? in barathrum inferni, *in gehennam*: nec metuis tamen, sed potiùs de illorum es numero, qui illum contemnunt, qui provocant: *Audaciter provocant DEVM.* Job. 12. 6.

2. Considera, quid significet nomen Gehennæ. Gehenna puteus est ignis, sed oppidò magnus, in visceribus terræ, ubi pœnæ omnes tanquam in centro suo conquiescunt, & ideo ibi majore vi pollent, majore acerbitate, quàm alibi uspiam. Puteus est, ad quem tanquam publicam cloacam confluit omnis sentina mundi, puteus fœtidus, tenebrosus, horridus, nullo permeabilis auræ flatu, puteus denique, licet omnibus alijs major, nimiùm tamen angustus pro tanto numero damnatorum, qui imbris instar eò depluent in die Judicij. Unde fiet, ut inde omnes compingendi sint, accumulandi, exaggerandi velut strues victimarum, quæ semper ardentes fument in sacrificium iræ Divinæ. Adde, quòd quilibet damnatorum plus appensurus sit, quàm si foret è plumbo. Unde omnibus seculis sustinere debebunt molem adeò enormem, *Massam plumbeam* Zach. 6. 8. Tot, inquam, centena millia, & myriades corporum, quin ea possint vel ad momentum excutere. Debebunt instar plumbi stare immobiles, & quamvis pleni pustulis, ulceribus, apostematis, quotidie sentient se premi magis, ut denique plus quàm mutilari necesse sit atque comminui: æstima non nihil, quæ pœna sit ista? Cùm podagrâ laboras, horres accedentis conspectum, & subitò clamas, ne propinquet. Nunc expende, quid futurum sit tot inter dolores, quibus dirè cruciaris, sentire onus tot corporum incumbentium. Et tamen quidquid hactenus dictum est, sola est pœna, quam loci conditio secum affert, quia est instar putei: *Puteus abyssi*, quem Christus alio nomine Gehennam appellat, qui fuit in Judæâ vallis profunda, clausâque, ubi quondam multus accendebatur ignis ad sacrificandum Baal idolo.

3. Rursus Considera, quomodo DEUS supra hunc puteum te capillis teneat suspensum, & quî fieri potest, ut non metuas? Dic quid ageres, si quis te ab altâ turre manu suspenderet imminentem puteo, quem dicebam, dra-

draconibus referto, an non illi te commendares cum fletu, gemitu, ejulatu miserabili, ceterisque dolentissimi animi significationibus, quas unquam edere possit cor trepidantis?

Sic igitur continuò agere te oportet cum DEO tuo, *qui potestatem habet*, si vel momento manum removerit, te demittere in puteum tantò deteriorem, *Mittere in gehennam.* Denique dracones illi ubi corpus absumpserint, *non habent amplius, quid faciant.* Nihil omnino damni possent inferre animæ, quæ etiam inter eorum sibila illæsa transiret. At in inferno minima erit pœna corporis, quam nunc capis: longè superabit, quàm modò non intelligis, pœna animæ. Quomodo igitur non quotidie Dominum precaris, ut tui misereri dignetur?

4. Considera, quare Dominus ipse toties inculcaverit, & tot modis hunc sui continuum timorem. Unde cùm dixisset: *Timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* Idem denuo repetit: *Ita dico vobis, hunc timete.* Ratio est, quia ex unâ parte cernebat summam, quam habet mundus, necessitatem timoris, parte aliâ sciebat non defuturos, qui illum damnarent, & demum, si possent, omnino excuterent eo ferè modo, quo equus indomitus frenum excutit. Scire igitur te oportet eum timorem, qui facit, ut ad Dominum revertaris, aut reversus illum non deseras, omnino esse laudabilem. Unde tantopere eum desideravit, cùm dixit: *Quis det eos talem habere mentem, ut timeant me?* Deut. 5. Sed nota duobus modis se habere posse timorem tuum. Timere potes culpam propter pœnam, & timere etiam potes pœnam propter culpam. Si culpam timeas propter pœnam, quam DEUS tibi potest infligere, maximè in inferno, rectè agis, sed hic servilis est timor, & ideo minoris meriti. Est enim ille Timor Domini, qui solùm *expellit peccatum.* Eccl. 1. Quid igitur facere convenit? Timere oportet hanc ipsam pœnam inferni, sed propter culpam, quæ illam semper antecedit. Hic est timor filialis, non solùm bonus sed & sanctus: *Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi*, & ideò is tantò majora in te sumet incrementa, quantò amplius crescet amor, qui te DEO conjungit.

XXIII.

Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis. Eccli. 1. 29.

1. Considera, quamcunque multa patiaris, non ideo despondendum animum, quia pateris equidem, sed ad tempus: *Usque in tempus.* Finientur tentationes, finientur asperitates, finientur adversitates; finientur humiliationes, & postea succedet æterna beatitas: *Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis.*

2. Considera non esse tibi curandū, ut nūc gaudeas, non enim hoc est tempus tuum, satis tibi sit illud aliquando venturum. Vidésne, qualis stet arbor

tempore

tempore hyberno ? putatæ, inops, coopera nivibus, ignobilis, ignota, nemo est, qui illam respiciat. At expecta tantisper, & videbis. O quæ pompa foliorum, quæ florum copia, quæ suavitas fructuum! ita de te erit. Expecta *usque in tempus*. Nunc tua est hyems : *sustine patiens*.

3. Considera, quàm fatua foret arbor, quæ moræ impatiens ante tempus vellet germinare, atque florere. Contingeret illi potiùs elanguere, & ceteris verno tempore lætâ & eleganti specie comparentibus, sine pretio vilescere. Idem etiam tibi accidet, si modò velis anticipare statum, qui est propriùs Beatorum in cœlo. Non hîc sumus ad gaudendū sed ad patiendum. Studiosè hæc verba menti imprime : *In mundo pressuram habebitis*. Joan. 6. 35.

4. Considera gaudium proportione respōsurum dolori, quem pateris, & ideo notæ, quomodo dicatur : *Redditio*. Dominus tantum tibi reddet voluptatis, quantum tu illi priùs litaveris. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*. Ps. 93. 19. Fortè diffidis illi ? ne dubita : fidelissimus est debitor, imò verò quantò amplius tibi reddet, quàm tu illi dederis ? sufficiat audire, quòd tibi se ipsum daturus sit : *Ego merces tua magna nimis*. Gen. 15.

XXIV.

Misericordiam & judicium custodi, & spera in DEO tuo semper. Ose. 12. 6.

1. COnsidera, quoties in litteris Divinis copulantur hæ voces *Misericordia & Judicium*, ijs intelligi quodcunque virtutis opus, *per judicium* quodcunque virtutis opus, quod sit debitum, sive sit debitum Religionis, sivè Justitiæ, sive gratitudinis, sive charitatis, sive quodvis aliud. Per *Misericordiam* quodcunque virtutis opus ultro susceptum. Et hoc sensu quondam dicebat David, Dominum esse, qui *diligit Misericordiam & Judicium*. Ps. 32. Hoc igitur est, quod isto loco tibi proponitur, ut accuratè exequaris, quod tibi convenit, sive ultroneum, sive debitum fuerit. Non dicitur : *Misericordiam & Judicium exerce*, sed *Misericordiam & Judicium custodi*. Non enim sufficit negligenter servare, oportet servare studiosè, juxta illud : *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo*. Ps. 118.

2. Considera meritò videri dicendum : *Judicium & Misericordiam custodi*, & non *misericordiam & Judicium*, quia opera debita videntur præmittenda gratuitis, & ita primo loco collocanda. Sed planè contrarium contingit, quoties junguntur hæ voces : *Misericordiam & Judicium cantabo tibi Domine. Misericordiam & veritatem diligit DEVS. Misericordiam & veritatem ejus quis requiret ? &c.* Ut discas, nisi operibus quibusdam ultroneis viam tibi sternas ad debita,

bita, nunquam fore, ut ista perfectè adimpleas. Cupis seriò odium illud extirpare de corde? Exercitare in quibusdam actibus amandi, ad quos aliàs non teneris, ut est singulari studio orare pro eo, qui te offendit, illum verbis factisq; bene habere, & occultis quoq; demereri obsequijs. Cupis esse fidelissimus dando cuique, quod suum est? Vince amorem pecuniæ, qui tibi dominatur, etiam ubi licitè illam retineres: eleemosynam largire. Cupis à corde tuo arcere procul actus illos impuritatis adeò indignos? sensus tuos majore cautelâ custodi, quàm exigat obligationis rigor. Choreas fuge etiam innocentes, noctes vigiles, congressus, spectacula declina, carnem aliquo genere austeritatis mortifica. Hæc est norma, ad quam erigitur planta debilis, in sinistram nimiùm propendens, ut debitam sumat rectitudinem, si etiam plus debito illam flectas ad dextram.

3. Considera, si his omnibus præstitis custodiveris *Misericordiam & Judicium*, nullam in his tuis bonis operibus sive ultro, sive ex debito susceptis, sed omnem in DEO collocandam fiduciam. Idcirco postquam dictum est: *Misericordiam & Judicium custodi.* Mox subjungitur: *& spera in DEO tuo semper.* Non est, quòd speres *in misericordiâ*, non *in Judicio*, sed in solo Domino, *in DEO tuo.* O si nôsses momentum hujus sublimissimi documenti! quia sæpe bona quædam opera exerces, & his acquieseis, ceu sufficiant ad salutem, & non est ita. Illico nôsse debes, nisi Dominus favore prorsus singulari tibi assistat, omnem illum bonorum operum apparatum nihil fore, & ideo DEUM implorandum haud secus, ac si nihil egisses. Hoc notabile discrimen interfuit inter Ezechiam & Sedeciam. Uterque munivit mirum in modum civitatem Jerusalem contra quoscunque hostium insultus, uterque annonâ & præsidio instruxit, at Sedecias aliud non præstitit. Ezechias verò insuper cilicio se induit, cinerem capiti insperfit, & ingressus templum summo fervore quamprimùm confugit ad DEUM. Atque ita cùm Ezechiæ industria plurimum profecerit, Sedecias nihil effecit: *Pro eo, quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, tu quoque capieris.* Jer. 48. 7. Hæc igitur vera est regula omnem adhibere diligentiam, ceu nihil à DEO esset sperandũ, & tum omnia sperare à Deo, ceu nihil omnino diligentiæ adhibuisses.

4. Considera, qualem esse conveniat fiduciam, quam repositam in DEO habes, qui tuus dicitur, *in DEO tuo*, ut eò magis animeris ad sperandum. Decet esse continuam. Ideo non dicitur solùm *Spera in DEO tuo*, sed adjungitur, *semper.* Tu facilè incipis sperare, sed non prosequeris, quasi DEUS preces tuas non audiat, vel certè non acceptet. O quantùm falleris! an tu igitur limites pones DEO tuo, uti quondam cives Betuliæ, qui statuebant se permittere Holoferni, nisi quinque dierum spatio auxilium DEUS ministraret? Certissimè persuasum habe, nunquam illud tibi negatum iri, quod postulaveris, sed con-

constanter, pro salute animæ tuæ. An nescis, quod Christus ait? *In te speraverunt Patres nostri, speraverunt, & liberasti eos.* Non satis est sperare semel, ut libereris, oportet denuo sperare.

XXV.

Conversio S. Pauli.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quòd Christus JESUS venit in hunc mundum peccatores salvos facere; quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primò ostenderet Christus JESUS omnem patientiam. 1. Tim. 1. 18.

1. COnsidera grande solatium, quod haurire debes ex his verbis fidei, ideóque irrefragabilibus: *Christus JESUS venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Si Dominus venit salvos facere peccatores, etiam pro salute tuâ venit. In hunc mundum venisse dicitur, non natus esse, ut ostendat se etiam ante nativitatem fuisse; sed alibi, nempe in sinu Patris. Hinc ratiocinando conclude, an non habeat voluntatem te reddendi salvum, dum idcirco venit è loco tantæ felicitatis in locum tantæ miseriæ: *in hunc mundum.* fortè nesciebat, quàm hîc malè tractandus esset? sciebat utique. *Sciebat omnia, quæ ventura erant super se.* Joan. 18.

2. Considera deinde, quàm modestè de se locutus sit Apostolus, cùm dixit, se peccatorum primum, hoc est, inter omnes maximum extitisse. Id quod citra mendacium dicere potuit, quia revera talem sese æstimabat. Cogitabat Apostolus continuò grande suum peccatum, hoc considerabat, hoc cognoscebat, nihil moratus aliena, atque ita paulatim adductus est, ut ageret instar alicujus, qui, cùm persentiscit vehementissimum podagræ vel calculi dolorem, existimat non esse dolorem suo parem, quia suum experimento novit, de alieno vix habet cognitionis umbram, vel, ut loquimur in scholis, *Speciem abstractam.*

Si tu semper ijs cogitandis circumstantijs intentus esses, quæ propria peccata aggravant, aliena minuunt, id ipsum diceres. At tu semper ea cogitas, quæ aliorum peccatis pondus addunt, tuis demunt. Visne revera te omnibus peiorem reputare? sic age. Grande odium contra te ipsum concipe. An non vides, quid facias, cùm gravi odio aliquem persequeris, qui injuriam tibi intulit? dicis non esse parem illi proditorem, nec exaggerando dicis, sed quia in eo furore ita judicas. Idem tibi accidet, si tui ipsius odium illum apicem attigerit, ad quem Sancti pervenerunt.

3. Considera Apostolum etsi dudum conversum non dixisse: *quorum primus ego fui*, sed *quorum primus ego sum.* Quia solùm attendebat, quod in se habebat per naturam, & sciebat, si

si hanc spectet, non esse peccati genus, in quod non facillimè declinâsset: quòd non declinârit, totum gratiæ deberi. Ecce tibi, quàm amplus aperitur sese humiliandi campus. Sæpe cogita pravas inclinationes, quæ in te dominantur, & vide, quid de te futurum esset, si DEUS vel parùm sanctissimam manum suam subtraheret.

4. Considera, quomodo Apostolus incusaverit se ipsum, ut quemcunque animaret ad fiduciam in Christum. Dixit voluisse Christum uti misericordiâ, ut in se tanquam peccatorum maximo patientiæ suæ magnitudinem ostentaret. *Vt in me primò ostenderet Christus JESVS omnem patientiam.* Et sanè quot fuerunt, qui exemplo Pauli, mutari hodierno die à Christo de persecutore tam feroci in Prædicatorem adeò ferventem, animum resumpserunt! Neque mirum, cùm novus medicus civitatem aliquam ingreditur, qui summâ felicitate ægrum depositum persanet, omnes ceteri infirmi domum suam illum accersunt. Sed in hoc ipso vide, ut Apostolus animam quærat se demittendi. Ait Dominum in se ostendisse *omnem patientiam.* Quasi patientiam in alijs sustinendis veluti dispersam, in se uno tolerando collegisset. Quantò verius dici à te potest, quòd *in te ostenderit omnem patientiam*, dum præterea te sufferit adeò ingratum. Denique Apostolus, ubi resipuit, semper Christo fidelis extitit usque ad mortem, laboravit, sudavit, & quæ non tulit, fecitque, ut beneficio responderet? *Plus omnibus laboravit.* Tu verò quoties reversus es ad prævaricandum?

5. Considera, quanquam finis præcipuus, quem habet Dominus, in te tolerando, sit ostensio patientiæ suæ, non idcirco te minùs illi obligari, quia in alijs innumeris illam posset ostendere, in quibus non ostendit. Quem igitur favorem tibi exhibet, dum illam in te potissimum vult ostendere? hoc solùm sufficit ad excutiendum tibi ruborem, ita ut sincero corde dicas: *Ego autem in terrâ captivitatis meæ confitebor illi, quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.* Job 13.7.

XXVI.

Via impiorum tenebrosa: nesciunt, ubi corruant. Prov. 4. 19.

1. COnsidera per viam impiorũ intelligi formã vivendi, quam tenent. Ista plena est tenebris, *Tenebrosa*, quia plena imprudentiæ, plena ignorantiæ, & erroris, seu axiomatum perversorum. Existimant obvio cuique monstrandos dentes, honores prensandos, studendum opibus, delicijs indulgendum &c. An & tu mentem habes aliquo ejusmodi dictaminum offuscatam? Si habes; quamprimum ad Dominum recurre, ut te illuminet. Dic celeriter: *DEVS meus illumina tenebras meas.* Aliàs perijsti.

2. Considera, casus maximè periculosos illos esse, qui in tenebris accidunt. Unde hîc non dicitur de peccatoribus: *Nesciunt, ubi cadant.* Sed: *Nesciunt, ubi corruant.* Non enim illorum ordinarius est casus, sed ruina. O quantam decidunt in abyssum! non culpæ tantùm, ut ipsi credunt, sed etiam

am damnationis, eóque magis horrendam, quò minùs observatam. Quia in unam prolapsi culpam gravem, nesciunt, quò denique sint deportandi. *Nesciunt, ubi corruant.* Putant in ipsâ sistendum gradum: sed non est ita: ab unâ transeunt ad aliam, donec pereant. Ita contingit illi, qui in tenebris in fossam incidit, nescit, ubi exitum inveniat.

4. Considera denique hos miseros ne quidem intelligere, quid sit damnari. Et ideo, cùm audiunt aliquem inferos comminantem, si talia ignorent; quid illi respondent? si ad inferos ituri sumus, inquiunt, patientia: solus non ero. O stolidos, O stultos! ecce tenebras! non haberent tantum animi, ut se in Carthusianorum vel Capucinorum claustro concluderent, etsi soli non essent, sed tot haberent socios Angelos. Et hi tamen non formidant sepelire se ipsos in barathro, quale illud est ardentis ignis, scorpionum & serpentum. Si multos ibi habituri sunt socios, tantò pejus est. O solatium plenum rabie! an hoc aliud est quàm habere plures feras, quæ augeant horrorem? heu nimiùm palàm est, nihil ipsos intelligere: *Nesciunt, ubi corruant.*

XXVII.

Nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem: non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Jac. 3. 13.

1. Considera, quâ demum doctrinâ glorientur illi mundi amatores, qui felicitatem suam in divitijs, voluptatibus, honoribus constituunt. Doctrinâ gloriantur, quæ rectâ opponitur Veritati, hoc est, doctrinâ mendace. Et numquid Christus jam dudum pronunciavit: *Beati pauperes. Beati, qui lugent. Beati, qui persecutionem patiuntur?* Itaque non est hic medium: *Aut Christus fallitur, aut Mundus errat.* At Christus falli nequit, si est Veritas. Necesse igitur est, nimium quantum mundum decipi. Cura, ut penitus infigas animo ejusmodi documentum, tibique persuasum habeas, tam veras esse istas Christi sententias modò recensitas, quàm verum est sanctissimæ Trinitatis mysterium, aut aliud quodcunque ab illo nobis revelatum, quia omnes sententiæ Veritatis æternæ perinde sunt veræ, nec una verior altera esse potest.

2. Considera hanc doctrinam mundi, si sapientia dicenda est, esse sapientiam *Terrenam, animalem, diabolicam.* Illa, quæ beatitudinem in divitijs constituit, Terrena est, quia pro fine sibi statuit terræ bona. Quæ beatitudinem in voluptatibus collocat, Animalis est, quia pro fine habet bona corporis. Quæ beatitudinem ponit in honoribus, diabolica est, quia eundem cum Lucifero finem propositum habet, cum illo, inquam, de quo scribitur Job 41. *Ipse est rex super omnes filios*

lios superbia. Nequit igitur ulla harum vera esse sapientia, quia vera sapientia ultimum finem spectat, qui profectò non est alius, quàm DEUS, bonum immensum, infinitum, atque ita ad ejus consecutionem res omnes ceteras ordinat juxta regulas, quas idem ipse DEUS præscribit.

3. Considera, quomodo quælibet istarum sapientia mendax sit. Terrena est mendax, quia promittit reddere beatum ijs opibus, quæ solùm naturæ necessitatibus sublevandis inventæ sunt, & quæ proinde nihil boni in se continent, quod rationem finis habere possit, sed medij tantùm, & medij quidem non semper certi: dum nonnunquam, *Conservantur divitiæ in malum Domini sui.* Eccl. 5. Animalis est mendax, quia promittit reddere beatum ijs voluptatibus, quæ solum corpus afficiunt non spiritum, quæ melior est pars hominis. Perinde siquis allaboret, ut satisfaciat servo non Domino. Diabolica est mendax, quia promittit reddere beatum ijs honoribus, eâ magnitudine & gloriâ, quæ non constituunt sed denotant excellentiam hominis, atque ita sunt mera signa veri boni, quo is fruitur, & sæpe etiam falsa, à ratione aliena, iniqua. Non sunt illorum instar, quæ proficiscuntur à DEO nihil nisi meritum honorante.

4. Considera, è contrariò sapientiam Christi veram esse sapientiam, quia ducit hominem ad consecutionem ultimi finis, in quo vera beatitudo consistit, & quò magis abstrahit à divitijs, à voluptatibus, ab honoribus, eò etiam magis removet ab omni impedimento facilè consequendi hunc finem, atque ita propiùs illi admovet tum per modum meriti in præsenti vitâ, tum per modum mercedis in futurâ. Imò etiam in præsenti vitâ sæpe obtinetur hæc merces saltem inchoata. Et talis illa est, quâ sancti in terrâ fruuntur similes felicissimis arboribus, in quibus non tantùm frondes & flores copiosè progerminant, sed jam incipiunt apparere fructus beatitudinis futuræ.

5. Considera, quòd mundi sapientia, quam suprà memoravimus, non sit *de sursum descendens*, quia tota aquiri potest studio humano, si tamen eam aquiri necesse est, dum quilibet eam simul cum naturâ suâ corruptâ infert in hunc mundum. E contrario illa Christi *Est de sursum descendens*, quia oportet illam cœlitus infundi, quamquam studium etiam humanum ad illam addiscendam conferre potest, neque fundatur in corruptione sed in reparatione naturæ jam ab ultimo suo fine abstractæ. Et idcirco hæc una est sapientia sublimis, spiritualis, solidissima, quam Christus ipse in terram detulit: *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Ille, qui hactenus solùm alijs à se diversis hoc est nuncijs suis linguam solvit, denique in hunc finem solvit propriam: *& aperiens os suum* exorsus est dicere: *Beati pauperes, beati qui lugent, beati, qui persecutionem patiuntur.* Viden igitur firmissimum animi decretum, quod facere oportet, nempe generosè repudiandi omnem sapientiam mundi, quæ tantò

inferior est sapientiâ Domini. Si quem invenire desideras, qui illam tibi mirificè confuret, magnum amorem concipe versus S. Joannem Chrysostomum, qui unus Sanctorum illam optimè confutavit tribus omnino, quibus confutari potest, modis, calamo, verbis, operibus.

XXVIII.

Ibit homo in domum aternitatis suæ. Eccl. 12. 9.

1. COnsidera domum illam, quam nunc incolis, non esse revera domum tuam. Illa potiùs diversorium est, quod te hospitem ad tempus recipit, & oppidò breve tempus. Brevi fiet, ut charissimi tui primi sint, qui inde te ejiciant, ne illos inficias putore. Domus tua quæ tunc erit? sepulcrum, quod ab ipsis Legibus nomen habet *Perpetui*. Unde mirum non est, quòd etiam appelletur *Domus æternitatis*. Per omnem æternitatem inde non exibis ad revisendum aliquem in terrâ, ad revisendos populares, ad revisendos parentes, ad revisendum quenquam eorum, sine quibus vitam degere non posse tibi videris. Denique stabit domus illa, tu intus concluderis: *Sepulcra eorum domus illorum in æternum.* Ps. 48. 12. Tunc solùm egredieris, cùm in communi orbis ruinâ etiam ipsa collabetur, quamvis è meliore marmore illam extrui tibi jusseris, quàm sit illud, in quo non unius duntaxat Sancti ossa & reliquias finis quiescere.

2. Considera, quantumcunque vera sint, quæ diximus, nihilominus hanc ipsam domum, scilicet sepulcrum, domum esse impropriam. Non est tua vera domus æternitatis. Non enim tu intus eris, qui eò vadis, sed cadaver tuum: quin nec istud eò vadet, sed efferetur. Cùm tamen hîc dicatur: *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Itaque tua vera domus æternitatis erit vel paradisus, vel infernus. Alia non invenitur. Verùm ô quàm diversæ sunt hæ domus! an tu dicere mihi possis, quænam te expectet? faxit DEUS, ut non causam habeas respondendi: *Infernus domus mea est.* Job 17. 13.

3. Considera saltem in arbitrio tuo nunc quidem esse, quam eligas. Ideo dicitur: *Ibit homo*, quia quivis eò vadit, quò vult. DEUS non te cogit: *Ecce do coram vobis viam vitæ & viam mortis.* Jer. 21. An igitur adeò deliberabis, ut potiùs ad infernum eas, quàm ad paradisum? Utinam nosses, quantum agis, ut damneris, quantum laboras, quantum toleras? sufficeret interdum ad cœlum comparandum dimidium laborum, quos sustines ad obtinendum infernum. Nonne verum est, multoties illum ante tuos oculos hiare, te verò, ut illi tuo furori litare possis, illi ambitioni, illi avaritiæ, illi libidini, in ejus fauces stultè te conjicere, uti mustela in os bufonis? *DEUS mortem non fecit: impij autem manibus & verbis accersierunt illam*, ait Divinus Scriptor, Sap. 1. 18. Ecce, quis

quis furor te intrudere damnationi? non sufficit tibi illam expectare, ultro provocas? factis provocas & verbis. En quomodo. Cùm quis alterum rite provocat, primò id verbis tum factis præstat. At impij, dum damnationem provocant, primò id factis, tum verbis agunt, *manibus & verbis*, non *verbis & manibus*. Quia primò faciunt opera damnatione digna, & dein incipiunt, ut ita loquar, hinc ludum facere, ridere, contemnere, nec horrent dicere aliquando: si damnandus sum: faciat sanè DEUS. Faciat DEUS? si DEUS te damnat, hoc aget, quod ipse vis: *Ibit homo.*

4. Considera, si tu intres in domum adeò malignam, non amplius exiturum. Quæ ideo vocatur *Domus æternitatis*. Sed ratum aliquando firmúmque tibi esto ponderare animo, quid sit æternitas adeò pœnalis. Multæ sunt viæ, istã ego tibi repræsento. Imaginare tibi, dum fumas in illo incendio infernali, te subitò vocari à DEO, qui dicat: macte animo, ego te denique hinc eruam. At quando hoc fiet, O Domine? post unius seculi fluxum? parum est. Post lapsa decem secula? parum est. Post viginti secula? parum est. Post centum secula? & hoc parum. Saltem post unam myriadem seculorum? hoc quoque parum est. Inde te eruam, quando tot secula fluxerint, quot fuerunt aquarum guttæ, quæ communi diluvio mundum inundárunt: DEUS bone! qualis tibi hic nuncius videretur? nunquid illico elangueret ille cordis jubilus, quem primò conceperas? & certum tamen est, hunc fore felicissimum nuncium, quem ullus unquam damnatorum possit accipere. Cùm lapsa jam erunt tot secula, quot respondent illis innumeris stillarum minutijs, nihil erit elapsum. Omnis ille numerus transibit non semel sed millies, & iterum iterúmque millies, & denuo sine fine millies, & tamen ordiemur à capite. Terribilis æternitas! quis unquam te capiet? & tu flocci pendis eam mittere in discrimen? Horres, cùm ignem cogitas, qui pluit super Sodomam; & hic tamen momento abijt in favillam: *Subversa est in momento.* Thr. 4. 6. Quid erit igitur, quando non una pluvia, sed diluvium ignis tantò peioris in omne seculum supra te decidet, quin te absumat, quin te destruat, imò quin tanto temporis spatio vel breve indulgeat momentum pacis? & sic tamen est. Non est pax ampliùs damnato per omnia secula. Bellum, bellum: & *pluet super illum bellum suum.* Job 33. 20.

5. Considera, à contrario eandem in paradiso æternitatem. O quàm ista est diversa! non erit ibi bellum, quod pluat in capita Beatorum: perpetua pax, perpetuus risus, perpetua festáque gaudia: *Lætitia sempiterna super capita eorum.* Ita ut paulatim mergantur in suavi quodam naufragio voluptatis absque fundo. Solùm videri possit post tot seculorum iteratos milliones ipsa felicitas tandem allatura tædium. Sed non ita est. Semper erit quasi nova; ut idcirco S. Joannes ejus intuitu diceret de cunctis Beatis: *Cantabant quasi canticum novum.* Non novum, quia idem semper erat de laudibus

dibus Divinis, sed quasi novum, quia ita semper erat jucundum, semper gratum, & delectabile, quasi tunc cæpisset. Hinc igitur conclude, quàm exquisita futura sit beatitudo, quæ semper te pascit, semper placet, nunquam satiat. Trium horarum cantilena, quamcunque sit elegans, diutiùs ferri nequit, nec convivium, quod totam diem duret, nec comedia, quæ noctem spectetur integram. Et tamen illa beatitudo adeò grata est, ut beatitudo non esset, si vel suspicio foret, illam momento solo tollendam, vel turbandam esse.

6. Considera, quæ igitur tua sit dementia, quòd, dum agitur de duabus domibus æternitatis adeò diversis, Paradiso scilicet & Inferno, non satagas quocunque impendio illam tibi procurare, quæ tantò melior est. Tantum facis, ut in terrâ domum habeas commodam, luci perviam, lætam, aspectu pulcram, quamvis eâ velut carcere concludaris, & nihil vis agere, ut saltem talem illic habeas, ubi omnibus seculis permanendum erit? *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Adverte interim verbis præsentibus æternitatem non tribui habitationi sed habitanti: unde non dicitur: *Ibit homo in domum suam æternitatis*, sed *in domum æternitatis suæ.* Ut hinc omnino colligas immortalitatem animæ humanæ. Si æternitas inesset domui, non probaretur te esse æternum. At æternitas est tibi propria *æternitatis suæ.* Atque ita clarè apparet te esse immortalem. Verum est illam non tantùm fore domum tibi æterno, sed tibi æternam, quia utramque significandi vim habent voces illæ: *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Atque ita verborum sensus est, te esse æternum, domum tuam esse æternam, & tibi æternùm ibi commorandum.

XXIX.

S. Franciscus Salesius.

Diligere proximum tanquam seipsum majus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Mar. 12. 12.

1. Considera non omnem actum beneficientiæ, quem erga proximum exerces, illum vestiendo, cibando, recreando, consolando, esse actum Charitatis supernaturalis, de quo in præsenti est sermo, sed illum solùm, quem exerces ex amore DEI, qui proximum tibi commendavit, perinde si esset sua propria persona, quo posito indubitatum est, quòd *Diligere proximum majus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs.* Quia actus Charitatis supernaturalis majores sunt actibus Religionis, nisi dicere malimus, etiam hos ipsos Charitatis actus esse Religionis, quia & ipsi ordinantur ad honorandum DEUM, & illud insuper habent prærogativæ, quòd etiam tendant

tendant ad proximum juvandum. Ideo cùm asseritur: *Diligere proximum majus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs*, de rebus ejusdem generis sermo est, atque adeò sacrificia sacrificijs comparantur, ut vult S. Aug. *l. 10. de Civ. c. 5.*

2. Considera, si res ita se habeat, plurimum interesse, ut, dum erga proximum tuum aliquem exerces Charitatis actum, mentem ad DEUM erigas, nec opereris ex merâ commiseratione naturali, quæ viscera tibi commovet adversus aliquem, quem vides jacere nudum, famelicum, sitibundum, febricitantem. Hoc exigui est meriti. Idcirco observare oportet multos reperiri, qui vocentur, *Filij Syon inclyti*, sed interim tantummodo sint *Amicti auro primo*, quia Charitatis supernaturalis, quæ est aurum primum, nil habent nisi speciem. Sint inclyti coram oculis aliorum, quantumcunque velint, O quàm parùm illi valent! *Quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli.* Thr. 4. 2. Opera faciunt naturalia, & ideo simillima vasis figuli, qui operi, quod facit, minimùm attendit. Attendit Sculptor, attendit Chalcographus, attendit Cælator, at figulus mentem non applicat manibus, sed *currente rotâ*, opera producit, quæ sunt lucri non magni. Si per Charitatis actus multum lucrari velis, assuesce semper ad DEUM levare animum, nec imitari opera figuli.

3. Considera, quòd etiam præter ea, quæ diximus, *Diligere proximum majus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs.* Quia Dominus facilè sustinet, ut opera Charitatis etiam non facta proposito fine supernaturali, præferantur operibus Religionis. Et ita vides aliquando licitum tibi esse, ut infirmo assistas, qui etiam cumulatâ mercedem reddit: Festo quoque die missæ sacrificium omittere. Qua in re quis non miretur summam Domini bonitatem, ferentis honorem suum nostro commodo postponi? & tu tamen nil simile agis, qui toties commodo proprio Divinum posthabes honorem. Saltem hinc disce sumè æstimare eos actus Charitatis, qui tantopere DEO placent.

4. Considera actibus istis Charitatis etiam debere cedere illa Sacrificia, quæ de te ipso facis DEO per castigationem corporis. Quia vult Dominus, ut nonnunquam omittas etiam jejunia, & flagellationes, nequid decedat utilitati, quam aliàs afferre potes proximo. Sed quoties ita te geres, quasi veritatem istam non capias? atque ita pœnitentiæ quidem opera amabis, sed deinde sub idem tempus grave tibi erit aliquod ferre incommodum ejus gratiâ, qui obsequium à te postulat. Noles donare proximo, si verbum nonnihil pungens illi excidat, sed potiùs cum fastu respondebis, illum mortificabis, tractabis malè, nec continere te poteris in congressibus, quin ejus actiones arguas, qui ut absens se tueri non potest. O te miserum, an non advertis, quòd *Diligere proximum majus est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs?* Non potest DEUS acceptare minora tua sacrificia,

dum negligis, quod est maximum, sacrificium Charitatis.

5. Considera, quousque pertingere debeat illa tua charitas proximi; nempe ut illum ames *Tanquam te ipsum*. Non ait *Quantum*, sed *Tanquam*. nihil enim tibi præcipit Dominus, cum quo non optimè convenire possis secundùm omnes leges proprij amoris, modò is non fuerit distortus. Proinde de eo, in quo verum bonum tuum consistit, uti sunt Gratia DEI, humilitas, obedientia, virtutes internæ, nihil omnino est, quod cedas proximo; imò semper habenda tibi sancta quædam invidentia. Hinc est, cur Apostolus, cùm dixisset: *Sectamini charitatem*, illico adjungat; *æmulamini Spiritualia*. Ut ostendat æmulationem bonorum Spiritualium non pugnare cum Charitate, sicut æmulatio temporalium, quia ea est conditio Spiritualium, ut possint simul à pluribus possideri citra cujusquam præjudicium. De illo è contrario, in quo verum tuum bonum non consistit, cede proximo, quantum potes: tantò enim majus tibi præstabis obsequium. Alijs sæpe cedes exile bonum, uti sunt pecunia, gloria, dignitas, commoditas, tibi verò procurabis bonum æternum. Verum est, in omnibus convenit, ut semper ames proximum *tanquam te ipsum*, quia velle illi debes idem bonum, quod tibi desideras, id est, verum bonum, & eodem genere affectûs, hoc est, ordinato, & ardore simili, hoc est, efficaci. Illa charitas, quæ *non quærit, qua sua sunt*, cùm id damnosum est alteri, est equidem bona, sed non perfecta. Hæc enim non solùm nihil obest utilitati alterius, sed illam neque negligit, curárque ut propriam.

6. Considera denique sacrificia, quæ DEUS in Lege veteri præscripsit, ad tria revocari. Unum erat, *Sacrificium pro peccato*. Et hoc debebat ex necessitate offerri ad obtinendam veniam culparum, atque denotabat pœnitentium statum, qui confitentur. Hinc est, quòd dimidium victimæ accendebatur honori Divino, pars altera sacerdoti cedebat, ad designandum, remissionem culparum in pœnitentiæ Sacramento à DEO fieri per suos ministros. Alterum erat *Sacrificium pacificum*. Et hoc offerebatur vel ad beneficium aliquod obtinendum, uti sunt pax, prosperitas, sanitas, vel ad reddendas gratias pro obtento, notabárque proficientium statum, qui attendunt executioni mandatorum Divinorum. Et idcirco victima trifariam dividebatur. Pars prima ardebat honori Divino: altera sacerdoti, ultima offerenti cedebat, ut significaretur, salutem hominum absolvi à tribus, nempe à DEO per gratiam, à sacerdote per directionem, ab ipsis hominibus, de quorum agitur salute, per eorum industriam. Tertium erat *Holocaustoma*, seu Holocaustum, in quo tota victima conflagrabat honori Divino, & significabat sublimissimum statum perfectorum, qui exequendo non tantùm præcepta, sed & consilia DEO consecrant, quidquid habent,

bent, nullâ sui parte retentâ. Nunc ad propositum revertendo: *Diligere proximum tanquam seipsum majus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs.* Quia ista charitas, ut primò dicebatur, etiam ipsa est quoddam sacrificium omnium maximum, utpote quod ex unâ parte est in genere *Holocausti, non quærit, quæ sua sunt:* ex parte aliâ est inter Holocausta dignissimum, quia totum ordinatur non solùm ad honorandum DEUM in se ipso, sed etiam in personâ illorum, quos velut se ipsum commendavit. Ita, ut, si bene consideres, illa totam legem perfectè impleat: *Omnis lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Eccl. 5. 14. Atque hoc est Holocaustum maximum, quod DEO semper obtulit magnus ille Sanctus Franciscus Salesius.

XXX.

In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras. Luc. 21. 19.

1. COnsidera impatientem obnoxium esse malo præ omnibus formidando. Non est Dominus sui ipsius, si quidem nec intellectui suo dominatur, nec voluntati. Non intellectui, quia non potest expectare dictamen rationis, sed illud impetu prævertit, & sic, ubi homini patienti etiam mediocris capacitas semper multa est: *qui patiens est, multâ gubernatur prudentiâ.* Impatienti etiam multa capacitas semper est modica, quia solet agere ad modum præcipitis, hoc est, stulti: *Qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.* Prov. 14. 19. Ecce! majorem ostentat stultitiam etsi non habeat, quod indicat verbum illud: *Exaltat.* Non voluntatis, quia non dominatur proprijs affectibus, imò illis subijcitur. Non potest ferre contemptum, & ita subjicitur iræ, non sustinet paupertatem, & ita subjicitur avaritiæ, non patitur parem, & ita subjicitur invidiæ, non carnis stimulos rebellis, & ita subjicitur Luxuriæ, adeò ut versus ad DEUM rectè exclamare possit miser: *Possederunt nos Domini absque te.* Is. 26. 13. O quot habet non inquam Dominos sed tyrannos possessores! gulam, tædium, tristitiam, timorem, atque ita de ceteris differendo. Numquid igitur causam Christus habuit dicendi: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.* Sola patientia efficiet, ut quietum habeas dominium tui, Id, quod nomen Possessionis significat. *Possidebitis.*

2. Considera ad cumulum mali accedere, quòd impatiens non solùm non sit Dominus sui, sed omnes alij sint Domini ipsius: *Dominati sunt ei, qui oderunt eum.* Ps. 105. 41. Homines illi dominantur & dæmones. Homines quidem, quia si fueris impatiens, unusquisque te turbat, ut vult, te accendit, te agitat, te dolore & tædio afficit, ita ut quilibet (quæ profectò res est plena terroris) pacem tuam habeat

in potestate. Non es navigio similis, quod contra ventos tueri se possit, & illorum uti obsequio. Lintri es similis, qui est ventis ludibrium. Dæmones quoque dominantur, quia hoc est, quod maximè cupiunt, ut non sis patiens: *Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero.* Ps. 12. 5. Imitantur ipsi peritum belli ducem, qui circumiens arcem notat, quâ sit parte debilior, ut ibi murum deijciat. Si ad gulam propendes, gulâ te provocant, si ambitione laboras, ambitione, si invidiâ, ipsi quoque te invidiâ tentant. At si impatiens sis, omni ex parte debilis es, & ideo ubique audenter insultant, téque evertunt. Numquid igitur Christus causam habuit dicendi: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.* Ista reddit omni superiorem insultu, tam hominum quàm dæmonum, itáque facit, ut verè sis tuus.

3. Considera illud quoque in patiente pessimum, quòd sit instabilis, atque adeò careat illo tam eximio prædestinationis indicio, quod consistit in prosecutione boni semel cæpti; imò potiùs signum habet reprobationis. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Ecce signum prædestinati! *Non sic impij non sic, sed tanquam pulvis, quem projcit ventus à facie terræ.* Ecce signum reproborum. Qui à Domino cum facilitate consequi desiderat perseverantiam finalem, quæ est donum prorsus gratuitum, operam det, ut ne perdat ordinariam, quæ magis proprijs viribus servari potest. Verùm impatiens eam minimè servat; quia nunc studio orationis se impendit, & paulò pòst succedente fastidio, rursus deserit. Nunc Sacramenta frequentat, deinde omittit: nunc spiritum pœnitentiæ sequitur, mox fugit: nunc sacræ lectioni attendit, & postea ad pestilentem revertitur, ita nunquam persistens nec in hoc nec in illo genere boni propositi agit instar aviculæ, quæ toto die de nido in nidum volitans malis avibus capitur aliquando, cùm invenitur in nullo. *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir, qui derelinquit locum suum,* Prov. 27. 8. Quid putas, an sine causâ Christus dixit: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras?* Patientia, in quâ præcipuè versatur Perseverantia ordinaria, præ omnibus te disponit ad finalem, in quâ salus animæ consistit. Hinc, ubi legitur: *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit,* vertunt alij: *qui toleraverit usque in finem, hic salvus erit.* Quid igitur censes voluisse Christum inferre, cùm dixit: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras?* Locutus est non tantùm modo enunciandi, sed imperandi. Tali ferè sensu, quo militibus dicitur: cùm hostis advenerit, fortiter tenebitis stationem vestram, nec sinetis vos loco pelli, quia non est modus vincendi nisi patientiâ invictâ: *In patientiâ vestrâ possitebitis animas vestras.*

4. Considera quosdam velle quidem salutem consequi per patientiam, non suam sed alienam. Ita faciunt illi scrupulosi, qui cùm ferre nequeant molestiam conscientiæ turbatæ, toto

die

die fatigant patientiam Confessarij garritu fastidioso, inutili, importuno, & non semel damnato, sed absque fructu; quia illorum propositum non est se submittere obedientiæ, sed sibi satisfacere. Ita etiam faciunt illi subditi Religiosi, qui salvos se volunt vi patientiæ, quam ajunt superiori suo deesse, nunquam satis, ut ipsi autumant, moderato. Sic & maritus per patientiam uxoris, uxor autem per patientiam mariti salutem quærit. Et in hunc modum agunt plurimi, qui in alijs optimè cognoscunt, quàm pulcra sit patientia, pro se tamen illam nolunt. Non est hæc bona regula: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras*, non *alienâ*. Omnis illa patientia, quâ proximi utuntur in tolerandis tuorum defectuum molestijs, ipsis potiùs quàm tibi proderit. Sola tua prodesse tibi potest: ideo tolerare quàm tolerari malis, quia his, qui tolerant, non qui tolerantur, beatitudo promittitur. Sæpe à DEO magnâ contentione postula virtutem adeò necessariam; & ut ad illam impetrandam te disponas, ex parte tuâ conare, quidquid potes. Assuesce illis prævidendis casibus, qui accidere tibi possunt, sive ignominiarum, sive injuriarum, sive infirmitatum, sive mandatorum factu difficilium, & sta paratus. Nihil enim plus affert discriminis etiam fortibus munimentis, quàm improvisa irruptio. Abstrahe animum à nimio amore tui ipsius. Sæpe cogita, ejusmodi casus esse tela volantia. Neminem illa posse vitare, & quam diu in hac terrâ consistis, te in acie stare & loco certaminis: deinde pacem, ac præmia secutura, peccata tua digna esse omni infortunio, & quemadmodum tibi sæpe adversa contingunt sed levia, ita prodigium esse, quòd non capiti tuo turris aliqua incumbat, prout illis peccatoribus minoribus te, qui stabant in Siloë. Si deinde occasione quadam motum animi persentire incipias, quamprimùm intra te ipsum te colligè, uti facit, qui jam notat imminere symptomata febris, mali sui domestici. Non expecta, donec obscuretur intellectus, tunc enim omnino malè de te agitur, & in promptu habe hæc verba toties hoc loco reperita, ceu Christus ipse etiamnum illa tibi oretenus suggerat: *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras*. Videbis in his contineri potentissimum antidotum.

XXXI.

In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Joan. 13. 35.

1. COnsidera, quale sit illud discriminiculum, quo Dominus voluit discipulos suos, hoc est, Christianos ab omni reliquo genere humano discriminari. Non miracula, non scientia, non sapientia, non quævis alia &

tot prærogativis, quas possident, sed mutua dilectio: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Vide igitur, quale sit privilegium illud, quod inter omnes virtutes huic benedictæ Charitati contigit, esse scilicet proprium insigne Christiani. An non hoc solum sufficit ad ingenerandum tibi ejus amorem?

2. Considera, quoniam ista dilectio debet esse Character proprius Christiani, hinc certissimò consequi, illam non vulgarem, sed valde magnam esse oportere, hoc est majorem, quàm invicem habeant omnes Mahometani, omnes gentiles, omnes Judæi, cetericque, qui non sectantur Christum: nam aliâ ratione non satis illos distingueret, dum *omne animal*, ut ait Ecclesiasticus, *diligit simile sibi.* Et tamen non solùm voluit Christus, ut illa sufficeret, ad faciendum discrimen, sed ad faciendum proximè, infallibiliter, & apud quamcunque gentem. Proximè, & ideo dixit: *in hoc.* Infallibiliter: & ideo dixit: *Cognoscent*, non: *Conjicient.* Apud quamcunque gentem, & ideò dixit *Omnes*, non *Plurimi.* Hinc æstima; quale genus dilectionis ille requisiverit. Profectò dilectionem lectissimam, sublimissimam, plusquàm humanam, & talem, quam non ita facilè ejus hostes imitentur, uti nonnunquam cæteris contingit virtutibus etiam proprijs Christianorum, humilitati, patientiæ, austeritati vitæ, quæ instar auri etiam ipsæ plures inveniunt adulteratores in terrâ. An tibi videtur talis esse tua dilectio?

3. Considera Christum re ipsâ consecutum esse, quod optabat, nempe ut ista dilectio signum esset, quo discerni possent sui sequaces ab alijs. Unde non rarò attoniti dicebant idolorum cultores loquentes de Christianis: *Videte, quomodo se invicem diligunt.* Et ideo certum est, hæc verba Christi non solùm continere præceptum, sed vaticinium: *Cognoscent.* Cùm nusquam in ullâ secta sint visi illi Charitatis excessus, quos tanto numero usurpârunt Christiani non solùm invicem, sed etiam in utilitatem illorum qui eos implacabili hostilitate persequebantur, sincerè illis serviendo tempore contagionis, redimendo captivos, reficiendo, cooperiendo, & demum hæredes nominando bonorum quasi in remunerationem necis illatæ. Percurre omnes sectas, quotquot sunt in orbe terrarum. Nulla ne jactare quidem poterit quidquam simile Charitati Christianæ.

4. Considera, quàm bene consuluerit Ecclesiæ suæ hoc præcepto Dominus, quo voluit, ut omnes *Dilectionem habeant ad invicem*, & hac ratione omnes etiam colligentur unione perfectâ, omnes amentur à singulis, & ab omnibus singuli, ita ut rumpi non possit forte illud vinculum, quo illos initio strinxerat. Sed quale fuit hoc vinculum? scis quale? triplicatũ, quod fortissimum est. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Tale fuit illud, quod habebant *ad invicem* omnes primi sui

secta-

sectatores, intellectûs, voluntatis, & operis. Primò Intellectûs, unde dicitur: *Erant cor unum*, per unitatem fidei. Dein voluntatis: unde dicitur: *Erant anima una*, per unitatem desideriorum. Denique opere, unde dicitur: *Habebant omnia communia*, per uniformem modum agendi. Si Christiani tam bellè semper colligati non aliâ lite certarent quàm amoris, quis æquare illorum vires possit? sed credi non potest, quantopere ejusmodi colligatio displiceat inferno. Unde mirum esse non debet, quòd tot modis allaboret, ut destruat. Certum est, ubi omnibus conveniret magis esse sollicitos servare *Unitatem Spiritûs*, ut aiebat Apostolus, *in vinculo pacis*, hodie rebelliones, factiones, schismata ferociùs sævire. Infelices Christianos, qui non agnoscunt, quanto bono se privent, dum dividuntur! at quomodo non verentur dici Christiani? soli illi sunt tales, qui gaudent Insigni sectatorum Christi: *Dilectionem habent ad invicem.*

5. Considera, quæ sit causa, ob quam Christiani patiantur jacturam mutuæ Charitatis ipsis à Christo tantopere commendatæ. Causa est, quia Christum non amant. Non vides, quid in circulo fiat? quantò lineæ propiùs ad centrum accedunt, tantò inter se magis junguntur: quantò longiùs ab illo recedunt, tantò etiam inter se semper dividuntur magis. Idem accidit in præsenti negotio. Si omnes jungeremur in Christo, hunc cogitando, de hoc loquendo, hujus gloriæ in rebus omnibus studendo, quis dubitet omnes invicem conjunctissimos fore? nos verò illum minimè amamus. Et ideo mirum non est, quod & invicem minimè amemus. Cura imprimis consequi amorem tenerrimum Domini. Tum aliquod ejus dare Specimen cupies. At cùm nescias, quid boni præstes illi, qui omnibus abundat, quid facies? ad illos te vertes, quibus cùm benefeceris, ipse acceptum habet. Et hi sunt tui proximi.

* * *

FEBRUA-

FEBRUARIUS.

I.

S. Ignatius M.

Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri JESU Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Gal. 6. 14.

1. COnsidera, quàm generoso animi decreto exclamet Apostolus nolle se gloriari nisi in Cruce Domini sui: *Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri JESU Christi.* An non poterat ille meritò gloriari in sapientiâ ejusdem Domini sui, cujus adeò ipse factus est particeps? gloriari pietate, gloriari potentiâ, gloriari potestate plusquam humanâ patrandi miracula? omnino potuit. Et tamen solùm gloriari voluit in Cruce, quæ tunc erat opprobrium mundi. O te beatum, si perinde nôsses æstimare aliquando gloriam tam præclaram! tu verò quid agis? Satis tibi est gloriari Cruce Christi, sed non vis gloriari in Cruce. Cruce Christi gloriaris, quia gloriæ tibi ducis esse Christianum, & ita quasi sectator Crucifixi ejus Crucem signis tuis inseris, illam adoras, illi applaudis, illam exaltas. Sed non ideo gloriaris in Cruce, quia non curas ex illâ pendere crucifixus, sicut ibi aspicis pendentem Christum. Eia & tu incipe tandem exclamare cum veritate: *Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce.* Tria sunt, si rite perpendas, quæ constituunt Crucem, summa nuditas, summus dolor, summus contemptus: & cùm in his gloriam tuam posueris, eam pones in Cruce. Mundus gloriam suam in divitijs, in voluptatibus, in dignitatibus constituit. Gloria tua debet esse omnino contraria.

2. Considera, quid sit mundum esse tibi crucifixum, & te mundo. Est à te mundum, téque à mundo prorsus diversa sentire. Cum duo in eadem Cruce hærent confixi, necesse est, ut unus alteri humeros obvertat. Idem in proposito nostro debet accidere. Mundus tibi humeros vertit, te quoque humeros illi vertere necesse est. Mundus te ludibrio habet, quia non curas illa bona, quæ ipse desiderat. Et tu vice versâ illum habe ludibrio. Mundus te non amat, nec tu ipsum ama. Mundus te non æstimat. Neque tu ipsum. Hæc erit Crucifixio quædam perpetua.

3. Con-

3. Considera, si ita mori cupias mundo Crucifixus, opus esse, ut primò mundus moriatur tibi: Unde non dicit Apostolus: *Ego mundo Crucifixus sum, & mundus mihi. Sed mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.* Mundus tibi moritur, quando omnibus ejus bonis opere ipso renuncias; quia nihil tunc habet ampliùs, quo te alliciat, & ita tibi est quasi mortuus. Tu moreris mundo, quando illi renuncias etiam affectu, tunc enim nec allici quidem potes, & ita tu quoque es quasi mortuus mundo. Vis igitur affectu facilè renunciare bonis mundi, divitijs, voluptatibus, honoribus exemplo tot Sanctissimorum Religiosorum, qui idcirco dicuntur mortui mundo? Illis renuntia: Si fieri potest, etiam re ipsâ, convolando ad septa cœnobij, & fac, ut modò dicebam, ut mundus sit mortuus tibi. O quantum prodigium non collocare in his bonis cor suum, dum possidentur: *Beatus dives, qui post aurum non abijt.* Eccl. 31.8. Ita loquitur sacer textus: non ait: *Beatus vir*; quia illud est summum prodigium.

4. Considera ad hanc crucifixionem tam beatam pertingi non posse nisi per JESUM Crucifixum. Ideo dicitur: *Per quem &c.* Amor illius, qui tanta pro te passus est, debet efficere, ut mundus moriatur tibi, tu mundo. Quid non potest, si illum admittas, amor Christi? Scrutare pectus Magni Martyris Sancti Ignatij, ibi videbis.

II.

Festum Purificationis.

Apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Hab. 2.3.

1. COnsidera maximam difficultatem illius, qui DEO famulatur, videri denique totam eò reduci, ut illi non diffidat, nec inter adversitates, nec inter ariditates, nec inter ceteras mentis offuscationes, quæ nobis persuadent, illum penitus recessisse. Cùm fruimur Divinâ præsentiâ, facile est agere bene. Difficillimum verò, quando, ut ita loquar, in tenebris versamur. Certus igitur esto, si talis status tibi fortè contingat, Dominum tuam periclitari constantiam.

R. P. Pauli Segneri Manna Animæ.

2. Considera, quid interim à te requiratur? ut illum expectes. Non dicitur, ut illi obviam procedas, ut allabores, ut circumeas investigando, id enim nimium ægrè fieri potest in tenebris. Ipsa sponsa de nocte diu quæsivit, ut inveniret. Solùm dicitur, ut illum patienter expectes: *Expecta illum.* Quid sibi vult hoc verbum *Expectare?* vult, ut saltem persistas in loco, ut pergas facere illa ipsa opera quoad materiam, orando, confitendo, sacram sumendo communionem,

libros legendo Spirituales, opera pœnitentiæ quà publica quà privata obeundo, etsi gustum non habeas. O quanti meriti talis est constantia! hoc est servire DEO propter DEUM.

3. Considera tali constantiæ magnam esse sociandam Longanimitatem: nam eam habere facile est, sed non diu. Itaque si etiam *Moram fecerit, expecta illum.* Tunc moram facere videtur, cùm credimus nos partes nostras pro viribus implere, eum desiderantes, rogantes, obtestantes, caventes sedulò, nequam nostris defectibus illi demus causam fugæ, & tamen hanc ille non aufert, suam nobis, ut solet, denuò indulgendo præsentiam. Ne dubites fore aliquando, ut indulgeat, quia pollicitus est: *Apparebit in finem, & non mentietur.*

4. Considera Dominum verè aliquando apparere inter has tenebras, dum per momenta vultûs sui quendam radium tralucere sinit. Attamen non venit perfectè. Sed non ideo desponde animum, quia demum non *apparebit* duntaxat, sed *veniens veniet*, séque dabit possidendum, uti hodie fecit sancto Seni Simeoni, cui licuit eum sustinere brachijs, palpare manibus, dissuaviari, ulnis complecti, & tam tenerè exosculari. En maximum præmium, quod obtingit vivâ fide diutiùs expectanti Dominum, nempe ut deinde modo tantò nobiliore suavioréque illo fruatur. Tunc enimverò dici cum veritate potest: *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliâsti, annis, quibus vidimus mala.* Ecce quis tunc status sit animæ, non videtur sensisse mala præterita, sed vidisse tantùm.

5. Considera, etsi per omnem vitam expectandus esset Dominus in hoc statu desertionis, tristitiæ, tædij, quod rarum est, dici tamen posse: *non tardabit.* Quia saltem in morte præsentissimum invenies: *Apparebit in finem.* O ut tunc revelabit tibi faciem, ut assistet, auxiliabitur, & documenta dabit, te magis ab illo semper amatum, quàm ipse crederes. Hæc plerumque solet esse merces illius, qui fideliter Domino servivit tempore desertionis etiam longissimæ, mori cum summâ suavitate, *in osculo Domini*, & in eo articulo deponere omnes scrupulos, afflictiones, angustias, obfuscationes. Imaginare proinde Dominum jam in procinctu stare, ut veniat: unde toties in scripturâ sacrâ *Veniens* vocatur. Fortè mors tibi jam est proxima, jam imminet, jam aggreditur. Fortè accessus mali, qui eam tibi accerset, jam maturuit. Quid de te foret, si interea perdidisses constantiam?

III.

Attendi, & auscultavi. Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens: quid feci? Jerem. 8. 6.

1. COnsidera, sive spectes opera hominum, sive sermones audias, rarissimos inveniri pœnitentes. Multi sunt, qui *volunt agere pœnitentiam*, pauci, qui *agant*. Nunquam enim adduci possunt, ut illam agant. Ad mortem usque expectant; & tum subitò se delusos agnoscunt. Equid tibi prodesse potest voluntas etiam bona, quæ ad opus non redigitur? Eorum, qui voluerunt agere pœnitentiam, & non egerunt, plenus est Infernus.

2. Considera, esse nonnullos, qui etiam in vitâ agant pœnitentiam. At quando? cùm expletis cupiditatibus, ut ita loquar, jam habent satietatem peccandi. An isti *agunt pœnitentiam super peccato suo?* Haud sanè, sed agunt *super peccatis*. Vix inveneris, qui statim, ac peccaverit, illud agnoscat, illud confiteatur, illud detestetur, deploret, dicatque: *Quid feci?* De quorum numero tu es?

3. Considera, quòd nemo pœnitentiam agat, hinc nasci, quia nemo quærit: *Quid feci?* quomodo fieri posset, ut non difflueres amarissimis lacrymis, si cognosceres id, quod feceris peccando? Túne offendere DEUM adeò bonum? eum, qui te condidit, qui te conservavit, qui redemit? tune accersere tibi tantum mali, ut vilissimæ satisfacias cupiditati? ejus gratiâ te privare? gloriæ jacturam facere? æternæ dœmonis servituti te mancipare? O quanta tibi est causa ingeminandi: *quid feci? miserum me, quid feci? quid feci?* sed tu de hoc non cogitas.

IV.

Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Os. 9. 10.

1. COnsidera miram differentiam, quæ inter intellectum & voluntatem intercedit. Si contra voluntatem cogitatione aliquâ vexeris rei abominabilis sive blasphemiæ, sive fraudis, iræ, lasciviæ, non idcirco tu sis abominabilis. Tunc solùm sis abominabilis, cùm amas. Causa est, quia intellectus per suos actus non egreditur extra se, sed in se recipit rerum imagines, quæ ad ipsum transmittuntur, ita ut non possit non recipere. Potentia est, ut vocant, necessaria. Voluntas exit per suos actus ad rem amatam, ita ut in illam transformetur. En igitur fœdam metamorphosin, quæ in te accidit, si quid ames diabolicum, brutum, terrenum. Tunc enim efficeris diabolicus, brutus, terrenus.

2. Considera in hac metamorphosi consistere fœdam illam deformitatem, quæ post peccatum manet animæ impressa. Et ideo O quanto terrore stares attonitus, si te ipsum in eo statu posses contueri. Tunc videres, quàm meritò peccator in scripturis sacris Vipera, Equus, Canis, Sus appelletur, quia dum sequitur appetitum, his brutis animalibus proprium, revera animo in unum horum transformatur. Et tu non satagis per pœnitentiam quamprimum reparare formam amissam? O quantum te affligeret videre te ipsum quoad corpus transformatum in suem, prout Armeniæ Regi Mitridati accidisse legitur. Et non doles, quòd animalis tam fœdi speciem indueris, sed quoad animam?

3. Considera, quemadmodum, qui amat rem abominabilem, etiam ipse redditur abominabilis pro ratione rei amatæ, ita fieri pulcrum, honorabilem, Divinum, qui ejusmodi aliquid amat efficaciter, quia in id etiam ipse transformatur. Transformatur in DEUM: *Talis est quisque*, inquit Aug. Tr. 2. in Ep. 3. Jo. *Qualis est ejus dilectio. Terram diligis, Terra es. DEUM diligis? quid dicam? DEUS eris.* Et tu cùm adipisci possis formam tam nobilem, non curas? At bene adverte, adid non sufficere qualemcunque amorem simplicis complacentiæ, quo nonnunquam feruntur etiam ipsi mali ad virtutem, dum illam in alijs approbant, celebrant, laudant, sed eam nihilominus relinquunt, cui lubet. Oportet esse efficacem, vivum, vehementem, & illi similem, quem in te ipse experiris, cùm seriò amas.

V.

Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem JESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem confusione contemptâ. Hebr. 12. 1.

1. Considera, quale sit certamen, quod tibi proponitur: *Propositum tibi certamen.* Illud haud dubiè, quod tu suscipis adversus tres adeò famosos hostes, qui tibi adimere nituntur æterna bona, nimius amor habendi, amor voluptatum, amor honorum. Hoc est certamen, à quo in hac terrâ nemo est immunis; adeò, ut, si dæmones ipsi te infestent, aliud non agant, quàm quòd suscitent contra te unum ex his hostibus, qui te lacessât. Oportet igitur animari ad tam grande certamen, & ita non solùm ad hoc ire, sed cursu contendere: *Curramus.* Quod tunc fiet, cùm paupertas, dolor, contemptus, quæ sunt partes contrariæ in hoc conflictu, non tantùm acceptantur, sed ultrò expetuntur *per patientiam*, id est, per invictum propositum patiendi: *per patien-*

tientiam curramus ad propositum nobis certamen.

2. Considera, ut id præstes, opus esse, priùs impedimenta deponi, quæ duo sunt, *Pondus*, & *Circumstans nos peccatum*. *Pondus* est peccatum commissum, quod suâ mole trahit ad aliud peccatum. *Circumstans peccatum* est occasio, quæ fortè circa te est, illud iterum committendi. Itaque necessarium est deponere pondus, ut etiam currere possis ad certamen. Quoniam ad currendum, hoc est ad occurendum adversis magnâ virtute opus est. Hanc verò quomodo sperabis, dum vires à peccato penitus opprimuntur? necessarium quoque est deponere occasionem peccandi, ut possis viriliter certare. Nam quomodo solo deposito peccato eò pertinges, ut facilè abstineas â voluptatibus impuris, ut te maceres, ut mortifices, ut lucra illicita contemnas, ut gloriam & honores negligas, dum semper versaris tot inter contraria illicia, quæ tibi blandiuntur? hæc dementia est. Vide igitur bene, in quo statu verseris, & an ita sis dispositus ad currendum & confligendum.

3. Considera, depositis impedimentis, adhuc opus esse, ut te animes exemplo Christi, qui tanta pati pro te voluit. Et hoc efficiet, ut aquiras illam patientiam, illud, inquam, invictum patiendi propositum, de quo dicebam. Vide igitur, quis sit Dominus, qui tanta pro te tulit; Ipse JESUS, Dominus tam dignus, tam delicatus, & tu vel ad solum ejus aspectum non resumis animum? Si nondum altiore modo possis meditari Christi patientis ærumnas, sic age: sume in manus Crucifixum, & ibi *Aspicens in auctorem fidei, & consummatorem JESUM*, considera vultum illum tui causâ exanimem, emortuos oculos, ossa nudata, membra adeò habita crudeliter, laniata, excarnificata, undantia cruore, neque dubita hunc aspectum etiam solum suffecturum, ut te compungat, & confortet. Hic est serpens æneus, qui visus sed fixo obtutu virtutem habet persanandi debilitatem tuam. Unde nota, non dici *Aspiciens auctorem*, sed *in auctorem*; quia non figendus est oculus in solâ specie externâ, quam vides adeò pro te laceram: sed ad interna illo ipso aspectu penetrandum, considerando, quis sit ille, qui tanta patitur. DEUS ipse homo factus.

4. Considera, ut magis animeris, eundem JESUM hîc vocari Authorem fidei & consumatorem, quia, qui nunc est Author in te fidei super terram, illâ instruendo intellectum, illam imprimendo voluntati, & signis tam varijs confirmando, erit post hæc ejus Consumator in cælo, remunerando clarâ visione DEI, in quam denique fides resolvetur, dum in cognitionem vertitur intuitivam, & hoc quoque modo verè consumatur. Ecce igitur, ut JESUS confortare te debeat, & ut Author fidei, & ut Consumator. Ut Author per id, quod modò promittit, ut Consumator per id, quod postea præstabit.

2. Considera, si ille tibi modò proponat grande certamen, non propone-

re rem sibi inexpertam. Non erat Christo reverà imposita patiendi necessitas, prout illam tibi inuponit corruptio naturæ. Ejus arbitrio permittebatur, frui, si velit, quocunque genere bonorum. Ipse tamen, ut tibi exemplo præiret, *Proposito sibi gaudio*, illud respuit, & loco divitiarum, quas tantâ copiâ poterat possidere, elegit paupertatem, loco voluptatum elegit dolorem, loco honorum elegit contemptum, & hoc est, quod dicitur: *Sustinuit Crucem*. Imaginare tibi vitam Redemptoris tui unam fuisse Crucem continuam, cui ipsum affigebant tres illi crudeles carnifices Paupertas, Dolor, & contemptus. Tres isti adhæserunt illi comites in nativitate, in vitâ, in morte. Tu è contrario tantopere illos refugis? Oportet agere ad modum Christi, & magno animo illis occurrere, à quibus abesse non potes: *Ad certamen currere*.

6. Considera, cur dicatur, cùm amplecteretur hanc Crucem, nominatim contempsisse confusionem. Certum est eum contempsisse mala cætera gravissima. Contempsit frigus, contempsit somnum, fames, flagra: at non in his, sed in contemnendâ confusione maxima fuit difficultas. Proinde sicut satis est, ut nôris à Davide superatos Philistæorum exercitus, dicere, ab illo superatû gigantem, ita ut innotescat Christum facilè superâsse tot mala alia, dicere sufficit ab illo victam confusionem, præsertim tantam, quanta fuit illa Christi. Oportet igitur te quoque contra hanc fortiùs armari. Multum conducet ad obsequium DEI superare paupertatem, multum conferet vincere dolorem, sed præ omnibus esse tibi debet victoria contemptûs.

7. Considera non dici, Christum superâsse contemptum, sed contempsisse; *Confusione contemptâ*. Quia hic est modus facilè illum superandi, si contemnas. Id quod te facit tantopere formidare parum confusionis, est nimia æstimatio, quam habes de judicijs hominum. Quid refert, quid de te populus loquatur? vera æstimatio illa est, quæ de te in Paradiso habetur inter Angelos, & Archangelos, ad ipsum solium Augustissimæ Trinitatis. Hanc igitur spectare convenit. Illa hominum vana est, instabilis, iniqua, fallax, brevis, sine illam, qualiscunque sit. Verbo, hoc est facilè superare confusionem, non æstimare. *Spernere, sperni*.

VI.

Ecce breves anni transeunt, & semitam, per quam non revertar, ambulo. Job. 16. 23.

1. COnsidera annos transire celeriter, & ut verum esse cognoscas, retro flexis oculis eos specta, qui jam transierunt. O quàm breves videntur! tales erunt etiam illi, qui restant. quid igitur dicam, quòd tam exiguam curam

curâ geras pro cælo merita cumulâdi; *Breves anni transeunt*, & tu tantum inde tribuis somno? *Breves anni transeunt*: & nihilominus tantum vanitati concedis? *Breves anni transeunt*: & tantum vitijs indulges? Ah! quæ hæc stultitia ineffabilis? *Manè semina semen tuum Eccl. 11. 6.* Consurge tempestivè, ut ores, ut psallas, ut studeas, ut agas aliquid ad utilitatem proximi; tantum enim boni in æternitate colliges, quantum in tempore seminaveris.

2. Considera tempus non tantùm esse breve, sed irrevocabile, adeò, ut quidquid ejus perdis in præsens, perditum sit semper: non redit, non recipitur, & instar aquæ, quæ aliquando suo alveo decurrit, non revertitur ampliùs. & tu tamen tam exiguum illi pretium ponis? In morte agnosces, quis dolor futurus sit illud permisisse frustra dilabi. O quomodo tunc suspirabis non duntaxat illos annos, quos nunc negligis, sed eas horas, eas minutias, ea momenta, & minimas temporis particulas, quas modò pudet æstimare, ne non tam amans quàm parcus videaris. Et tamé quid ait Dominus de hoc loquens? *Particula boni doni non te prætereat. Eccl. 14. 14.* Ecce num pretiosum sit tempus. Tu effluere illud sinis ad instar aquæ; & ille præcipit, ut in pretio habeas ad instar auri, ut æstimes etiam minutas particulas. Nec est quod mireris. Singulæ teporis minutiæ, si rite negotieris, majus lucrum afferre possunt, quàm sit maxima mundi Monarchia.

3. Considera, quid non faceret unus damnatorum, si magno DEI beneficio denuo suscitatus à capite ordiri posset vitæ cursum. Credísne tam socordem fore in usu temporis à DEO sibi concessi? O quàm ille laboraret, quàm fatigaret se ipsum, quàm solicitè caveret, ne vel punctum temporis periret utilitati animæ suæ? Id verò illi non conceditur, quid igitur fiet, si tunc primum æstimare tempus cæperis, cùm illud recuperari non potest? Dic ergo sæpe intra te ipsum cum beato Job. *Semitam, per quam non revertar, ambulo.* Semita est vita hominis, quæ nonnisi semel calcatur, qui novit uti occasione opportunâ ditandi se ipsum, & faciendi profectum, beatus est; qui hanc negligit, æternum redire non potest ad corrigendum errorem.

VII.

S. Romualdus.

Si Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Gal. 5. 25.

1. COnsidera, quemadmodum corpus tuũ, in omni actione suâ moveatur ab animâ, ita animam quoq; tuã in omni actione suâ movendam à Spi-

ritu sancto: quia uti anima corporis, ita Spiritus sanctus vita est animæ. quodsi ita se res habeat, ut quid in tuis actibus alio spiritu regi te finis, nempe proprio spiritu? Spiritus Domini est, qui solus dirigere debet intellectum, quia spiritus proprius, tuus, iuquã, genius fluctuans, instabilis, & inquietus est, nec habet aliquid solidi: *Sicut parturiens cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio. Eccl. 34. 6.* Et Spiritus Domini est, qui etiam movere debet voluntatem, non spiritus proprius, naturalis, inquam, propensio, quam sentis ad illos tuos actus, quicunque fuerint. Aliàs de illorum eris numero, *qui ambulant in vanitate sensûs sui: Eph. 4.* ita ut si ille tuus naturalis affectus malus non sit, saltem vanus, inutilis & instabilis sit, nec meriti quidquam habeat. Vis ita ambulare, ut omnes tui actus seu passus animæ recto tramite te ad paradisum deducant? sine te dirigi, & moveri â solo Spiritu sancto: *Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. Ps. 142.* Anima intellectu & voluntate constat, atque ita tam intellectum quàm voluntatem ambulare oportet in virtute illius, qui utriusq; est anima, videlicet Divini Spiritûs: *Si Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus.*

2. Considera, si unicè regi te convenit â Spiritu S. longè minùs te regendum ab ullo spiritu, qui Sancto adversetur, & qui sunt isti? sunt tria illa vitia, quæ præ aliis sunt purè spiritualia. Vana gloria, Ira, Invidia. Ideo, cùm dixisset Apostolus: *Si Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus;* mox subjunxit: *non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Hi sunt tres illi spiritus, qui potiorem movent humani generis partem. Illi ipsi, qui cùm maximè Spirituales nominantur, nonnunquam nihil ferè habent de Spiritu, quàm tria hæc vitia, quæ in illis tyrannidem exercent. Videbis ex his facere eleemosynas, alios studere, alios laborare, & in pulpitis diffluere sudore, sed nonnisi ad captandam auram popularem: *Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Io. 12. 43.* Videbis eos agere pœnitentias etiam austerissimas, deinde verò non ferre contemptum etiam levissimum, contentiosos, iracundos, sempérq; promptos ad vindictã. Videbis intentos promovendo cultui Divino in administratione Sacramentorum, aliisque doctrinæ & pietatis Exercitiis maximi meriti. Sed deinde cernes invidos adeò, ut neminem ferant, qui illis possit æquari. O quàm facilè contingit unum horum spirituum in sinu animæ recondi, qui non solùm eam regat & moveat, sed etiam exagiter. Hoc foret funestissimum signum. Si enim, *qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* Quid erit, qui agitur spiritibus adeò diversis? Tunc aliquis *Agitur*, cùm vellet aliquid, sed vi quadam majore rapitur ad aliud volendum. Vellent esse humiles, mortificati, modesti, benigni, quia cognoscunt ita conditioni statûs sui convenire. Sed non sunt, etsi velint: *aguntur.* Dici nequit, quantum intersit tribus istis maledictis spiritibus infringi tam violentam potentiam.

3. Con-

3. Considera, quàm malignus sit spiritus vanæ gloriæ, qui ideo spiritus vocatur, quia proprium ipsi est Inflare. Implet te vanitate, quia ad id avidè procurandum impellit, quod neque solidum, neque verum, nec utile, adeóque vanum est. I. non est solidum; quia gloria ab hominibus profecta quasi flos agri subitò marcescet. *Omnis gloria ejus quasi flos agri.* Isa. 40. II. Non est verum, quia vera gloria tibi inest, & ita pariter te perficit. *Gloria nostra hæc est testimonium bonæ conscientiæ.* 2. Cor. 1. Et non consistit in bonâ existimatione, quam de te homines conceperunt, etsi omnes unanimi consensu supra seipsos te efferant. Hoc non est nisi imaginarium simulacrum, idolum vanum. *Populus verò meus mutavit gloriam suam in idolum.* Jer. 2. 12. III. Non est utile, quia nihil omnino conducit ad consecutionem ultimi finis, qui est gloria Paradisi: potiùs ab illa te impedit: *Recepisti mercedem tuam.* Adverte tamen non dici: *Non habeamus inanem gloriam,* sed: *non efficiamur inanis gloriæ cupidi.* Quia gloria sequitur etiam fugientem. Sufficit ergo, ut, si illam admittere fueris coactus, non æstimes, non ames, non inflaris, quasi idcirco dignior gloriâ, quia illa non quærenti offertur. Hoc enim jam est ejus desiderium inchoatum. Dic; nec propter te cœpi, nec propter te desinam, ut qui gloriæ suæ curam Deo penitus relinquit. *Ego autem non quæro gloriam meam: est, qui quærat, & judicet.* Joan. 8. 50. Dei judicium esto, quando tibi conveniat aut non conveniat esse laudatum.

4. Considera, quàm malignus sit spiritus Iracundiæ, dictus spiritus, quia proprium illi est esse impetuosum. *Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?* Prov. 18. 14. Agit te in rixas præcipitem, itaque facit, ut dum vis lædere, ipse lædatis. *Perdis animam tuam in furore tuo.* Job. 18. 14. Siquidem uno ictu tria tollit maxima bona: pacē cordis, pacē cum proximo, pacem cum Deo. I. Tollit pacem cordis, quia agis ad modum maris, quod navi insultare non potest, quin turbetur. Unde scriptum est: *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.* Job. 36. 18. Donec tu alium superes, necesse est te priùs superari ab Irâ. An non potior est pax cordis, quàm omnes illæ victoriæ flocci pendendæ, propter quas illius pateris jacturam? *Melior est buccella ficca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum jurgio.* Prov. 17. 1.

II. Aufert tibi pacem cum proximo: quia ira tua iram provocat aliorum, & ecce lites. *Qui provocat iras, producit discordias.* Prov. 30. 33. Et tamen ad hanc pacem servandam æquum omnino esset privare teipsum multis etiam justis designationibus animi, illi postponendo, si necesse foret, etiam jejunia, flagella, aliáque similium virtutum opera, quæ sine dubio charitati cedunt, quam Dominus voluit proprio suo cultui anteferri: *Misericordiam volo & non Sacrificium.* Os. 6. 6.

III. Aufert tibi pacem cum DEO: quia, dum ita ſemper es promptus ad tuendum te ipſum, illi non ſatis fidere videris: *Da locum iræ.* Rom. 12. Ira Divina eſt ejus Juſtitia, quæ ſine dubio cauſam tuam defendet. Sed convenit, ut illi des tempus: Non enim eſt ira præceps, ut tua, ſed eſt ira tranquilla: *Cum tranquillitate judicas.* Sap. 22. Tu igitur, cùm illam tam audaciter prævertis, quid aliud agis, quàm quòd illam provoces contra te ipſum? Vide ergo, an non hic ſpiritus Iracundiæ ſit ſpiritûs perniciosus.

5. Conſidera, quàm pariter malignus ſit ſpiritus Invidiæ, dictus ſpiritus, quia proprietatem habet ſiccandi. *Spiritus triſtis exiccat oſſa.* Prov. 17. Quomodo tu redigi potes ad tam miſerum ſtatum, ut alterius exaltatione triſteris, quaſi illa in tui cedat contemptum? Te ſubitò omnis virtus diſcruciat, quia ſcriptum eſt: *Putredo oſſium invidia.* Prov. 14. An notâſti aliquando, quod genus mali ſit putredo? Malum eſt, quod naſcitur de bono non ſuo. Imò quò partes ſunt magis delicatæ, carnoſæ, pingues, eò magis illam producunt. Itaque invidia putredo nominatur, quia de bono naſcitur alieno. O putredinem, quæ non ſolùm corrumpit, & dolet, ſed & nauſeam procreat! nonne pudor eſt, inde te ſumere occaſionem triſtandi, unde deberes maximè lætari? Si multi ſunt, qui gloriam DEO reddant, numquid eò melius eſt? *Quis tribuat, ut omnis populus prophetet?* ajebat Moyſes, cùm audivit ſpiritum ſuum multis alijs communicatum. *Num. 11. 29.* Ita te quoque loqui oportet, præſertim ſi conſideres Iracundiam illi dominari, qui ſenſum perdidit, Invidiam verò, qui eum nondum acquiſivit: *Stultum interficit Iracundia, & parvulum occidit invidia.* Job. 5. 2. Igitur feſtina. Putredo malum eſt, quod ſemper creſcit, creſcitque velociter: unde & citò, & ſine miſeratione curandum. Nec ferro parcendum nec igni. Cùm advertis te deliquiſſe pervilem actum invidiæ, alterius laudibus indignando, aut eas deprimendo, graviore quadam pœnâ te caſtiga, itaque putredinem interfice prius, quàm ipſa te interficiat usque ad oſſa penetrando.

6. Conſidera Iracundiam & invidiam duos eſſe peſtilentes ſurculos nimii amoris, quo afficeris ad gloriam humanam. Hanc enim ſi ſperneres, non tam grave tibi foret, ſive quòd tibi infra alios conſiſtendum ſit, & ſic non tantâ irâ efferveſceres: vel quod alii ſupra te conſiſtant: & ſic non tantâ invidiâ tabeſceres: Ideo Apoſtolus, poſtquam dixit: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,* ſtatim adjecit quaſi explicando idipſum, *invicem provocantes, invicem invidentes.* Oportet igitur tollere radicem, atque ita toti malo promptum afferre remedium. Non tantùm cape faſtidium gloriæ humanæ, ſed etiam horrorem, conſiderando, quantùm ejus amor virtuti noceat. Et in hunc finem conſtituto ante oculos crucifixo perpende, quomodo ipſe in hoc trunco omnem conculcaverit gloriam, & ſcopum ſe poſuerit

fuerit inimicis, in quem Ira & Invidia tela sua exonerarent, ut tu contra duo hæc vitia odium conciperes, quàm poteres, maximum, dum vides illa bono tuo JESU attulisse mortem, Iram Sacerdotum, qui ejus prædicatione vapulârunt, & Invidia scribarum, quos suis prodigijs offendit.

VIII.

Homo sapiens in omnibus metuet, & in die delictorum attendet ab inertiâ. Eccl. 18. 17.

1. COnsidera, quàm proprium sit sapientis timere: nam quò quis sapientior est, eò plura pericula cognoscit in viâ Domini, in quâ nemo securus est usque ad mortem seu viæ terminum. Sed nota non dici *de omnibus metuet*, sed *in omnibus metuet*. Quia quod ad vitam attinet præteritam, si debitam adhibuisti diligentiam, etsi non esset nimia, omne peccatum ritè confitendi, si curam habuisti verum eliciendi dolorem cum proposito; habes adhuc causam aliquam timendi, sed majorem sperandi. Unde dicitur: *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Non dicitur: *Sis cum metu:* Sed *Noli esse sine metu.* quæ sunt voces nonnihil minuentes. Semper aliquis servandus timor, sed non summus. Summus timor in iis operibus habendus est, quæ nunc facis, ut rite facias. Ita est, non oportet esse timorem servilem, qualis est mancipiorum, quæ ad transtra student remigare bene, timore verberum. Sed oportet esse castum, qualis est filiorum, qui separationem patris formidant magis quàm quidquam aliud malorum, quod ipsis possit evenire.

2. Considera, quis effectus esse debeat, quem producere in te debet hic timor, *Timor Domini Sanctus.* Effectus esse debet, ut *attendas ab inertiâ, maximè in diebus delictorum.* Efficere debet hic timor, non ut sis scrupulosus, seu ut timeas, ubi non est ratio timendi, sed ut sis cautus, ut sis circumspectus, ut plurimum *attendas* non solùm *à peccato*, sed etiam *ab inertiâ.* O quanti momenti istud est! Caves peccatum, sed non caves otium, tepiditatem, tædium, pigritiam, quæ te reddunt minùs promptum ad bonum. Si adhuc agis bene, ne dubita te proximè acturum malè. Hæc enim pessima est naturæ nostræ vitiatæ conditio, ut, nisi vi majore frenaveris, instar equi indomiti præceps ruat.

3. Considera hanc attentionem singulari modo requiri *in diebus delictorum*, quia pronius tunc est impetu torrentis rapi. Qui sunt autem hi *dies delictorum*, nisi qui nunc fluunt, Bacchanalium? Isti sunt, quibus data videtur publica licentia solùm indulgendi genio, confabulandi, bibendi crapulam, saltus exercendi histrionicos, Venerem sequendi, audendi quidvis, &

gentilium insaniam renovandi in orbe Christiano. Nunc igitur, nunc profectò attentione opus est, ne sis iners ad bonum, ne consueta devotionis exercitia, Examina tam generalia quàm particularia, lectionem libelli sacri & hujusmodi omittas, quia facillimum est etiam cum aliis ire in præceps. *Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum*, hoc est, *in diebus*, ut alii legunt, *peccato dicatis*, quales isti videntur esse, *attendet ab inertiâ*.

4. Ulteriùs considera *dies delictorum* esse illos, quibus Principes gubernant vitio faventes, vel certè impunitatem permittentes. *Dies delictorum*, quibus inter gentes schismata, rebelliones, ruinæ, discordiæ publicæ grassantur. *Dies delictorum*, quibus in Rempub. in qua degis, nimia licentia irrepsit, cui, qui præest, jam non possit afferre remedium.

Sed præ omnibus certum tibi esto, *dies delictorum* pro te esse illa tempora, quibus omnia tibi prosperè succedunt, sive ob bonam valetudinem, quâ frueris, sive propter opes, applausus, adulandi studia, vel quævis alia, quæ præbere tibi possunt ansam superbiendi. Tunc enim faciliùs subit oblivio Domini, quasi illo tibi opus non sit, & ideo convenit, ut tunc maximè *attendas ab inertiâ*, operando bene, tum ne Deum per ingratitudinem exasperes, tum quia versaris inter majora pericula salutis, siquidem in navigatione vitæ mortalis aliter quàm in cæteris evenire solet. In cæteris majore securitate navigatur, cùm ventus à puppi aspirat, in illâ verò majore periculo naufragandi: & ideò tunc ampliùs quàm unquam aliàs *in omnibus metue*, semper commenda te DEO, uti & imminente naufragio.

IX.

Similiter odio sunt DEO impius & impietas eius, Sap. 14. 9.

1. COnsidera, quantum sit odium, quo DEUS exosum habet peccatum. Tantum est, quantus est amor, quo amat seipsum, immensum, infinitum, essentiale, maximè tamen rationabile. hoc est, quod nunquam potest non odisse, & hoc est, quod tot pœnis semper fuit persecutus, quot reperire est in hoc mundo. Diluvium cogita universo immissum generi humano, pestilentias, tempestates, terræ motus, imbres ignium horribiles. Totum hoc fuit ad puniendum peccatum. imò totum hoc nihil fuit. Ad exaltandum terribilissimum odium, quo DEUS flagrat, opus est inferno. Imò nec iste sufficit, quia semper majus est odium, quod DEUS servat, quàm sint pœnæ, quas infligit. Post seculorum Myriades in principio sumus: dici nequit vel minimum datum esse satisfactionis condignæ.

2. Considera, omnem illum amorem, quo DEUS diligit quidquid operum bonorum factum est ab omnibus puris creaturis universi simul junctis,

ctis, à Patriarchis, Prophetis, Martyribus, in bilance positum neutiquam præponderare odio, quo is detestatur vel unicum peccatum. Adeò, ut, si DEUS tristari posset, plus tristitiæ ex illo sumeret, quàm lætitiæ ex operibus sanctis quantumvis cætera præstantibus in unum cumulum congestis. Ideo, ut horum aliquod obtineat, nunquam velle potest peccatum etiam minimũ, licet illud possit permittere, nec velle potest, ut id alius quisquam velit. Unde, si uno dicto mendacio obtineri posset omnium populorum conversio ad fidem, dicere illud non potes. Tantum est odium, quo DEUS fertur in peccatum.

3. Considera, quomodo DEUS demonstraverit hoc odium, cùm eò adductus est, ut illud plecteret vel in ipsâ personâ Christi. Si Dominum videres, qui vas quoddam suum ex adamante pretiosissimum, quia novit in illo venenum condi, projiciat in terram, comminuat, & in frusta discerpat, certè diceres: O quantum oportet esse odium veneni! At si videres idem alteri contingere vasi innocenti, ideo duntaxat, quia quandam habet similitudinem cum priore, quantò magis attonitus stuperes? Christus nihil in se habuit peccati, quia *sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus*: solam habuit speciem, *missus in similitudinem carnis peccati*. Et vides tamen, ut illum DEUS tractaverit. Proprio Filio suo non pepercit. Omnium pedibus conculcandum dedit *tanquam vas perditum*, lacerari, discerpi, laniari permisit, nec aliam ob causam, quàm ut odio litaret: *Ad ostensionem justitiæ suæ*. O quam grave oportet esse hoc odium!

4. Considera eandem esse odii mensuram, quâ DEUS peccatum & te odit, si peccator existas. *Similiter odio sunt DEO impius & impietas ejus.* Non est aliud discrimen; nisi quòd peccatum non possit non esse semper odiosum DEO, tu verò potes non esse, cùm esse desinis peccator. Dum talis esse pergis, non est remedium, pari passu ambulas. Vides igitur, quàm misera sit status tui conditio. Quantò melius foret tunc esse scorpionem, esse serpentem vel draconem, quia nihil horum odio habetur, imò potiùs amatur à DEO: *nihil odisti eorum, quæ fecisti.* ubi tamen te maximè exosum habet. hinc est, quòd cùm David Rex sanctus res omnes creatas invitaret ad laudandum DEUM, nullam etiam illarum miserabilium, quas diximus, excluserit, non scorpiones, non serpentes, non dracones, imò disertè dixit: *Laudate Dominum dracones.* Nunquam verò dixit: *Laudate Dominum peccatores.* Adeò istos odit DEUS. Et hoc tu floccipendis? Cogita tantisper, quàm infelicem te putes, si fias odium totius civitatis, vel Reipublicæ, in quâ degis. Et tamẽ etsi totus mundus odisset, malum non est, si DEUS bene tibi velit. Quid verò juvat esse delicium totius generis humani, si DEUS te oderit?

5. Considera, si velis, ut DEUS te incipiat amare, hanc esse viam, odisse te ipsum, deflere malum commissum,

abominari, nec inferiore gradu, quàm DEus, hoc est, super omnia illud detestari. Et fieri potest, ut tantum te ames in peccatis tuis? *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit DEVM suum.* Os. 14. 1. O quantùm deberes indignari carni tuæ rebelli, illam castigare, atterere, non tam satisfaciendi studio, quàm odio peccatorum, quæ commisit. Imò quantùm deberes obstupescere, quòd hanc indignationem contra te non depromant res universæ creatæ. Quòd, sol radiorum loco, quos ad obsequium tuum spargit, non evibret sagittas. Quòd stellæ contra te non dimicent: quòd aër non suffocet, aqua non hauriat, terra non dehiscat sub pedibus, ut citò tollaris de medio. Si nôsses, quid sit in peccato gravi versari, semper viderentur tibi Angeli de nubibus clamare: *Præparamini contra Babylonem per circuitum, omnes, qui tenditis arcum, omnes, omnes: non parcatis jaculis, quia Domino peccavit.* Jerem. 50.

X.

Sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitijs: non in contentione & æmulatione: sed induimini Dominum JESUm Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Ad Rom. 13. 13.

1. COnsidera favorem à DEO tibi præstitum, dum collocavit *in die*, non inter tenebras gentilitatis, aut Judaismi, vel hæresis, sed in regione Catholicâ, fortè etiam Religioso Ordine, ubi clarior est dies. Quid igitur te facere oportet, ut tam grandi beneficio respondeas? Oportet, uti solet in die, *honestè ambulare.* Proprium est diei instare operi decoro, esse compositum cultúmque; diei quoque proprium est ambulare, quia de nocte impingimus. Hoc igitur tuum est debitum: *honestè ambulare. Honestè* designat ornamentum virtutis, *ambulare* progressum, quia non oportet unquam sistere, sed semper promovere gradum de bono in melius, *de virtute in virtutem.* An tu hoc debitum integrè adimples?

2. Considera de die non convenire tibi opera noctis, qualia sunt illorum, qui ignorant Christum. Hæc duplicis sunt generis. Quædam spectant ad concupiscibilem, uti sunt cibus, potus, somnus immoderatus, quibus denique succedũt tot fœdæ libidines. Alia pertinent ad irascibilem, & sunt tot contentiones, quæ suscipiuntur ad comparandas opes, ad faciendum quæstum ad honoris fastigium conscendendum, cui semper jungitur æmulatio, quæ hoc loco nil aliud est, quàm invidia boni alieni. Vide, num in te sit reperire aliquid de his operibus tenebrarum, & erubesce. Quia omnia hæc opera

pera comessationes, ebrietates, cubilia, impudicitiæ, contentiones, æmulationes, talia sunt, quæ in conspectu sapientum pariunt pudorem, & ideò libentiùs de nocte fiunt: *operra tenebrarum.*

3. Considera, loco operum, quæ diximus, induendum JESUM Christum, seu Spiritum, qui sit illis omnino contrarius, prout eundo per singula cognoscere licebit. Sed quid est *Induere Dominum JEsum Christum*? est ita illum imitari, ut, qui te aspicit, Christum in te videat loquentem, ambulantem, laborantem &c. prout dici solet aliquem in theatro induere personam Regis, quam bene repræsentat. Hæc est illa perfectissima imitatio, ad quam si non pertingas, saltem decet aspirare.

4. Considera huic imitationi nihil ita obstare, quàm amorem nimium, quo afficimur ad carnem nostram, siquidem vita Christi omnino spiritualis existit, seu contraria carni. Ideo subjungitur: *& carnis curam ne feceritis in desiderijs*, non dicitur utcunque: *carnis curam ne feceritis*, sed *in desiderijs.* Quia gubernanda est caro non juxta id, quod ipsa desiderat, sed quod ratio præscribit. Si carni præstes, quod ipsa postulat, nihil unquam facies boni. Vide priùs, an rationi consentaneum sit præstare. Et ita *carnis curam ne feceritis in desiderijs, sed secundùm rationem.*

XI.

Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim, quando tempus sit. Matth. 13. 13.

1. COnsidera tribus his capitibus comprehendi, quidquid agendũ tibi est, ut semper vivas paratus mori: Videre, vigilare, orare. Primum igitur, quod à te exigitur, est ut videas, hoc est, ne te sinas excæcari à peccato lethali, prout faciunt tot miseri, de quibus scribitur: *Excæcavit illos malitia eorum.* Sap. 2. 21! O quàm ista luctuosa cæcitas est! I. Nam illa corporis cæcitas saltem bona multa afferre potest animæ, dum oculis subducit tot periculosa illicia, quæ facilè possent pertrahere ad malum, speciem mulierum, fulgorem auri, splendorem purpuræ, præsentiam inimici, qui te exasperet. At illa mentis cæcitas innumera affert mala animæ & corpori. *Obscurentur oculi eorum, ne videant.* Quid hinc sequitur? *Et dorsum eorum semper incurva.* Cùm Dæmon te excæcavit, tibi dominatur, ut lubet.

II. Qui corporis cæcitati subjacet, quærit auxilium, quærit adminiculum exemplo illius Elimæ, qui cæcitate percussus à Paulo statim *circumiens quærebat, qui ei manum daret.* Act. 13. at qui mentis cæcitate laborat, superbè dedignatur, non vult ducem, non Rectorem, existimat se præ omnibus acutum cernere, & ita magis properat ad ruinam: *Væ, qui sapientes estis in oculis*

oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudentes. Is. 5.

III. Quia cæcitas corporis ad summum in profundam fossam præcipitare te potest, de quâ sæpe non magno negotio emergere licebit. At illa mentis in infernum te præcipitat, in quem si semel incidas, nunquam amplius consurges. *Cadit justus, & resurgit: impij autem corruent in malum.* Prov. 24. 16. Oportet igitur omni studio allaborare, ne in tam terribilem incidas cæcitatem. Quodsi iniquâ sorte illam nimiùm quantum incurrisses, pro certo habe, optimum medium persanandi illud esse, quod Christus usurpavit in cæco nato. Lutum tuum oculis impone. *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas.* Apoc. 3. 18. Cogita te cretâ, te cinere componi, & ita quavis horâ mori posse, tum verò vade, propera, recurre ad Lavacrum Confessionis Sacramentalis: *Vade ad Natatoriam Siloë.* Et ibi dissolutus in amaras lacrymas bene te lava, ut sic demum visum perditum recuperes. *Videte: nescitis enim, quando tempus sit.*

2. Considera alterum, quod à te petitur, nempe, ut vigiles: *Vigilate.* Ceu diceret, ne sinas tibi soporem induci à Venialibus peccatis. *Evigilate justi, & nolite peccare.* Cor. 15. 14. Hic sopor est, de quo pariter hoc loco Apostolus locutus est. Sed etsi justis quoque communis sit, non idcirco contemne, quia noxius est, & fortè longè magis, quàm credas.

I. Verum quidem est, quòd non pervertat intellectum, uti facit mortalis noxa, quæ est cæcitas. Sed inumbrat, offuscat, turbat, ut non sis ita promptus ad differendum de rebus facientibus ad profectum, sicut is, qui vigilat. Facit potiùs, ut somnia sequaris, hoc est, vanitatem. Illi, qui *Dormientes* dicuntur, qui sunt? Isaias hoc dicit; sunt, inquit, pariter *Amantes Somnia.* Is. 56. 10.

II. Quia te redigit ad maximam paupertatem. *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.* Prov. 19. 13. Et quod lucrum tuum est, si non caveas à venialibus peccatis, vanâ gloriâ, levioribus impatientiæ & invidiæ motibus, atque continuis negligentijs, quæ in vitâ Spirituali occurrunt? Id, quod te facit opulentum, vigilantia est: *Aperi oculos, & saturare panibus.* ib. 3.

III. Quia dormiendo tui custodiam negligis, & ita facilè pates insultibus hostium, prout Samsoni, Sisaræ, Holoferni, & alijs innumeris accidit. Ut ideò exclamaret Isaias: *Surgite principes, arripite clypeum.* Is. 21. 5. An non vides, quantum dæmonibus roboris accedat ad te superandum, si sciant à te sperni modica peccata? paulatim grandia persuadebunt, & ita dormienti, cùm minimè putas, mortem inferent. *Venerunt in Lais ad populum quiescentem, atque securum, & percusserunt eos in ore gladij.* Jud. 18. 27. Quid igitur facto opus? Expergiscere auscultando voci Domini tam diu te vocantis ad vitam perfectam. Tum verò ne denuò obruaris somno, cogita pariter diem ultimum, qui appropinquat.

quat. Citò, citò. An non vides, nihil esse nobis temporis, quod perdatur? Optabile foret in hoc mundo vigilare semper, adeò brevis est vita nostra. Quid aio? optabile foret non committere unquam venialia peccata, sed fieri hoc nequit. Faciendum igitur more Sanctorum, qui ad contrahenda, quoad possent, somni spatia, summas adhibebant industrias, jejunabant, studebant, psallebant. Ita & tu facias. Ante omnia oitum devita, cujus fortè exiguam rationem habes, & hoc tamen est, quod tantum generat soporis: *Pigredo immittit soporem.* Prov. 19. 15. Vita brevis est, fac igitur, ut sit maximè negotiosa. Ita exemplo Sanctorum facies, qui non cedebant somno nisi oppressi. *Vigilate, nescitis enim, quando tempus sit.*

4. Considera, tertium, quod à te requiritur, ut ores: *Orate.* hoc est, ut nunquam desinas te Domino commendare. *Sine intermissione orate.* 1. Thess. 5. 17. Sed quomodo id opere præstari potest? manifestum est orare nil esse aliud, quàm DEO exponere desiderium, quo ardes, ejus opem impetrandi, humilitatem, obedientiam, aliáque consequendi bona, quæ animam concernunt. Et hoc est, de quo in præsenti est sermo. Dominus optimè novit desiderium tuum, nihilominus, ut te plenè exaudiret, postulavit, ut hoc illi aperires. Quo posito, necesse est, ut sine intermissione oraturus primò habeas tempora præscripta, quibus hoc desiderium quotidie Domino aperias. Brevia si fuerint, sunto saltem frequentia, quia *Multum valet deprecatio justi assidua,* Jac. 5. 6. Cùm deinde cessas revelare Domino hoc, quod dicebam, desiderium, sive ex lassitudine, sive studiorum vel aliarum tibi competentium occupationum causâ, saltem animo servare debes, & ita semper quodamodo orabis, si non actu, certè virtute. Cùm tale desiderium perdis, miserum te! tunc enim malè de te agitur. Dum illud viget, quamvis subinde per inconsiderantiam deficere contingat, facilè te eriges, quia semper aliquo modo stas, Divinum implorando auxilium. Et licèt verum sit, illum potius exaudire, cùm actu auxilium ejus flagitas, exaudit tamen etiam non rarò, cùm id virtute postulas. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Ps. 9. Convenit igitur, ut vires omnes convertas ad orandum. Nec virtute tantùm, sed quoad potes, etiam actu: de hac enim oratione maximè loquebatur Dominus, cùm dixit: *Videte, vigilate, & orate.* An eam facere bene cupis? sæpe mortem cogita. Cogita esse fortè jam jam imminentem, nec dubita. O quàm ardenter illi te commendabis! non transibit, ut ita dicam, momentum diei, quo DEI non recorderis. Timor enim affectus est, qui naturâ suâ magis impellit ad rogandum, quàm desiderium. *Josaphat timore perterritus,* quid fecit? *totum se contulit ad rogandum Dominum.* 2. Par. 20. 3. Sic & tu facies. At tu mortem fingis semper longiùs remotam, & idcirco non

oras: *Orate, nescitis enim, quando tempus sit.*

5. Considera quàm verum sit te nescire, quando futurus sit vitæ terminus. *Nescitis, quando tempus sit.* Nihil est, quod vel momentum vitæ polliceri tibi possit; contrà quid est, quod illam non omni momento tibi possit adimere? Mors quovis modo tollere te potest, sive per vim, sive per insidias. Quidsi jam propè stet, quin advertas? Piscem consideram reti captum, dum adhuc sub aq uâ est. Nihil horum scit, gestit, subsultat, tripudiat, ut alij, quibus nihil imminet mali. Interim de illo actum jam est. Idem tibi facile potest accidere. Fortè jam jactum est rete, nec aliud supereſt, quàm ut celerrimè pertrahatur ad terram. Nec tu id curas? O rem dignam commiseratione! *Illaqueavi te, & capta es Babylon, & nesciebas.* Jer. 50. 24. Ne cunctaris igitur ad casus tuos reflectere animum. Esto paratus, esto attentus, fac quamprimùm Confessionem, qualem faceres, si nunc esset moriendum, siquidem revera *nescis, quando tempus sit.* Sperare potes, sed *nescis.* Suspicari potes, sed *nescis.* Rotam nativitatis ab Astrologis indagare potes, quantum voles, sed non idcirco quidquam scies. Quid? an mendacem facies Christum? *nescis*, inquit ille, hoc tibi sufficiat, ne cujusquam assentationibus credas. Ne credas ætatis flori, non sanitati, non colori vultûs, non habitudini corporis, non vigori mentis excitato: cùm enim Christus dixit: *Videte, vigilate, orate: nescitis enim quando tempus sit*: quid voluit, an solis loqui Apostolis? ne quaquam, sed omnibus. Unde concluſit: *quod autem vobis dico, omnibus dico.* J. nunc cum tuis ineptijs, & si potes, excipe te de numero eorum, quibus locutus est Christus. Quisquis es, sanus vel æger, juvenis vel senex, grandis vel vilis, dives vel pauper, iterum inculco: *nescis, quando tempus sit.* Non dico, *Erit*, sed *sit.* Quia nulla est circumstantia, in quâ ultima hora tibi non possit esse jam præsens.

XII.

Quod hominibus altum est, abominatio est ante DEUM. Luc. 16. 15.

1. Considera, quàm stulta sit maxima pars mundi, dum adeò perditè sequitur honores. Id quod hominibus vocatur Celsitudo gradûs, dignitatis, gloriæ, coram DEO quid est? *Quod hominibus altum est, abominatio est ante* DEUM. O si tu profundè insculperes animo hanc sententiam, egressam ex ore non alicujus Angeli, non Archangeli, sed Christi, Sapientiæ æternæ. Quàm longè aliter incipieres sentire de rebus! an auderes

res jactare illum tuum inimicum? à te pudore affectum, illos pauperculos superatos, obtentam causam, occupatum officium, repressum æmulum etiam artibus non bonis? Ecce! quidquid est fastuosi, expensas facere, opes profundere, genio indulgere, dominari, quidquid *hominibus altum est*, quidquid elatum, sinè ullâ exceptione, *abominatio est ante DEUM*.

2. Considera, quibus in pretio sit tua altitudo: *Hominibus*, & his quidem non omnibus, sed pauciſſimis: *Hominibus, Hominibus*, qui post paucos dies vermes pascent. *Hominibus*, qui sæpe falluntur, aut falli possunt. *Hominibus*, qui instar aquæ mobiles non verebuntur subitò demergere in profundum, quos paulò ante supra cœlos efferebant. *Hominibus*, qui affectu ducuntur. *Hominibus* injustis, iniquis, imò qui sunt fæx hominũ, quia brutis animalibus propiores. Viden, ut inter ipsos homines, hi, qui sunt Spirituales, hoc est, veri homines, quibus plus rectitudinis & rationis ineſt, omnes adhærent sententiæ Christi?

3. Considera à contrario, coram quo fiat abominabilis ille, qui apud homines Celsitudo vocatur. Coram DEO. *Ante DEVM*. Et tu vilem vermium massam cum illo comparabis, qui est Dominus tantæ Majestatis? *Vincens scientiam nostram, magnus consilio, incomprehensibilis cogitatu*. Jer. 32. 19. Nonne pluris facis æstimari à Principe, quàm ab omnibus pagi tui contribulibus rusticis? & quî facere DEO potes tantam injuriam, ut ejus æstimationi præferas humanam? quando abominabilis es ante DEUM, dici puta te simul esse abominabilem ante tot milliones sublimiſſimorum Spirituum, Principatuum, Potestatum, Dominationum, qui non solùm multitudine superant homines præteritos & præsentes, sed etiam futuros. Ante Sanctorum Sanctarúmque myriades, totámque Curiam Paradisi, cujus intuitu quid censeri debet totus ille hominum fastus? cumulus fimi. Et tibi satis est id eligere, quod abominatio est *ante DEVM*, dummodo altum sit *hominibus?*

4. Considera, id, quod hominibus altum est, non odium coram DEO, uti sanè est omnis iniquitas, sed abominationem dici, ut scias, si DEUS exosa habet cetera peccata, eum abominari arrogantiam, ambitionem, superbiam, & contra hanc præcipuè arma sua magis horrida vertisse. Hinc vides eò fine potissimùm cœlo descendisse, ut demissionis maxima, quæ posset, exempla nobis daret. Et hac ratione cùm vitam duceret cetera communem tam in victu, quàm vestitu, quam omnes possent imitari, insuper habito rigore Præcursoris, in contemptu sui omnem limitem transcendit *Novissimus virorum*, dum Regiâ natus Prosapiâ ita rerum cursum dispoſuit, ut nasceretur in stabulo. Vix natus timorem hominis præ se tulit, qualis erat Herodes, & quamvis tot alijs vijs ejus furori se posset subducere, gladios vitare, eam elegit, quæ plus

plus habet ignominiæ, fugam scilicet nocturnam. De triginta tribus annis, quibus vitam produxit, tricenos exegit in ignobili officinâ fabro famulatus. Neque dubitavit contemptum sui adeò dilectum omnibus præferre bonis, quæ interea temporis agere poterat peregrinando, concionando, docendo, prout egit postremis vitæ annis. Inter genera mortis probrosissimum elegit, quale fuit inter duos latrones suspensum mori, & huic præmitti voluit inexplicabilem multitudinem opprobriorum, ut his saturatus moreretur. Unde cùm non dicatur satiatus tormentis, sudoribus, laboribus, & doloriferis lanienis, sed potiùs sitibundus mori, dum innatans quasi mari sanguinis exclamat *Sitio*; dicitur tamen opprobriorum sarur, tantam horum voluit admittere abundantiam! *Saturabitur opprobriis.* Sed quem in finem hæc omnia, nisi ad demonstrandum, se, cùm exosas habeat commoditates, recreationes, voluptates, quas adeò depereunt mortales, fastum etiam abominari. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante DEUM.*

XIII.

Qui delicatè à pueritiâ nutrit servum suum, postea sentiet contumacem. Prov. 29. 21.

1. COnsidera hunc servum esse corpus tuum. En igitur, quam in eo gubernando regulam sequaris. Ad modum servi tractandum est, nutriendum, inquam, sed non delicatè. Nisi nutrias, languet. Si delicatè nutrias, insolescit. Ita est, illa ipsa alimenta, quæ præbes, non nisi eo fine præbenda sunt, ut se gerat pro servo, ut vigilet, ut iter faciat, ut laboret, ut totum utilitati spiritûs se impendat. Quoties autem tu illud nutrivisti solo proposito nutriendi? Non est hoc Domini. Herum te demonstra. Et proinde, cùm opus est, fac, ut corpus tuum sentiat se esse servum. Si frigus, si famem patitur: Patientia, numquid hoc vili ejus conditioni congruit?

2. Considera ingens damnum, quod feres, si nimium habeas delicatè. *Sentiet contumacem*, hoc est, recalcitrantem, fastidiosum, immorigerum. Quis pudor tuus, si quid imperans domestico famulitio, id non vereatur palam respondere, se nolle facere? Idem probrum patieris à corpore tuo. Non erit contumax, dum illi blandiris, imò tunc maxima quæque pollicebitur: dicet, pro tractatione tam bonâ laboraturum magis, plus spirituum submini straturum pro oratione, vigilaturum, iturum, facturum pro te quidlibet. Sed noli credere, erit contumax, non tunc quidem, sed *postea*. Cùm deinde ad laborem ablegabis; audacter respuet. Itaque ne te sinas adulatione aliquâ adduci, ut illi blandiaris. Hæc est doctrina Sanctorum.

3. Considera, hoc blandimenti genus maximè nocivum esse in juventutis flore: *à pueritiâ*. Si in senectute, postquam corpus tuum jam multum labo-

laboravit, benigniùs illud tractes, non hinc potes tantum metuere mali. Hic mos est prudentis Domini, si domi servum habeat multos annos famulantem; benignitatis plus illi exhibet. Hoc tamen discrimen corpus inter & servos ceteros semper intercedit, quòd pro istis non pugnat ille immoderatus amor, qui stat pro corpore, amor proprius. Et idcirco, cùm dubium est, virtus exigit, ut cum servis alijs potiùs sis benignus, quàm rigidus: cum corpore verò potiùs rigidus quàm benignus.

XIV.

Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. Job. 33. 27.

1. COnsidera, quàm æquum foret, ut semper linguâ circumferres verba superiùs adducta. Tu satis frequenter de DEO quereris, quòd te vexet, affligat, & ut videtur, nimium premat manum. ¡O linguam planè noxiam! verte prorsus, & dic, illas persecutiones, quas immittit, morbos, probra non sufficere solvendæ vel minimæ parti debiti: *Peccavi*, per peccata commissionis, *& verè deliqui*, per peccata etiam omissionis, *& ut eram dignus, non recepi.*

2. Considera, ut ex intimo sensu cordis verba ista pronuncies, opus esse, ut illa credas. Neque credere illa putes, nisi priùs probè intelligas, quàm malè te gesseris erga Dominum. Tu dicis nonnunquam: *Peccavi*, sed ad modum cæremoniæ dicis. Ita esse tibi persuade. Dic: *Verè deliqui*, verè DEO ingratus extiti, infidelis, iniquus, tunc enimverò toto corde adjunges: *Et ut eram dignus, non recepi.* Quid sunt omnes istæ adversitates, quas tibi DEUS immittit, comparatæ pœnis inferni, quibus esses obnoxius.

3. Considera quemlibet damnatorum in ipso inferno cum veritate hæc ipsa verba posse proferre, etsi non proferat: quia veritas locum non habet in regno furoris. Ceterum omnino sic est, DEUM, quantumvis puniat damnatum, punire tamen *citrà condignum*. Quantumcunq; accumulet ligna illi foco infernali, augeat feras, furias, strages horrendas, totum est inferius merito. Nunc tu ratiocinando conclude, an *citrà condignum* sit ignis ille umbratilis, quo DEUS hîc urendo te probat, si adhuc *citrà condignum* foret ignis ille verus, quo illic tibi perpercit.

XV.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prov. 14. 13.

1. COnsidera in hoc mundo non esse gaudium nisi quod DEUS cordi sibi devoto communicat. Gaudium impiorum non modò purum non est, sed turbidissimum. O quantum illi doloris miscetur! satis est perpendere animo tria illa genera bonorum, quæ tam superstitiosè adorantur à mundo,

voluptates, divitiæ, honores, & statim patebit, quale sit gaudium, quod illa pariunt. Quando unquam contingit, ut non plurimum amarescat vel à curis inquietis, vel ab infirmitatibus, terroribus, litibus, livore, tædio, fastidio, agitatione, furore? sed ut omnia alia deessent, an non sufficit ad turbandum risum impiorum fel illud amarum, quod conscientia morsu suo quàm primùm inspergit. Verum est, non ait: *Risus dolore miscetur*, sed *dolore miscebitur*. Quia fieri potest, ut non adeò sævus remorsus peccatum aliquando comitetur, semper tamen saltem consequitur. Unde dicebat Job: *Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus*. c. 20. 24. Ecce peccatum à peccatore summâ facilitate devoratum instar panis. Hic panis, dum in ore versatur, sapidus videtur, & manditur libenter. At ubi est *in utero ejus*, ubi in ventrem demissus est, in fel aspidum vertitur, quod amarissimum est. Sed *intrinsecus*. Quia peccator aliquando foris dissimulat hanc gravem amaritiem, quam intus habet.

2. Considera, uti gaudium impiorum in vitâ dolore miscetur, ita in morte non jam misceri, sed omnino occupari à luctu. Unde additur: *& extrema gaudij luctus occupat*. Extrema gaudij sunt sanè postrema vitæ momenta. Jam verò quis explicet, quàm luctuosa futura sint illi, qui dies ridendo transegit? Tres sunt species funestæ, quæ luctum maximũ in morte componunt, Consideratio præteriti, Consideratio præsentis, Consideratio futuri. Quoad præteritum, quàm gravis erit luctus meminisse tantum mali, quod est factum, & tantum boni, quod est omissum? Quoad præsens, quantum luctum afferet videre omnia, quæ nunc relinquere necesse est? & tamen non est remedium malo. Relinquenda sunt cuncta bona exteriora, quibus fruebantur. Relinquendæ personæ tum quæ magis erant propinquæ, tum quæ magis charæ. Relinquendum corpus proprium præda vermibus. Quoad futurum, quàm gravem luctum allatura est expectatio Divini Judicij, tum propter causæ gravitatem, de quâ agitur, quæ est tota æternitas vel præmij, vel pœnæ. Tum propter magnum Judicis rigorem jam jam laturi sententiam non revocabilem, sed decretoriam: tum propter exiguam securitatem ex parte Rei, qui certus est de peccato commisso, incertus omnino de veniâ peccati. Tres istas causas lugendi quasi dente comminue, & familiares tibi redde, erunt tibi ad modum pilularum nonnihil amaræ, sed salutares.

3. Considera, si in impijs *risus dolore miscebitur*: *& extrema gaudij luctus occupat*, in justis omnino oppositum contingere, quia *Dolor miscebitur risu, & extrema luctûs occupat gaudium*. Negari non potest etiam justos, dum fidele obsequium DEO præstant, in hac vitâ subjacere dolori sive propter persecutiones, quas patiuntur, sive propter castigationes assumptas, sive, quod potissimum est, propter quasdam probationes, quibus

DEUS

DEUS illorum virtutem periclitatur per derelictiones internas. Sed quantus est risus, qui deinde subitò se miscet tali dolori? *Beatus populus, qui scit jubilationem.* Qui scit, est beatus, quia nemo scit, nisi qui experitur. Si aliud non esset, est ibi tranquillitas animi, quæ bonam conscientiam comitatur. In morte posteà omnis eorum dolor absorbebitur à gaudio, quia spectando præteritum eos solabitur recordatio, quâ meminerunt se abhorruisse ab offensâ DEI saltèm manifestâ, & præstitisse DEO, vel certè voluisse præstare obsequium fidele.

Spectando præsens eos solabitur habere animum jam dudum antè à rebus omnibus creatis avulsum, imò à se ipsis, quod erat quoddam quasi mori ante mortem. Spectando futurum, eos solabitur Misericordia Judicis, cui toties se commendârunt tanquam suo Advocato. Nunc est in arbitrio tuo, risum, quem velis, eligere.

XVI.

Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua. Eccl. 27. 4.

1. COnsidera, quantis sit opus laboribus, ut de terrâ surgat spiritualis structura; quot requirantur actus abnegationis, obedientiæ, demissionis, mortificationis etiam rigidissimæ.

Et tamen hoc ædificium tantis annorum spatijs, tot ærumnis & laboribus exstructũ momento potest everti. Unicum peccatum mortiferũ etiã cogitationis hoc potest. Et si eo articulo DEUS mortem immittat, actum est. Imò perinde est actum, si DEUS vitâ superstite tibi non succurrat copiosis auxiliis gratiæ, ne de peccato in peccatum præcipites, & ita demum pereas. O quot fabricæ pulchriores tuâ in hunc modum ceciderunt! satis est cogitare ruinas alicujus Didymi, Origenis, Osij, Tertulliani, & aliorum similium. *Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob.* Thr. 2. 2. Et tu, qui nec minimam bonorum partem fecisti, quæ isti fecerant, numquid meritò de te quoque potes formidare?

2. Considera, in quo fundetur tam grande periculum. In eo fundatur, quòd tu, quantumcunque præstiteris boni psallendo, jejunando, flagellando te ipsum, concionando, non potueris ita DEUM tibi obstringere, ut negare non posset novam illam gratiam, quam deinceps tribuit ad perseverandum, à præteritâ distinctam, eò quòd omne tuum meritum ipsius sit donum. *DEus est, qui dat velle.* DEUS erat, qui tibi dedit non duntaxat aptitudinem naturalem, sed illam bonam voluntatem, quæ te impulit ad psallendum, & jejunandum, ad flagra usurpanda, & res alias agendas, quæ dicuntur servitii divini, sed veriùs sunt tui. *Quid prodest DEO, si justus fueris?* Job. 22. 3. Atque ita absque ullâ injuriâ DEUS potest omni momento tibi subtrahere ma-

manum suam, hoc est, privare te gratiâ illâ novâ speciali, quâ quovis momento indiges, ne labaris. Quia perseverantia donum est gratuitum non solùm quoad vitæ nostræ terminum, sed etiam minimam ejus portionem, & DEUS cuivis illam negare potest, quin idcirco vel ingratus sit, vel injustus. Non injustus, quia omnes sumus naturâ servi, non ingratus, quia nullum à nobis beneficium accepit, etsi nobis fecerit infinita.

3. Considera, quid sit illud, quod in tam gravi periculo moralem quandam securitatem præstare tibi possit, erit hoc perpetuus quidam timor. Ceterùm, *si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua.* Timori Domini semper fortiter adhærendum est, sicut qui capite debili ponticulum transit angustissimum, sub quo unda perstrepat præcipitis torrentis. O quàm is fortiter manum stringit ductoris sui! ita necesse est, te quoque attinere timorem Domini, eóque magis, quò majus est, de quo agitur, periculum. Tenere oportet, ut hîc dicitur, *Instanter* quoad tempus, *Instanter* quoad modum. Semper vivacissimè ante oculos habenda necessitas auxilii Divini, & hinc semper ardentissimè id implorandum, semper, semper: quantumvis enim gratuita sit perseverantia, nihilominus, qui eam petit, ut oporter, certò impetrat, spondente DEO: *Quodcunque petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Quidcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

4. Considera, quòd id scias, non idcirco minuendum tremorem. Quia Dominus equidem promisit te exaudire, sed non intra tale temporis spatium exaudire, quod saltem tibi sit manifestum. Ab isto plus, ab alio minùs vult rogari pro arbitrio suo. Et sic, quantumcunque hactenus rogaveris, securus non es. Quamvis enim ob preces tuas fortè DEUS decreverit deinceps tibi dare tale genus auxilii benevoli, quod te præservet ab omni noxâ lethali, atque sic confirmaverit in gratiâ, certus tamen esse nequis sine revelatione manifestâ. Imò si etiam fecisset ejusmodi Decretum, hoc ipsum preces tuas respiceret non solùm præteritas, sed etiam futuras, quia oratio continua est conditio ab ipso requisita ad impertiendam salutem, juxta illud: *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Si desinas magno ardore postulare, malum est indicium, nempe te minimè salvum fore.

XVII.

Omne, quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini JESU Christi, gratias agentes DEO, & Patri per ipsum. Coloss. 3. 17.

1. CONsidera, eum, qui dicit omne, nihil excipere. Omne, quod agis, non solùm pium, sed etiam indifferens, omne debet dirigi ad honorem Christi. Vel dirigi habitu, ita, ut solus Christus sit ultimus finis operis, & hoc est præcepti. Vel dirigi etiam actu, & hoc est consilii. Refert autem, ut etiam actu dirigas. Istud est, quod te cumulat meritis, quódque ipsum lutum vertet in aurum tam nitidum, ut dici de te valeat illud Job. *Glebæ illius aurum.* c. 28. 6. Ceterùm quantis fatigaris laboribus, qui nihil fructûs tibi afferunt, quia solùm ordinas ad utilitatem tuam naturalem? Omnes ad Christum erige, etiam cùm cibum sumis intra limites præscriptos, cùm loqueris, dormis, honestæ relaxationi indulges, sed non alio fine, quàm ut Christo famulum conserves. *Fortitudinem meam ad te custodiam.* O si nósses, quanta sit infelicitas tua, cùm agis aliquid, ut tibi placeas. Sic assuescis amori proprio fovendo, feræ illi pessimæ, quæ devorat, quidquid boni facis. Tantum valent cuncta, quæ agis, quantum ea dirigis ad honorem divinum. Ita ut, si sapienter procedas, nec ipsa salus animæ procuranda sit ex illo amore etsi recto, quo amas teipsum, sed quia DEUS præcipit, ut procures. Non es tuus, sed DEI, ideò non es arbor grata, nisi illi soli fructus omnes donaveris. *Omnia poma nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi.* Poma vetera sunt opera naturæ. Poma nova opera gratiæ. Qualiacunque sint, omnia Christo tanquam Domino tuo dilecto æqualiter serventur.

2. Considera, quamvis sufficiat hæc opera simul omnia in principio diei ad scopum suum dirigi, multò tamen esse melius, si per decursum diei sigillatim dirigantur. Nonne facillimum est priùam illam intentionem postea detorqueri, vel omnino destrui per actũ contrarium? Est illa velut virgula fumi, odora quidem, & sursum ascendens, sed omni vento obnoxia. Igitur interdiu sæpius hanc intentionem renova, quoad potes. Id quod usu ipso tibi facillimum reddetur. Et hoc est juxta Doctrinam Apostoli *Omne* universim, & *Omnia* sigillatim facere ad honorem Christi, *In nomine Domini IESV Christi*, non solùm *ad nomen*, sicut qui habitu operatur, sed etiam *in nomine*, sicut qui operatur actu.

3. Considera sicut omnia Domino sunt offerenda, ita pro omnibus eidem gratias agendas esse, quia idipsum, quod affers, ipsius donum est. Flumen esto gratum, sed flumen: redde mari, quod à mari accepisti. Unde Ecclesia hoc loco Divi Pauli edocta, gemi-

nas dici voluit orationes solennes, unam in principio gravioris negotii, quâ istud dirigatur ad Dominum, alteram in fine ad gratias reddendas. Quæ quidem reddendæ sunt *DEO*, qui est quasi prima origo, unde omne bonum descendit, *& Patri*, id est, *præsertim DEO Patri*, qui sicut omnia largitus est per Christum, ita immensum gaudet, si pro omnibus per Christum gratiæ agantur. Sed nescio, quomodò plerique hominum bruta animalia imitantur, quæ sub quercu posita avidè glandes devorant magnâ copiâ decidentes, sed adeò gratias non agunt, ut nunquam levent oculos ad donantem.

XVIII.

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Job. 21. 13.

1. COnsidera, quàm verum sit, non esse invidendum prosperitati malorum. Ecce quid demum habeant felicitatis. *Ducunt in bonis dies suos.* non ait *annos*, sed *dies*. Vivunt hilaria, sed paucos dies: quis enim illorum est, qui gloriari possit vel unum annum ex voto fluxisse? Imò unius anni vix diem reperies. Aliud est *ducere dies in bonis*, in spectaculis, choreis, ludis, cæterisque tam variis, quæ usurpari solent, animi diverticulis. Et aliud est *ducere dies bonos*, hoc est, faustos, felices. O quàm multa amara ab his ipsis perpetuò devorantur, qui omni cupiditati suæ student facere satis! us alia desint, solum conscientiæ tormentum sufficit ad eos sat miseros reddendos.

2. Considera, si isti etiam revera semper læti viverent, non idcirco dignos esse invidiâ. Nam si modò *ducunt in bonis dies suos*, postea: *Ad inferna descendunt.* Hoc est, eò descendunt, ubi longâ & ærumnosâ vigiliâ solvent intempestivam & præmaturam lætitiam. Itaque diligenter expende, in quo constituant festiva gaudia, quando *ducunt in bonis dies suos.* In eo, quòd frena laxent omni suæ cupiditati, superbiæ, Avaritiæ, Luxuriæ, Iræ, Gulæ, Invidiæ, Acediæ. Vide igitur, quàm terribiles pro his reddendæ sint vices. Pro eo, quod indulserunt superbiæ, detrudentur in profundissimum barathrum inferni æternùm futuri mancipia Sathanæ inter catenas & compedes, illis onusti ingentibus opprobriis, quæ nunc mente assequi nemo potest. Pro eo, quòd indulserũt Avaritiæ, patientur miserabilẽ egestatẽ omnis boni, omnis levamenti, omnis auxilii, adeò ut in tantis ardoribus nec stillam aquæ liceat impetrare. Pro eo, quòd indulserunt luxuriæ, corpus eorum continuò corroderetur à buforibus, scorpionibus, serpentibus, sed non destruetur. Et quasi non sufficiat ad tormentum solus ignis Tartareus, ad hæc discerpetur, deglutietur, secabitur in frusta, & mille alijs objicietur inter se pugnantibus carnificinis. Pro eó,

eo, quòd indulserunt Iræ, illis insultabunt tot implacabiles inimici, quot sunt Dœmones, exproditoribus effecti carnifices. Parce aliâ nec minimùm rependere licebit; quia Dœmones erunt quidem carnifices damnatorum, sed damnati non erunt carnifices Dœmonum. Pro eo, quòd indulserunt Gulæ, perpetuo jejunio macerabuntur non alijs interpolato cibis, quàm qui de sulphure, pice, plumbo liquefacto parantur: nec potu alio, quàm qui de toxico stillabit. Pro eo, quòd indulserunt Invidiæ, aspicient, velint nolint, eos in summo positos fastigio, quos, dum viverent, deridebant ut stultos, affligebant ut servos, & cupient, quamvis irrito furore, illos de stellis in ignem posse detrahere. Denique pro eo, quòd præcipuè semper indulserunt Acediæ, quando tam segnes erant ad obtinendum Paradisum, hærebunt altâ mersi desperatione, situ immobiles, afflicti, mœsti, æternum exclusi à DEO, quin cogitationem istam excutere unquam possint, quæ instar clavi intolerabilis per omnium fluxum seculorum semper altiùs penetrabit. Nunc vide, an consultum sit *ducere in bonis dies suos*: dum illi tantum succedit malum, quantum est *ad inferna descendere*.

3. Considera ad cumulum malorum non solùm dici de his miseris, quòd *ad infernum descendant*. Sed quòd *descendant in puncto*, hoc est brevissimi spatio momenti. Enimverò quis satis explicet, quid mali futurum sit tantâ velocitate transire ab uno extremo ad aliud? si pœnæ illæ adeò erunt intolerabiles etiam his, qui eò descendunt ab aliquâ triremi, ubi perpetuò duxerunt dies suos ad transtra, ad panem nauticum, ad nuditatem & flagra condemnati; quid illis fiet delicatis, qui, cùm hactenus in tantis vixerint deliciis, repentè transeunt de throno ad servitutem, à divitiis ad egestatem, à risu ad planctum, à lasciviâ ad lanienam? Vides proinde non dici *ad inferna descendent*, sed: *ad inferna descendunt*, quia sæpissimè in ipso apparatu lætitiæ occupantur à morte, quæ illos rapit improvisa, quin spatium intercedat.

4. Considera, unde sit, quòd hi miseri transitum faciant tam præcipitem, de quo locuti sumus. Non aliunde, quàm à gravissimo pondere peccatorum, quibus onerantur. Hoc facit ut instar plumbi decidant *in puncto*, quia facit, ut non obtineant spatium inspiciendi se ipsos ante obitum, sed, ut in illis suis peccatis improvisò decedant, atque sic citiùs ruant ad infernum, quàm advertant ruinam. Idcirco nota non dici: *ad inferna mittuntur*, sed: *ad inferna descendunt*, quia ipsa peccata nativo quasi pondere eò trahunt. Res omnes seipsis tendunt ad Centrum suum, quin aliunde impellantur. Ita peccata seipsis propetrant ad locum pœnarum. Nisi fortè malimus dicere, quòd *ad inferna descendant*, quia constat neminem eò vadere nisi volentem. Tu quid ages? Ergóne verum, nondum esse ratum, ut velis in tuto collocare salutem?

XIX.

In charitate perpetuâ dilexi te, ideo attraxi te miserans. Ierem. 31. 4.

1. COnsidera notabile discrimen, quod inter nostrum amorem & Divinum intercedit. Nos movemur ad aliquem amandum, quia bonus est. DEUS movetur ad amandum, non quia jam est bonus, sed quia vult reddere bonum. Ipse prima origo est omnis boni: Et ita nihil in quoquam antecedere potest boni. Statuarius, dum sylvam perambulans truncum videt, approbat non quod in ipso est asperum, ineptum, deforme, sed quod ipse cogitat erudito scalpro formare. Hoc ipsum DEUS, imo multò amplius facit, quia tribuit trunco etiam, ut sit aptus labori, quod statuarius dare non potest. Ecce igitur causam, cur dicat DEUS: *In charitate perpetuâ dilexi te.* Tu diligis proximum *charitate*, sed non diligis *in charitate*, quia amor, quem geris, multis aliis sustinetur adminiculis ab ipso distinctis, fundatur *in pulchritudine* ejusdem proximi, fundatur *in doctrinâ, divitijs, bonitate.* Non sic amor Domini. Qui non fundatur nisi in seipso: *in charitate.* Unde hic solus dicere cum veritate potest: *In charitate perpetuâ dilexi te.*

2. Considera hunc amorem fuisse perpetuum, hoc est, ipsi DEO coævum. Ex quo DEUS est, semper tui amator extitit, nec tui tantùm quasi confusè cogniti in cumulo reliquorum, sed tui sigillatim, *Dilexit te* ut à ceteris omnibus discretum. Et jam inde ab æterno cogitavit de te. Quâ igitur ratione fieri potest, ut eâ re non movearis? Commoveri te sentis versus aliquem, qui te amavit nullâ sibi junctum necessitudine, qui etiam inscio apud Principem favebat, commoda tua procurabat, virtutem commendabat. Quid igitur facere te oportet erga DEUM tuum, qui te amabat, cùm nondum esses in mundo, imò cùm nondum esset hic mundus? Ergo ille ab æterno te amaverit, & tu nec dum statuas amare post tanta temporum spatia? I sanè, defere amicum tam antiquum pro novis aliis: agnoscis sed magno tuo damno dementiam tuam: *Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit similis illi.* Eccl. 9. 4.

3. Considera, quemadmodum Deus ex mero amore ab æterno te elegit, ita ex eodem amore ab æterno ordinâsse executionem electionis à se factæ sigillatim designando media, quibus, ut vides, te hactenus attraxit: *In charitate perpetuâ dilexi te, ideo attraxi te miserans.* Sed quis exprimat horum numerum mediorum? attentè illa considera. Vide tantisper, quomodo ex parte suâ rerum tuarum seriem in hunc usque diem disposuerit: opportunitatem, quam dedit, agendi bene, in-

inspirationes, instinctus, modósque varios, quos adhibuit, ut te sibi vendicaret, nunc austeros, mox lenes, tot beneficia inexplicabilia, quæ tibi præstitit. Dici tibi cum veritate potest : *attraxit te*, non propter vim, quam ipse fecerit in trahendo, quia solum trahit *in vinculis charitatis*, sed quâ tu illi restitisti. Ora tamen ex intimo cordis affectu, ut eâ deinceps utatur, non parcendo rebelli tuæ voluntati, sed illam compellendo.

4. Considera infinitam misericordiam, quâ usus est Dominus in te trahendo, ut modò dicebam. Cùm enim cerneret repugnantiam, quâ tu primò resistebas *vinculis charitatis*, poterat statim te deserere, etsi pereundum tibi esset. Et tamen non deseruit, sed perrexit modis tam diversis te sustinere, commovere, confortare, ut rectè dici possit: *attraxit te miserans*. Ecce non definit certum genus misericordiæ, quo sit usus: quia usus est omnibus, *miserans* tuam ignorantiam, *miserans* fragilitatem, *miserans* malitiam, *miserans* pertinaciam, *miserans* præsumptionem, *miserans* tot mala, quibus te cumulatum vidit. Et tu tot actibus misericordiæ non plus quàm urgeri te sentis? Oportet demum ut cedas, dicásque DEO : *Trahe me, curremus*. non *curram*, sed *curremus*, quia non decet tot affectum beneficiis solum sequi currendo, convenit, ut & alios tecum trahas. Forsitan ob hanc ipsam causam non dicitur: *Miserans tui*, sed *miserans*, ut intelligas, eum, qui tanto amore te traxit, non voluisse tibi soli parare salutem, sed multis aliis, quos tractus ipse postea ad ipsum pertraheres. Nec pures ideo te minùs amatum. Quo enim modo majorem potuit móstrare affectum, quàm quòd te salvum faciendo fecerit Salvatorem? Hæc sanè est misericordia summa.

XX.

Non habemus hîc manentem civitatem, sed futuram inquirimus.
Hebr. 13. 14.

1. COnsidera miseram hanc terram non esse civitatem tuam permanentẽ, tuam civitatem esse Paradisum. O quàm diversæ sunt inter se istæ civitates, præsens & futura. Perinde est, ac si castrum modicum, aut villam rusticam antiquæ Romæ velis comparare. Cogita terram cœlo comparatam esse agresti casâ viliorem. Quid erit igitur illa superna civitas tam pulcra, *Civitas perfecti decoris*, si hæc infima tantopere placet?

2. Considera, qualem igitur te gerere debeas in hâc terrâ. Qualem te geris in civitate, in quâ non habes stabile domicilium, sed paucos dies ut hospes versaris. Non te misces ejus negotiis, non hæres, non afficeris, & eam quidem aspicis sed ut rem, quæ ad te non pertineat. Ita agendum tibi,

quamdiu vivis super terram; quoniam ista non est tua Civitas: *Non habemus hîc manentem civitatem.* Advena es. Et tu tamen quæris esse domesticus?

3. Considera, non solùm te esse advenam super terram, sed etiam peregrinum, ut ideo sequatur: *sed futuram inquirimus.* Quid facis, dum varia loca peregrinando perambulas? Non lautiùs prandere curas, quàm sustentationi tuæ sit necessarium, vadis expeditus, & liber à sarcinis, sempérque viam quæris, quæ rectà ducat ad patriâ. Sic omnino in proposito nostro faciendum tibi est. Hîc corpore, ibi animo commorandum est, ad modum peregrini, qui corpore in illâ civitate versatur, per quam transit, mente verò in illâ, ad quam anhelat. Sed heu! quàm tu diverso modo procedis. Vix unquam cœlum cogitas. Malum signum, nempe hanc non fore patriam tuam.

XXI.

Dedit ei DEUS locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. Job. 24. 23.

1. MIra considera. DEUS, tantæ Dominus Majestatis, injuriâ affectus, à quo? ab homine, id est, à vermiculo terræ vilissimo, à subdito, à mancipio, ipsi dat. *Dedit ei*, nullo suo debito, sed merâ benignitate, mero amore, dat, inquam, dono prorsus gratuito, *Locum pœnitentiæ*, dat ipsi occasionem, dat tempus, stimulos, auxilia pœnitendi. Et homo quid facit? *& abutitur eo in superbiam.* O rem miram, ô stupendam! quis crederet, nisi quotidie videret? Admirare magnam Domini bonitatem, & deplora brutum agendi modum, quo illi homines respondent.

2. Considera primam causam, ob quam dicitur peccator tempore Divinitus concesso *abuti in superbiam*, quia scilicet, dum videt hoc ipsum tempus sibi dari, sumit audaciam. Si Dominus statim plecteret, ô quàm modestè se gereret! quia præservat, quia dies prosperos tribuit, quia flore ætatis frui concedit, hinc ipse ampliùs insolescit. O superbiam, abuti patientiâ tam longanimi! *Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala.* Eccl. 8.

3. Considera alteram causam, propter quam dicitur peccator *abuti in superbiam*, quia scilicet, postquam tam fœdum usurpavit agendi modum, quem diximus, præsumit nihilominus consequi salutem. Prætendit sub vitæ exitum res suas summâ facilitate componere, unâ pectoris tunsione, uno singultu, vel suspirio. Et levissimo labore pollicetur sibi Paradisum, ab aliis tanto impendio aquisitum. O arrogantiam, ô vanam persuasionem, tam

tam fortunatum se credere, ut, dum centena millia peccatorum ipsi similiũ moriuntur malè, unus fortè est, qui moriatur bene, speret se fore hunc unum, qui instar portenti digito monstratur, sicut qui in mægnâ clade exercitûs evasit incolumis: *Tanquam qui evaserit in die belli.* Eccl. 40. 7.

4. Considera, numquid tu fortè sis peccator ille superbus, de quo loquimur. Certè verissimum est, te quoque sæpius ingratè abusum misericordiâ Divinâ. Cogita pauxillum: Utere nunc vitâ ad eum omnino finem, ad quem DEUS illam indulsit. Scis eam non esse aliud nisi *Locum pœnitentiæ.* An pro tali tu reputas? Compungere, erubesce, humiliare, & cave diligenter, hæc enim summa erit injuria, quam facis DEO, si *abuteris in superbiam.*

XXII.

Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Is. 3. 12.

1. COnsidera, quò demum reducatur omne illud bonum, quod tibi provenire potest à laude hominum. Possunt te dicere beatum, sed non facere. *Beatum dicunt.* Revera talis es, qualis agnosceris in conspectu Dei. Et si coram isto sis miser, & miserabilis, & pauper, quid proderit, si universus mundus te æstimet adeò diversum? O quæ tua stultitia est, dum ita deperis laudem, hoc est, vanitatem! Laudet te quisque quantum vult: *Non potest adjicere ad staturam tuam,* non inquam *cubitum, sed nec digitum unum.*

2. Considera eos, qui te laudant, non modò nihil asserre boni, sed mali plurimum inferre. Nam imprimis tollunt tibi veram cognitionem tui ipsius: *Te decipiunt.* Faciunt, ut credas te esse, quod non es. An nescis *nihil esse ab omni parte beatum*? & tamen isti talem te esse mentiuntur: *Beatum dicunt.* Hoc est, defectus tuos tegunt, eos excusant, sustinent, & eò interdum progrediuntur, ut pro virtute laudent, quod ut vitium esset reprehendendum. Et nihilominus tantopere amas impostorem?

3. Considera, ubi cognitionem tui ipsius, quæ adeò omnibus necessaria est, tibi sustulerint, eos consequenter aliud inferre grave malum, quia viam illam dissipant, extra quam nec passum facere oportebat: *Viam gressuum tuorum dissipant.* Et quæ hæc via tam pretiosa? Humilitas. Hæc est via, quam Christus de cœlo in terram descendens instar gigantis tam generosè calcavit. Hanc ambulârunt tot sancti & sanctæ, tot animæ DEO magis dilectæ. Et eam te quoque ambulare decet, si eò cupis pertingere, quò isti pervenerunt. Et tamen, ecce quid tibi faciant laudatores tui.

Non

Non solùm corrumpunt hanc viam, ut in eâ non valeas celeriter progredi, sed omnino destruunt: *Dissipant.* Cùm enim faciunt, ut magnam tui ipsius æstimationem concipias, causa sunt, ut deinde proximum contemnas, ut nullo verbulo te lædi patiaris, ut indignè feras, ut reponas, ut nec superiori quidem te possis promptè submittere, atque ita jam non tantùm non sis humilis, sed superbus. O ruinam incredibilem!

4. Considera, quàm igitur forti animi proposito nunc renunciandum sit cuicunque laudi, quæ tibi possit ab hominibus accidere. Nunquam age quidquam ad illam tibi procurandam, & si quando sequatur tamen, ne accepta. Dic te non admissurum in hospitium animæ, sperne, rejice, diverte sermones, qui eam tibi tribuunt, tanquam importunos instigatores, & denique assuesce non alium cupere rerum tuarum laudatorem, quàm illum Dominum, qui non solùm potest te dicere, sed & facere beatum.

XXIII.

Qui certat in Agone, non coronatur, nisi legitimè certaverit. 2. Tim. 2. 5.

1. Considera id, quod à te Dominus requirit ad coronam, ut certes contra tuas indomitas cupiditates. Hoc certamen denique sanctitatem tibi conferet; nam ista non consistit in multis precibus, in raptibus, revelationibus, eleemosynis, flagellationibus, jejuniis, aut aliis hujus generis devotionibus externis, ad quas genio suo quisque trahitur, sed in perfectâ sui victoriâ. Cetera vel sunt media ad istam victoriam obtinendam, si moderatè usurpentur, vel sunt fructus ejusdem. De reliquo quid conducere tibi possunt cuncta bona ista externa, quæ facis, si intus adeò vigent affectus tui, si te aliis meliorem reputes, si criticum vel censorem agas, dicto quolibet turberis, sis durus ad obediendum, vanitati deditus, in operibus etiam sanctioribus te ipsum quæras, hoc est, vel æstimationem propriam, vel gustum tuum. Certè non est ista sanctitas, quam Christus voluit.

2. Considera non sufficere ad coronam etiam certare, oportet Legitimè certare, hoc est, ut D. Augustinus explicat, indefessè, quamdiu in acie, in militiâ versamur, hoc enim nomine vita humana appellatur. Certant aliqui, sed non coronantur, quia citò lassantur à pugnâ. Nunquam oportet projicere hastam; si quandoque vulnus accipis. Patientia. Animosiùs quàm unquam antea ad certamen consurge. Non jubet Dominus triumphare de affectibus incompositis, ita ut nullus amplius movere se ausit: solùm dicit, ut certes, quin unquam eum ullo eorum ineas pacem. *Usque*

que ad mortem certâ pro justitiâ. Eccles. 4. 33.

3. Considera non esse, cur terrearis propterea. Quippe si contra proprios affectus cupias facilè certare, hic ipse est modus, nempe certare continuò, tum propter ipsos, tum propter te ipsum. Propter ipsos quidem, quia si vel parum induciarum concedas, vires adaugent. Propter te ipsum, quia hæc certamina spiritûs longè sunt alia quàm illæ corporis pugnæ. In his quò te amplius exerces, eò magis fatigaris, in illis verò quò diutiùs laboras, eò plus accipis vigoris, quia gratia semper crescit, unde omnis tuus vigor existit.

4. Considera, qualia sint arma, quibus certandum tibi est, ne vincaris. Tria sunt. Diffidentia sui, Confidentia in DEO, & oratio. Diffidentia sui, quia hæc faciet, ut tuum nihilum cognoscas, ut non præsumas, ut pericula declines, ut cautè procedas, ut, si labi contingat, humilieris quidem, sed non turberis, probè gnarus te nihil posse te ipso. Confidentia in DEO, quia is solus est, qui possit, & velit tibi dare victoriam. Oratio denique, quia ista efficiet, ut impetres opem Divinam. In Ludis Olympicis, qui certantibus præmium proponebat, non etiam vires dabat. Sedebat equidem arbiter luctæ, sed non movebatur ad succurrendum, ad sustinendum, aut humo quenquam levandum, stabat instar alterius spectatoris otiosi. Non sic DEUS, tibi promittit gloriam, & dat gratiam, vult autem, ut illam semper postules.

XXIV. aut XXV.

S. Matthias Apostolus.

Vide bonitatem & severitatem DEI. In eos quidem, qui ceciderunt, severitatem, in te autem bonitatem DEI, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Rom. 11. 22.

1. COnsidera bonitatem & severitatem Domini. Bonitas hoc loco benignitatem significat, seu bonitatem illam, quâ DEUS nobis sine nostro merito benefacit. Severitas illam partem justitiæ rigidiorem, quam DEUS usurpat spectatis nostris culpis. DEUS absolutè non potest dici severus, sicut dicitur benignus, quia nunquam punit, quantum posset, semper misericordiam miscet. Ideo severus tunc dicitur, quando plus justitiæ, quàm misericordiæ exercet. Hoc posito: *Vide bonitatem & severitatem DEI.* Consideratio hujus bonitatis & hujus severitatis debet esse scala, per quam effugias inimicum. Cùm ille te per diffidentiam tentat, sursum as-

aſcende contemplando, quàm bonus ſit Dominus etiam non merenti : *Vide bonitatem DEI.* Cùm ille te per præſumptionem tentat, deorſum deſcende contemplando, quàm terribilis ſit Dominus etiam in his, quos magis amat. *Vide ſeveritatem DEI.* Hoc aſcenſu deſcenſuque facies, ne te aſſequatur dæmon. Cave, ſubſiſtas firméſque gradum; id enim non caret gravi periculo. *Vide bonitatem DEI,* ſed ſimul *ſeveritatem.*

2. Conſidera ſeveritatem Domini præcipuè in tot alios, quos ille permiſit ex altiſſimo faſtigio ire in præceps : *In eos, qui ceciderunt.* In Judam, qui Apoſtolatu excidit, in Saulem, Salomonem, Origenem, alióſque ſimiles Domino tam propinquos. O terrorem ! *Præcipitavit Dominus, nec pepercit.* Thr. 2. Quot etiamnum hodie è ſublimi ſtatione ſanctitatis aut ſapientiæ fœdè prolapſi vadunt ad infernum ? fortè eò non pergunt multi etiam poſt primi deſignationem peccati ?

3. Conſidera bonitatem Domini in perſonam tuam : *in te autem bonitatem DEI.* Dum illi placuit te tolerare non ſolùm poſt primum, ſed poſt tot alia peccata. Non potes profectò id tribuere merito tuo, totum debetur ejus bonitati. Sed bene adverte non ideo fore ſalvum, quia neſcis, an Dominus illâ etiam porrò ſit uſurus, ſi denuò abutaris. Salvus eris, *ſi permanſeris in bonitate*, hoc eſt, *ſi permanſeris in eadem bonitate DEI*, ſi ſemper, uti modò, te ſenſeris inſtructum auxilijs efficacibus, ſpecialibus, ſuperabundantibus. Sed quis tibi ſecuritatem præſtabit ? fortè Dominus tenetur ad finem uſque iſtam erga te uſurpare bonitatem ? non foret benignitas.

4. Conſidera ruinam tibi immínentem, ſi Dominus tibi ſubtraharet talem benignitatem, quemadmodum tot alijs ſubtraxit. *Et tu excideris.* Etiam tu amputaberis ab arbore vitæ, ſine reſpectu, ſine miſeratione, & projicieris in ignem æternum. Quid igitur facto opus, niſi ut ſemper magno fervore te Domino commendes, ſicut qui ſpem inter & timorem fluctuat, ſempérque memineris illum eſſe benignum, ſed & ſeverum.

XXV. vel XXIV.

Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt & ſtare ante filium hominis. Luc. 21. 36.

1. COnſidera Dominum hiſce verbis inſinuare tibi, negotium ſalutis æternæ neque tibi ſoli, neque ſibi tantùm incumbere. Non tantùm ſibi, ideo dicit, ut vigiles. Non ſolùm tibi, ideo dicit, ut ores. Oportet te facere, quod potes ex parte tuâ; eſſe attentum, eſſe cautum, non dare locum

cum tentationi : hoc est, vigilare. Tum verò quasi nihil omnino egisses, oportet orare, recurrere ad DEUM, illi te commendare, & prece humili supplicare, ut sanctissimâ suâ gratiâ te protegat. Hæc est norma salutem consequendi.

2. Considera non satis esse, ut hoc modo incipias aliquando: necesse est pergere usque ad finem sine cessatione, studio indefesso: *Omni tempore*. Credunt nonnulli sufficere, si vigilent, & orent, tempore tentationis. Non est ita. Oportet hoc agere omni tempore. Nonne vides, quid agant omnes Canes fideles? assistunt gregi suo etiam cùm procùl sunt lupi, procùl fures. Quare? ne eò veniant. Hoc omnino modo etiam tibi procedendum est pro salute animæ tuæ, vigilandum, orandum, etsi tentatio non adsit, ne illa veniat. *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* Tu verò quàm parùm tibi invigilas, quàm facilè orationem abrumpis, nec solicitus es, ut crebrò interdiu recurras ad DEUM, illique te commendes. Non est opus, ut tentatio te occupet, ipse in illam intras, quia arma projcis, & ita ad defensionem te reddis inhabilem. Sicut ergo non est tempus aliquod, quo tuis viribus relictus non subeas periculum pereundi, ita non est tempus, quo non consulas securitati tuæ.

3. Considera, qui fructus futuri sint hujus solicitudinis. declinare in die Judicij sortem malam: *Fugere ista omnia, quæ futura sunt.* & nanciscì bonam. *Stare ante filium hominis.* De solis Justis dicitur, quòd constantes, quòd fortes staturi sint ante magni Judicis tribunal. *Stabunt in magnâ constantiâ.* De impijs dicitur, quòd sint casuri sine spe unquam resurgendi. *Non surgent impij in judicio.*

4. Considera omnem tuam industriam minorem esse, quàm ut te dignum possit reddere hoc favore. Unde rogandus est Dominus, ut *Dignus habearis*, hoc est, ut misericordiâ suâ ita tecum agat, ac si revera dignus esses. Et hoc ipsum esse debet argumentum orationis, quam effundis ad DEUM, ut in illo supremo die effugias sortem iniquorum, obtineas bonorum. *Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini &c.*

XXVI.

Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Mat. 16. 26.

1. COnsidera Christum non dicere hoc loco: *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ jacturam patiatur?* sed, *detrimentum*. Ut intelligas non modò operæ pretium non esse, si perdas animam pro lucro mundi, sed neque si vel minimo objicias spirituali detrimento. Quando enim unquam tantum illi reddes, quantum aufers? an nôsti,

quantum valeat vel minimus gradus gloriæ? plus valet, quàm universæ Monarchiæ in unum cumulatæ Romanorum, Medorum, Macedonum, Persarum, & quotquot unquam Augustale solium conscenderunt. Adeò, ut si ad illa tuo adijcienda dominio vel unam eligeres noxam venialem, prorsus ageres inconsultè. Nec minùs agis inconsultè, si grave tibi est liberaliter aliquid litare DEO ex his, ad quæ nullâ lege adstringeris. Quid enim unquam donabis illi, quod ille non possit aliquando maximo tuo quæstu compensare? *In terrâ suâ duplicia possidebunt.* aiebat Isaias de electis, dum in mundo viverent, pro DEI amore mortificatis. Sed hoc parùm visum est Christo. Ecce igitur, quantò majori loqui placeat energiâ verborum: *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Luc. 6. An vidisti aliquē vendentem tibi modium frumenti ad modum, quo amicis solet? primò sextarium accipit, qui sit ad regulam exactus, & hoc est, dare *Mensuram bonam.* Tum frumento implet, nec eo contentus etiam cumulat, manibúsque comprimit, & hoc est dare *Confertam.* Tum concutit modium, ut grana subsidant, & hoc est dare *Coagitatam.* Denique novum super imponit triticum, ut omni ex parte defluat, & hoc est dare *Supereffluentem.* Liberalior mensura, quàm sit ista, usurpari non potest. Et hæc est illa, quâ Dominus etiam tibi rependet omnem obolum, quem ejus amore donaveris. omne verbum, quod dixeris, omnem passum, quem fecoris, omnem recreationem, quâ te ipsum fraudaveris. O quàm bonus est Dominus! Nunc igitur expende tantisper, quali sis animo, si non sponte immoles DEO, quidquid tibi mundus potest polliceri. Et tu tamen dicis interdum; modò salutem consequar, hoc satis mihi est. Non cupio esse sanctus. O illusio! O deceptio! si esses Imperator Romanorum, numquid sumæ foret dementiæ velle mordicus servare florem, cujus jacturâ universam Africam, Americam, Asiam liceat adjicere imperio Europæ? Porrò certum tibi esto majus esse pretium floris etiam agrestis, cum tribus hisce mundi partibus comparati, quàm sit trium partium mundi, si cum minimo gradu componantur gloriæ tam sublimis, quem tu nihil; facis. *Melior est dies una in atrijs tuis super millia.* aiebat Psaltes. ego verò sic denuo differo. Si is, qui consistit in solo atrio Paradisi, non commutaret diem unum cum omnibus, etiam fortunatissimis, qui duci possint in terrâ; quid de illo credendum, qui versatur in Sanctuario, quò penetrare tibi curæ non est? Quis ergo dubitet committendum non esse, ut pro quocunque lucro etiam totius mundi vel minimum feras animæ detrimentum, quod illi accidere possit ex mortificationis defectu, ex imperfectionibus tuis, maximè verò ex venialibus peccatis, quæ deinde tantis purgatorij flammis redimenda sunt? *Quid prodest homini, si mundum universum lucre-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cretur, anima verò suæ detrimentum patiatur? ne dicam, *jacturam.*

2. Considera, si non est operæ pretium etiam minimum pati detrimentum animæ pro lucro mundi, multò minùs operæ pretium fore pati jacturam. Dic enim quæso te: quid te juvabit totus apparatus voluptatum, dignitatum, gloriæ, quibus fruebaris, si te damnari contingat? An existimas omnibus, quotquot nunc apud Inferos fremunt, Monarchis aliquid afferre levamenti recordationem felicissimi statûs, quo super terram olim fruebantur? an existimas illos delectari thesauris reconditis, solatium capere ex præteritis triumphis? prorsus contrarium. Bonum amissum solam habet vim affligendi. Et quò majus erat bonum, quo exciderunt, eò etiam major est luctus. Non hoc tantùm, sed indubitatum est, pro ratione gaudiorum, quæ transierunt, futuras esse præsentes pœnas. Qui plus genio lixavit, ibi majori rabie furet. Qui magis exsatiavit libidinem, ibi magis ardebit. Qui amplius exultavit, ibi in amariores lacrymas solvetur. *Incurvabitur sublimitas hominum*, inquit Isaias, *& humiliabitur altitudo virorum.* c. 2. 17. Qui olim altus erat, inclinabitur ab incubante gravi onere pœnarum, qui sublimis erat, etiam curvabitur. Quis ergo dubitet nihil tibi profuturum tantum allaborâsse promovendæ, augendæ, vanè exaltandæ conditioni familiæ tuæ, quia hæc ipsa exaltatio, si perdas animam, ad tuam tendet depressionem majorem.

3. Considera, quòd non solùm *non proderit* in inferno, neglexisse animam, ut mundum lucreris, sed neque nunc *Prodest* in hac terrâ. Nam quid demum est totum illud, quod terra præstare tibi potest boni, licet evisceret seipsam, ut te locupletet, si ad id obtinendum necesse est te exponere vel minimo discrimini salutis? *Quam dabit homo commutationem pro animâ suâ?* Mat. 16. 27. *Quid dabit homo commutationis pro animâ suâ?* Mar. 8. 3. Non solùm hîc dare tibi non potes commutationem, id est, æquam compensationem perditioni animæ, sed nec *quid commutationis.* Estne proportio aliqua licet levissima inter ista sensuum oblectamenta, quibus nunc frueris, & illa supplicia, quæ apud Inferos patieris? Inter istos thesauros, & illam mendicitatem? Inter istos triumphos, & illas execrationes? Audi, quid dicant in abysso *hi, qui peccaverunt. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?* numquid norâsti eos non dicere: *Prodest*, sed *Profuit*, non dicere: *Confert*, sed *Contulit nobis?* quippe cùm illis miseris tandem aperti sint oculi, hoc est, aquisita per experimentum notitia eorum, quorum antè fidem habebant infirmam, clarè agnoscunt, quòd tormentorum intuitu, in quæ inciderunt, omnia illorum gaudia fuerint ineptiæ, nec pomo putrido comparandæ. Unde Christus, cùm sæpe de hoc argumen-

mento dissereret, sicut semel dixerat, *quid proderit homini* ? respectu temporis futuri; ita aliâ vice provido consilio dicere voluit, *Quid prodest?* consideratione præsentis. Adeò parùm sunt omnia gaudia, quæ etiam dare possit hæc misera terra, respectu minimi infernalis supplicij, ut stultum foret ea in comparationem adducere. *Quid prosunt*, illi tui spectabiles magistratus ? *Quid prodest* Pedum Pastorale? *quid prodest* Purpura, quid prodest non una sed tergemina corona? si idcirco te discrimini exponas damnationis æternæ ? Sed ita fit. *Mendaces filij hominum in stateris.* Si quidem ipsi faciunt, ut semper temporale præponderet æterno, cum quo nec minimam habere potest proportionem. Nunquam certè invenerit aliquis stateras, quæ dicere de se possint tanta mendacia. Ideo non sunt *mendaces stateræ in filijs hominum*, sed *mendaces filij hominum in stateris.* Quia homines illas studio inclinant, ut volunt, repugnantes manifesto lumini rationis: *Ipsi fuerunt rebelles lumini.*

4. Considera, quamvis dixerit Christus: *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur &c.* Nec unum tamen inventum iri, qui pro tanto lucro damnetur. Plerique damnantur, ut consequantur de hoc mundo non solùm particulam, sed particulam adeò tenuem, adeò modicam, ut sine lacrymis cogitari vix possit. Non est opus, ut Satanas homines capillis prehensos constituat in vertice alicujus Olympi, illis repræsentet *Omnia regna mundi*, dicâtque: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* O quanto minus est, quod requirunt tot homines, ut flexo poplite illi reddant homagium ! contenti sunt cum Achab unâ vineâ tam egenâ, ut versâ glebâ utilius mutaretur in hortum olerum. Contenti sunt inope Ecclesiâ, exili officio, imò, ut tot Hebræi infames, uno duplione, & pro tantillo non horrent oppressiones pauperum, Simonias, perjuria, proditiones. Et quod pejus est, quot istorum invenies, qui non accipiant, sed ipsi dent pretium peccati ? Extrema calamitas, quam Dominus olim vaticinatus est miseris Hebræis, erat, cùm diceret: *Venderis inimicis tuis in servos & ancillas, & non erit, qui emat.* Deut. 28. Impletum est vaticinium sub Tito, cùm miseri studiosè quærebant inter Romanos, qui captivos ducerent, nec reperiebant, quia ejusmodi mancipiorum triginta uno solido emebantur. Ita faciunt Christianorum nonnulli. Certo modo dœmoni se obtrudunt, ut emat, & ipse potiùs vult emi. En ut illi perditè amant oblectamenta sensuum, sed jam percipere nequeunt, adeò sunt obtusi. Ridet hinc Satanas, permittitque, ut excogitent navas artes suscitandi libidinem quasi emortuam. En ut miseri furore crepant, & tamen non inveniunt modum ulciscendi offensam. En ut torquentur avaritiâ, & tamen facere nesciunt prosperum contractum. En ut ambitione insaniunt, & tamen nusquam inveniunt sibi Clima propitium. Atque ita quid

hi

hi miseri percipiunt de peccato? nihil nisi ærumnosum servitutis amorem. Cetertùm non inveniunt, qui ipsis etiam vile pretium numeret. *Non est, qui emat.* Age igitur, effare, si iniquâ sorte in numero istorum infelicium te deprehendas, numquid desipis, si damnari contendas etiam tanto impendio? operæ pretium non est pro universo mundo damnari: *Quid prodest homini, si Mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* & tu operæ pretium putas pro uno peccato damnari, quod adeò est sterile, imò verò quod est fertile, sed nonnisi pœnarum.

XXVII.

Date Domino DEO vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad Montes caliginosos. Jer. 13. 16.

1. COnsidera, quid significet hoc loco dare gloriam DEO. Est Agnoscere crimen suum, illud detestari, & deflere, ejus se accusare, & demum debitâ illud pœnâ castigare. Tunc enim gloriam DEO reddimus, quam sustulimus eum offendendo cogitationibus, verbis, operibus, quando cogitatione, verbo, & opere protestamur, malè nos egisse, dum offendimus. Cogitationi cõgruit examinare delicta, dolere, proponere. Verbo, confiteri demissè, & cum veritate. Operi verò, adimplere pœnitentias injunctas, tum quas satisfactorias, tum quas Medicinales appellamus. Vides igitur magnam Domini bonitatem, dum à nobis id, quod est debitum, acceptat ut donum. Certum est, ex proprietate sermonis potiùs dicendum fuisse, ut reddamus gloriam ipsi ablatam. Et tamen non ait *redde te*, sed *date*.

2. Considera, cùm vult Dominus, ut ista gloria sibi statim reddatur, *antequam contenebrescat*, videri posse, quòd illam reddi sibi velit ante mortem. Sed vehementer falleris, vult, ut quamprimum reddas post tuum peccatum. Quia si vel parùm cunctaris illud rectè confiteri, videbis mentem tuam inclinare in vesperam, & ubi primò putabas peccatum à te commissum esse malum sat grave, indéque movebaris, consternatus, atque solicitus, sensim incipies illud contemnere. Et ubi videris res tuas cursu prospe o fluere ut priùs, valetudinem constare tibi, nec DEUM tibi monstrare vultum adeò horridum, paulatim dubitabis, sitne peccatum revera tantum malum, ac dicitur, à fornicationibus gradum facies ad stupra, à rancore ad contumelias, ab æmulatione ad vindictas, transibis, & jam densâ nocte occupante animum tuum non tantùm venies in contemptum peccati, sed illud etiam placebit. O quanti refert non dare tenebris spatium crescendi.

Ci-

Citò, citò confitere, festina, cessa peccare, *Antequam contenebrescat.*

3. Considera, si non tam celeriter agas pœnitentiam, uti par esset, si cupias consequi salutem, illam saltem agendam ante mortem: *antequam offendant pedes tui ad montes caliginosos.* Sed vide, quæso, in quantas tunc difficultates te induas etiam insuperabiles. Heu mihi, quàm ardui montes occurrent tibi hinc in vitam alteram transeunti! Montes obscuri, montes densi, montes reverà pleni caligine, *Montes caliginosi.* Quâ igitur ratione continget tibi invenire viâ, quæ securè transmittat ad cœlum? voles equidem facere felicem transitum restituendo cuilibet, quod suum est: Sed in illam difficultatem impinges, deferendi familiam de conditione statûs dejectam. O montem prægrandem! Voles huic dare veniam, sed ecce montem alium! nescire modum, quo odium tuum vertas in amorem. Voles abjicere commercium illud illicitum. Ecce rursus alium montem, nescire, quomodo amorem vertas in odium. Voles confidere in Misericordiâ Divinâ, sed ecce denuo montem ceteris altiorem! meminisse, te illâ toties abusum. Verbo, quocunque te converteris, *pedes tui offendent ad montes caliginosos.* Quia difficultates erunt maximæ, tu verò expers solatij, inops consilij, destitutus luce Cælesti modum non videbis illas superandi.

4. Considera montes caliginosos etiam illos diei, ubi prædones nidulantur. Et idcirco ecce aliam solemnem stultitiam, quam committis, si pœnitentiam differas usque ad mortem. Quia ut animam in turto colloces, eò differs, ubi innumeri aditum obsident ad te invadendum. O quanto tunc robore pollebunt hostes tui Tartarei inter graves difficultates, quas diximus. In his verò semper auctis viribus fortiores fidem tibi facient, jam advenisse noctem illam, de quâ locutus est Christus, cùm diceret: *Venit nox, quando nemo potest operari.* Non esse amplius locum sperandi, non esse amplius occasionem salutis, jam te in eorum incidisse manus, nunquam amplius eruendum. Vide igitur, an præstet adeò serò dare gloriam DEO. Precare DEUM, ut tibi det quamprimùm omnia deplorare peccata, & operam adhibe, ut tempestivè complanes montes illos, qui superandi essent in morte.

XXVIII.

Omne gaudium existimate Fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis. Jac. 1, 2.

1. COnsidera modum, quem tenent innumeri Christiani, & obstupesce. Aiunt se pro indubitato habere, in hac terrâ veram esse beatitudinem, multa pati. Et tamen ubi est eorum quisquam, qui aliquando voti-

vam

vam tabulam, vel exargento anathéma ſuſpendat, quia viſûs vel auditûs paſſus eſt jacturam ? quis eſt, qui Lauretum peregrinationem ſuſcipiat, quia causâ cecidit in lite quadam graviſſimâ? Quis ſacellum dedicat, quia pulſus eſt aulâ ? quis monaſterio dotem tribuit, quia munere, quo fungebatur, exutus eſt? quis eſt, qui feſtivâ celebritate agat anniverſarium ejus memorabilis diei, quo ipſi aliud genus infortunij accidit? Potiùs ille pro die luctûs habetur, quàm triumphi. Unde hoc eſt? aliud dici nequit, niſi fidem, quam hodie habent Chriſtiani, nimium deficere. *Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.* Pſ. 11. Habetur equidem pro monetâ juſti ponderis, ſed talis non eſt, curta eſt, diminuta eſt. Filij hominum circumciderunt, dum fidei à majoribus acceptæ, qui *ſ bant gaudentes à conſpectu Concilij*, qui *Gloriabantur in tribulationibus, in infirmitatibus, in Cruce*, ſuſtulerunt optimum, quod habebat, ſcilicet eſſe normam & regulam operandi. Regula operandi jam non eſt fides, eſt apprehenſio, eſt appetitus, eſt id, quod unicè ſenſibus ſubjacet. Et ideo dicit Jacobus primo loco: *Exiſtimate.* Quia hac in re nihil agere oportet niſi vi perſpicacis intellectûs. Si non connitaris perſuadere tibi contrarium illi, quod ſenſus dictant, actum eſt. Hoc ſequere, quod Chriſtus docuit, qui beatum pronunciavit eum, qui plus patitur. Sequere, quod S. Petrus, quod Paulus, quod recta ratio dictat, nempe quòd adverſitas contineat *Omne gaudium*, & ſine loqui, quod lubet, inſipientem mundum.

2. Conſidera gaudium eſſe boni præſentis, & ideo adverſitates exiſtimandas *Omne gaudium*, quia actu includunt cuncta bona. Quæ ſunt iſta? Honeſtum, utile, Jucundum. Ad hæc omnia reducuntur. Includunt Honeſtum, quia reddunt nos ſimiles Chriſto, & faciunt, ut non ampliùs portemus *Imaginem terreni*, hoc eſt, veteris hominis, ſed *Imaginem Cæleſtis*, id eſt, novi *hominis.* 1. Cor. 15. 49.

II. Quia inter homines nos ſupra populum, ſupra vulgus extollunt, in quo non invenitur, qui exerceat actum proprium grandibus, hoc eſt, qui cicatrices oſtentet: *Ego ſtigmata Domini ſ ESV in corpore meo porto.* Gal. 6. 17.

III. Erigunt ſuper ipſos Angelos, qui nihil poſſunt pati pro DEO. Angeli ſunt *induti decore*, juxta illud: *omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* Ezech. 28. 13. Sed non ſunt *Induti fortitudine*, quia illorum lapides pretioſi non ſunt elaborati ſcalpri ſalubris ictibus, ut noſtri. De illo ſolo, qui pro DEO nec mortem incurſare timet, dici poteſt: *Fortitudo & decor indumentum ejus.* Prov. 31. 25.

Includunt utile. I. quia hoc conſiſtit in tollendo malo, afferendo bono. Adverſitates verò tollunt nobis malum, quatenus faciunt expungere noſtra peccata, & ſic mitiore purgatorio auferunt malum pœnæ. *Convertam manum meam ad te, & excoquam ad puerum ſcoriam tuam.* Iſ. 1. 2.

II. Quia

II. Quia extirpant radicem vitiorum, amorem proprium, qui facit nos agere potiùs more puerorum, quàm ut viros cordatos, & sic etiam auferunt malum culpæ. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Prov. 22. 15.

Ex aliâ deinde parte afferunt bonum. I. Quia afferunt bonum incipientibus proprium, dum faciunt, ut res ipsæ creatæ malè nos habendo à se arceant, & ad DEUM propellant: *Urgebántque Ægyptii populum de terrâ exire velociter.* Exod. 12. 33.

II. Quia afferunt nobis bonum proficientium, tum perficiendo intellectum, cui idem planè accidit, quod veteri tabernaculo illuminato per noctem, inumbrato per diem. *Per diem,* quæ est prosperitas, *operiebat illum nubes, & per noctem,* quæ est adversitas, *quasi species ignis.* Num. 9. 16. Tum perficiendo voluntatem, quæ instar vitis tunc affert plus fructûs in quacunque virtute, quando magis putatur. *Omnem palmitem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Jo. 15. 2.

III. Quia afferunt bonum proprium perfectorum; cùm ditando nos meritis reddunt magis idoneos ad unionem cum DEO per contemplationem perfectam. *Nequaquàm Jacob appellabitur nomen tuum,* ita Jacob Patriarchæ dicebatur post luctam, *sed Israel,* hoc est, *videns DEUM.* Gen. 32. 28.

Includunt Jucundum. I. Quia sunt prædestinationis indicium, & ita spe præmii nos pascunt. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententiâ agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium.* 2. Mach. 6. 13. *Magnum beneficium* est illud Prædestinationis Divinæ. *Beneficium,* quia omnino gratuitum. *Magnum,* quia cetera parva sunt comparatione istius.

II. Quia sunt signum amoris, quo DEUS etiam in præsens complectitur animam. *Quem diligit Dominus, castigat.* Heb. 12. 6.

III. Quia sunt signum amoris reciproci, quo anima fertur in DEUM. *Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.* Proverb. 17. 17.

IV. Quia DEUS mille modis & miris efficere potest, ut istæ amaritudines pro ipso toleratæ dulcescant. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* 2. Cor. 1. 5.

Vides *consolationem* cum proportione *passionibus* respondere, & idcirco rectè dicitur concludendo, in adversitatibus inveniri *omne gaudium,* quia in ipsis inveniuntur tria genera bonorum, Honestum, Utile, Jucundum, colligata in unum quasi fasciculum Myrrhæ. Et si ita res habeat, in ipsis æstimandis nolì sequi ductum phantasiæ, vel appetitûs, sed rationis: *Existimate omne gaudium.* An non vides, si bene perpendas, nihil esse in hac terrâ magis æstimabile quàm pati.

3. Considera tanta hæc bona non advenire illi, cui fortè semel aliquid adversi accidit, sed qui verè patitur adversa. Unde S. Jacobus non dicit:

Omne

Omne gaudium existimate, si in tentationem aliquam, sed *si in tentationes varias incideritis*. Quo sancti instructi documento non petebant à DEO, ut Crucem aliquam auferret, nisi novam imponeret. Imò, si observas, hæ ipsæ Cruces non modò debent esse multæ, sed variæ: quia unus ferret infirmitatem, sed non ferret contemptum, alius vice versâ se isti submitteret, sed non illi. Qui sic agit, eò nunquam pertinget, ut gustet *omne gaudium*. Ille solus gustabit, qui potest adversa cuncta transire, etiam contraria. *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Ps. 65. 12.

4. Considera hoc loco S. Jacobum colligere omnes pariter adversitates sub nomine Tentationum, ut tam illas comprehendat, quæ probationes vocantur, quàm quæ dicuntur seductiones. Primas omnino vult DEUS, alteras permittit. Sed etiam istæ permissæ demum non sunt aliud nisi totidem probationes, quibus DEUS virtutem tuam periclitatur. Ipse enim est, qui dat cani facultatem latrandi, sed non mordendi, nisi ipse velis. Et sic si etiam istas constanter feras, in hoc quoque existimare debes *omne gaudium*, ex tribus rationibus suprà adductis, non quatenus instigant ad malum: sic enim semper abhorrere oportet. Sed quatenus sunt materia certaminis, sicut ceteræ tribulationes. Nisi quòd istæ conferant tantò majorem profectum, quantò magis in Humilitate te continent, quæ est fundamentum subtimis ædificii spiritualis. *Infirmitas gravis sobriam facit animam*. Eccl. 21. 2. Suggestio est illa infirmitas, quæ peculiari modo gravis dici potest, quia naturâ suâ animæ mortem accelerat, nisi fortibus medicamentis afferatur remedium.

5. Considera tentationes istas non esse existimandas *omne gaudium*, quando in illas ipse te ingeris, sed quando casu incurris: *si in tentationes varias incideritis*, quia de diabolicis sermo est, quas ex parte tuâ fugere oportet, quantum potes, ut est manifestum. Et si de aliis loquamur, quas jam adversitatum nomine comprehendimus, verum est, quòd illas liceat procurare, sed non semper expedit. Unde David aliquando dicebat: *Tribulationem & dolorem inveni* Ps. 114. Aliàs verò: *Tribulatio & angustia invenerunt me*. Psalm. 118. At optimæ non sunt, quas tu invenis (quia semper leviùs feres, quas ipse elegeris) sunt illæ, quæ te inveniunt. Istæ profectò graviter sentiuntur, quia nihil illis inest de tuo. Unde vides, si notes, Davidem in prioribus sensisse dolorem, in posterioribus habuisse angustiam. Si etiam in his viriliter te geras, tunc enimverò senties *omne gaudium*, quoniam scis, quòd *Probatio fidei patientiam operatur*, prout pergit Jacobus; *Patientia autem opus perfectum habet*. Id verò exponetur meditatione sequente. Ita, ut, si animus fuerit bisse xtilis, illam serves sequenti die; sin ordinarius fuerit, possis, si lubet, illam adjungere præsenti.

XXIX.

Probatio fidei vestræ Patientiam operatur, Patientia autem opus perfectum habet. Iac. 1. 2.

1. COnsidera, cur adversa pati cuncta illa tantáque dicatur afferre bona, de quibus meditatione præcedente locuti sumus. Quia dat tibi patientiam: *Probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Sed audi, quomodo det? elaborando paulatim: unde non ait: *Dat*, sed *Operatur*. Si ulla virtus est, quæ paulatim obtinetur, Patientia est. Quia natura nimium à patiendo abhorret, semper repugnat, semper recalcitrat. Et ideo verum est illam denique domari, sed non sine exercitio diuturno. Quantumcunque studeas, quantumcunque speculeris, omnésque rationes memoriâ comprehendas, quæ tibi amorem patientiæ ingenerare possint, nunquam eam meliùs addisces quàm exercendo. An non vides, quod dicitur de Christo? *Cùm esset Filius DEI*; qui proinde omnia sciebat; *didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam.* Heb. 6. 8. Obedientia hoc loco idem significat, quod Patientia, quia de illâ sui resignatione est sermo, quam Christus ad Crucem habuit, ad austera & ardua. Hanc verò ut disceret, exercitio opus erat: sic enim cœpit illam non utcunque, sed experimento cognoscere, quæ scientia illum reddidit magis erga nos misericordem *ex iis, quæ passus est*, hoc est, misericordem non solùm eo affectu, quem habebat priùs (nam priùs quoque nos sufferebat, nobis succurrebat) sed eo affectu, cujus proprium est ad sufferendum, & succurrendum majorem dare promptitudinem, prout contigisse cernimus in ipso DEI Filio, postquam humanam carnem indutus est. Non est igitur necesse indagare viam faciliorem adipiscendi virtutem. Tu fuga omnes occasiones patiendi, quæris commoditates, quæris applausus, vis, ut omnia tibi pro voto succedant: quâ igitur ratione unquam fieri poteris miles Christi? An unquam inventus est, qui inter libros evaderet miles strenuus? Haud sanè, sed inter arma. Hinc est, quòd etiam Principum filii, cùm addiscere cupiunt artem militandi, nonsolùm in aciem procedant, sed aliorum more ab infimis militiæ gradibus incipiant, ut ita transeant ad summos. Jam verò an ignoras illud: *Militia est vita hominis super terram.* Job. 7. 1. Itaque magnopere falleris, si eam addisci putes in umbrâ. *Labora, sicut bonus miles Christi* Tim. 2. 3. Oportet interesse obsidionibus, adesse assultibus, & patiendo adipisci tolerantiam omnium maximam, hoc est, militarem. *Probatio fidei vestræ patientiam operatur.*

2. Considera, quantumcunque impenderis laboris, bene impendi patientiæ addiscendæ, cùm ista sit virtus illa tam optabilis, in quâ continetur, uti dictum

dictum est, *Omne gaudium*. Et sic mirum esse non debet, quòd ipsi tribuatur summum illud elogium: *Patientia opus perfectum habet*. Si habet *omne gaudium*; habet etiam *omne bonum*. Si habet *omne bonum*; igitur & *opus perfectum habet*. Quamvis aliâ etiam de causâ hoc elogium illi convenit, quia Perseverantiam habet. Hæc enim eadem est, quæ æqualiter omnibus operibus perfectionem imponit. Et hæc eadem est, quam patientia sibi vendicat, dum potissimum, quod in perseverando reperitur, impedimentum superat, nempe spiritûs mœstitiam, & sensûs molestiam. Ideò bene observa non dici: *opus perfectum producit*, sed: *habet*; quia omnes virtutes aptæ sunt perseverantiæ generandæ. Charitas facit, ut faciliùs perseveras in bono, quod agis, obedientia & humilitas faciunt, ut perseveres, ipsa quoq; devotio conducit plurimum ad perseverandũ. Patientia verò non generat, si propriè loquamur, perseverantiam, sed habet. Quid enim est demum Patientia, nisi genus quoddam perseverantiæ, sed fortioris, qualis est in persecutione boni ardui? Igitur, ut vides, ipsa *opus perfectum habet*, quia ipsa in se habet coronã. Adeò ut, sive *Opus* intelligas in communi, hoc est, universæ vitæ seriem, quo sensu Christus dicebat: *Opus consumavi, quod dedisti mihi, ut facerem*. Jo. 17. 4. Sive *Opus* intelligas in particulari, quo sensu Christus sumpsit, cùm aggressoribus suis diceret: *Propter quod opus me lapidatis?* Jo. 10. 32. Verissimum semper sit: *Patientia opus perfectum habet*. Quoniam & quoad vitæ totius cursum illa debet esse perseverantia finalis, & quoad reliqua bona opera, quæ sigillatim agis, illa debet esse perseverantia tua ordinaria. Imò Patientia est, sine quâ nullum unquam facies opus proficuum. Quia nec DEUM amare poteris, ut oportet, nec obedire, nec esse humilis, nec in oratione satis devotus sine patientiâ. Ita cùm patientia, ut sic dicam, pro omni virtute tibi sit, sine ipsâ nullam habebis virtutem, quæ alicujus sit pretii. Unde fiet, ut multa interdum facias, & repente perdas cuncta, quæ fecisti. Cur? quia patientia tibi deest. Adeò semper est verum, quocunque modo consideres: *Patientia opus perfectum habet*. Itaque animo tuo denuo inculca, quàm bene positus sit omnis labor in illâ comparandâ, nec omitte eam postulare à Domino, qui est *Omne Bonum* nostrum. Et ideo mirum non est, quòd etiam dicatur Patientia nostra. *Hic patientia Sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei*. Apoc. 14. 22.

* * *

MAR-

MARTIUS.

I.

DEUS meus es tu; ne discesseris à me: quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adjuvet. Ps. 21. 12.

1. COnsidera hæc verba semper ore circumferenda, dum vicinũ morti te cogitas, quandoquidem hæc ipsa verba sunt, quibus usus est Psaltes in personâ moribundi: *DEVS meus es tu, ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est, qui adjuvet.* Et quando major esse potest necessitas, ut DEUS non discedat à te, quàm in illâ supremâ horâ? cogita hinc pendere æternitatem sive præmii sive supplicii.

2. Considera, mortem vocari Tribulationem, quia est quædam Epitome tribulationum, quas in hoc mundo est reperire. Magna tribulatio censetur exilium. At majus exilium esse nequit ipsâ morte, quæ nec unum quidem locum facit reliquum in terrâ. Magna tribulatio amissio notorum, familiarium, cognatorum, quos adeò diligebas. Istos omnes mors aufert. Magna tribulatio spoliari facultatibus. Mors nec obolum relinquit. Imò simul cum fortunæ bonis etiam te spoliat obsequiis, commerciis, magistratibus. Magna tribulatio destitui sensibus, visum, auditum, loquelam perdere? & hoc tamen in morte contingit. His adjunge dolores morborum, qui eam comitantur, nauseas, amaritudines, ardores, convulsiones. Sed præ omnibus illa tribulatio vocatur, quia tribulationem affert omnium, quas experiri possumus, maximam. Quam illam? Malæ conscientiæ tormentum. O quàm istud in morte crudeliter sæviet! *Cur timebo in die malâ*, quærit Psalmista *Ps. 48. 6. Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Illa iniquitas, quam modò, ut sic loquar, calce premis, quam non apprehendis, non æstimas, in morte instar Gigantis apparebit, qui te ex omni parte circumdabit terroribus. Quocunque te vertas, videbitur tibi illâ horâ nil aliud obversari oculis quàm peccatum tuum. Evanescent ex animo voluptates omnes, lucra, honores, sola se repræsentabit iniquitas tua. Placeat igitur nunc circumspicere tantisper, sed mente seriâ, qualis sit iniquitas, quæ majoris tribulationis in morte causa possit esse, ut jam nunc avertas. Noli spernere, noli spernere; tunc enim non erit, ut nunc est. Nunc conceditur mitigare conscientiæ latratum, objecto malo medicato alicujus relaxationis, quæ divertat canem, facando malum, & blandè persuadendo non esse tam fœdum, ut depingitur. Tunc verò non sic erit. Nimis quàm bene cognosces fœditatem peccati tanquam operis pessimi, planéque

mor-

monstrosi. Ex aliâ verò parte non erit pabulum, quod objiciatur cani, quia jam advenit *dies finitionis* Eccles. 40. 2. Finierunt confabulationes, finierunt convivia, finierunt venationes, finierunt ludicra. Tuum esto judicium, quàm horrendos canis ita famelicus edituras sit latratus. Vis, ut verè aquiescat? Ejice quamprimùm latronem cordis, secus si feceris, O quàm clarè tunc cognosces, conscientiâ monente, tuam dementiam, perfidiam, ingratitudinem, temeritatem, perditionem irreparabilem! Hæc est tribulatio omnium maxima, conscientiæ remorsus. *Inter tribulationes humanæ animæ nulla major est quàm conscientia delictorum*: ut ajebat Augustinus. Hæc verò nunquam erit major quàm in morte, quando anima jam propinquans Tribunali stare sibi videbitur coram Judice irato, delatores suos videre, audire accusationis capita, & in prædam dari lictoribus.

3. Considera hanc tribulationem jam jam imminere: *Proxima est*: & fortè propior, quàm tu credas. Ideo mortem non reformidas, quia semper illam spectas ut remotam. An nôsse cupis, quàm propinqua sit. Non minùs quàm occasiones illæ vel à naturâ, vel à consilio, vel à casu profectæ, quæ singulis momentis illam possunt accersire. Confidis fortassis annis juvenilibus, ætatis robori & vigori? ne fidas, mors juvenes æquè ac senes ferire potest. Idcirco imaginare tibi illam semper accinctam gladio & arcu. *Gladium suum vibravit, arcum suum tetendit.* Gladio ferit senes, ut non ampliùs resurgant: arcu petit juvenes, ut non effugiant. Et adhuc longam tibi vitam polliceris? quàm longam? annorum quinquaginta? non parum hoc esset. Aut sexaginta? hoc est oppidò incertum. Aut septuaginta? vix est sperabile. Sed etsi foret: *Numquid paucitas dierum tuorum finietur brevi?* Job. 30. 20. An non vides, quàm hi anni celeriter avolent? Certum est, futuros non fore longiores præteritis. Metire ætatem, quæ fluxit, videbis, an velociter transiverit. *Dies mei velociores fuerunt cursore*, dicebat Job. 9. 20. Cursor, quamcunque sit robustus, necesse habet per intervalla gradum sistere ad respirandum, quemadmodum ipse Hercules solebat, cùm illos suos absolvisset passus, qui deinde mensuram stadio dederunt. At tempus nunquam sistit gradum. Quid igitur facies? Cavebis, ne perdas. Citò citò res tuas compone. *Vasa transmigrationis fac tibi.* Jer. 46. 19. Confitere, prout in morte fecisse cupies. Solve quamprimùm pauperes creditores, solve Ecclesias, solve monasteria, exequere legata pia. Si habes inimicitiam, quæ tibi negotium facessit, abrumpe, tolle, compone quocunque pacto etiam, ut tibi videtur, parùm honorifico; quia cùm breves sunt dies, non oportet illos amittere: *Quis enim despexit dies parvos?* Zacch. 4. 10.

4. Considera denique mortem non solùm esse tribulationem omnium maximam, non solùm esse proximam, sed etiam absque auxilio: *Non est, qui adju-*

adjuvet. Nisi Dominus tunc succurrat; miserum te! videbis, quomodo omnes amici, quondam tam chari, te destituant. *Vir repromittit proximo suo, & cùm perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo*, ait Ecclesiasticus c. 29. 23. Tu certè illorum causa plus forsitan fecisti, quàm debebas. Sed quid illi? expecta, dum à medico sis depositus, (ubi etiam summi principes perdunt reverentiam) tunc videbis, quid futurum sit. Tergum tibi vertent; imò multum erit, si non cubile tuum, uti nonnullis accidisse vidimus, palam diripiant. Ipsis Religiosis, qui tibi ex charitate assistunt, parochis, & pastoribus grave erit diu circa lectum consistere, ob putredinis tuæ malignitatem. Parvula imago Crucifixi sola tibi erit refugium in tam ærumnosâ tribulatione. Quâ verò fronte illum aspicies, quem à te contemptum meministi? O dolorem cordis! O luctum! Ecce amici, quorum gratiâ toties legem tui Domini tam boni conculcâsti, vel certè non perfectè observâsti, *Surgunt & opitulentur tibi*: Deut. 32. 38. Evanuerunt. *Non est, qui adjuvet.* Et ut illi velint; quid demum boni facere tibi possunt? pro te precari? at quàm pauci erunt, qui id faciant cum fervore. An credis, ubi mortuus fueris, quenquam fore, qui non die insequenti denuò ridere velit, ut antè? nemo erit, qui tui causâ vel unam horam somni perdat, nisi forte ex formidine. Quantò igitur satius foret bene consentire cum Domino, qui solus in morte auxiliari tibi potest? Relinque tandem tot amicitias, familiares congressus, officiosa commercia, quibus dies integros consumis. Pedibus protere tam multos támque varios respectus. Non tam abjectè servias creaturis ingratissimis, perfidissimis, aut certè nihil omnino tibi profuturis. Arctè complectere amicum tuum fidelem: *Ipse enim dixit: non te deseram, neque derelinquam.* Heb. 13. 5. O verba plena suavitate! sæpe manu apprehende Crucifixum, cum quo credibile est te aliquando moriturum, & fidem illi sponde. Osculare ipsum, stringe brachiis, calidis lachrymis infunde quasi moribundus, & eos exerce actus, quos fortè sub illum vitæ exitum exercere non poteris. Roga illum, *ut te deserat* protectione. Roga illum, *ne te derelinquat* præsentiâ. Quem utrumque favorem in eo discrimine jam multis præstitit. Et si tunc alium non habueris, *qui adjuvet*, parùm refert. Confidenter dicamus. *Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo. ib.* Si JESUS tibi faveat, utique curæ tibi esse non deber, quid tunc faciat quicunque homo carne compositus. Nisi fortè per hominem hoc loco ipse Dæmon intelligendus est, qui sæpe in sacris litteris homo nuncupatur. *Inimicus homo, malus homo, mendax homo.* Non quòd ab ipso in morte quidquam humanitatis expectare debeas, sed quia subegit hominem, uti Scipio dictus fuit Africanus ab Africâ subactâ.

* * *

II.

II.

Cogitationes robusti semper in abundantiâ. Prov. 21. 5.

1. CONsidera paucos esse in servitio Divino, qui dici cum veritate possint robusti. Triginta erant fortes Davidis, sed nonnisi tres robusti: quâ igitur ratione tu dici potes robustus, qui minimæ difficultati cedis, quæ in vitâ spirituali occurrit, uni respectui humano, uni incommodo, ludibrio, aut derisioni modicæ? Hoc ne quidem est esse fortem. *Spiritus robustorum*, inquit Isaias, *quasi turbo impellens parietem.* Beatum te, si quando robur istud tibi accrescat. Tunc enimverò facillimum tibi erit servire DEO, quia non ampliùs occurret, quod te absterreat. ipsos muros prosternes.

2. Considera, quid adhibendum remedii, ut hoc robur spiritûs consequaris. Id ipsum, quod adhibes ad obtinendum robur corporis. Tria sunt, quæ illud tibi conferunt. Valetudo integra, Nutrimentum bonum, Exercitatio corporis. Valetudo integra: quia si hanc perdas, etiam robur perit. Nutrimentum bonum: quia, quamcunque valeas, nisi bene te nutrias, languebis. Exercitatio corporis: quia qui quotidie exercet vires, semper retinet plus vigoris, quàm qui sinit eas otio marcere. Sic omnino facies in proposito nostro. Primò servanda est anima sana à peccato. Hæc enim sanitas basis est & fundamentum ceterorum. Deinde nutrienda est proprio suo alimento, uti sunt oratio assidua, sacra Lectio, pia colloquia, & frequentia Sacramentorum. Denique perpetuò exercenda est, quæ res majoris momenti est, quàm fortè credas. Nisi quotidianâ exercitatione familiarem habeas usum virtutum, occasiones earum amplectendo, & verò etiam quærendo, certum tibi sit, etsi tot habeas bona dictamina, tot desideria sancta, brevi fore, ut elangueas. Illæ victoriæ, quas indies de tuis defectibus reportabis, continendo verba illa jactabunda, quæ linguam tibi sollicitant, reprimendo iram, coërcendo impatientiam, mortificando gulam, illæ, inquam, victoriæ vires tribuent, quia DEUS non vult, uti posset, illas à nobis accipi infusas, vult acquiri.

3. Considera, quibus indicijs possit colligi, an robur istud fueris adeptus. è cogitationibus colliges. Vide, an semper tendant ad abundantiam: *Cogitationes robusti semper in abundantiâ.* Si tibi sufficiat solùm ea facere, ad quæ obligaris, si multum tibi agere videaris, abstinendo ab offensâ Divinâ, à mendacijs, murmuratione, libidine. Si dicas te contentum fore adeptione Paradisi; non es robustus. imò in maximo versaris periculo damnationis. An fortè existimas satis tutam fore civitatem, quæ mœnibus contenta, licet validis, nullis cingitur exterioribus munimẽtis, seu factis ad abundantiam præsidijs? imò hæc sunt, quæ illam

illam maximè defendunt, quia in his primi franguntur impetus inimici, qui plerumque majore desæviunt furore: Nisi tu feceris opera gratuita, quibus impugnandis Orcus vires suas consumat priùs, quàm aggrediatur debita, actū est. O quàm facilè potietur tui!

4. Considera neque sic te fore robustum, si aquiescas operibus indebitis, quæ facis. Semper aspirare oportet ad majora. *Cogitationes robusti semper in abundantiâ.* Si jam sis patiens, aspirandum tibi est ad patientiam magis invictam: si humilis, ad humilitatem magis profundam: si obediens, ad obedientiâ magis exactam: & sic deinceps. Nisi in exercitio virturum collimes ad summum, semper infra scopū descendes. *Estote perfecti, sicut & Pater vester Cœlestis perfectus est.*

III.

Quid faciam, cùm surrexerit ad judicandum DEUS, & cùm quæsierit, quid respondebo illi? Iob. 31. 14.

1. Considera illum ipsum Dominum, qui nunc sedet ad dextram Patris, ut fungatur munere Advocati, quamprimùm surrecturum, ut occurrat tibi jam non Advocatus sed Judex. Quid igitur de te fiet, miser, amisso vel hoc solo patrocinio? Ideo non dicitur: *quid faciam, cùm venerit ad judicandum DEUS*, sed, *cùm surrexerit*, ut tanto majorem incutiat terrorem. Omne bonum, quo modò frueris, inde oritur, quia JESUS pro te agit Advocatum. *Advocatum habemus apud Patrem? JESUM Christum justum.* 1. Jo. 2. 1. Hinc res conditæ plus tibi deferunt, quàm mereris. Hinc terra pro eo, quòd sub pedibus dehiscat, non modò te sustentat, sed nutrit. Hinc aër & aqua famulatur. Hinc ignis, in quo jam scelera tua plectenda essent, tuis obsequijs se inclinat. At in illo extremo die deponet JESUS officium tam pium. Unde tibi cogitandum relinquo, quàm subitò præda futurus sis omnibus, quin te sævissima quæque decernent. Et tamen parum esset solùm perdere talem Advocatum. Quod pejus est, Advocatus in Judicem transibit, quo nihil funestius Reo possit accidere.

2. Considera, quid igitur facturus sis, cum hoc Domino, *cùm surrexerit ad judicandum.* Eritne consilium, quò te vertas? quando cum Judice res est, à quo non detur appellatio, delinquenti aliud non suppetit, quàm unum ex his quatuor, nempe vel decipere judicem, vel corrumpere, vel effugere, vel placare. Quid igitur Christo facies? an decipies? at DEUM esse noveris: *cùm surrexerit ad judicandum DEUS.* Si DEUS est; quomodo deceptioni obnoxius esse poterit? *Numquid DEUS decipietur, ut homo, vestris fraudulentijs?* Job. 13. 9.

Quid

Quid facies? an corrumpes? at noveris esse justum: *DEVS Judex justus.* Non est igitur, ut humani Judices, acceptor personarum vel munerum. Non personarum, quia Pater est omnium. *Sit timor Domini vobiscum: non est enim apud Dominum DEVM nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* 2. Par. 19. 7. Quid facies? an effugies? at noveris esse fortem: *DEVS Judex fortis.* Non est periculum, ne brachio suo te non comprehendat, si vel inter stellas te ab lideris. *Si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Abd. 4. Et si te comprehenderit; an putas fieri posse, ut iterum amittat? *Tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat.* Is. 5. 29. An igitur saltem placabis? ne hoc speres. *DEVS Judex patiens.* Scisne, qui sint Judices, qui placantur? qui furore, non qui ratione moventur. Ita est, nunquam isti turbantur, sunt placidi, sunt tranquilli, sed idcirco etiam magis inexorabiles. Et talem omnino esse tuum Judicem existima. *Judex patiens.* Non est iracundus, non colericus: *numquid irascitur per singulos dies?* si demum punit, non impetu movetur, sed summâ ratione, quod an non sit tremendum, tu judica. Accedit, quòd idem ipse sit, qui in te tolerando usus est patientiâ indefessâ, & idcirco, cùm is iræ locum dederit, non est spes veniæ. Quocumque igitur te vertas, iterum iterúmque cogita, *quid facies?* an non vides manifestè, nihil uspiam superesse refugij? *DEVS Judex justus, fortis, & patiens.* Ps. 7. 17. & sic neque decipere illum potes, nec corrumpere, nec effugere, nec mitigare iram, quæ idcirco ira Agni dicitur, ut constet nullâ illam perturbatione commoveri. *Abscondite nos ab irâ Agni.* Apoc. 6. 26.

3. Considera, ut agnoscas hunc Judicem verâ ratione procedere, non latarum damnationis sententiam, nisi priùs locum dederit defensioni. Itaque, *cùm quæsierit, quid respondebis illi?* ille quidem optimè perspecta habet, quæ fecisti. Omnia vidit, omnia audivit, omnibus ipse testis interfuit. Nihilominus sigillatim vult investigare res tuas, perinde si nihil sciret, interrogare, audire (quid amplius dici possit?) disceptare tecum. *Congregabo omnes gentes, & deducã eas in vallem Josaphat, & disceptabo cum eis.* Joël. 3. 2. Itaque *cùm quæsierit, quid respondebis?* Necesse est vel negare crimen, vel excusare. Primum non habet locum, quia hîc non agitur, nisi de culpis liquidis & certis. Restat igitur, ut excuses. At quo modo? Duo tantùm sunt capita, si benè perpendas, ad quæ reduci possit excusatio tua. Ignorantia, quæ te induxerit ad peccandum, aut fragilitas. An ignorantiam prætendes, qui natus es in medio orbis Christiani? tot inter dogmata scripturæ, documenta Sanctorum, exempla virtutum, quæ velut totidem luminosæ faces te circumstant. Verum equidem est, te sponte occlusisse oculos, ne videres. Sed hoc ipsum est, quod te amplius condemnabit.

bit. *Hoc est autem judicium*, inquit Dominus, *quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Jo. 3. 19. Erit igitur alleganda fragilitas: at quomodo, si illa fuit voluntaria? fuisti fragilis, ita est, sed cur? quia voluisti esse fragilis, nec usurpâsti opportuna remedia, quæ ad restaurandas vires tibi Dominus concessit. Tempore tentationis ad ejus patrocinium non recurrebas, sacræ Confessionis & Communionis frequentiam non curabas, malas occasiones, ut poteras, non declinabas. Erítne igitur excusabilis, si cecidit, qui juvari noluit, qui adminiculum neglexit, qui præcipitio se commisit? non erit, qui vel hiscere audeat, ne deterior reddatur causa. *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Ps. 106. 42.

4. Considera, si, concesso perbenignè defensionis loco, non habeas in favorem tuum, quod respondeas. hinc infallibiliter inferri aliud superesse nihil quàm æternæ damnationis sententiam. Itaque ne graveris denuo cogitare, *quid facies?* si nescis, *quid facies cùm surrexerit ad judicandum DEUS*; scies, *quid facies, cùm sederit ad damnandum.* Converti poteris ad montes, & rogare, ut cadentes ruinâ te involvant, ad marmora, ut te conterant, ad molares, ut te comminuant, ad voragines terræ, ut aperto hiatu te absorbeant. Sed quid proderit? nonne jam tempus supplicationis, ut priùs, sed supplicij. *Indutus est Dominus vestimentis ultionis.* Is. 59. 17. Quid igitur te fiet, si ejus ore, qui quondam Advocatus erat tam benevolus, audies te addici flammis infernalibus? si is, qui fert sententiam, homo foret extraneus, alienus, aversus, excipere liceret & objicere crudelitatem. Sed est Advocatus, qui in Cruce omnem pro te sanguinem profudit. Et qui deinde ad dextram Patris aliud non egit, quàm ut pro te rogaret, pro te peroraret, & modis omnibus studeret cœlo te inferre. Non potest ejus sententia non esse irrefragabilis, si ad inferorum supplicia te condemnet.

IV.

Humiliatio tua in medio tui. Mich. 6. Os. 14.

1. COnsidera, ut copiosam invenias materiam te humiliandi, opus non esse foras evagari, tantumodo intra te ipsum illam quære: *Humiliatio tua in medio tui.* Si te foris spectes, facilè continget superbire, quia fortè videbis te decorè vestitum, fulgentem ostro, fulgurantem auro; videbis collocatum in gradu dignitatis, aulicis obsequijs, & populari plausu honoratum, æstimatum. Sed non ita, si bene introspicias te ipsum: *in medio tui.* Satis est, si hæc tria crebrò cogites, quis fueris, quis sis, & quis futurus sis. harum considerationum quælibet sufficiet ad deprimendum fastum. Unde vides

vides non definiri tempus: *Humiliatio tua in medio tui.* non dicitur: *fuit, nec est*, nec *Erit.* Sed absque differentiâ temporis, quia, quocunque ex dictis te consideres, humiliabis te ipsum.

2. Considera proinde bene iniquitatem vitæ tuæ præteritæ. ingratitudinem præsentis, incertitudinem futuræ. In quàm miserabili statu versaris, quando jam redactus in potestatem Satanæ serviebas illi ut vile mancipium, desertus à DEO, infelix, deformis, imò abominabilis, & reus flammarum, quæ tibi in profundissimo inferni barathro parabantur? Nunc verò ponamus te miseratione DEI ereptum hoc statu, considera tamen, quàm ingratum te exhibeas liberatori tuo. Quomodo respondes Domino? quæ hujus rei cogitatio? quis sermo? quo desiderio flagras illi præbendi gustum? nonne maximus est tepor tuus, in rebus ad ejus servitium pertinentibus? vide potiùs, ut tuis serviascupiditatibus, vanus, iracundus, impatiens, & ad quodcunque genus peccati etiam fœdissimi propensus. Jam verò quoad futurum, an divinare potes, quid denique te futurum sit, existente voluntate adeò instabili & infirmâ, qualis est tua? vidimus nutare etiam columnas firmamenti, imò & prolabi. Quid de te fiet, arundine fragili, quæ omni vento se inclinat? Una affectio vehemens, quæ in te dominatur, nonne sufficit, ut te prosternat? & prostratus cùm fueris, unde scis, te denuò surrecturum, aut rediturum ad frugem? unde scis, quo modo sis moriturus?

3. Considera, si quid etiam boni in te residet, id non esse natum in tuo fundo, sed cœlitus concessum. *Deorsum est.* Terra tua ex se non est apta nisi spinis & tribulis proferendis. & sic vides intra te revera non esse nisi meram humiliationis materiam: *in medio tui.* Et tu nihilominus tam ægrè te demittis?

4. Considera hanc humiliationem, quam à te requiro, non tantùm esse debere tuam, sed *in medio tui*, hoc est, in intimo cordis. Non enim sufficit, ut mente te humilies, speculativâ quadam ratione cognoscendo, te esse miserabilem, in quocunque statu spectes te ipsum, præteriro, præsenti, vel futuro, & quidquid habes boni, à DEO proficisci, sed necesse est id etiam practicè cognoscere, ita ut ex corde dicas sic esse, idque tibi adeò sit persuasum, ut nullo tangaris sensu ejus æstimationis externæ, quæ tibi aliunde adveniat. sed statim eam DEO reddas, reddas cogitatione; reddas verbo; exemplo Virginis, cùm se ab Elisabethâ laudari audivit.

5. Considera non dici *Humiliatio aliena*, dici *Tua*, & hæc unicè debet esse *in medio tui.* Decet enim, ut in corde tuo inhabitet vilis æstimatio tui, non aliorum. Sed quàm facilè contrarium accidit, quia semper cogitas alienos potiùs defectus quàm tuos.

V.

Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Is. 33. 14.

1. CONsidera ignem infernalem dici devorantem, non quòd quenquam consumat aliquando, sed ad denotandam aviditatem, quâ adhæret, activitatem, quâ laborat, & acerbitatem, quâ urit, non relinquendo vel minimam particulam damnati, cujus non faciat, ut ita loquar, horrendam stragem. Cæterùm si consumeret, non diceretur in illo igne esse habitatio: *Quis poterit habitare?* Itude igitur primò intelligere rabiem, quâ ignis ille agit urítque perpetuò. Noster ignis depascitur, sed non devorat, quia sensim agit, nisi summus existat. Ille verò momento totum facit, & cum eadem aviditate, activitate, & acerbitate, quâ initio agit in quemcunque damnatorum, æternum aget, quin de furore suo vel minimum remittat. quia *flatus Domini sicut torrens sulphuris succendet eum.* Quid ergo fiet infelicissimo populo, cui continget illum experiri? *In irâ Domini exercituum*, inquit Isaias, *erit populus quasi esca ignis.* 9. 19. Non dicit *Esca* sine additio, quia populus ille nunquam consumetur ab igne. Sed *quasi esca*, quia non poterit vel minimum resistere, tam apta erit ustioni materia.

2. Considera, quàm sit res horrore plena habere in medio talis ignis habitationem, hoc est, domicilium perpetuum. Si tu condemnatus esses ad commorandum semper in carcere, cujus pavimentum esset ex igne, paries ex igne, tectum ex igne, nec aër aliud, quem spirares, nisi itidem ex igne, quæ mens tibi foret? & tamen iste noster ignis, illi comparatus, est quasi ignis depictus. Quid erit igitur igne adeò dolorifero non modò circumdari quasi muro, sed ipsa viscera torreri, ita ut ipse habites in igne, & ignis in te habiteat, quemadmodum ferro accidit, quod in fornace non discernitur ab igne, quia ignis est in ferro, & in igne ferrum. Vel non credis, id, quod deco, veles stultus, si pro ullâ re hujus mundi, pro sensu impuræ voluptatis, pro luero aliquo, aut honore vano te exponas discrimini, ne compingaris in habitationem, qualis hæc est, omnibus seculis incolendam.

3. Considera, quantumvis damnatis omnibus hoc modo in igne commorandum sit, attamen non dici: *quis poterit habitare de vobis in igne devorante*, sed *cum igne*. Ut hinc singulariter exciteris ad cognoscendum horrorem inferni. Quis esset horror, si versandum tibi foret in caveâ ferarum *cum Pardo devorante, cum lupo devorante, cum leone devorante, cum Tygride devorante*? nunc ergo cogita, quid sit versari *cum igne devorante*. Imaginare tibi in inferno non defuturas has feras, aliásque innumeras, quæ terribilem faciant tui lanienam, sed has quoque futuras igneas, & ideo majo-

majore rabie sævituras. Imò finge tibi damnatorum quemlibet fore ignitum, uti tu es, quis horror erit habitare cum illis? nunc intelligi potest, quomodo revera unus damnatus depascatur alterum: *unusquisque carnem brachii sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem.* Is. 9. 20. Quia unusquisque erit *ignis devorans*, sicut ligna, quæ in ingenti cumulata furno invicem devorant urendo, nisi quòd devorent quidem, sed non habeant eam rabiem devorandi, qualis inter damnatos invenitur. Jnunc, & dic, si ad infernum mitteris à DEO, te non fore solum, an ergo putas tibi solatio futurum multos ibi habere socios dolorum?

4. Considera ad hæc, nõ dici *cum igne ardente, cum igne adurente*, sed *cum igne devorante*, ne, si illis vocibus utatur, ignem imagineris luminosum. Proinde bene intelligere oportet, ignem istum tantùm habere, quòd cruciat, seu vim devorandi, non habere, quod delectat, seu vim splendendi. Solus fumus, qui de tanto incendio perpetuò ascendit, sufficiet ad generandam noctem æternam, neque ea nox ab ullâ flammâ unquam illustrari potest, quia ibi erit *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Lege Divinâ sancietur, ut flamma virtutem habeat dimidiatam, nempe urendi ad ciendum dolorem, non splendendi ad afferendum oblectamentum. Nunc igitur perpende, quid sit æternum ardere in caligine tam densâ; O si fumus ille saltem suffocare possit aliquando! Sed nec istud quidem. Excæcabit, & affliget, sed nunquam tollet vitam: *Fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum.* Apoc. 14. 11. Si fumus tormentorum erit perpetuus, necesse est etiam tormenta esse perpetua, quibus ille nutritur.

5. Considera, quidquid hactenus est dictum, etiam tibi facilè posse evenire. Unde ista non sunt ponderanda, quasi ad te minimè pertineant, sed ad solos gentiles aut hæreticos spectent. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? de vobis*, dico, qui estis hodie verus populus Israëlis? de vobis Christianis? de vobis Catholicis? aut fortè nemo horum erit, qui sit periturus? O quàm multi, quàm multi! tu igitur cogita, quid accidere tibi possit. An putas satis tibi virium esse, ut in igne tanto persistas? *poteris habitare?* Ecce! quàm sis delicati sensûs, ut etiam stragulis offendaris durioribus. Quid igitur facies *cum igne* miser, & *cum igne* etiam *devorante*?

VI.

VI.

Obsecro vos per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, DEO placentem: rationabile obsequium vestrum. Rom. 12. 1.

1. CONsidera rem esse commiseratione dignam, videre quosdam, qui facere DEO possint de corporibus suis pulcherrimum sacrificium, & tamen sortem suam non agnoscunt. Juvenes, locupletes, delicati, dispositi, nobili sanguine, quàm selectæ victimæ si foret, qui illas DEO immolaret. Interim miseri marcescunt in delicijs fallacis mundi. Ne mireris proinde, quòd commiseratione motus Apostolus subitò exclamet: *Obsecro vos per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra hostiam.* Ille bene advertit multos esse, qui hoc facere omittant cognitionis defectu, & ideo non reprehendit, sed supplicat. Cæterùm si quis in hoc mundo desiderat esse natus Patre Regio, illustris, scitus, elegans, quæ justa esse potest causa desiderii? an ut eò majorem habeat commoditatem indulgendi deliciis Adoniæ vel Absalonis exemplo? haud sanè, sed ut æmulari possit aliquem Isaacum. Verum est raros esse, qui hoc idioma intelligant. His, qui intelligunt, plerumque opportunitas deest faciendi plus quàm vulgare Sacrificium. Qui hanc habet, non intelligit: unde mavult sibi vivere, quàm se DEO sacrificare. Tu quid facies? quisquis es, an aliâ de causâ corpus tuum amabis, quàm ut illud victimam DEO consecres, qui dedit? *Obsecro per misericordiam DEI, ut exhibeas corpus tuum hostiam.* Ita tibi sigillatim disputa ab Apostolo, quod universim omnibus dicebat.

2. Considera tria esse, quæ constituunt sacrificium, victimam, oblationem, immolationem. Et omnia hoc loco expressa esse ab Apostolo, *Corpus*, ecce! victimam. *Exhibete*: ecce! oblationem. *Hostiam*: ecce! immolationem. Verum est, hic non agi de vero sacrificio sed metaphorico, & ideo dici, *ut exhibeas hostiam viventem.* O te beatum, si revera corpus tuum immolare posses aliquando, prout Martyres immolabant! Sed cùm hoc tibi non concedatur, succedere debet sacrificio mortis sacrificium mortificationis. Hæc est Martyrium quoddam continuum, quale cùm esse debeat tuum, cogita oportere quidem corpus tuum esse vivum, sed & victimam. Tu solùm studes illud conservare, pascere, rebus instruere necessariis, sed non sacrificare. Et tamen hanc solam ob causam conservandum est, ut diutiùs sacrifices. Si non datur semel mori pro DEO, ut quondam Stephano, Petro, Paulo, Laurentio, vita quidem frui licet, sed ut semper moriaris: *Quotidie*

tidie morior. 1. Cor. 15. 32. Quales autem sunt modi, quibus corpus tuum facere victimam DEO possis? Tres sunt. I. Sunt incommoda, quæ toleras ad præstandum DEO cultum debitum, superando exempli causa difficultatem, quam sentis, ut citò de lecto consurgas ad orationem faciendam, ut devotè adgeniculeris, cùm privatim recitas Divinum officium, aut si in publico recites, ut caput inclines, ut corpus incurves, aliósque ritus cum decoro exerceas. Et hoc est sacrificium Religionis. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Ps. 49. 23.

II. Sunt pœnitentiæ operæ, quæ susscipis tanquam reus iræ Divinæ ad plectendum teipsum, patiendo famem, tolerando frigus, carnem tuam rebellem sæpe diverberando. Et hoc est sacrificium Justitiæ. *Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino.* Ps. 4. 6.

III. Sunt labores, quos sustines in obsequio proximi, studiis consumendo te ipsum, concionando, peregrinando, aut quodvis aliud exercendo opus misericordiæ non spirituale tantùm, sed & corporale. Et hoc est sacrificium Charitatis. *Qui facit misericordiam, offert sacrificium.* Eccl. 35. 4. Quis ex his tribus modis sacrificandi teipsum arridet magis? an omnes dedignaris? non eris hostia Deo tuo.

3. Considera esse nonnullos, qui corpus suum nimium quantum sacrificent; sed cui DEO illud sacrificant? Illi, quem suo quisque affectu variè sibi fabricat. Gulosi ventrem habent pro DEO, quia ipsi sunt illi infelices, *Quorum DEUS venter est.* Phil. 3. Avari pecuniam, ambitiosi honorem, libidinosi prava sua commercia. Et ideo istis corpus suum immolant, in illorum gratiam subjicientes incommodis, afflictationibus, laboribus multò majoribus, quàm quos sustinerent pro Christo. An tu pari modo id perdes? Absit. Volo corpus tuum esse victimam, sed non talem, qualis est quorundam, quos Diaboli Martyres vocamus. Volo, ut sit victima sancta. *Obsecro, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam.* Sanctum dicitur, quod est consecratum DEO, sed DEO vero non falso. Et idcirco antiquæ gentilium victimæ quantumvis essent oblatæ & occisæ non minùs quàm illæ Hebræorum, non erant sanctæ, sed immundæ, profanæ, putridæ, quia non erant sacrificatæ DEO, cui oportebat. Itaque vitam tuam tantisper pensiculatiùs discute, an unquam sacrificium facies, quod non unicè sit pro honore veri DEI, ut illi placeas, illi reddas gloriam, illum hoc actu testeris esse, qui est. Secus si feceris, erit equidem corpus tuum victima, sed non erit sancta; erit iniquissima: quia muneris tui est non pro aliis sed pro DEO immolari. Nonne totus es ipsius? quâ igitur ratione pro aliorum utilitate te consumis? ama te, æstima te, nec tam vilem te puta, ut cuivis prosternaris victima. Quid aulæ, quid tribunalia, quid negotia, quid deliciæ mundi perfidi? Si neces-

se est esse victimam, esto victima vero DEO. *Qui immolat bovem*, alio nempe modo, quàm conveniat, *quasi qui interficiat virum.* Is. 66. 3. Quod si ita est, quid illo fiet, *Qui immolat virum?* Quotiescunque te consumis alio fine quàm servitii Divini, latrocinium est, non sacrificium.

4. Considera Judæos post adventum Christi obtulisse & immolâsse victimas vero DEO, & ita victimæ erant reverà sanctæ. Sed quid profuit? non erant ampliùs acceptæ, quia Dominus jam repudiabat illorum sacrificia. *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus: plenus sum.* Isa. 1. 1. Itaque non sufficit, quòd corpus tuum DEO victimam consecres per incommoda, afflictiones, labores, de quibus initio memini. Necesse est, ut dum sacrificas, cures esse constitutus in gratiâ. Aliàs erit victima sancta, sed non erit grata. Bona erunt adversa, quæ toleras, bonæ pœnitentiæ opera, boni labores, sed non ideo fructum afferent sibi proprium. Unde dicit Apostolus: *Obsecro, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, DEO placentem.* Vult ille tuas victimas diversas esse & ab illis gentilium improbis, & ab illis Judæorum reprobatis. Ab illis gentilium, dum dicit *Sanctam*, ab illis Judæorum, dum dicit *placentem.* Noli igitur sumere occasionem erroris, dum vides opera, quæ facis, in se bona esse. Hoc non sufficit. Necesse est te quoque esse bonum, dum facis. Quid juvat à jejunio inchoare quadragesimam, ut debes, audire vesperas, interesse officiis, crebrà recitare rosaria, & tum differre confessionē usque ad Pascha? Insignis hæc elementia. *Victimæ vestra non placerunt mihi*, ait Dominus Jer. 6. 20. Ita est, victimæ istæ non displicent, ut illæ luxuriosorum, ambitiosorum, avarorum, helluonum, qui corpus suum Deo falso sacrificant, sed neque placent. *Non placuerunt.* Oportet priùs confiteri, & tunc opera non solùm erunt sancta, sed & grata, tunc gratiæ & gloriæ fructum dabunt, tunc ingens illud commodum afferent, pro quo sunt instituta. An meritò queri potes, quòd ager tuus parum afferat frumenti, si priùs semines, deinde purges? *Novate vobis novale, & nolite serere super spinas.* Jer. 4. 3. Quāvis nec istud sufficere tibi debeat, quòd opera tua utcunque DEO placeant, cura, ut quàm maximè placeant. Atque ita dum corpus tuum illi sacrificas, iis hoc facias actibus amoris Divini, quos nôsti perfectissimos. Hoc enim est, ad quod non minùs alluśit Apostolus, cùm dixit, ut *exhibeas hostiam placentem.* Vult ut sacrifices, antiquo more loquendi, in odorem suavitatis.

5. Considera, quæ sit causa, cur dictis hactenus adjungat Apostolus, debere obsequium tuum esse rationabile. *Rationabile obsequium vestrum.* Nempe quia obsequium, quod corpus tuum DEO præstat, cùm illi immolatur ut victima, non oportet esse illi simile, quod præstabant boves, arietes, agni, oves immolatæ, hoc est, brutum obsequium. Vult esse semper ma-

maximè rationabile, antè quàm fiat, dum fit, & postquam est factum. Rationabile antequàm fiat, ita ut agnoscas honorem, quo te DEUS dignatur eligendo in victimam, ut idcirco non vadas ad sacrificium invitus, uti illa animalia, quæ sortem suam non agnoscebant, sed hilaris, sed animosus. Ad hoc autem ratione est opus. An igitur sacrificandus DEO vero ad aram ibis quasi ad macellum? *Voluntariè sacrificabo tibi.* Psal. 53. 8. Rationabile, dum fit, quia illa opera laboriosa, quæcunque sint, non sunt executioni danda, ut solent ab eo, qui aliud non quærit, quàm materiam operis externi. Oportet illis sociare actus Religionis consentaneos, actus compunctionis, actus charitatis: hoc enim est dare pretium operibus. *Oblatio justi impinguat Altare.* Eccl. 35. 8. Id, quod impinguat altare, non est victima, sed oblatio, hoc est, actus ille devotus, quo offertur. Denique rationabile etiam postquam est factum, quia variis experimentis, quæ sumis de te ipso, observandum, an sacrificium, quod facis, tuis viribus sit commensum. Scis victimam hujus sacrificii in vitâ servandam, ut denuò possit immolari. Necesse igitur est, ut nec parcas tuo corpori, nec illud destruas. *Honor Regis judicium diligit.* Unde pariter distinguendus est honor externus, quem DEO tribuis, ab interno. Internus nullâ lege circumscribitur. Crede, quantum potes, spera, & ama, quantum potes. At externus non solùm admittit legem, sed requirit, quemadmodum omnis victima salem suum requirebat. *Rationabile obsequium vestrum.* Hæc ergo sit regula, tantum facias operis externi, ut ad internum te reddat idoneum, non ineptum, quia internum est finis, externum verò medium. Quis autem nescit solum finem absque mensurâ expetendum esse, prout infirmi sanitatem expetunt? Medium eatenus est eligendum, quatenus conducit ad finem, prout pariter infirmi eligunt Medicinam.

VII.

S. Thomas Aquinas.

Dic sapientiæ: soror mea es, & Prudentiam voca Amicam tuam: ut custodiat te à muliere extraneâ, & ab alienâ, quæ verba sua dulcia facit. Prov. 7. 4.

1. COnsidera discrimen, quod inter sapientiam Divinam, de quâ hîc sermo est, & Prudentiam intercedit, quantumvis cetera conjunctissimas, ut quæ ejusdem sancti Spiritûs dona sunt. Sapientia universim nos ducit in cognitionem finis ultimi, qui non est alius nisi DEUS noster, & facit, ut

ad illum unicè aspiremus. Prudentia finè jam constituto, tanquam principio agendi, tota in his tribus occupatur. I. Ut rite deliberet de mediis, quæ sint usurpanda ad illum obtinendum. II. Ut sigillatim illa dijudicet. III. Ut imperet juxta præscriptum judicii, hoc est, ipso opere exequatur. Jam verò sapientia debet esse soror, hoc est, sponsa tua, quo nomine millies in scripturâ, præsertim in sacris Canticis appellatur. *Vulnerasti cor meum soror mea. Aperi mihi soror mea. Quid faciemus sorori nostræ?* Et Prudentia amica tua. Sapientia sponsa tua, quia in illâ tuæ sunt constituendæ deliciæ, amplectendo sublimem contemplationem tui ultimi finis, in eâ quiescendo, delectando, teneríque indulgendo affectibus. *Dic sapientiæ, soror mea es.* Prudentia esse tibi debet quasi Amica: *Et Prudentiam voca amicam tuam*, quia semper debet esse in promptu in cunctis actionibus, quæ quotidie accidunt, tanquam virtus magis particularis, practica, &, ut dici solet, usualis. O quanto suo bono glorioſus Thomas sapientiam habuit Sponsam, amicissimam Prudentiam!

2. Considera à contrario, per mulierem extraneam, si morali sensu loquamur, intelligendam hoc loco illam, quæ sapientiæ repugnat, & per alienã, quæ cum Prudentiâ non concordat. Sapientiæ opponitur, si bene perpendas, sensualitas tua, quæ uti hebes est in æstimandis rebus, ita etiam stulta finè suum constituit in quovis alio bono, quàm in illo, quod est purus spiritus, sed vult bona sensibus subjecta. Prudentiæ opponitur Humanitas tua, quæ quidem non vult deflectere à fine ultimo, sed interim non se applicat ad illum efficaciter obtinendum, ut deberet. Sensualitas dici potest mulier *extranea*, quia maximè opposita est sapientiæ. Humanitas dici potest *Mulier aliena*, quia, etsi Prudentiæ contraria non sit, cum illâ tamen non consentit in omnibus: saltem alienam se monstrat ab efficaciâ operis. Harum quælibet ô quantis utitur blanditiis, ut ad propriam trahat voluntatem! *verba sua dulcia facit.*

3. Considera blandimenta sensualitatis tuæ. Studet ista te pellicere ad se petens, ut non tam ratione quàm sensu ducaris, & ideo non capiaris amore bonorum, quæ sint à sensibus abstracta, imperceptibilia, ignoti, qualia sunt cœlestia, quia propter illa necesse est deserere terrena, hoc est, præsentibus non frui intuitu futurorum. Atque ita hæc temeraria tendit etiam ad fidem tollendam, quia nihil est, quod tam facilè infidelitatem generet, quàm hæc bruta ratio vivendi.

4. Considera blandimenta Humanitatis tuæ, hoc est, illius partis naturæ non depravatæ, sed languidæ, ad quam alluſit Apostolus, cùm dixit: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Ista quoque *verba sua dulcia facit*, quia tibi dictat, equidem serviendum esse DEO fini tuo ultimo, sed non interimendum te ipsum. Sufficere tibi bonitatem mediocrem, quin ad sanctitatem velis aspirare. Majo-

rem

rem esse DEI gloriam, si moderatè agendo lapsu temporis multos juves, quàm si contentioso fervore ante tempus occidas te ipsum.

5. Considera, quomodo ab utriusque blanditiis servare te debeant Sponsa tua & Amica. Sapientia, quæ est Sponsa tua, præservare te debet à blanditiis sensualitatis, brachiis te stringendo, hoc est, faciendo, ut te firmes in cognitione tui ultimi finis. Dū hoc fiet, nullum erit periculum, ut huic humeros obvertas ad adoranda bona sensibus subjecta. Prudentia, quæ est Amica tua, præservare te debet à blanditiis Humanitatis tuæ, faciendo, ut cautè discernas, quousque illam audias, quia nec omnia illi facilè concedenda sunt, nec omnia crudeliter neganda. Prudentiâ opus est, alia regula dari nequit.

6. Considera, quomodo Doctor Angelicus illâ Sapientiâ, illâque Prudentiâ, quæ in ipso plusquam humanæ pariter fuerunt, aptè se tueri potuerit à blandis assultibus, qui in nobis vel ab iniquitate, vel ab infirmitate procedunt, quia moribus Angelus in terrâ vixit. Si tamen unquam aliàs: tunc certè Divino quodam modo hoc præstitit, cùm se defendit ab assultu infelicis fœminæ non tantùm alienæ, sed extraneæ, quæ ad illum tentandum accessit. Tunc sanè promptum habuit auxilium, quod à Sapientiâ & Prudentiâ accepit. Sapientia fecit, ut absque minimâ hæsitatione uno ictu à se repelleret: Prudentia verò, ut repelleret tam apto medio, quale fuit illi objicere titionem. Tu quoque disce Sapientiam & Prudentiam requiri, ut inter similes assultus bene te gubernes. Sapientia, in retinendâ semper vivâ cognitione finis ultimi, ut illi fortiter inhæreas. Prudentia, ut periculosas fugias occasiones, aut ab illis te liberes, cùm præter voluntatem te infestant.

* * *

VIII.

Ignoras, quoniam benignitas DEI ad pœnitentiam te adducit. Rom. 2. 4.

1. Considera, quàm pernicioſa sit ignorantia, nescire, quare DEUS tam patienter te toleret in tuo peccato. Quamdiu hoc ignoras, nulla spes est emendationis. Aliud enim est alicui beneficio non respondere, aliud non æstimare, aliud non agnoscere. Qui non respondet, ingratus est, qui non æstimat, iniquus, qui non agnoscit, incorrigibilis.

2. Considera, si DEUS in hunc modum te tolerat, id non fieri, quòd nequeat te statim præcipitare ad inferos, sed quòd nolit, sperans fore, ut interea resipiscas. Quis ergo non videt, quomodo benignitas DEI non solùm te ad

pœnitentiam invitat, sed quantum in se est, etiam *adducit*, vel ut alii legunt, *impellit*: urget, stimulat, cogit. Quâ enim ratione repugnare potes, dum consideras Dominum tantæ Majestatis tantum ferre contemptum, quo illum despicis, solùm ne tu pereas vilis terræ vermiculus? An non sufficiat tam admiranda benignitas ad commovendum cor lapideum? & sic tamen est: *Propterea expectat Dominus, ut misereatur nostri.* Is. 30. 18.

3. Considera, quàm horrendum sit malũ, quod committis, si hoc ipso majores sumis animos peccandi, quia Deus tam benignum se ostendit in tolerando. An non istud est, ideo velle esse malum, quia DEUS est bonus? Si tu DEUM vis offendere, quia beneficus est, necesse est, ut etiam velis illum offendere, quia beneficus fuit, quia pro te carnem sumpsit humanam, quia tantum sudoris & sanguinis pro te fudit, quia denique mortem Crucis pro te sustinuit. Perpende paulùm tam barbaras sequelas. Et tamen tales sunt tuæ, si attentè consideres, dum Bonitas Domini non solùm *ad pœnitentiam* te *adducit*, sed potiùs *ad impœnitentiam*.

4. Considera hanc Domini bonitatem in proposito nostro benignitatem dici: *Benignitas DEI*, hoc est, bonitatem omnino gratiosam, omnino gratuitam, quæ proinde te destituere potest, cùm placet, & te traderet manus justitiæ. Quomodo ergo fieri potest, ut non contremiscas, dum cogitas, quid te fieret, si illa destitueret. Fortè nullis illa limitibus connetur? Potentia Divina est infinita, & tamen nonnisi finita producit. Providentia est infinita, sed rebus tantum providet finitis. Ita quantumvis Bonitas Divina sit pariter infinita, non ideirco te infinities supportabit. Numerum habet lege non investigabili præscriptum. Et quis scit, an non ille jam sit impletus? Aliud est Misericordia in perfectione Divinâ, & aliud in actibus suis. Isti finiuntur. *Multa sunt miserationes ejus*, dicitur 1. Paralip. 21. 13. Sed nusquam dicitur: *Infinitæ sunt.*

IX.

S. Franciſca Romana.

Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Eccl. 2. 4.

1. COnsidera tria inveniri genera infirmorum. Quidam desiderant convalescere, sed non ideirco ullum admittunt medicinæ genus. Hæc po-

tio

tio ipsis nimis est amara, ignis urens, crudele ferrum, & sic cuivis habent quod opponant. Alij medicamina admittunt, sed illa tantùm, quæ illorum apta sint genio. Sicut Naman Lepræ suæ medelam quærebat à Prophetâ, sed proprio delectu. Volebat imponi sibi manus à Prophetâ, sed non volebat lavari in flumine tam ignobili & infelici, qualis illi Jordanis videbatur. Alij denique se promptos offerunt ad quodcunque curationis genus, & dicunt Domino: Ure, seca, atque dispone de me, ut lubet, sum in manu tuâ. Hic verò solus est verus modus recuperandi sanitatem. Infirmus es, & infirmitate quidem lethali. An recipere cupis sanitatem? *Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe.* Sine Dominum applicare remedium, quod ipsi placet. Solus enim novit, quodnam ex omnibus magis profuturum sit.

2. Considera medicum non semper manu propriâ infirmo applicare remedium. Imò rarò hoc facit. Sed plerumque utitur viliore alicujus chirurgi, pharmacopæi, aut famuli manu. Sic Deus facit; permittit, ut adversitas illa, quæ tibi debet esse remedium, non à se proximè sed ab homine accidat conditionis vilissimæ, à cive, à rustico, ab alio, qui sit longè inferior te. Igitur *quod applicitum fuerit, accipe.* Non memoratur, à quo sit applicitum: quia nihil omnino refert. Non est spectandum, quis applicet medicamentum, sed quis ordinet, qui est solus DEUS, tantò magis, quòd ipse regat manum applicantis, ne usquam à debito deflectat. Quod non facit Medicus humanus.

3. Considera, quàdo dolorifera est medicina, non requiri, ut non sentias, sed ut sustineas. *In dolore sustine.* Si natura ex parte suâ commovetur, satis est, illam coërceri, ne liberè de medico queratur, ne in iras prorumpat, more phrenetici, cùm illi in tempore medicamentum applicatur. Nonne sentis adhuc in tuo corpore doloréejus ignis adeò urentis, ejus ferri adeò crudelis? & tamen toleras, imò pretio remuneraris manum chirurgi, qui illa adhibet etsi non adhibeat amore salutis tuæ, sed lucri sui. Haud aliter in casu nostro agendum tibi est: *in dolore sustine.* Si non vis præstare majus, hoc est, remunerari eum, qui te affligit, reddendo bonum pro malo, saltem fortiter dura.

4. Considera, in humanis tribulationibus, id, quod plerumque plus affert molestiæ, non tam esse dolorem, quàm ignominiam, non tam damnum quàm injuriam. Si infortunium illud citra medium à DEO proveniret, certè te disponeres ad illud æquiore animo ferendum; sed quia aliâ interveniente causâ tibi accidit, DEI omnino oblitus unicè intentus es illi considerando, qui te in terrâ infestat. Et hoc ipsum est, quod te urit, quod exagitat, & nonnunquam ferè ad insaniam exercet. Itaque *in humilitate tuâ patientiam habe.* Ita DEUS te humiliat castigando sed alienâ manu. Tu verò quid agas? humiliationem

nem tolera patienter. De dolore dicitur; *sustine*. De humiliatione: *patientiam habe*. Omnis patientia tolerantia est, sed non omnis tolerantia est patientia, quia patientia propriè dicitur Tolerantia continuata. Et hæc est, quæ hoc loco à te petitur. Unde verba ista *Patientiam habe* vertit Syriacus interpres: *Longanimis esto*. Tantóque magis, quòd ingens dolor non solet esse diuturnus, & ideo tolerantia sufficiat per modum actûs: Humiliatio possit esse magna simul & diuturna, idcirco opus sit tolerantiâ per modum habitûs. *In dolore sustine, in humilitate patientiam habe.*

5. Considera, quis sit finis DEO propositus, cùm hoc modo te affligit, nempe ut te probet. Princeps, ut statuat, an aliqua moneta in ditione suâ admittatur ut proba, quid agit? an solâ specie contentus est? nequaquam, sed immittit igni, ubi illico apparet, an soliditas formæ respondeat. Sic DEUS facit, non est solâ specie contentus, ideo illâ adversitate te probat, quam immittit. *Quoniam in igne probatur aurum & argentum. Homines verò receptibiles in camino humiliationis.* Qui externâ facie te considerat, qui loquentem audit, actionibus attendit, habebit te pro solido metallo. Credet te Christianum esse fidelem DEO, humilem, obedientem, devotum. Sed vehementer fallitur. Non es talis, sed videris esse, quia nondum immissus es fornaci. Veniatur ad probationem, & patebit frivolam esse virtutem tuam, quia mox lamenta prodis, turbaris, contumax, & subjici impatiens voluntati Divinæ, in quâ tanta subjectione vera soliditas consistit. verbo, prævaricaris, quasi pervicax erupturus ex igne. Ne mireris proinde, si Dominus tribulatione te affligat, quia sicut Princeps monetam probat, ut intelligat, an sit *Receptibilis* in ditione suâ, ita etiam DEUS te probat, ut cognoscat, an sis *Receptibilis* in regno suo. Tùne velis monetam adulterinam in cœlo recipi? non habet ibi locum, ut in terrâ, virtus apparens, sed vera duntaxat.

6. Considera ob quam aliam causam Adversitas vocetur *Caminus humiliationis*: quia nihil est, quod ita superbiam frangat. Donec DEUS te probet eo modo, quo diximus, quoties vanè tibi complaces? Confidis bonis desideriis, quæ in oratione percipis, illis protestationibus, propositis, affectibus tam piis, at cùm postea experimentum sumitur, quantum vel ipse advertes justi ponderis deesse, & hinc sumes occasionem roboris. Gratias igitur DEO redde, si sæpiùs in eo statu te collocat: hæc est enim tutior ad cœlum via, via humiliationis. Solùm precare DEUM, ut vires tribuat ad resistendum, &, ut tecum sit *in Camino humiliationis*, prout erat quondam cum tribus illis pueris Babyloniæ *in camino ignis ardentis*. Non ut ardorem ignis non sentias, quemadmodum illis accidit, sed ne illum laudare desinas in medio ignis, etiam cùm ejus ardore cruciaris. Ita fecit Magna illa Sancta hodiernæ lucis, quæ meritò dici

possit

possit Mulier fortis ob soliditatem, cujus specimen edidit in tot probationibus, quas de illâ DEUS sumpsit, doloris pariter & humiliationis.

X.

Quadraginta Martyres.

Ecce venio citò, tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.
Apoc. 3. 11.

1. COnsidera id, quod multos absterret, ne perseverent in bene cæptis, esse, quòd sibi fingant longiora spatia vitæ. Quid igitur facere oportet, ut animes te ipsum? prorsus contrarium. *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* Et fortè fieri nequit, ut omnis sit ultimus? audi, quid dicat Dominus: *Ecce venio citò*, non ait: *Veniam citò*, sed *Venio*. Quia jam jam venit, & quidem properante gressu *Citò*. Quam facile est, ut foras pulset, dicatque tibi: Eamus. *Propè est in januis.* Mat. 24. 23.

2. Considera, hanc ipsam admonitionem, quam isthic insinuat, esse quoddam pulsationis genus fortissimum. Poterat Dominus venire instar furis, permittendo, ut viveres, more tot aliorum, immemor DEI. Sed non facit. Denunciat tibi: *Ecce venio citò.* Imò præter istum, quot alios tibi monitores immittit? Talem esse certò tibi persuade illam stabilem infirmitatem, cui jam incipis esse obnoxius, illam visûs & auditûs imminutionem, illam canitiem, quæ jam crines tuos aspergit. Apostolus nominaturus famosam illam Tubam, quæ clangore suo te vocabit ad Tribunal DEI, novissimam vocavit: *In novissimâ tubâ.* Necesse igitur est jam multas alias præcessisse. Quis dubitet? cùm audis hunc è scalâ præcipitatum, Tuba est. Istum ferro, illum igne extinctum esse, Tuba est. Alium, cùm valens cubitum concederet vesperi, catarrho suffocatum interijsse, Tuba est. An ignoras, quot ejusmodi tubas jam audiveris? sed non credis illas tibi sonare. Unde si contingat Dominum adventare inexspectatum, tua hæc culpa est. Ille jam nuntios præmisit: *Ecce venio citò.*

3. Considera, cùm Dominus jam in procinctu stet, ut veniat, ad perseverandum viriles animos capessendos esse: *Tene, quod habes*, quia de re agitur maximi momenti. Quid esset, si per meram aliquot dierum impatientiam jacturâ faceres ejus pulcherrimæ coronæ, quæ tibi parata est, si perseveres? O quis tuus esset dolor, imò furor, & vilcerum laniena? *Tene* igitur, *tene*, *quod habes.* Quid autem illud est, quod juberis tenere? an hæc ipsa corona? haud sanè; quia illam nondum habes: sed accipies in

fine certaminis. Tenenda statio. *Esto firmus in viâ Domini.* Eccl. 3. Tenendum desiderium, quo aliquando flagrare cæpisti, fidele obsequium Domino præstandi. Tenenda devotionis exercitia, quæ ad id magis conducere experiris, illa oratio assidua, illa confitendi & sacram synaxin sumendi familiaris consuetudo, illa lectio sacrorum voluminum, illa humilitas, obedientia, Zelus, mansuetudo animi, mortificatio sensuum, promptitudo in pellendis de corde primis tentationis initijs. Verbo, fortiter tenenda bona, quæ agis, quia in tuâ potestate est illa retinere. Nisi hoc esset in manu tuâ, non tam disertis verbis tibi diceretur: *Tene, quod habes.* Verum equidem est, ad id opus esse gratiâ Divinâ: hæc verò semper in promptu est, si petas, & ut petas, itidem in tuâ potestate situm est: *Petite, & accipietis.*

4. Considera, quanti referat, ut eo modo, quem diximus, ad perseverandum te extimules, quia tuo solùm bono id præcipitur: *ut nemo accipiat coronam tuam.* Ne existimes Dominum pro suo quodam emolumento mandare. Te perdito, an alij fortè servi deerunt, quos velit? *Conteret multos, longè meliores te, & innumerabiles, tibi similes, & stare faciet alios pro eis.* Job. 34. 24. En, ut pro illo infelice, qui hodie prævaricatus est egressus aquâ glaciali, statim vel inter ipsos infideles Dominus reperit, qui projectis vestibus nudus intravit lacum, ut impleret numerum quadraginta coronatorum. Oportet igitur, etiam ad exigendâm in tremore vitam, penitus impressam animo circumferre sententiam, quantumvis magnum videatur esse Divinæ gloriæ instrumentum, magnus Theologus, magnus Concionator, magnus Prælatus, te nullo modo necessarium esse DEO, tibi verò DEUM esse summè necessarium. Nonne vides, ut abire sit passus Saulem aliquem, Salomonem, imò & familiarem Discipulum, noveritque in locum Judæ subrogare Matthiam.

5. Considera, quamcunque semper incerta sit hæc corona, Tuam dici (*ut nemo accipiat coronam tuam*) quia illam Dominus tibi præparavit. Ita est, hactenus non habes *jus in re*, ut dici solet, habes tamen *jus ad rem*, dum perseveras. Et sic vides eam tibi non posse ab ullo per violentiam extorqueri. Si quis eam habuerit, inde erit, quia sponte cessisti. Hinc nota non dici, *ut nemo rapiat*, bene autem, *ut nemo accipiat coronam tuam.* Interim vides Dominum ex parte suâ nec minimum defuisse, quin bene tibi vellet, etiam ampliùs, quàm alijs compluribus. Te prætulit, te prædilexit, tibi occasionem dedit opportunam lucrandi coronam tam splendidam, si velis. Quot animas in Americâ quasi destituit, quibus nec minimam partem fecit gratiarum, quas tibi largitus est. Quodsi igitur tuam videns ingratitudinem te deserat, & ibi quærat in Peruviâ, in Paraquariâ, in Chile hæredes Coronæ tibi priùs oblatæ, an forsitan queri de illo poteris?

XI.

XI.

Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum S. non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Matth. 12. 32.

1. COnsidera, quisquis peccat, vel fragilitate, vel ignorantiâ, vel malitiâ peccare. Primum opponitur Patri, cujus est propria Potentia. Alterum Filio, cujus est Sapientia. Tertium Spiritui sancto, cujus est Bonitas. Horum, qui fragilitate vel ignorantiâ peccant, faciliùs miseretur DEUS, non ita illorum, qui per malitiam peccant. Horum enim defectus non est in sensu, sicut eorum, qui fragilitate peccant: nec in intellectu, ut est illorum, qui ex ignorantiâ peccant, sed in voluntate, quod malorum est maximum, quia non peccant, nisi quia volunt peccare. *Profundè peccaverunt.* Os. 9. 9. Et penitus contempto fine ultimo studiosè bonum aliquod temporale æterno anteponunt. Miserum te, si deveneris ad tam horrendum statum perditionis! perinde est, ac posuisse sceptrum in manu peccati. Audi, quid dicat Apostolus? *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Aliud est peccatum sive vi sive fraude usurpare sceptrum intus in corde, uti faceret Tyrannus, & aliud hoc ipsi ultro offerre. Hoc enim est illi tribuere dominatum, & monstrare consequenter affectum amantis.

2. Considera, quando sic peccas, quia vis peccare, tunc longiùs abesse, ut emenderis. Non enim tam facile est corrigere voluntatis errorem, quàm appetitûs & Intellectûs. Vitium appetitûs aptè curatur remedijs confortantibus, quæ fragilitatem minuant. Error intellectûs curari potest providis documentis, quæ ignorantiam eximant. At voluntatis defectus quomodo curabitur? malus es, quia vis esse malus. *Pessima plaga tua.* Jer. 30. Nihil superest, quàm ut DEUS te pro merito castiget. Si quidem *Curationum utilitas non est tibi.* ib. Unde cùm Christus dicit peccatum malitiæ esse irremissibile, hoc ait, quia est incurabile, non quòd nunquam curetur, quemadmodum & lepra, ceterùm incurabile malum, curatur aliquando, sed quia hoc instar prodigij est.

3. Considera te sæpe tibi blandiri, quasi per fragilitatem pecces, cùm revera pecces per malitiam. Ratio est, quia tu ejus fragilitatis es causa studio excitando sensû, qui deinde tanto impetu rapitur ad malum. Fragilis es, quia te ipsum in periculosas occasiones ingeris. Fragilis es, quia oculos non custodis, nec aures. Fragilis es, quia vis legere, quidquid placet, adire sodalitia, nocturnos frequentare conventus, irritare tentationem, quæ te

deinde prosternit. An tibi videtur fragilitas, qualis hæc est, veniâ digna? Non vult Apostolus, ut tentatio te apprehendat nisi illa, sinè quâ esse nequit vita humana. *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* 1. Cor. 10. 3. equid erit igitur, si tu ipsam tentationem apprehendas? nonne hoc est illam velle, & ita velle peccatum? O quantum ad illam te affici ostendis, dum ultro in ejus laqueos te induis!

4. Considera te etiam sæpe existimare, quòd per ignorantiam pecces; non est ita, sed blandiris tibi, quia, ut antè dicebam, per malitiam peccas. Et hoc fit, cùm non studes addiscere veritates quasdam summi momenti, non quòd occasio desit, aut discendi labor augeatur, sed tantummodo ut majore licentiâ peccare possis, nec patiaris molestum illum remorsum, qui instar freni te coërceat. An hoc aliud est, quàm summopere affici ad peccatum? non renuis subjacere malo tam gravi, qualis est ignorantia. Quo lucro tuo? ut possis esse liber magis & expeditus ad currendas vias iniquitatum. Vide, an dici aliquid pejus possit. Et tamen quot sunt illi, qui hoc faciunt? *Dixerunt DEO: recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Non adeunt conciones, ex metu, ne illis detrahatur fallacia eorum. Certatim currunt ad Confessarios imperitos; quærunt consiliatores infideles: non cupiunt nôsse adamdum curiosè sui obligationem officii atque ita, quàm *Sapientes sunt, ut faciant mala*, tam deinde *bene facere nescierunt.* Jer. 4. 22. Quâ ergo ratione ignorantia tuam excusabit malitiam, quando ipsa ignorantia est malitia?

5. Considera, cùm tanta sit hominum multitudo, quæ per malitiam peccat, non esse mirum, tantam ideo esse multitudinem percuntium. Eorum peccatum non est remissibile, seu non est condonabile, saltem ut plurimum, quod enim nos movet ad remittendam facilè gravem aliquam offensam, illud est, quòd videamus aliquem vel imbecillitate, vel inconsideratione prolapsum. Interim dum audis esse peccatum, quod non remittitur, nec in præsenti sæculo, nec in futuro, collige in futuro purgatorium esse, ubi expiantur peccata mortalia quoad pœnam, venialia verò non modò quoad pœnam, sed culpam quoque.

* * *

XII.

S. Gregorius.

An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem; Christi servus non essem. Ad Gal. 1. 10.

1. COnsidera, quantæ res sit difficultatis posse simul hominibus placere & Christo, dum id neque Doctor gentium ausus est sibi polliceri. Satis constat, quot illi contradictiones, quot obstacula fuerint superanda pro honore Divino. Tu quid prærendis è duobus? *an quæris hominibus placere?* miserum te, si hoc quæris, confusionem quæris, siquidem *Confusi sunt, qui hominibus placent.* Amor hominum tres habet conditiones pessimas: prima est, quòd sit difficile illum consequi. Secunda, quòd sit facile illum perdere. Tertia, quòd etiam obtent⁹ plus mali quàm boni afferat possidenti, quia saltem non permittit integram libertatem donandi te DEO. Et hæc fortè potissima causa est, ob quam Apostolus illum parùm à se curari ostendit, cùm dixit: *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* 1. Cor. 6. 12.

Videtur licitè ambire posse amorem hominum, qui pro eorum salute laborat. Sed non est ejus cura habenda. Nonne vides, quantæ subjiciaris servituti, cùm homines liberaliter tibi solvunt quantumvis alioquin debitum stipendium approbationis, applausûs, & aliarum ejusmodi contestationum amoris, *Redigeris* quamprimum *sub potestate.* Quia paulatim ita illis afficeris, ut jam non sis amplius tui Dominus absolutus. Certè vel ex gratitudine videris obligatus, ut multis in rebus illis condescendas, unde tantâ libertate non curras viam Divini servitij. Quid igitur velis? placere Christo, eóque studio generosè vincere respectus humanos, adeò ut vel non cures hominibus placere, vel saltem non procures. *An quæro?*

2. Considera Apostolum non absolutè pronunciare: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem*: sed, *si adhuc placerem.* Quia tantisper licet aliquando cunctis hominibus & Christo placere, sed non diu. *Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat.* Necesse est tandem pessumire vel amorem Divinum vel humanum. Noli igitur falli, quasi tua sit ista felicitas, ut habeas utrumque. Parùm durabit, si rite tuo fungaris officio. Ideo fac, ut amor Divinus priùs prosternat amorem humanum, quàm ab isto prosternatur.

3. Considera duobus modis fieri posse, ut quis desideret hominibus placere. Unus est non ob aliud, quàm hoc ipsum, ut placeas. Et hoc est,

quod hactenus fuit reprehensum, quia summum est malum. Hoc est malum, unde Idololatria sumpsit originem. Artifex non alio fine, quàm ut illi placeret, qui ejus operam conduxit, studuit ad vivum exprimere lineamenta vultûs, illi adulari, assentari, & hi fuerunt pernicioſi labores, qui in ruinam præ omnibus alijs impulerunt humanum genus; adeò fuerunt execrati à DEO: *Artifex volens placere ei, qui se assumpsit, elaboravit arte suâ, ut similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc DEUM æstimaverunt.* Sap. 14. 19. Alter modus, quo quis desiderare possit hominibus placere, est, ut placendo faciliùs ad DEUM pertrahat, & hic est maximè laudabilis, quia iste est modus, quem suasit ipse Apostolus, cùm dixit: *Unusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.* Rom. 15. 2. & ideo cùm operam dare virtuti cupis, eatenus placere satagas, ut ædifices; saltem cura, ne displiceas, hoc est, ne te reddas exoticum, incivilem, inurbanum, ut vitia, quæ sunt in cultore virtutis, ipsi virtuti non tribuantur, & ita misera tanquam inamæna diffametur. Solùm pervigila, ut serves continuò intentionem rectam, eámque renoves. Tantum est periculum, ne more negotiatorum in eo finem tuum constituas, quod principio solùm ut medium procurare intendebas.

4. Considera septem esse prærogativas eximias, quæ faciunt, ut quis teri placeat cum virtute. Omnes numerantur in scripturâ Divinâ. O mnes quilibet consectari cum laud poteſt: omnes quilibet obtinere.

I. Est sapientia in sermone. *Placuerunt omnia verba hæc coram Rege ferne, & coram pueris ejus, & mirabantur sapientiam ejus.* Judith 11. 18. Sapientia loquentis placet omnibus ratione, quâ auribus placet melodia.

II. Prudentia in consilio: *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus: locutusque est ad eos. Non invenire poterimus talem virum, qui Spiritu DEI plenus sit.* Gen. 41. 37. Prudentia consulentis placet omnibus ratione, quâ oculis placet lux.

III. Mansuetudo in responso. *Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.* 2. Par. 10. 7. Mansuetudo respondentis placet omnibus eâ ratione, quâ tactui placet, quod est molle.

IV. Modestia in rebus prosperis: *Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.* 1. Reg. 2. 26. Modestia existentis in statu prospero placet omnibus eâ ratione, quâ placet verecundia in sponso.

V. Fortitudo in adversis. *Locuti sunt servi Saul in auribus David: Ecce places Regi, & omnes servi ejus diligunt te.* 1. Reg. 18. Fortitudo illius, qui conflictatur adversis, placet omnibus eâ ratione, quâ generositas placet in milite.

VI. Liberalitas in beneficijs con-

tri-

tribulibus præstandis. *Quæsivit Simon bona genti suæ, & placuit illis potestas ejus, & gloria ejus omnibus diebus.* 1. Mach. 14. 4. Liberalitas beneficum se exhibentis in terrâ versantibus placet omnibus eâ ratione, quâ hortis placet imber.

VII. Pietas in beneficijs conferendis etiam his, qui jam decesserunt. *Flevit David super tumulum Abner &c. omnisque populus audivit, & placuerunt ei cuncta, quæ fecit Rex in conspectu totius populi.* 2. Reg. 3. Pietas benefacientis existentibus subtus terram, placet omnibus eâ ratione, quâ sol placet cavernis: Septem istæ tam pulchræ prærogativæ fuerunt omnino *septem* illæ *mulieres* formosissimæ, *quæ apprehenderunt virum unum.* Isa. 41. Omnes simul desponsatæ sunt S. Gregorio Rapæ, omnes quasi unâ voce clamarunt; *Auser opprobrium nostrum.* Dum illæ miseræ in ea tempora inciderunt calamitosa, quibus ita abjectæ habebantur in populo Christiano, ut vix inveniri posset, qui uni jungeretur, ne dum omnibus. Apparet sanè omnes dein gratissimas extitisse Divo, qui eas sibi desponsit; ipsæ namque tantum illi gloriæ attulerunt. Et quis alius fuit Pontificum, qui, ut ille, tulerit cognomentum Magni? Proinde omnes istæ prærogativæ tales sunt, ut meritò pro conditione statûs illas tibi comparares, itáque alijs cum laude placeas, quamvis omnes singulari quodam modo conveniant magno alicui Antistiti. Verum est, non esse modum etiam invidis placendi. Sed quid refert? non idcirco Gregorius minus habuit splendoris in Throno Vaticano, quia fuerunt nonnulli, qui ab illo, ut nocturnæ volucres à sole, abhorrebant.

XIII.

Id quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ; supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. 2. Cor. 4. 17.

1. COnsidera non dici: *Tribulatio*, sed *Id, quod in præsenti est, tribulationis.* Nam si de tribulatione spectes, quod præterijt, nihil affert incommodi, & sic opus non est ejus aliquam facere mentionem, si id spectes, *quod in præsenti est*, quid demum est? *Momentaneum & leve.* Ita sanè est malum, sed momentaneum, hoc est, brevissimum, maximè si compareret æternitati. Et simul est leve, si culpam respicias, quam necesse est expiare, leve, si gratiam spectes, quæ tibi conceditur ad illud tolerandum. Leve, si præmium consideres, quod tibi paratur, si tuleris patienter.

2. Con-

2. Considera igitur & ante omnia, quàm grande bonum sit futurum, quod ex hoc malo nascetur, *Supra modum, & in sublimitate. Supra modum.* Quia mensuram excedet, hoc est, longè tuis erit superius meritis. Quamvis enim de Domino dicatur: *Reddet unicuique juxta opera sua*, illud *Juxta* non designat æqualitatem quantitatis, ita ut tantum quisque gaudeat, quantum passus est, sed denotat æqualitatem proportionis, ita, ut qui amplius passus est, amplius etiam lætetur. *In sublimitate*, quia non erit, qualia sunt terræ bona, variis mutationibus subjectum, sed collocatum in apice melioris Olympi, nulli mutationi, nulli perturbationi obnoxium. *Sustollam te super altitudines terræ.* Is. 58. Erit præterea *Æternum*, quod opponitur *Momentaneo*, & instar gravissimi ponderis, *Pondus*, quod opponitur *Levi*. Hæ sunt quatuor prærogativæ, quæ præcipuè conveniunt gloriæ Paradisi, esse superabundantem, esse immutabilem, esse æternam, esse ponderosam.

3. Considera, quam ob causam ea gloria, quæ demum alia non est quàm clara DEI visio, pondus vocetur. Non ideo, quòd cuiquam ullo unquam tempore gravis accidat, siquidem post seculorum myriades semper erit nova, maximèque grata, & jucunda, sed quia tantum continet excessum voluptatis, ut nisi mens humana robur acciperet à lumine gloriæ, oppressa succumberet. Nisi fortè ideo etiam pondus dicitur, quia sicut Pondus omnia subjecta sibi ad se trahit, sic illa gloria totum Beatum ad se pertrahet, ut ut tantum impetum sustinere nequeat, & omnibus adhærens tam corpori quàm animi facultatibus totus efficiatur gloriosus.

4. Considera non dici, quòd tribulatio tantam allatura sit gloriam, si jam nunc illam in te producat: *Operatur in nobis*, non quidem ut causa Physica, sed moralis, nec ut efficiens, sed meritoria. Unde denique clarescit, hanc ipsam gloriam non esse donum, sed mercedem, licet superabundantem. Itaque imaginare tibi, quemadmodum Dominus olim posuit Adamum in Paradiso terrestri, *ut operaretur illum*, ita eundem in te ponere Tribulationem, Paupertatem, Ignominiam, Infirmitatem, ut in te Paradisum elaboret, sed multò meliorem, qualis est cœlestis. Sine igitur illam operari, quantum enim te vexando meriti producit, tantum mercedis consequeris. Nonne fatua esset illa terra, quæ incusaret immitem colonum, qui illam sarculis, ligonibus, vomere proscinderet?

3. Considera, quale sit medium, quo juvari possis, ad ferendas æquo animo tribulationis ærumnas, quas pateris. Contemplare bona hactenus recensita, quæ non videntur, hoc est, Cœlestia. O quantos animos illorum expectatio tibi addet! Sed non sufficit quasi per intervalla vibrare oculum, necesse est illa contemplari, hoc est, singulari quadam attentione respicere. Imò nec istud sufficit, sed necesse est eodem tempore non simul contemplari, quæ videntur, id est, terrena

rena bona, quia istorum aspectus rapit animam, distrahit, divertit, ita ut in illis non tota versetur. Unde non dicitur: *Contemplantibus nobis, quæ non videntur.* Sed dicitur: *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur.* Utrumque oculum in cœlo fige.

6. Considera, quàm æquum sit, ut contempleris cœlestia bona, non contempleris terrena, quia illa sunt æterna, ista fluxa. *Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna.* An tu igitur tanto studio te defiges in contemplatione rerũ, quæ transeunt? Rides agricolam, qui quasi attonitus consistit in contemplatione fluminis summâ velocitate prætersluentis. Edic, quid sunt cuncta bona visibilia? nonne similia flumini? sine illa fluere.

XIV.

Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsâ enim initium sumpsit omnis perditio. Job. 4. 14.

1. COnsidera, quomodo in superbia, quæ est inordinatus appetitus excellentiæ, verè sumpserit initium omnis perditio. Duplex enim fuit perditio mundi. Una ab Angelo venit, altera ab Adamo. Utraque non tantùm à superbia manavit, quod est proprium cujusque peccati, sed in superbia constitit, ut idcirco non solùm dicatur: *Ab ipsâ initium sumpsit omnis perditio*, sed *in ipsâ*. Dum videlicet tam Angelus, quàm Adamus supra limites sibi præscriptos sese efferentes reddi DEO similes volebant, non quidem omnino, id enim venire in mentem illis haud potuit, sed quàm proximè fieri posset. En igitur, qualis sit caries superbia, quia exedere potuit etiam Cedros, ut videbantur, incorruptibiles, non Libani, sed Paradisi. O quantopere illa formidanda est! ubique pullulat, & in nobilibus plantis, & in agrestibus.

2. Considera, quid sit illud, in quo transgressi sunt limites tam Angelus, quàm Adamus. Tria sunt Attributa Divina, Potentia, Sapientia, Bonitas. Jam verò Angelus satis erat similis DEO tuam bonitate, quia erat *perfectus decore*, tum scientiâ, quia erat *plenus sapientiâ* Ezech. 28. 12. Potestas deerat, ideo ambiebat super stellas exercere dominium. *Super astra DEI exaltabo solium meum.* Sic & Adamus satis erat similis DEO tum bonitate, quia donatus erat originali Justitiâ, tum potestate, quia constitutus erat Dominus omnium viventium. Scientia deerat, quia non accipiebat in creatione ut Angelus, sed illam debebat paulatim conquirere, & ideo contra legem ad illam aspirabat, sive quia propriâ virtute volebat discernere inter bonum & malum; sive propriâ virtute illud prænoscere. Ve-

rum est Adamum, ut multi affirmant, etiam peccâsse per gulam. Sed non potuit iste primus esse appetitus inordinatus, qui in illo surgebat. Ratio est, quia sensus nondum erat rebellis spiritui, & sic primum delictum internum stimulare illum non potuit ad appetendum bonum sensibile, sed spirituale ipsi indebitum. Vides igitur, quantum intersit in quocunque genere se continere intra limites, quos cuique Dominus statuit. Hos quisquis servat, humilis dicitur, qui transgreditur, superbus vocatur.

3. Considera, quàm horribiles fuerint perditiones istæ à superbiâ derivatæ. Præcipitari è Cœlo Empyreo in profundissimum inferni barathrum tot milliones sublimissimorum spirituum, opera præstantissima, quæ unquam condidit DEI manus, amabilissima, maximéque decóra: nec præcipitari tantùm, sed fœda metamorphosi transire in monstra universi. Si Monarcha quidam cetera placidissimus in foro publico juberet suspendio necari nobilissimam hominum coronam, quorum aliqui Marchiones, quidam Principes, alii Duces anteà gratissimi, quid tu diceres? nonne diceres ingens fuisse, & nimis intolerabile delictum ab illis commissum. Porrò quid sunt omnes isti Angelis comparati? vix idone, ut in postremo famulitio censeantur. Et tamen in hos omnes sævijt tam tremenda Justitia. O quàm grave igitur malum esse superbiam oportet etiam solâ cogitatione admissam!

4. Considera illam pariter perditionem, quæ accidit in Paradiso terrestri. Adamus tantæ dignitatis Princeps suo spoliatus dominio, & mi[illegible] non in se tantùm sed & in posteris punitus. In cumulum conjice, quid quid uspiam malorum in terrâ reperitur, laborum, ignominiarum, infirmitatum, convulsionum, dolorum, infortuniorum, bellorum, expilationum, cædium, desolationum, ignorantiarum, iniquitatum, & tum dicas intemet ipsum; quis demum tot[illegible] advehere nobis potuit tantam colluviem malorum? Potuit superbia. [illegible] deo inundatio irreparabilis extitit, quia ex alto venit. Quàm grave igitur malum esse necesse est hanc ipsam maledictam superbiam! & tu vel uno momento illam tibi dominari pateris?

5. Considera proinde, duplicem hoc loco distingui superbiam *In sensu & in verbo*. Hoc est, in mente, & in sermone. Nam in his frequentiùs accidit. Utramque à te procul arcere convenit. Sed prius illam, quæ est in *sensu*: nam ab istâ altera procedit, quæ est *in verbo*. Si deprimere velis illam mentis superbiam, sæpe pondera, quis tu sis, & quis sit DEUS. Videbis quàm æquum sit te in omnibus illi subjici, & ejus conformari voluntati. *Nonne DEO subjecta erit anima mea?* Si reprimere velis alteram, quæ est in verbo, considera, quàm sit indecora, & derisa etiam à teipso, cùm illam in aliis advertis. Reputa proinde talem esse etiam alijs, cùm illam in te notant.

Ve-

Verum est, *Verbum* in sacris litteris satis frequenter significare rem quamcunque, quia quæcunque res Domino non amplius quàm verbo stetit. Et ideo cùm dicitur, ut fugias superbiam *in sensu & in verbo*, etiam secundò significatur, ut illam fugias tam quoad interna, quàm quoad externa, quod est omni ex parte servari mundum *à delicto maximo*.

6. Considera, cùm Superbia peccatum sit maximè spirituale, dici vix posse, quàm facilè se occultet instar aspidis malignæ vel inter ipsa bona opera. Necesse igitur est tantò magis invigilare tibi, ut eam procul removeas. Unde vides non dici: *Superbia nunquam dominetur in tuo sensu, aut in tuo verbo*. Sed: *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas*. Quia fieri nequit, ut non aliquando improvisa te occupet, tibique dominetur. Sed quid ages? statim expelles, cùm advertis, vel exercendo actum aliquem demissionis contrarium, vel saltem, si sit importuna, contemnendo, & aliò mentem divertendo. Ceterùm ô quàm infelix eris; si unquam illi pacto aliquo te permiseris. Repentè ibis in perditionem, an scire cupis, quàm DEus oderit superbiam? Hoc tibi sufficiat. Nullus Medicorum sapientum ad curandum genus morbi periculosum permittit, ut æger incidat in aliud genus mali, nisi istud longè sit minus altero. Et DEUS tamen ad curandum superbum permittit, ut sæpius in ea peccata prolabatur, quorum fœditas est manifesta, & sic illum humiliat.

XV.

An nescitis, quoniam non estis vestri? empti enim estis pretio magno. 1. Cor. 6. 19.

1. COnsidera quàm verum sit te non esse tuum, quia emptus es à Domino tanto pretio, quantum est sacratissimus ejus sanguis. Et idcirco ô quantam illi facis injuriam, cùm de te pro arbitrio disponis! Isti oculi non sunt tui, istæ aures non sunt tuæ, ista lingua non est tua, & sic per cetera differendo. Quale igitur dubium esse potest, nihil omnino tui aliter impendi oportere nisi in obsequium illius, cujus es.

2. Considera beneficium, quod DEUS tibi præstitit, cùm te redimere dignatus est. An fortè tui indigebat? aut non erat sine te æquè beatus, æquè gloriosus, & magnus! Solùm te redemit bono tuo, ut liberaret de potestate Satanæ, Tyranni, proditoris. *Liberavit pauperem à potente*. Ps. 71. 12. *Pauperem*, inquam, à quo quid commodi speraret? Vide igitur agendi modum, quem tenuit. Ceteri primò quærunt ab eo, qui ad alium Dominum transivit, an redire velit ad servitium, & tum redimunt. Ille priùs te

redemit, & tum quærit, an reverti velis ad serviendum. *Revertere ad me, quoniam redemi te.* Is. 44. 22. Quis ergo non videt, quantum vel ex hoc ipso capite crescat obligatio, ut nolis esse tuus?

3. Considera prodigam charitatem, quâ usus est Dominus in te redimendo. Numquid enim satis erat vel unam dari stillam sanguinis? Et tamen profudit totum, ut nec stillam sibi retineret. Si tu cerneres posse gemmam mille nummis emi, & tamen venditori solvi decem millia, nonne crederes emptorem insanire præ gaudio, quòd ejus gemmæ detur adire possessionem. Quid igitur de JESU credes? Poterat ille te à Patre obtinere etiam sine profusione sanguinis, solis lachrymis, solis precibus: *Postula à me*, dicebatur illi, *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* En ut te consequi potuit, instar hæreditatis, cujus facillima est adeptio. Non ibi laborandum, non sudandum: aliquando dormientibus advenit. Et tamen, ut te haberet, vitam dare voluit inter tam atrocia tormenta. Quis ergo dubiter te emptum *pretio magno*? & tamen tu renuis esse ipsius?

4. Considera, quomodo hinc eruendum firmum animi decretum totum te impendendi honori Divino, absque ullâ proprii comodi habitâ ratione. Cùm igitur pro DEO suscipiendum est iter, dic pedibus tuis, etsi fatigentur, meminerint, cujus sint. Id ipsum proportione servatâ dic oculis tuis & auribus, cùm necesse est mortificari pro DEO, omissâ scilicet vide ne vel auditu illius, quod videre vel audire non oportet. Idem dic linguæ tuæ, si forte laborare vellet non pro DEO, sed ad comparandam facundiæ laudem. Verbo omnibus tam internis quàm externis sensibus dic, ipsis non esse Dominos sui. *An nescitis, quoniam non estis vestri? Empti enim estis pretio magno.*

5. Considera, quemadmodum non est corpori parcendum, cùm non sit tuum, sed JESU Christi, ita eandem ob causam sedulò custodiendam animam. Cùm domi tuæ reperitur pretiosum Crystallum, quod spectet ad Principem tuum, nonne majore cum studióque custodis, quàm si ad te pertineret? Sic ergo & anima tua ab omni custodienda periculo. Passim audis tibi dici, ut curam habeas diligentem de salute animæ, quia agitur de anima, quæ sit tua. *Custodite sollicitè animas vestras.* Deut. 4. 15. Ego hac quidem vice dicam tibi contrariùm. Nempe ut curam geras de salute animæ. Quare? quia illa non est tua, sed Domini tui. *An nescitis, quoniam non estis vestri: empti enim estis pretio magno.* Hæc est nobilissima ratio, quæ te moveat ad fugiendum infernum, ut Christo serves, quidquid ipsius est.

XVI.

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paràsti, cujus erunt ? Luc. 12. 20.

1. Considera, quis non invidendam duxisset sortem illius famosi epulonis Evangelici, qui messem collegerat tam copiosam, ut nec sciret, ubi illam reponeret. Possidebat jam reditus *in annos plurimos*. Omnem habebat, quam quidem vellet, commoditatem otiandi, epulandi, bibendi, suo genio indulgendi. Quis non beatum dixisset? quæ felicitas, quæ fortuna hominis? & tamen eo ipso tempore revera fuit infelicissimus, cùm jam jam immineret omnium jactura. Cur? quia non cognoscebat ea bona à Deo proficisci, nec gratias agebat eorum largitori, nec orabat, ut illa conservaret, nec partem pauperi destinabat, sed cuncta cogitabat vertere in bonum corporis, nihil omnino in bonum animæ. O quot sunt in mundo huic diviti similes! Noli illis invidere.

2. Considera horrendam exprobrationem, quàm DEUS illi fecit. Stultum vocavit: *Stulte*. Quia de illo cogitabat, quod est minus, de vitâ scilicet præsenti, & non cogitabat, quod est majus, de vitâ futurâ. Et sic illi dixit eâ ipsâ nocte, quâ tanta sibi promittebat, *hac nocte* (in illâ cæcitate, illâ caligine) Angelos tanquam executores Divinos in procinctu stare ad animam corpore extrahendam. *Hac nocte animam repetunt à te.* Non dixit, *Petunt*, sed *Repetunt*. Sive ad significandum, quòd jam aliàs illam petiverint, variis, quamvis inutiliter injectis stimulis, ut ad mortem se disponeret. Sive quia illam vi auferebant: sive quia tollebant cum furore: sive quia denuo recipiebant, ut illam Divini Judicis tribunali sisterent.

3. Considera conditionem pœnæ, quam illi Dominus post mortem comminatus est, nempe ejus opes ad illum transituras, qui id minimè putaret. *Quæ autem paràsti, cujus erunt?* Videri possit ad terrorem denunciandas illi pœnas inferni. Sed eum ut stultum tractavit, qualis erat. Illa consideranda proposuit, quæ ipsum magis poterant consternare. Quia mundani non ita affliguntur, cùm audiunt se ad infernum ituros, ut inter damnatos, inter Diabolos versentur. Audies aliquando respondentes: faciat, ut vult, DEUS. Tunc dolent, cùm audiunt, eorum opes malè perituras. Quæ paràsti, cujus erunt? O summam hominum dementiam, majorem rerum suarum quàm sui habere rationem.

4. Considera, an non & tu cum proportione tam probrosam mereare reprehensionem. An ea cogitas, quæ momentum habent? quid tua studia spectant? quò tui sudores tendunt? Faxit DEUS, ne tu quoque pro pauperie

rie labores. Quod non valet ad salutem animæ, nihil valet. Cui relinquentur pulcræ tuæ lucubrationes? cui ædes tuæ obtingent? ad quem prata tua pertinebunt? dic, *cujus erunt*? illius forsan, qui te ridebit, quam tuam tu stultitiam execrabis. Solus igitur alicujus momenti res est cogitare de animâ.

XVII.

Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ad Gal. 5. 24.

1. CONsidera, quis sit character hominis accepti Christo. Non quòd operetur prodigia, non quòd sit Concionator, Propheta, vel Doctor mundi, sed quòd sit valdè mortificatus. Id, ad quod pertingere favore Divino omnes possunt, modò velint. Vide igitur, quanti mortificatio facienda.

2. Considera hanc mortificationem nominari Crucifixionem: *Crucifixerunt.* Primò quia, qui se mortificat, facere id debet ex devoto ad Christum affectu, hoc est, ut illi similem se reddat Crucifixo. Secundò quia mortificatio debet esse stabilis, firma, nec inconstans, ut illa aliquorum. Qui confixus est, manet immobilis in Cruce, ut JESUS, qui inde non descendit, donec fuit depositus. Tertiò quia mortificatio debet esse dolorifera, qualis fuit Crucifixio Christi. Qui confixus est Cruci, longè majorem dolorem persentiscit, quàm qui Cruci tantùm est alligatus. Vide, an talis tua sit mortificatio.

3. Considera non dici: *Crucifixerunt vitia & concupiscentias*, sed *carnem cum vitijs & concupiscentiis*. Quia bonus Medicus non est, qui non aggreditur radicem mali. Caro radix est omnium malorum, quæ patitur anima. Et ideò si integrè sanari cupimus, edomanda est caro. Quas tu suscipis afflictationes corporis? An tu studes domandæ carni, an potius demulcendæ?

4. Considera non dicere solam carnem, sed hanc cum reliquis. Quia externa mortificatio parùm valet, nisi simul illam comitetur interna. Imò illa propter istam assumenda est. Quid prodest tollere causam febris, nisi una tollatur ipsa febris jam hausta venis?

5. Considera, quæ sit illa materia mortificationis internæ: *Vitia & concupiscentiæ.* Vitia sunt peccata, concupiscentiæ sunt cupiditates inordinatæ: quia si tantùm peccata persequeris, nihil agis, oportet & cupiditates persequi, quamvis primò peccata, ab illis purgando animam, deinde cupiditates, illas ordinando. Quales sunt cupiditates, quæ in te magis dominantur? cura primò cognoscere, ut possis mortificare, ita, ut, si vivant, saltem in Cruce vivant.

6. Con-

6. Considera nihilominus non dici *cum peccatis & concupiscentiis*, sed *cum vitiis & concupiscentiis*. *Peccata* dicunt actum, *Vitia* habitum. Difficile est mortificationis exercitio illud consequi, ut non committatur peccatum etiam minimum. Facile autem, ut non servetur ullum vitium. Itaque vitia sunt, quæ singulari studio mortificare oportet, sive parva sint, sive grandia, non aquiescendo, ut more passionum in Cruce vivant, sed ut ibi moriantur. Id quoque favente Deo poteris obtinere.

XVIII.

Nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. Sic currite, ut comprehendatis. 1. Cor. 9. 24.

1. COnsidera hanc vitam esse quasi viam, in quâ curritur ad braviũ, quod est gloria Paradisi. Omnes admittuntur ad cursum, sed multi pro eo, quòd currant, stant immobiles. Unde non dicit Apostolus, *hi, qui in stadio sunt*, sed *hi, qui in stadio currunt*. Innumeri sunt, qui nec passum promovere dignantur perditè addicti otio, crapulis, comediis, amoribus, & aliis ejusmodi diverticulis vituperio dignis. Quod si igitur de his ipsis, qui currunt, *unus accipit bravium*, quid illis fiet, qui ne quidem eunt?

2. Considera, quis sit iste tam fortunatus, qui dicitur consequi bravium. Fortè unus solus ex omnibus, qui magnâ solertiâ sectantur bonum? haud sanè, quia multi sunt, qui salutem consequuntur. Est solus ille, qui perseverat. Vide igitur, quantùm intersit perseverare, & non esse, uti fortè tu es, instabilem in bono, quod facis. Vix aggrederis aliquod exercitium pietatis, & mox fastidis. Malum indicium. Insiste pervincendæ inconstantiæ naturali, quia plurimum habet periculi. Hæc enim est è signis certioribus pertinere aliquem ad infelicissimum numerum reproborum.

3. Considera idcirco adjunxisse Apostolum, *sic currite* (hoc est, *sicut is, qui accipit bravium*) *ut comprehendatis*. Dicit: *Currite*. Ut intelligas, in servitio Divino magnis passibus procedendum, laborandum, sudandum, & non, ut quidam solent, pro commoditate ambulandum. Dicit: *Sic*. Ut scias, currendum etiam esse modo debito, & non pro arbitrio agendum, sed insistendum vestigiis illorum, qui feliciter præcesserunt, Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, imprimis verò Christi, qui in hoc cursu se Gigantem monstravit: *Exultavit ut Gigas ad currendam viam*. Dicit: *ut comprehendatis*. Unde vides currendum etiam esse eo fine, ut teneas bravium, atque adeò nunquam desistendum à cursu, donec pertingas.

XIX.

XIX.

S. Josephus.

Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ JESU Christi, Phil. 2. 21.

1. COnsidera, quantâ teneritudine affectûs te deceat compati bono JESU, quando vides tam paucos esse in mundo, qui ejus causam suscipiant. Omittamus eos, qui mundani dicuntur, quia profitentur servitutem mundi, quid ipsi faciunt tot Sacerdotes, tot Concionatores, tot Parochi, tot Prælati, tot homines consecrati Christo? an fortè omnes arcto fœdere colligantur in favorem Christi? ad vindicandas injurias Christi? ad ardenter quærenda commoda & lucra Christi? imò tot numerantur inter eos sui amatores, *qui quærunt* cum summâ aviditate, *quæ sua sunt, non quæ JESU Christi*, ut ideo dicantur *Omnes*. Ita est, omnes amant quodcunque bonum Christi, illud approbant, illi applaudunt, illud desiderant, sed non *quærunt*, quia longè diverso modo procedunt in causâ Christi, quàm suâ.

2. Considera hunc diversum procedendi modum maximè cognosci è duobus signis suprà adductis. Nempe ex sensu injuriarum, & commodorum studio. Quoad injurias, vidésne, ut fremant ad injuriam personæ suæ, parentelæ, aut etiam familiæ illatam? è contrario cùm tot sint, qui toto die nomen Domini blasphemant, ubi sunt, qui illos ausint fulminare? Satis illis est terruisse strepitu verborum. Quot sunt adulteri, qui semper tripudiant impuniti, quot scandalosi, quot sacrilegi, modò isti nullâ faciant damnum, nisi honori Christi? Quoad commoda, observa tantisper, quo ardore cogitetur de erigendo splendore domûs, imò si fieri possit, etiam extollendo! contrario quis est, qui pari solicitudine unquam prospiciat tot paupercula, qui fine pabulo Divini verbi passim per agros fame moriuntur? Aut quis est, qui pari studio promoveat Ecclesiæ proventus, vel incrementa Cœnobiorum? quin potiùs nonne verum est à multis ipsum patrimonium Christi sine discrimine verti in utilitatem domûs? Miseram Christi vineam! Jam sunt plurimi, qui in illâ se gerunt ut Dominos, qui non contenti colligere fructum, quo se sarient, etiam foras efferunt, ut dent neporibus, consanguineis, cognatis, aliisque pro libitu tantâ injuriâ, quantâ nunquam usurpare licuit in vineâ cujuscunque hominis etiam plebeji. *Ingressus vineam proximi tui*, ajebat DEUS, *comedens uvas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum.* Deut. 23. 24. Hoc nimirum est cordi habere lucra JESU Christi? imò hoc est spoliare illum re suâ, ut deinde desint reditus alendis ejus

jus fratribus minoribus, lucrandis rebellibus, reprimendis adversarijs, remunerandis amicis.

3. Considera non solùm multos non quærere, *quæ sunt JESU Christi*, sed plurimos uti JESU Christo, ut meliùs quærant, *quæ sua sunt*. Id videre licet in utroque hoc capite, Injurijs, inquam, & lucris. Nam quod ad injurias attinet, invenies quosdam, qui JESU velut pallio utuntur, ad honorem suum meliùs protegendum. Et quamvis indubitatum sit Habitum Sacrosanctum, qualis est Ecclesiasticus, in summâ veneratione ab omnibus habendum, videbis tamen non omnes eam venerationem postulare, quòd habitus sit sacrosanctus, sed quòd suus. Si omnes postularent, quia revera habitus est sacrosanctus, quomodo deinde spernerent in se ipsis, dum profanis interfunt cætibus, amores profitentur, adulantur, negotiantur, aliáque exercent sacræ vesti adeò probrosa? Quoad lucra, observabis innumeros JESUM prætendere, ad illa efficaciùs promovenda. Aiunt pertinere ad dignitatem Christi, ut gradûs sui splendorem conservent. Quis neget? an autem non etiam pertinet ad dignitatem Christi, ut multò magis in pauperes misericordia, mansuetudo, modestia, puritas serverur? Certè Christus millies ore suo virtutes istas commendavit, splendorem verò nec semel quidem, quantumvis laudabilem, nisi degeneret in luxum. Agitur cum aliquo eorum, ut animum inducat ad promovendum grande quoddam opus obsequij Divini, ad erigendum seminarium, Ecclesiam, Cœnobium, monasterium Virginum Christo dilectarum; illico respondent: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*. Agg. 1. Ad cultum & obsequium DEI rite promovendum opus esse consilio, expectanda tempora aptiora, occasiones magis oportunas, aliàs præcipitari negotium. Et tamen augendi familiam semper tempus est, omnes occasiones oportunæ, omnes circumstantiæ aptæ videntur. Imò videbis, quantopere festinent, ne à tempore fœdissimo ambitiosorum illusore prodantur. *Nondum venit tempus domûs Domini ædificandæ* (hoc nimirum est, quod jam olim DEUS querebatur) & dein *festinatis unusquisque in domum suam*. Agg. 1. Sed hæc non sufficiunt. Invenies, qui sæpe cum vanitate concionentur, huic verò pallium quærant dicendo pertinere ad gloriam DEI, ut templum affluxu populi impleatur. Sed nulla est ejus gloriæ cura, cùm alibi major est populi affluxus. Gloria Christi est, quòd magna sit in sacro tribunali hominum frequentia. Gloria Christi est, quòd propria familia Religiosa abundet palmis, quas ejus alumni retulerunt de gentilibus, hæreticis, ne dicam de peccatoribus, qui faciliùs subjugantur. Sed numquid etiam gloria Christi est ægrè ferre, si tales palmæ æquè pulcræ efflorescant in nemore alieno? Ecce in quem statum redigatur magnus ille Dominus, cui tantopere sumus obligati. Non solùm nolumus illi fidele ob-

obsequium præstare, sed etiam volumus, ut pro tegumento nobis serviat ad operiendos defectus, hoc est, ad illas ipsas offensas, quas damus. *Servire me fecisti in peccatis tuis.* Isa. 43. 24.

4. Considera, rem esse dignam lacrymis, quòd tam injuriæ quàm emolumenta Christi tam fœdè prodantur. *Omnes, quæ sua sunt quærunt, non quæ JESU Christi.* Porrò si tu defles, ut par est, ordinem tam perversum, decet plurimum esse solicitum, ne tu in eundem incidas, ne illorum modo facias, qui, cùm deplorant ætatis suæ calamitatem tam parcæ in remunerandis bene meritis, non advertunt se ipsos esse, qui talem efficiunt, dum augent numerum ambientium. Itaque te ipsum accuratè discutias, & videas tantisper, an sincero flagres amore JESU. An desideras id bene nôsse? vide, num oderis te ipsum. Hæc enim causa est, ob quam JESUS destituitur, quia fideles pleni sunt proprio amore. Mereberis illum radicitus extirpare, si etiam cùm permittitur, nolis quærere te ipsum. *Nemo, quod suum est, quærat.* 1. Cor. 19. 24. Non est dicendum, quòd velis primò procurare gloriam Christi, deinde tuam. sed quòd unicam velis Christi gloriam. Ita eris securior, nunquam te specioso Christi nomine pro pallio usurum. Quidquid proponatur tibi operis aut negotij gerendi, fac, ut quamprimum mens evolet ad cogitandum, an id cessurum sit ad honorem Christi. Ille te impellat ad eundum, vel manendum, ad vigilandum, vel quiescendum. Cùm fortè audis nova mundi, ne ille te misceas, nisi ubi partem aliquam Christus habuerit. Millies renovet, sed ex corde, protestationem istam non esse tibi curæ, ut vel momenta vivas, nisi liceat illi soli vivere. O quam æquum est, ut non semel tantùm tuas amare Christum tuum multò amplius quàm te ipsum, sed ut neque ames, nisi propter solum Christum amare contingat.

5. Considera, quomodo in gloriosissimo Josepho voluerit Dominum exhibere hominem, qui non pro se, sed tantummodo pro Christo fuit. Fuit equidem sponsus Virginis, sed non nisi quatenus serviebat ad tuendum honorem Christi, ne illegitimus haberetur. Ceterum servare debuit Virginem semper illibatam, quemadmodum Ulmus copulatur Viti, sed nihil omnino de ejus fructu participare. Fuit etiam Pater Christi, sed solo vocabulo, auxilio, & affectu, hoc est, quoad curam solicitam, quam gerere ergo filios Patres solent. Sed non ideo, quod tamen fieri potuit, concessus illi est honor genitoris. De rebus gestis nihil constare debuit, nisi pauca quædam, quæ ad majorem Christi cognitionem spectabant. Et post fata debuit multis seculis manere ignotus, in glorius, & quasi in oblivione, si fas est dicere, populi devoti, quia ita pariter conveniebat honori Christi, existentibus quibusdam Hæresiarchis, qui hunc errorem inter gentes in principio disseminârunt, fuisse Christum

veram

veram progeniem Josephi, unde necesse fuit, ut malo consuleret Ecclesia exiguam potiùs ejus æstimationem demonstrando. Et sic mirum non est, cum quoad externum cultum plurimis sanctorum postpositum, qui merito nec componi cum ipso possint adeò, ut, si penitius perpendamus, hic sanctus tam sublimis terram attigisse videatur, ut à Domino impetraret famosum illum titulum: ad quem tanto ardore Divus Bernardus aspirabat, cùm diceret; *Bonum mihi, si me dignetur uti pro clypeo.* Quia reverà semper pro scuto fuit, quo se JESUS defenderet, omnia excipiendo tela, quæ aliàs ad illum feriendum tendebant. Quoad vitam defendit, cùm illum servavit à gladio Herodis, citò transferendo in Ægyptum maximo labore suo. Defendit à fame, quia ipse fuit, qui de alimentis prospexit, Defendit à frigore, quia ipse fuit, qui providit de vestitu. Defendit ab illâ gravi mendicitate, quæ aliàs in quocunque genere imminebat, quia ipse fuit, qui sudore suo illud quotidie sustentabat. Defendit denique à sacrilegis imposturis tot calummiatorum, quia tam vivus quàm mortuus utilis fuit ad servandam ejus gloriam penitus illæsam. Et idcirco etiam hic sanctus erit, quem tibi maximè Advocatum eliges ad eam, quæ planè summa est, obtinendam gratiam, ut nolis ampliùs in hac terrâ vivere nisi propter Christum. Verum est, quòd ad se recurrentes undequáque protegat: *Clypeus est omnibus sperantibus in se.* Prov. 30. 5. Tibi verò non est precandum, ut te defendat, nisi à te ipso, inimicorum, quos habes, crudelissimo, dum, ut tibi vivas, non vivis Christo.

XX.

S. Joachimus.

Filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam DEUS daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Tob. 2. 18.

1. COnsidera, quid demum fuerit omnium sanctorum vita super terram, nisi expectatio quædam continua: *Dies multos expectabitis me.* Os. 3. 3. Illi, qui extiterunt ante Adventum Christi, quid aliud fecerunt, nisi quòd expectarent impleri promissa sibi facta? Nonnulli ea procul aspectabant, & cùm aliud non possent; salutabant. *Defuncti sunt, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes.* Heb. 11. Quemadmodum Peregrini faciunt, qui cùm eminus prospiciant Terram Sanctam, neque tamen ad illam aditus concedatur, salutant. Alij propiùs vide-

viderunt, & non modò salutabant, sed ad illa aspirabant, anhelabant, & quodammodo assultu tentabant terram, quasi per vim penetraturi, adeò incensa erant illorum vota, quæ semper ad cœlum per modum sagittarum simul emittebant. Post Adventum Christi non ideo cessat expectatio, quia supereſt adhuc reditus illius. *Populus meus pendebit ad reditum meum.* Os. 11. 7. Primò venit Dominus ut Author fidei, ut nos redimeret à peccato, ut prædicatione instrueret, exemplo animaret. Nunc verò oportet illum redire ut consummatorem ejusdem fidei, ut nos glorificet. Et idcirco si sancti Antiquæ legis fuerunt *Aspicientes in Auctorem*; Sancti novæ legis fuerunt *Aspicientes in consummatorem fidei Christum* JESVM. Vides interea qualem esse oporteat vitam tuam? Expectantis. *Et vos similes hominibus*, inquit Christus, *expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptijs.* Luc. 12. 36. Expectare Dominum, dum revertatur à solenni quodam convivio, non est absque molestiâ, quia res trahi potest in longum, & interim oportet servos hærere conclusos domi, suis privari oblectamentis, noctem ducere insomnem. Sed quid agent? servos Domino, non Dominum servis decet accomodari.

2. Considera, cur isti, qui in hunc modum stabant expectantes, vocati sint sancti. Quia erant, ut ita loquar, segregati à massâ reliquâ generis humani: credebant nihil sibi esse cum hoc mundo negotij; semper ad cælum aspirabant: semper ideò anhelabant; sic per hîc versabantur ut peregrini, qui ad patriam tendunt. *Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* quærebat ex Jacob Pharao Ægypti. Cui ille: *dies peregrinationis meæ centum triginta.* En, nec idioma quidem esse voluit ex ill mundi) *& non pervenerunt usque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Gen. 47. 9. Ecce igitur quò etiam tibi in statu tuo contendum: nempe ut degas in hac terra instar peregrini. *Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere.* Heb. 11. Nonne pudor est, te adeò agglutinari rebus ejus regionis, quæ non est tua? *Filij Sanctorum sumus*, id est, *& filij peregrinorum*, ut Isaias nos compellavit, cùm dixit: *ædificabunt filij peregrinorum muros tuos.* 60. 10. Non convenit igitur te ab illis tam fœdè degenerare. Quid prodest rivo jactare puritatem fontis, quando ipse interim totus sordescit luto? Filius es peregrinorum, hominum prorsus abstractorum ab hoc mundo, sacrorum, spiritualium Sanctorũ. Talem ergo etiam te oportet esse: adeò ut si deinde in oratione te prosternis in conspectu DEI, dicere illi cum veritate possis, etsi conversando cum hominibus multis in rebus adigaris, ut loquaris & agas ut unus ex ipsis, nihilominus coram ipso non esse talem, esse peregrinum: *Advena ego sum apud te, & Peregrinus, sicut ômnes Patres mei.* Ps. 38.

3. Considera, quàm clarè pateat in hac sententiâ *filios sanctorum* idem planè esse ac *filios peregrinorum.* Quia mox

mox adjungitur: *Et vitam illam expectamus, quam DEUS daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Videris tibi, cùm bonum istud adeò sit eximium, non posse illud expectare, malles ejus adire possessionem ante tempus. Et ideo quid facis? Hîc quæris, quod solùm ibi invenitur, scilicet gaudere. Non est ista, quam sequaris, regula. *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius*, quæ omnia diriguntur ad patiendum, & *patientiam habebunt*, ait Ecclesiasticus. Sed quousque? *usque ad inspectionem illius.* Eccl. 2. 21. Noli festinare. Non enim errari magis potest, quàm si nunc satagas vana quærere oblectamenta. Instar helluonum agis, qui ad regias epulas invitati, non sustinent expectare Procerum adventum tardiùs accedentium, atque ita cibis suis rudioribus implero ventre parùm apti sunt capiendis suavioribus illis ferculis, & magis splendidis, quæ istis erant destinata. Quis est, cui ista maximè sapiunt? Is utique, qui jejunus accumbit. O si nôsses, quòd sint istæ tuæ deliciæ. Totidem sunt quasi furta gaudiorum longè majorum, quàm dici possit, & quibus maximo tuo quæstu illic daretur frui. Expecta tantisper: quod est sapientis. Et interim cumulare stude, quos negligere videris reditus; quia *Hæreditas, ad quam festinatur in principio*, quod contingit, cùm nondum satis maturuit, *in novissimo benedictione carebit.* Prov. 20. 21. Hæreditas tua Paradisus pariter est hæreditas Majorum. Expecta, dum matureſcat. Et interim curam adhibe, ut incrementa sumat patiendo.

4. Considera, quantopere Dominus talem patientiam requirat, cùm dicatur suam daturus gloriam, at solùm illis, *qui fidem suam nunquam mutant abeo*; hoc est, qui unicè contenti credere promissis, nolunt præmium, quando non est tempus, nisi sperandi. Nunc tempus est solùm vivendi de fide, id est solandi se fide, animandi se fide, adjuvandi se fide, & ferendi, ut, quod deest gaudij, fides compenset. *Scio, cui credidi.* Ita tu *nunquam* illam amitte, *nunquam.* Ita dico, non amitte in prosperis, non amitte in adversis, sed æquo semper animo peregrinationem tuam prosequere. Fieri nequit, ut in servitio Divino res tuæ eundem semper teneant cursum. *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, inquit Dominus, ut non sit dies, & nox in tempore suo.* Jer. 33. 20. Nunc lumen habebis, nunc versaberis quasi in tenebris. Nunc lætus eris, nunc tristis. Gloriam referes, nunc contemptum, nunc sanitate gaudebis, nunc infirmitate vexaberis. Quocunque modo te habeas, oportet, ut discas æqualiter servire DEO, esse fidelis, esse fortis, nec de nocte deserere viam versùs patriam. An non nimis delicatus esset peregrinus, qui nollet iter facere nisi diurnum?

5. Considera hanc gloriam, quam Dominus promittit, vitam dici, quia vita est illud bonum, cui homo in hac ter-

terrâ maximè adhæreſcit. Itaque cùm oportet quocunque modo vitam tuam immolare pro DEO, ſerviendo pauperibus infirmis in hoſpitali, ſtudendo pro DEO, laborando pro DEO, totum te conſumendo in honorem DEI, non eſt, quod formides, quia longè meliorem recipies, quæ tibi in cælo paratur. Alia vita eſt, quâ in patr fruimur, alia, quæ agitur in viâ. Il eſt anxia, miſera, laborioſa ex perp tuis incommodis. Unde æquum no eſt tanti illam æſtimare. Qualiſcu que ſit: Peregrinum decet non ſeq vitam exponere diſcrimini in via, s illi vivere contingat in Patria.

XXI.

S. Benedictus.

Indicabo tibi O homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat te. Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum DEO tuo. Mich. 6. 8.

1. COnſidera nihil in hoc mundo facilius, quàm confundere verum bonum cum falſo. Hic eſt error, qui tantam partem Univerſi trahit in ruinam. Magna ergo adhibenda diligentia, ut cognoſcas hoc bonum, & conſequaris. Quia ſi fortè falſum pro verò ſumis, actum eſt. Ecce igitur bonum verum: *Indicabo tibi ô homo, quid ſit bonum.* Id ipſum ſcilicet, quod Dominus à te requirit: *& quid Dominus requirat à te.* Dominus ſincerè te amat, ſine fuco agit, non adulatur, non facit illorum more, qui tibi volunt bonum falſum.

2. Conſidera, quid igitur ſit illud, quod à te Dominus requirit. Sine dubio rigidum judicium reſpectu tui. *Utique facere judicium.* Vide ergo, quæ ſint partes talis judicij. Diligens examen actionum, quæ judicantur, fidelis ſententia, forte ſupplicium. Et hoc eſt, quod reſpectu tui facere continuò oportet, non vivere incurium, ſed attentè examinare opera, quæ facis, examinare verba, examinare cogitationes, examinare affectus etiam maximè reconditos. Tum in te proferre ſententiam, abſque ſtudio partis. O quoties palpas te ipſum, dum tuos excuſas defectus, aut etiam defendis non alio modo, ſaltem tribuendo malum, quod agis, non malitiæ tuæ magnæ, ſed violentiæ tentationis diabolicæ, ſuggeſtioni ſociorum, ſcandalo pravorum, & nonnunquam tenuitati gratiæ, quam tibi DEUS largitur. Quæ ſententia poſſit eſſe magis perverſa? Deniq; ſumere debes de te ipſo forte ſupplicium, hoc eſt, agere pœnitentiam, ſed pœnitentiam non tam levem, non tam languidam, qualis illa eſt, quam tibi dictat amor proprius. Si judicabis te ipſum

ipsum eo modo, quem DEUS præscribit, non judicaberis à DEO.

3. Considera secundo loco à te requiri, ut ames usurpare misericordiam respectu proximi non examinando ejus defectus, miserando, condonando, opem & auxilium ferendo, cùm se tulerit occasio, quantum vires tuæ permittunt. Sed bene nota, quomodo hoc loco Dominus loquatur. Non solùm dicit, ut misericordiam exerceas, sed ut ames: *Diligere misericordiam*, quia, si diliges, conaberis etiam agere aliquid ultra vires. Credisne hoc esse amare misericordiam, tam exactè ponderare necessitatem proximi, ut videas, an revera obligeris ad opem præstandam?

4. Considera, quid denique Dominus à te requirat respectu sui, nempe ut cum ipso solicitè ambules: *solicitè ambulare cum DEO tuo.* Debes ambulare cum ipso, quia in totâ hac peregrinatione mortali nunquam debes ab illo longiùs recedere, debes illum amare, illi adhærere, quocunque vadit, te socium adjungere, etiam cùm vadit ad montem Calvariæ, & non facere ut illi, qui tunc fœdè illum destituunt, & solùm in verticem Taboris sequuntur. Verùm hoc nondum sufficit. Oportet in sequendo esse solicitum, quia ille magnis passibus incedit. Si piger fueris, non poteris feliciter illum insequi. Itaque examina paulùm, an sis solicitus. Solicitus illum imitandi, solicitus obediendi, solicitus eum honorandi, solicitus placendi, solicitus non perdendi in viâ tot inter insidias, quæ illum tibi eripere contendunt, solicitus quærendi, etiam cùm fuerit infortunio quodam amissus, & eum denuo recuperandi. Solicitudo in procurandis humanis bonis olim vetabatur à Christo: quia in his sufficit moderata quædam diligentia, non est opus anxietate, non angore, quæ ultra diligentiam solicitudo significat. At in procuratione boni Divini hæc anxietas, hic angor sunt affectus laudatissimi, modò illos confidentia comitetur: & ideo memineris, quid facere te oporteat cum DEO tuo, qui ut talis nunquam deerit, quin vires tibi conferat sequendi, obediendi, honorandi, placendi, resistendi omnibus, qui illum tibi moliuntur auferre, & demum recuperandi.

XXII.

Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. Thr. 3. 22.

1. Considera, quis animus esset peregrino, qui, cùm totam noctem ambulaverit, sub diluculum agnosceret se continuò incessisse ad oram horrendi præcipitij. O quàm ad ejusmodi conspectum omnis illi sanguis gelasceret! quàm impalleseeret! quàm horreret! quàm denique gratias DEO redderet ex animo, quòd ab illo ita fuerit protectus. Idem tibi accideret,

ret, si DEUS oculis repræsentaret summum periculum, in quo versabaris, æternum pereundi. Quid ergo agas, quàm non prorumpas saltem in devotam actionem gratiarum tam pio protectori reddendam, quòd non exclames. *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti.*

2. Considera, quàm stultus foret ille peregrinus, qui agnito periculo, quod incurrit, nocte proxima denuò rediret ad oram ejusdem præcipitij radendam. Nonne mereretur omnino destitui patrocinio Cœlesti? Tu verò quid agis, dum ad pristina peccata denuo reverteris? bene attende, quia sicut parum abfuit, ut perires; ita parum abesse potest, ut pereas. Credisne Domino multum fore negotij, ut te permittat ire in ruinam? imò potiùs laborandum ipsi est, ut te servet, tot sunt dæmones, qui continuò adversus te vociferantur, ut potestas fiat furioso impetu te impellendi: *Laboravi sustinens.* Is. 1. 14.

3. Considera, illum Peregrinum, qui aliquando feliciter evasisset ab imminente sibi periculo, non solùm ad prius præcipitium haud reversurum, sed quàm posset longissimè recessurum. Cur igitur si non ad prius præcipitium omnino redis, illi saltem appropinquas? Ita est, propositum tibi est, ut ais, non ampliùs peccato mortifero te obstringere. Sed interim quid agis? semper vagaris inter occasiones etiam proximas peccandi. Hoccine est demonstrare, à te agnosci beneficium, quod DEUS tibi præstitit tantâ benignitate à perdi[illegible]ne præservando? hoc potiùs est [illegible] provocare ad furorem, illum irrita[illegible] & incendere, abutendo scilicet [illegible] patientiâ indefessâ. *Conversi sunt, [illegible]tentaverunt DEUM, & Sanctum Is[illegible] exacerbaverunt.* Ps. 77. 4.

4. Considera, si confidas de au[illegible]lio Divino, dum ultro te exponis pr[illegible]cipitijs, vehementissimè te falli. *Ex[illegible] spes ejus frustrabitur eum*, inquit Jo[illegible] *& videntibus cunctis præcipitabitur.* [illegible] 28. Fieri potest, ut aliquando ex m[illegible]sericordia speciali etiam tali ca[illegible] DEUS te servare dignetur. At com[illegible]muni lege quid fiet? cades. Dec[illegible] autem hominem prudentem genera[illegible]libus regulis gubernare se ipsum. A[illegible]di igitur, quale sit mandatum, quo[illegible] Dominus Angelis tuis tutelaribus de[illegible]dit: *Angelis suis mandavit de te, [illegible] custodiant te in omnibus vijs tuis.* Ps. 4[illegible] Non *in præcipitijs*, sed *in vijs.* Si tu[illegible] gradiaris itinere, prout necessitas re[illegible]quirit, per vias tritas, & occurrat tibi aliquod offendiculum, occurrat obstaculum, occurrat periculum etiam gravissimum, cadendi, Angelus, qui tibi assistet, mandatum habet promptè tibi succurrendi, ne cadas. Non ita, si te ipsum in rupes, loca aspera, & confragosa immittas. Ire te sinet in præceps. Fortè putas etiam in viâ Regiâ non occuriare pericula, in quibus maximè opus tibi sit prompto adminiculo. Valde deciperis. *Lubricaverunt* (ita loquebatur Jeremias etsi sanctus) *lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.*

Thr.

Thr. 4. 18. Viæ platearum sunt præ aliis planæ, politæ, publicæ, & in his tamen multoties offendimus, in his cadimus, tanta est infirmitas humana.

XXIII.

Quicunque voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus DEI constituitur. Jac. 4, 14.

1. Considera seculum esse mensurã ejus, quod præterit, eámque maximam. Prima est hora, tum dies, dein septimana, sequitur mensis, annus, & denique seculum. Proinde locus, in quo attenditur quærendis bonis, quæ transeunt, lapsu temporis seculum vocatus est, hoc enim summum est, quo frui liceat his bonis, unum seculum. Imò quis hodie invenitur, qui illis tam diu fruatur? Idem seculum illa tibi donat & aufert. Nunc vide tantisper, an non vel solo nomine seculum amittat fidem. E contrario DEUS quid nominis? Is, qui est Dominus seculi, immortalis, immutabilis, qui non subjacet alicui temporis mensuræ, quia sicut hujus est Author, ita ipsi quoque dominatur. *DEUS autem Rex noster ante secula.* Psalm. 73. 12.

2. Considera seculum suo Domino rebelle majorem, quàm ipse habeat, in cor tuum sibi potestatem arrogare. Et quamvis nequeat demum alia offerre bona, quàm sibi propria, hoc est, bona, quæ transeunt, & ut talia sunt, temporalia & fluxa nominantur, confidit tamen te magis illis adhæsurum quàm ipsi DEO, qui bona sibi similia pollicetur, hoc est, æterna. Penes te est, quid statuas. Imaginare tibi seculum ex unâ, DEUM verò ex aliâ parte certatim contendere, quis te potiatur. Seculum promittit tibi voluptates, divitias, honores, quæ sunt omnia ejus bona; sed non promittit nisi ad dies vitæ, ad unum seculum, & non ultra. Si malè cesserit in vitâ alterâ, tuum est damnum. DEUS vult tibi largiri bona infinities majora, sed non in seculo. Vult ea tibi postea largiri in æternitate. Æstima, quid secundùm rectam rationem oporteat amplecti.

3. Considera meritò videri nullum esse deliberationi locum, nisi tot cernerentur seculo potiùs adhærere quàm DEO. Siquidem pleriqne hominum vivunt instar brutorum animalium, multùm præsentibus intenti, parùm futuris. Tu esto verus homo, & ideò futuris potiùs quàm præsentibus attende. Ecce duas vias coram te, unam, quâ te ducere vult seculum, alteram, quâ te ducere vellet DEUS. Non intra clausis oculis, sed antè considera. *Via peccantium* (hæc est via seculi, quia via potiorum) *via peccantium complanata lapidibus.* O viam pulchram, totam lapidibus constratam etiam splendentibus, totam amabilem! numquid per eam incedere dele-

delectat? sed tantùm progredere paulisper, videbis. *Et in fine illorum.* Hoc nempe pessimum. Finitur statim lapidum elegantiâ, & tum quid succedet? *Et in fine illorũ inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Eccl. 21. 11. *Inferi* superbis, qui passi sunt se efferri ab ambitione; *Tenebræ* avaris, qui permiserunt se excæcari à divitiis: *Pœnæ* impuris, qui admiserunt blandimenta libidinis.

E contrario etiam considera viam DEI, illam, inquam, viam, quæ est extra seculum. Non nego illam tibi principio visum iri angustam. Vivere in puritate, vivere in paupertate, vivere in subiectione continuâ: *Arcta via est.* Nôsti autem, quò te ducat? *Ducit ad vitam.* Quid ais igitur? Cui è duabus vijs te committes? seculi, an DEI? Tandem statue: sed dum statuis, dici tibi puta: *Quicunque voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus Dei constituitur.*

4. Considera non dici: Quicunque voluerit esse in seculo, inimicus DEI constituitur. Sed: *Quicunque voluerit amicus esse seculi hujus.* Quia, ut verum fatear, poteris esse in seculo, & non esse amicus seculi, hoc est, per ejus viam non incedere, sed omnino contrariam, illam videlicet religiosorum. Neque enim vera Religio ullo vel Alverniæ, vel Camaldolensi, vel Cassinate, vel Gratianopolitano monte circumscribitur. Potest illam, quisquis velit, invenire in medio seculi, modò ab illo se servet illibatum. *Religio munda apud DEVM & Patrem hæc est, immaculatum se custodire ab hoc seculo.* Jac. 1. Credisne autem eò te posse pertingere? si facilè foret, [illegible] tibi forsitan videtur, non in illa mo[illegible]tium juga fugisset Religio, quæ tu[illegible]tum præferunt horroris. Difficil[illegible]mum est manere in seculo, & tam[illegible] ejus amicum non constitui. Porro [illegible] ejus amicus constitueris, actum est, jam es inimicus DEI. *Quicunque voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus DEI constituitur.* An exiguum mali[illegible] videtur, ut aliud non sit, periclitari semper, ne incurras inimicitiam tam horrendam? quid non agis, ut dec[illegible]nes inimicitiam unius Principis, unius nobilis, unius civis, unius hominis tibi similis? & ut evadas inimicitiam Dei, non placet auspicari statum etiam sensualitati tuæ molestum? bene nota idem esse contrahere amicitiam cum seculo, & contrahere inimicitiam cum DEO. Nihil medium intercedit: *Quicunque voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus DEI* non *constituetur*, sed *constituitur*, & quid est hoc dicere: *Inimicus DEI constituitur*, nisi quòd statim fiat inimicus DEO, sicut is, qui jam diu inimicus extitit, hoc est, inimicitiâ firmâ ac robustâ, quæ deinde non tam facilè desinit: *Non fit inimicus DEI, constituitur.* Quia cùm quis cœpit ex instituto æstimare præsentia bona, quod est esse amicum seculi, quàm difficile est eum unquam ampliùs capi amore futurorum. Vis igitur cautè agere? relinque seculum, dum potes, vade degere tuum seculum extra seculum. Vade, ubi credis te posse vivere in terrâ non modò bene, sed & sanctè. *In partes vade seculi sancti.* Eccl. 17. 25.

5. Con-

3. Considera denique, quid tibi agendum, si in tali statu versaris, ut non possis ullâ ratione fugere à seculo. Quid agendum? Non potest tibi alia dari regula, nisi quam innuimus. Non conformeris cum seculo. *Nolite conformari huic seculo.* Rom. 12. Non conformeris dictamine, non conformeris affectu, non conformeris actione. Video, quàm sit difficile esse in seculo, & non conformari cum seculo. Sed quid ages? quamprimum te illi conformabis, etiam amicus eris. Hoc est enim esse amicum alicujus, habere dictamina similia, affectus similes, actiones similes. Ne cures igitur eò ire, quò plures eunt: *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Cura illis age, qui non sunt amici seculi, ama templa, ama religiosa claustra, ama loca seculo inimica. Verbo, nunquam tibi sit regula agendi, quod vides seculi moribus receptum, sed sola Lex Divina. Quâ autem ratione id ipsum consequi licebit? dum sæpe tecum reputas, quæ demum sint illa bona, quæ tibi seculum præstare potest, ejus voluptates, divitiæ, honores, si tamen bona sunt, ut diutissimè durent, non esse nisi unius seculi bona.

XXIV.

Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quòd sumus Filii Dei: si autem Filii, & hæredes. Hæredes quidem DEI, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut conglorificemur. Rom. 8. 17.

1. Considera, quale sit testimonium, quod Spiritus sanctus nobis reddit, esse nos Filios DEI. Non est externum, ut illud, quod Christus accepit ad Jordanem, unde dicitur reddi *Spiritui nostro*, non oculis per viam visionis, nec auribus per viam locutionis, *Spiritui*. In quo igitur consistit ejusmodi testimonium? consistit in illo intimo sensu amoris filialis, quem nobis infundit erga DEUM, ita, ut abhorreamus à peccato, sed purè, quia est offensa DEI, ut libenter sermocinemur de DEO, multum operemur, sed solùm hoc fine sublimi quærendi gloriam Divinam. Beatus, qui corde suo possidet hunc purum amorem. Hoc enim certissimum est signum, quod, seclusâ revelatione manifestâ, haberi possit, te esse Filium DEI. Hoc enim est procedere ad modum filii, ex amore, non ex metu operari.

2. Considera nobilem consequentiam, quæ ex eo infertur, quòd sis Filius DEI, nempe esse pariter & hæredem. Dona (qualia sunt bona terrena, bona temporalia) pertinent ad servos, unde Ismaël aliud non habuit, quàm dona. Ad Filios spectat hæreditas, prout illam habuit Isaacus. Verum est maximam esse inter humanos filios, & Divinos differentiam. Humani

mani hæreditatem non adeunt ante mortem Patris, secus Divini. Hæreditas istorum ipse Pater est. *Pars mea Dominus dixit anima mea.* Thr. 3. 24. Quoniam ipsorum Pater opes non possidet à se distinctas, omnes in se uno continet, quia ipse DEUS est, bonum immensum, bonum infinitum. Et ideo ut tale, eodem tempore, quo se fruitur, simul se præbet fruendum, nec uni soli fruendum, sed omnibus, quotquot fuerint, quin per numerum hæredum, qui successione quadam veniunt in possessionem hæreditatis tam magnificæ, portioni illius quidquam detrahatur. Et ubi uspiam in hac terrâ hæreditatem talem reperies? nec curas tamen?

3. Considera, si simus hæredes Dei, hinc aliam duci nobilem consequentiam, nempe nos esse etiam cohæredes Christi. Christus est Filius per naturam, nos per adoptionem, sed nos, quantumvis Adoptivi tantùm, erimus cum naturali ejusdem consortes hæreditatis. Et quis explicet, quanta sit hæc gloria nostra? Nunquam ad eam licuisset nobis pertingere, nisi Christus ipse nobis impetrâsset suis precibus, suo labore, suo sudore, imò & omni suo sanguine profuso. Hoc verò numquid aliud est summum planè miraculum? Nullus inter homines filius naturalis cuperet à Patre suo quenquam adoptari extraneum. Potius cupiditate soli sibi vendicandi regnum adhibere potuit, ut fratres suos reliquos naturales occideret, uti fecit Abimelec, qui septuaginta super unum lapidem propriâ manu jugulavit. Jud. 9. 5. Christus non occidit quenquam, sed occidi voluit, ne solus regnaret. Tanta fuit ejus charitas.

4. Considera non esse, quòd spes ex nomine hæreditatis te æternam beatitudinem posse consequi absque labore. Quippe cœlestis hæreditas non est, ut illæ mundi, quæ sæpe proveniunt non merenti, non procuranti, non cogitanti, imò etiam dormienti. Necesse est illam sibi lucrari. Christus filius est naturalis, & tamen nôsti quantum illum pati oportuerit, ut obtineret. Et tu, cùm sis adoptivus tantùm, impendes nihil? Si vis regnare cum Christo, convenit, ut compati velis cum Christo. Hæc est clarissimè adjecta conditio: *Si tamen compatimur.* Quanquam quid unquam patieris, quod æquet vel minimam eorum partem, quæ Christus passus est? Patieris cum Christo, sed non patieris ut Christus.

XXV.

Incarnatio Verbi Æterni.

Sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret. Joh. 3. 16.

1. CONsidera attentè summam hujus sententiæ sublimitatem, quæ egressa de ore Christi totidem miracula, quot verba, continet. Quòd DEUS amet se ipsum, mirum non est, imò necessarium est, ut amet. Quòd amet aliquid extra se, maximè stupendum, cùm ille in se complectatur, quidquid boni extra se reperit, & eminentiâ longè majore, quàm quo aurum in se continet plumbi pretium. Nam hæ ipsæ res, quæ in se sunt inanimes ut metalla, lapides, margaritæ, in DEO sunt vivæ. *Quod factum est, in ipso vita erat.* Quæ in se sunt mixtæ, in ipso sunt puræ, quæ in se sunt caducæ, in ipso sunt perennes. Hinc est, quòd se solo sine ipsis possit æquè facere, quod faceret cum ipsis. Potest illuminare sine sole, refrigerare sine aquâ, refocillare sine aëre, calefacere sine igne, germinare sine terrâ, quidquid vult, quia in seipso concludit perfectionem omnium istarum rerum à se conditarum, & cùm plerumque ipsarum utitur obsequio, bonitatis hoc est, non necessitatis. Quàm grande igitur prodigium hoc est, quòd amet aliquid extra se, & ita tamen est: *DEUS dilexit.* Unum invenitur isto majus portentum, quod illud? Quòd tu, cùm nihil boni in te habeas, sed totum in DEO, nihilominus nescias amare DEUM, solum ames teipsum.

2. Considera, quòd *DEUS dilexit, & dilexit mundum*, genus, inquam, humanum. Vide nunc, an istud sit admiratione dignum. Constat quosdam aliquando deperîsse res oppidò heterochitas, volucres, canes, equos, serpentes. Ex his fuit, qui deperiret truncum Platani. Sed isti demum etiam ab his rebus accepêre quoddam genus obsequii, quoddam adminiculum, quandam beneficii speciem. DEUS verò quid unquam ab homine accepit? aut quid se acceprurum speraret? An gloriam suam? At ille etiam sine istâ non minùs beatus extitit ab omnibus retrò seculis. Imò amavit humanum genus nonsolùm absque ullo merito antecedente, sed etiam cum plurimâ offensâ consequente, quia prævidebat majorem partem sibi fore ingratam. Et tamen id obstare non potuit, quin ejus amor æqualiter omnes complecteretur. *Dilexit mundum*, non *aliquos in mundo*, sed *mundum*. Et quamvis peculiari quodam modo prædestinatos amet: *Jacob dilexi*: quorum comparatione dicitur odisse reprobos: *Esau autem odio habui.*

bui. Absolutè tamen amat omnes charitate prorsus paternâ, quæ causa fuit, cur ejus Filius, Sol Justitiæ, nasceretur tam bonis quàm malis, & pluvia cælestis doctrinæ suæ se diffunderet, super justos & peccatores. Ecce igitur, ut in isto vocabulo *Mundum*, continetur prima mensura, quam agnovit Apostolus in amore Divino, quæ est *Latitudo*, & extenditur ad amandos etiam indignos, etiam ingratos. An ista quoque est mensura amoris tui, dum nec illum quidem amas, qui adeò te amavit?

3. Considera non dici *Diligit*, sed *Dilexit*. Quia Amor DEI erga hominem non habuit principium, sed ab æterno extitit. Solus effectus amoris principium habuit. Ceterùm non ignoras, quamdiu sit, ex quo Dominus te amat. Ex quo scilicet se ipsum amat. Porrò sicut hic amor initium non habuit, sic nec ex parte suâ finem habebit per omnem æternitatem. *Misericordia Domini ab æterno, & usque in æternum semper timentes eum.* Imò eò usque porrigitur hujus constantia amoris, ut, quando etiam culpâ nostrâ vinculum rumpitur ejus amicitiæ, quæ inter nos & ipsum intercedit, ille semper firmissimus persistat infinitâ suâ charitate desiderando, ut illam denuo reparemus. *Nunquam excidit.* 1. Cor. 13. Omni momento promptus est, ut nos denuo in gratiam admittat, quasi rebus nostris indigeat. Sufficit petere veniam, mox obliviscitur injuriarum, quas fecimus. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego suscipiam te.* Est an Domini in se perfectissimus. Non periculum, ne aliquando finiatur quia idem ipse est, qui principio ruit. Est Amor DEO insitus. *Dilexit.* Igitur *diligit*, igitur *diligit* igitur, quantum in se est, nunquam deficiet. *Ego DEUS, & non mut* Et ecce! quomodo hæ voces *DEI dilexit*, alteram aperiunt mensuram quam agnovit Apostolus in Amo Domini, quæ est *Longitudo.* An eadem est mensura amoris tui, qui non pot vel uno die eum amare, qui te totâ æternitate dilexit?

4. Considera, quòd Dominus non solùm *dilexit mundum*, verùm *sic dilexit, ut Filium suum unigenitum daret.* Nota in illo *sic* vehementiam amoris quæ Dominum rapuit ad excessum deò stupendum. Quis ille fuit? donorum excellentia. Aut fortè parùm tibi videtur, quòd *Filium suum unigenitum daret? Filium*, non subditum non servum, non hominem, qualis es, imò nec Angelum, Archangelum, aut Seraphinum, sed *Filium*, & *Filium suum*, hoc est, Filium non ab aliis acceptum, quales sunt illi filii, quos nonnunquam ajunt homines se donare DEO, sed verius reddunt, *Filium*, cui aliis titulis *suum.* Ne dicam, quòd inter homines alia est Patrum, alia Filiorum substantia. Si Abraham dabat Filium, qui esset suus, non ideirco dedit filium, qui esset ipse. At in DEO fieri aliter non potuit. Debebat necessariò dare filium, qui esset ipse, si filium dare vellet non adoptivum, sed natu-

naturalem, qui esset suus, *filium suum*: quia filius Divinus non est à Patre diversus quoad naturam, sed quoad personam tantùm. Et tamen iste filius fuit unigenitus, *Unigenitum*. Si de pluribus, quos haberet, dedisset unum, etiam majorem, non fuisset adeò mirandum. At dare Unigenitum, hoc est, quod capi nequit. Facilè credi potest, cùm dederit maximum, quod dari possit, non negâsse, quod est minus. Imò dando Christum, quid non dedit, quod dari nobis possit? *Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Rom. 3. Donavit, quidquid respectu nostri est ordinis superioris, ad fruendum, uti sunt Divinæ Personæ. Donavit, quidquid est ordinis quasi æqualis, ad convivendum, uti sunt Angelicæ Hierarchiæ. Donavit, quidquid est ordinis inferioris, ad utendum, uti sunt res ceteræ creatæ, quarum dispositio pendet à Christo illarum Domino. Quis igitur non videt illum omnia donâsse, cùm Christum nobis tradidit? Jam tempus illud advenit, in quo *Nihil deest timentibus eum*. Et ecce! ut in his vocibus *Filium suum unigenitum*, includitur tertia mensura, quam agnovit Apostolus in Amore Divino, quæ fuit *Sublimitas*. An ista quoque mensura est amoris tui, dum adeò parùm elevaris? Non potes illi vel minimum dare satisfactionis vilissimæ, qui tibi tantum exhibuit favoris. *In sublime erigere, & esto gloriosus*. Job. 49. 5.

5. Considera postremum vocabulum *daret*, quo demonstratur, quousq; se demiserit hic amor, nempe ut daret hunc Unigenitum. Non ait, ut donaret, sed ut *daret*. Gemma summi pretij donari potest etiam vilissimæ personæ, quin ideo vilescat: At dari non potest, quin vilescat, pro re nihili, dari pro pomo, dari pro panis frustulo. Et tamen DEUS cur dedit proprium filium? ut hominem haberet. *Ut servum redimeres, filium tradidisti*. Si dedisset, ut glorioſus inter homines regnaret, ut tributa acciperet, ut de hostibus triumpharet; abunde fuisset. At dedisse, ut pro salute hominum in Cruce moreretur, O rem stupendam! nonne hoc est deprimere filium, ut exalteret servum, quasi supra conditionem filij? Ita profectò, ut nos essemus capaces Naturæ Divinæ, istam demisit ad vilitatem Humanæ. Hinc est, ut, quoties in scripturis fit mentio de dando Christo, non usurpetur vox Doni, sicut cùm de Spiritu sancto sermo est, sed quasi contractûs, & permutationis reciprocæ. *Redemptionem misit populo suo. Pro nobis tradidit. Pro nobis tradetur. Venit, ut daret animam suam redemptionem pro multis*. Qui videtur demissionis ultimus terminus, ad quem pertingere possit DEUS tam bonus omnia donare reliqua filio excepto: de hoc autem protestari, quòd det, quasi ad lucrum faciendum. *Expedit, ut unus moriatur homo pro populo*. Et ecce! ut denique hac postrema voce *daret* nobis indicatur quarta di-

mensio

mensio, quam pariter agnovit Apostolus in Amore Domini scilicet *Profundum*. An hæc mensura etiam reperitur in tuo, dum adeò superbis, etiam postquam vidisti ista humiliatis in tuo Domino portenta?

6. Considera pro ultimo admirabilitatis complemento, omnem hunc amorem, qui adeò omnem modum supergressus est, in DEO tamen summè rationabilem fuisse. Sed quare? quia omnino Amor DEI est. *DEVS dilexit*. Est supèr omnem rationem, super omnem legem, & est amor, qui equidem fundamentum habet, sed non nisi in bonitate infinitâ. *Diligam eos spontaneè*. Os. 14. Aliud responderi nequit, quod saltem plenè satisfaciat. Unde dicitur nos non posse comprehendendo assequi, qualis sit, sed sequi tantùm. *Sequor autem, si quomodo comprehendam*. Phil. 3. Soli sancti comprehendunt, qui illum jam in cœlo clarè cognoscunt. Et ideo fideles hortabatur Apostolus se disponere, ut etiam ipsi possent quando fieri participes tam beatis. *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum*. Eph. 3.

Cetertùm donec velut noctuæ gamur circa terram, quomodo segmur tam luculenta vestigia, quæ sunt Divini Solis? *Forsitan vestigia DEI comprehendes*, dicebat Job, *usque ad perfectum Omnipotentem superies? Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terrâ mensura ejus, & latior mari*. c. 11. 7. Quæ sunt ipsæ quatuor dimensiones à nobis expensæ in Amore Divino juxta lumen nobis subministratum è grandibus Christi verbis: *Sic DEVS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*. Quæ per omnem vitam non sine gustu perpetuo licebit meditari.

XXVI.

Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam his, à quibus colitur, accipit benedictionem à DEO: proferens autem spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cujus consumatio in combustionem. Hebr. 6. 7.

1. COnsidera terribilem differentiam, quæ inter Terram & Terram intercedit. Utraque accipit easdem de cœlo gratias, sed non eodem modo utraque respondet, & sic una est benedicta, altera reproba. Idem est inter duas animas discrimen, quibus cùm æqualia de Cœlo beneficia præstentur, inæqualiter tamen beneficijs respondent. Age, examina paulisper, utrum in te reperias signa illius, quæ est benedicta, an alterius, quæ est reproba. Non enim media inventur.

2. Con-

2. Considera, imprimis, quemadmodum universim omnis terra, quamcunque sit fertilis, non potest ex se germinare vel tenue gramen, absque beneficio irrigationis, sic eandem esse humanæ animæ conditionem. Sit aptissima per naturam ad faciendum bonum, hoc illi non sufficit, opus est gratiâ Divinâ? *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Ps. 84. 13. O si denique hanc caperes veritatem, non dico, modo quodam speculativo, sed practico; beatum te! Tunc enimverò omnino tibi diffideres, & ore hiante ad modum terræ in calore æstivo DEO dicetes: *Anima mea sicut terra sine aquâ tibi.*

3. Considera nunc parùm, quoties cœlum hunc imbrem dederit super animam tuam, longè scilicet copiosum magis, quàm tot alijs, quæ nascebantur, ubi major est raritas auxiliorum spiritualium. Verum est hanc pluviam, si rite consideres, aliam sonoram, aliam tacitam extitisse. Tacita sunt inspirationes internæ, quæ descendunt, *sicut pluvia in vellus.* Sonora sunt prædicationes, consilia, incitamenta, & correctiones, quibus DEUS exteriùs voluntatem suam tibi aperuit. Qualiscunque sit, quantò major illa fuit, quàm quæ innumeris contingere potuit. Dici potest Dominus super te *Effudisse imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt.* Job 36. Adeò illa fuit copiosa.

4. Considera, hanc ipsam pluviam, qualiscunque sit, pariter ex alto lapsam, *super te*, quia idem semper DEUS extitit, qui *mandavit nubibus desuper.* Ipse fuit, qui linguam movit illi Oratori sacro, illi Parocho, illi conscientiæ arbitro, fecitque singulari quodam modo, ut aptè tibi loquerentur. Nunc considera tantisper, quomodo responderis. An produxisti herbam, quæ desiderabatur, herbam utilem, gratam, salubrem, opportunam, qualis est illa operum bonorum? si ita est, potes solari te ipsum, quia ipse Dominus ex alto tibi benedixit, hoc est, præmium tibi præparavit in Paradiso, ut illis, quibus dictum est: *In hoc vocati estis, ut benedictionem hereditare possitis.* Nempe prout præparavit electis. At si loco talis herbæ solùm produxisti *spinas & tribulos*, hoc vult, peccata, licet aliqua minora, significata per spinas, alia majora significata per tribulos, miserum te! O quantum tibi supplicium imminet!

5. Considera formidabiles loquendi modos, qui de terrâ ejusmodi usurpantur. Tres sunt, qui continent ejus reprobationem, condemnationem, & punitionem.

I. Itaque dicitur esse *reproba*, seu æterno tremendóque offensi Numinis decreto reprobata; quia unum è certioribus signis reprobationis est, sæpe recipere auxilia operandi bene, & his tamen non uti.

II. Dicitur *Maledicto proxima*, id est, proxima accipiendæ sententiæ damnationis æternæ, quia DEUS admodum diu tolerare non solet ingratitudinem,

dinem, qualis est ista, celeriter vindicare necesse est.

III. Dicitur *ejus consumasio* futura *in combustionem*, castiganda scilicet igne infernali : hæc est enim pœna proportionata terræ tantùm in herbas malignas fecundæ, concrematio per ignem.

3. Considera, quanto igitur studio curandum sit, ut respondeas innumeris favoribus, quos DEUS supra te continuò depluit, ut ad bene agend te extimulet. Eóque magis, quia ra grata *accipit benedictionem à* D etiam alio sensu, quatenus illum vet ad eam quotidianis influxibus gis irrigandam, facítque, *ut mal cet locupletare eam.* Ps. 64. 9. contrario ingrata illum movet ad spendendum omnem fluxum gra tum, facítque, ut jam non aqu sed flammas pluat.

XXVII.

In omnibus operibus tuis præcellens esto. Eccl. 33. 23.

1. COnsidera ad id denique reduci omnem perfectionem tuam, ut facias, quæ sunt propria ejus Instituti, muneris, & gradûs, in quo DEUS te posuit, sed in omnibus facias excellenter. *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Tu te finis nimio inflammari desiderio illarum actionum, quæ ad te non pertinent, & credis, si fores in illo alio statu, etiam te facturum res eximias, res præclaras, & ad insignem perventurum sanctitatem. Sed quis hoc tibi dixit ? superbia tua. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere.* Prov. 23. 5. Quia pro eo, ut alienas consequaris divitias, proprias amittes, à quibus interim oculos erigis. Qualia sunt illa opera, quæ DEUS certò à te requirit ? sunt opera officij tui. Donec statuas in his, *in operibus tuis*, omnem tuam consumere diligentiam, illa alia etsi tam excelsa, ad quæ aspiras, non te facient sanctum, sed potiùs vel inquietum, deceptum.

2. Considera sanctitatem non consistere in eo, ut facias opera excellentia, sed ut facias excellenter. Ubi ait : *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Vides sanctitatem non in operibus quæri sed in operante. Sint ista opera ignobilia, quæ tractas, sint trivialia, sint tenuia, ne dubites, subsicient ad sanctitatem, modò fiant ad perfectione summâ, quæ ipsis convenire possit. Qualia demum fortitudinis exempla dedit celebris illa Mulier fortis appellata ? Fortè in aciem processit ut Debora ad prosternendos agmatorum exercitus ? Sisaram aliquem confixit cum Jachele ; aut cum Judetha Holofernem jugulavit ? si ritè ponderes, omnia ejus præclarè gesta finiunt in tractandâ colo : *Digiti ejus apprehenderunt fusum* : in lanâ & lino procurandis, in lampade per noctem

animandâ: *Lucerna ejus non extinguetur in nocte.* Et hoc tamen satis erat ad conferendam illi sanctitatem. Officium suum bene fecit, aut, ut melius loquar, fecit cum excellentiâ.

3. Considera hanc excellentiam non posse obtineri solo modo externo, qui in agendo servatur, etsi perfecto; opus est interno. Et ideo ad operandum excellenter procurare necesse est summam rectitudinem intentionis, dirigendo, quidquid facis, semper ad DEUM, ad majus placitum DEI, ad majorem gloriam DEI, infra hunc scopus alius nunquam designandus est. Omnes creati sumus propter DEUM: hic est finis noster: & idcirco, cùm itur contra hunc finem, opera fiunt iniqua. Si non itur ad hunc finem, opera fiunt inutilia. Num aliquando in magno navigio es versatus tempore malaciæ? videris tunc navigantes vario occupari ludo, ad tædium pellendum. Quodsi tamen ex his quæras, quid faciant, omnes respondent: tempus perdimus. Quid ita? an non ludunt, cantant, confabulantur, piscantur? Ita sanè: sed tempus perdit, qui non semper ad finem tendit. Finis autem navigantis non est piscari, confabulari, cantare, sed ad portum tendere. O quantum sæpe temporis perdidisti in tot operibus à te factis, quia non omnia semper ad DEUM direxisti. Ea feciſti propter alios fines si non criminosos, saltem humanos. *Opera eorum opera inutilia.* Is. 59. 6.

4. Considera, cùm hoc modo actionem tuam direxisti, nondum esse aquiescendum. *Præcellens esto.* Ut excellentiorem reddas, unire oportet, sed cui? similibus operibus, quæ JESUS fecit. Ista profectò sunt, quæ illi dare pretium possunt. Nam quidquid demum per te agis: *omnes justitiæ tuæ quasi pannus menstruatæ.* Quantumcunque, de proprijs circumdes vestimentis, semper apparebis coram DEO non modò pannosus, sed & sordidus. Quid igitur facies? Comparebis sub pulchris JESU Christi indumentis. *Induimini Dominum JESUM Christum.* Non est JESUS ut Esau, quem malè habuit, quòd Jacob ejus se tunicâ vestiret. Summè hinc lætatur. Et tu interim quasi furtivè benedictionem rapis longè majorem illâ, quæ tibi contingeret. Nam ut primum Cælestis Pater per te senserit *Vestimentorum illius fragrantiam*, quæ adeò pura est, adeò perfecta, *sicut odor agri pleni*, aliud non spectat, brachijs collum stringit, tibi blanditur, te complectitur, & ob voluptatem, quam hinc capit, ut primogenitum te tractat, id est, longè magis te locupletat, quàm per te ipsum merebaris, *gratificat in dilecto filio suo.* Eph. 1. 6. O inventionem mirabilem innocenter sibi conciliandi ex alieno pretium!

5. Considera, unitâ in hunc modum actione, ulterius procedendum: *Præcellens esto.* Dilatandus est animus desiderio longè plus faciendi pro DEO, quàm sit illud modicum, quod facis. Si peccator aliquis ad ejus pedes compunctus adducitur, de-

sidera posse eundem in modum adducere universos. Si sudorem spargis, desidera posse spargere etiam cruorem. Si quid molestiæ toleras, etiam conculcari desidera. *Longos fac funiculos tuos.* Is. 54. 1. Nescis, quàm bonus sit Dominus noster? aliter facit quàm homines solent: voluntatem perinde ut opus remuneratur. Hinc est, quòd ultimi operarij, qui horâ undecimâ venerunt ad vineam, æqualem primis mercedem acceperint, quia, etsi tantùm non laborârunt, laborare tamen desiderabant, & idcirco ut primi summo manè suis instructi ligonibus in foro publico comparuerunt, præstolantes, qui conduceret. Itaque cùm res tibi sit cum Domino tam bono, noli quasi vile conchylium in testâ suâ, concludi angustijs ejus simplicis actionis, quam exerces, sed affectu dilata. *Dilata locum tentorij tui.* Is. 54. 2. Tantò enim erit capacior meriti. Nisi plus merearis, quàm juxta proprtionem operis, quod facis, parùm admodum mereberis. Oportet simul desiderijs juvari: sicut enim ista nihil prosunt, quando interim opera omittis: ita his adjuncta plurimum conducunt. *Eandem habentes remunerationem*, quasi eadem faceretis opera, quæ ego facio, *Dilatamini & vos.* Ita Apostolus suis Corinthijs dicebat. 2. Cor. 6. 13.

6. Considera etiam dilatatâ sic actione nondum esse aquiescendum, sed ulteriùs promovendum gradum. *Præcellens esto.* Hoc fiet, si DEO commendes hanc ipsam actionem, ut ad exitum perducatur absque de- vanitatis, aut impatientiæ, inco- derationis, aut tædij. Quis exp- quantopere inimicus semper exc- insidiando omni bono, quod a- Unde debes in rebus omnibus fi- num implorare auxilium. Id, q- tanto studio fuit commendatum antiquis Eremi cultoribus: semper cum ferre linguâ verba illa: *DEU- adjutorium meum intende.* Ne- illi unquam te fore molestum tam- miliari recursu: imò non potera- majorem creare gustum. An te illum esse amantem, & ardenti affe- tibi copulari? Est autem proprium fictim amantis, velle habere par- in omni opere amati, omnibus se- scere, in omnia ingerere, & ejus- gotia non aliter ac propria tracta- suscipere. Itaque si gustum dare- tantopere amanti, omnia, quæ a- in ipsum exonera. Dic, ut q- eorum gerat curam, te enim nihil p- se nisi plenum defectibus. *Dom- ad adjuvandum me festina. Dom- ad adjuvandum me respice. Adju- me nullum aliud auxilium habentem te Domine.*

7. Considera, si *in omnibus operib- tuis* hæc quatuor præstabis, dirigendo uniendo, dilatando, commendand- eo modo, quo diximus, illa te cu- omni excellentiâ facturum: *Præc- lens eris*: quia plures actus, quàm quatuor, non videntur posse æqualit- convenire in quacunque actione, *omnibus.* An omnes isti in omnib- conveniant, eas perquirendo, quæ a-

re spectant, cognoscere licebit. Verum est initio videri posse difficile hos actus crebrò exercere. Aliter senties, si observes non tam intellectûs quàm cordis hoc opus esse. Istud est, quod desiderat Dominus: *Quis est iste, qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi?* Jer. 20. Non ait, *qui applicet intellectum*, sed *qui applicet cor*. Quodsi fortè nondum satis est animi, præterea fac in hunc modum. Manè consurgens actus istos generatim efforma complectendo, quidquid eo die facturus es. Interdiu deinde per intervalla hos renova, sed magis sigillatim, cùm certa opera, ea saltem, quæ plus momenti habent, sunt peragenda. Et sic, quoad potes, *in operibus tuis præcellens esto*, ea faciendo exteriùs cum accuratione, interiùs cum eminentiâ charitatis, quæ superet vulgarem, hoc enim est *præcellere*, & supra turbam assurgere.

XXVIII.

Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, in requie opulentâ. Isa. 32. 18.

1. COnsidera istum beatum populum, de quo disseritur hoc loco, non posse quendam esse populum, qualis est imperfectorum, sed valde spiritualem, valde sanctum, *populum peculiarem*, quia ponitur, opus illi non esse, stare toto die in arenâ laborioši certaminis, dum mox adjungitur: *Sedebit populus meus &c.* Sed qui sunt isti, quibus ea sors contingit? pauci profectò. Sunt illi soli, qui suis cupiditatibus dominantur. Ceteri nequeunt sedere, sed necesse est eos semper stare in armis. Proinde ut intelligas raram felicitatem illius, qui cùm diu animosè certaverit, denique hoc sui dominium consequitur, vide, qualis illa futura sit sessio: *Sedebit in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentâ.*

2. Considera, qui suis edomandis affectibus satis viriliter advigilavit, sessurũ per reliquum vitæ suæ spatium ut plurimũ *in pulchritudine pacis*, quia Pax aliud non est, ut ait S. Augustinus, quàm *tranquillitas ordinis*, unde etiam vides perturbationem ordinis esse destructionem pacis. Jam verò, quàm bellus est ordo, quo fruitur Justus antea descriptus. Est ordinatus cum proximo, quia statim cedit voluntati alienæ, non invidet, non præsumit, non litigat, non persequitur, non ambit, & potest in pace vivere etiam cum his, qui bellum amant: *Cùm his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Is. 119. Est ordinatus in se ipso, quia appetitus subjicitur rationi, & sic fruitur pulcherrimâ pace conscientiæ: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Nec experitur curas solicitas, imò furias volantatis inordinatæ. Est ordinatus cum DEO, quia illi in omnibus semper subjicitur, & sic fruitur eo

genere pacis altioris, quæ superare dicitur omnem delectationem humanam : *Pax DEI, quæ exuperat omnem sensum.* Et cùm non ampliùs patiatur mentis perturbationes saltem noxiales, illo feliciter frui potest in otio beatæ contemplationis. Verum est, ordinis seriem esse diversam ab illâ, quam descripsi, quia prima est pax, quam justus habet cum DEO. Ex hac redundat altera, quam habet in se ipso. Et ab istâ nascitur tertia, quam cum omni suo proximo servare potest. O te beatum, si te aliquando cupido incesseret pacis tam decoræ! An non vides quàm sit pulchra? *Sedebit populus in pulchritudine pacis.*

3. Considera, ut hic ipse justus, quum vivens sederit *in pulchritudine pacis*, sedebit moriens *in tabernaculis fiduciæ.* Non erit tunc turbatus, anxius, solicitus, prout impijs accidit, sed erit quietus, *sedebit.* In quo? in se ipso? nequaquam. *In tabernaculis fiduciæ.* In plagis, inquam, Domini sui: quia fiduciam suam non collocat in bonis, quæ fecit, sed in cruciatibus, quos pro illo Christus sustinuit. Ita est, nisi fiat speciali DEI favore, ad ultimum usque vitæ terminum nunquam securum se putabit, ut idcirco non dicatur *in tabernaculis securitatis*, sed *in tabernaculis fiduciæ.* Sentiet tamen confidentiam tantò majorem in Domino, quantò major extitit timor, quo Patrem reverebatur in vitâ, quia scit se à Patre tam bono non deserendum in necessitate majore. Et quia major ista necessitas provenit à vehementi assultu, quem tunc tentat infernus, ipse suis tabernaculis non egredietur, sed *sedebit in tabernaculis.* Non confliget cum Tartaro, sed contemnet, & solùm debit invocare Dominum, ut in sacris vulneribus ipsum protegat, cur Columba, quæ non prodit ad ghandum cum accipitre in aëre pertum, sed in cavernis abditur, qu ille nequit penetrare, & ita serva *Columba mea in foraminibus petræ.*

4. Considera, ut idem Justus, po quam moriens sedit *in tabernacul ducia*, *sedebit* post mortem *in re opulentâ*, qualis erit, quâ perfruet in gloriâ Paradisi. Enimverò erit requies, & requies verè *opulenta.* Qu est requies? non aliud nisi à motu c satio. Talis vel non invenitur in rê, vel non est *opulenta*: quia tempo ralia bona non satisfaciunt, spiritua satisfaciunt quidem, sed non omnin cùm hîc non detur nisi ad mensuram, & ideò superest semper, quod anima desideret, qui tamen in cœlo non tantùm ad satisfactionem, sed ad satietatem implebitur: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Ps. 16. 15. Satiabitur quoad memoriam, quæ immensâ DEO adeò delectabili, eum semper præsentem possidebit. Satiabitur quoad intellectum, qui in DEO omnia videbit, omnia intelliget, omnia discet, nec jam obscuritati nedum ignorantiæ subjacebit. Satiabitur quoad voluntatem, quæ plena DEO per amorem adeò complacebit de beatitudine, quam in ipso considerat, ut futura sit quasi propria, & sic habebit, quantum

tum volet, quia totum illud volet, quo DEUS perfruitur. Satiabitur quoad exercitium virtutum, quia omnes in perfecto gradu exercebit, si aliquas excipias viatoribus proprias, quæ quia tristitiâ vel timore miscentur, exilio relinquuntur. Exercebitur Charitas, exercebitur Obedientia, Humilitas, Religio, & præ omnibus continua Gratitudo, nunquam cessatura à laudibus Divinis. Satiabitur bonis, quæ videbit etiam corpori communicari per Claritatem, quæ illud reddet adeò formosum; per Agilitatem, quæ illud efficiet adeò promptũ: per Impassibilitatem, quæ illud eximet ab omni corruptione: per Subtilitatem, quæ ad spiritualem quandam conditionem extollet, faciendo scilicet, ut instar spiritûs operetur. Satiabitur omni genere satietatis, quæ possit sensibus præstari. Satiabitur in Visu ob perpetuam contemplationem rerum, quæ non tantùm sint pulcherrimæ, elegantissimæ, splendidissimæ, sed in perpetuitate suâ semper novæ. Satiabitur in Auditu ob harmoniæ suavitatem, quæ undique resonabit. Satiabitur in Odoratu ob fragrantiam, quam spirabunt gloriosa corpora sanctorum, imprimis autem Christi, circa quod omnes congregabuntur ut Aquilæ, sed non viles, ut nostræ, quæ solis cadaveribus delectantur. Satiabitur in Gustu ob illud Cæleste Manna, quod longè magis quàm terrestre continebit omnium copiam saporum. Satiabitur in Tactu ob voluptatem illi propriam sed defæcatam, quæ oblivionem omnium pariet dolorum, quos quondam exantlavit: Satiabitur in conversatione, quam habebit cum tantâ multitudine spirituum Angelicorum, & beatorum Cælitum, quorum discursus affectu, prudentiâ, pietate, spiritu, & suavitate erunt pleni. Denique satiabitur illo genere satietatis, quæ inest ipsi DEO, quia sicut DEUS extra se re nullâ indiget, ita Beatus extra se re nullâ indigebit, quia in se habebit DEUM cum summâ securitate illum nunquam amittendi. Hæc est requies opulenta, quæ nascitur ex rerum omnium abundantiâ.

5. Considera, si pertingere velis ad hunc statum, oportere, ut sis de illo populo, quem hoc loco Dominus modo tam singulari suum appellavit: *sedebit populus meus &c.* Ut adeò nolis amplius esse tuus, sed DEI solius. Cura, quantum potes, illi fidele servitium præstare, nec affectare, ut sedeas ante tempus. Si pacem in vitâ cupis, necesse est, ut pacem bellum præcedat, & ideo per mortificationem tui affectus omnes bene subigas. *Opus justitiæ pax.* Is. 32. 11. Si vis in morte fiduciam, necesse est, ut fiduciam nunc timor præcedat, & idcirco solicitè caveas illius offensam, à quo tunc defendendus es, sed ipsum pro viribus tibi concilies ejus sæpe recordando, illi sæpe te commendando. *Timenti Dominum bene erit in extremis.* Eccl. 1. Si desideras requiem post mortem, necesse est, ut requiem nunc præcedat labor, ita ut te impendas DEO, te con-

consumas pro DEO, & parùm cures humana levamenta, donec *dicat tibi spiritus*, non corpus, *ut requiescas laboribus tuis*. Apoc. 14. 13.

XXIX.

Confundetur Israël in voluntate suâ. Os. 10. 6.

1. COnsidera, quis sit præcipuus finis, quare tanta hominum multitudo etiam spiritualium adeò sit propensa ad faciendam suam voluntatem. Sperat in ipsâ invenire quietem. Et tamen omnin ooppositum contingit. *Confundetur Israël in voluntate suâ.* Si quid est, quod te confundere & perturbare possit, est propriam sequi voluntatem. Quamdiu illam sequeris, nullam invenies quietem. Semper dubitabis, an sit melius hoc modo agere, an alio, conversari cum proximo, an amare solitudinem, dormire, an vigilare, jejunare, an comedere, & quò amplius de hoc cogitas, eò magis te senties confusum. Itaque si velis vivere quietè, statue non vivere arbitrio tuo, sed te subdere provido directori, qui gubernet.

2. Considera, sic agere duos litigantes admodum sagaces, qui nunquam possunt finire causam. Stare decernunt sententiâ alicujus arbitri, qui ipsos amicè componat, itaque finem imponat liti. *Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius.* Ita dicebant semper inter se disceptantes amici Job. c. 24. 4. Caro & Spiritus sunt duæ partes vehementissimè litigantes: *sibi invicem adversantur.* Gal. 5. Prò quàm aptè suæ quisque causæ patrocinari potest. Dicit spiritus, convenire, ut majora præstentur pœnitentiæ opera, quia ita sancti fecerunt, quia gravia sunt delicta, quæ cupiditates indomitæ, quia non est peræ pretium in hoc mundo degere, nisi ut patiaris: atque ita *spiritus concupiscit adversus carnem.* Opponit caro, quia aucto pœnitentiæ regi non poterit proximo auxilium dare, quod dandum foret, & sic *caro concupiscit adversus spiritum.* Litigent, quantum volunt, nunquam fiet, ut partes inter se conveniant, nisi compromittant. *Judicium eligamus nobis*, dicere oportet, *& inter nos videamus, quid sit melius.*

3. Considera, quod diximus, habere locum in quocunq; homine, quantuscunque magnus sit, doctus, illuminatus, intelligens, contemplativus. Si suum ductum sequi velit, confundetur. *Confundetur Israël in voluntate suâ.* Quid ita? Si sermo esset de Ephraim, qui fuit simplex, perversus, seductus, *non habens cor*, posset forsan intelligi. At Israël! & tamen sic dicit. Ipsemet Israël, *videns DEVM*, homo tam sublimis, tam sanctus, etiam ipse confundetur. Ut scias, si etiam electus esses ad excelsæ contemplationis donum, ad extases, ad revelationes, ad visiones, ita ut familiarissimè loquereris cum DEO, instar Pauli jam raptus ad tertium cœlum, in re nullâ proprium

prium sequi sensum decet. Etiam tibi standum est alicujus Ananiæ sententiâ: *Dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Act. 9. 7. Hæc est praxis personarum DEO dilectarum. Quamvis jam in alto gradu constitutæ, quamvis provectæ, prudentes, aptissimæ alienos tractandi spiritus, suum aliorum regimini permittunt, sicut olim tyrones faciebant. Audi, quod de Esthere scribitur, quæ in Regiâ typus fuit animæ excelsæ: *Quicquid Mardochæus præcipiebat, observabat Esther: & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat.* cap. 2. 20.

4. Considera felicitatem illius, qui per Religionis ingressum perpetuæ obedientiæ se consecravit, quia jam extra omnem confusionem est. Superiores sunt, qui pervigilare debent, *quasi rationem pro anima ipsius reddituri.* Ipse dormire potest quietissimè sub ipsis in re omni, in quâ non manifestè cernitur peccatum. Non ipsi, sed aliis de ipso reddenda ratio, modò obediat. Cæterùm sive parum agat pœnitentiæ, sive multum, studeat, vel psallat, concionetur, vel contempletur, culinæ vel cathedræ attendat, securus est semper id se facturum, quod tunc gratius est DEO, etsi eodem tempore ipse luderet, quo alii acriter se diverberarent. Nonne hæc est quies verè admiranda? & ita tamen est: *Qui custodit præceptum, non experitur quidquam mali.* Eccles. 8. 5.

5. Considera alterum finem, ob quem amavit homines suam facere voluntatem, esse, ut obtineant non quietem tantùm sed gloriam. Quasi semper ab alieno pendere nutu res sit vilis, grandis verò propriæ obsequi voluntati. Et tamen contrarium prorsus accidit. Si tuam feceris voluntatem, non modò gloriâ carebis, sed habebis confusionem. *Confundetur Israël in voluntate suâ.* Dominum pessimè habet, quòd homines nimium propriis obsecundent voluntatibus, quia videt eas similes equis ferocibus, qui in præceps trahunt. Proinde quid agit? his illorum equis crura frangit ita, ut, qui insidet, dum maximè fervet cursus; fœdè prostratus humi intuentium risui se exponat. Tu incredibili curâ illam ambis cathedram, illam Ecclesiam, illam stationem, & nescis, quid etiam humanitus accidere tibi possit. Speras hinc gloriam consequi, promotionem tui, vel æstimationem parere: & si DEUS te amet, oppositum continget. Depressionem reperies; quia nimis tibi noxium foret, si tua consilia plerumque felicem exitum sortirentur. Ita tuæ adhæresceres voluntati, ut denique damnationem incurreres. Quid igitur facere oportet? illis te permittere gubernandum, ad quos spectat. *Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis.* Heb. 13. 7. *Obedite* promptitudine operis, *subjacete* subjectione intellectûs, quæ in eo consistit, ut persuasum habeas id semper esse melius, quod præcipitur.

Exemplum Jonæ considera. Semper credidisset melius sibi fore in sinu navis, quàm ventre piscis. Et tamen se-

eus accidit. In sinu navis, quia ultro se immisit, *invenit navim*, quietis loco passus est tempestatem, & pro gloriâ probrum tulit. An levis tibi ignominia videtur, quòd sortes reum esse prodiderint ejus agitationis, quâ movebatur Oceanus? è contrario in ventre piscis quiete fruebatur, quia non ipse se immisit, in sinu piscis gloriam consecutus est. Fruebatur quiete, quia, ut vides, decantare hymnos potuit. Consecutus est gloriam, quia monstrum illud, dum in arenam evomuit, tantum illi authoritatis conciliavit, ut primâ concione sanctificaret Nin peccatricem. Summam igitur habe obedientiæ virtuti, nec du quisquis suum sequitur ductum, fusum iri. *Confundetur Israël lantare suâ.* Quis autem nunq confundetur? solus obediens: *diverint, & observaverint, comple dies suos in bono, & annos suos in gl* Job. 36. 11. *Complebunt dies suos no*, quia vivent quietissimi, *comple annos suos in glorià*, quia morie glorioſi.

XXX.

Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes er verunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. 1. Tim 6. 10.

1. COnsidera, alio modo truncum arboris, & alio radicem esse principium fructuum. Totidem fructus dat truncus, quot radix, sed ista hoc habet insuper, quòd illos nutriat. Ecce nunc discrimen, quod est superbiam inter, & avaritiam, de quâ solâ hoc loco Apostolus loquitur, cupiditatem vocans, vel ut clariùs exprimitur in textu suo originali, Philargiriâ, seu amorem pecuniæ: Superbia etiam ipsa parit cuncta hæc mala, quæ ab Avaritiâ generantur: sed avaritia præterea nutrit. Atque ita ubi superbia dicitur *Initium omnis peccati*, Avaritia etiam *Radix* appellatur. Si homines non tantâ aviditate congererent, & cumularent opes, an credis tantas fore vires superbiæ? Considera superbe sed egenum. Non potest diu fer re omne illud malum, ad quod sup bus locuples pertingit, imò nec esse re quidem. Et idcirco videtur sup bia, si per se spectetur, potiùs esse pr cipium malorum ordine intentionis quia primum, quod vult homo, propria excellentia, & sic esse qu stirps seu truncus arboris. *Initium omnis peccati superbia est.* Avaritia verò esse potiùs principium malorum ordine executionis (hæc enim est pr ma, quæ homini vires subministra procurandi excellentiam cupitam, interveniente pecuniâ, quæ omnia po test) & sic etiam esse Radix. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Deinde

pot

non dicitur esse Radix omnium malorum, quòd omnia in omnibus pariat, sed quia parere illa potest, & reipsâ plurima semper parit. Quo sensu etiam superbia dicitur stirps fœcunda malorum. Arbor non semper profert omnes fructus, quos potest. Sed quid inde? nonne statim extirpatam illam ejicis ex horto, quæ nonnisi pestilentem profert? itaque ne mireris avaritiam nondum omnes in re produxisse fructus suos pessimos. Producet illos quamprimùm. Non audis dicentem Apostolum? *Radix est.*

2. Considera, quomodo compendio dicturus avaritiam non solùm posse generare, sed reipsâ generâsse pessimos quosque fructus, dicat Apostolus, produxisse infidelitatem. Radix omnium malorum est cupiditas (vel dicamus *Amor pecuniæ*) quam quidam appetentes erraverunt à fide: ubi pro majore claritate notandum relativum *quam* non referri ad cupiditatem, sed ad pecuniam, quæ in contextu latino non exprimitur, sed intelligitur: Hæc enim est, quæ appetitur. Potuit dicere Apostolus avaritiam generare duritiẽ cordis erga pauperes, generare violentias, fallacias, fraudes, proditiones, sed satis ipsi fuit dicere, demum esse causam infidelitatis: Vide, quomodo, etiam in ipso intellectu. Multi fuerunt, qui metu tormentorũ negârunt fidem. Sed malum non fuit intellectûs, quem perverterit, fuit voluntatis, quam perterruit, & debilitavit: prout accidit in S. Petro. At avaritia amplius aliquid quocunque metu potest; quia facit, ut non tantùm in voluntute, sed in intellectu sit malum. Et ideo non ait Apostolus, *quam quidam appetentes negaverunt fidem*, sed *erraverunt à fide*. Et ratio est, quia fides Christiana nimis quantum adversatur votis cupidorum. Et ideo cùm ferre non possint acerbos conscientiæ remorsus, sensim falsò sibi persuadent, non adeò esse certa, quæ de rebus vitæ alterius sparguntur. *Venite, & fruamur bonis, quæ nunc sunt.* Unde tam grandis fiducia? *Non est, qui agnitus sit reversus ab inferis.* Sap. 2. Nec istud tantùm, sed sicut omni modo laborant sustinere malè parta tanquam primum principium, cùm in favorem suum non reperiunt doctrinas sanas, vertunt se ad conquirendas laxas, malè fundatas, infideles, & ita afficiuntur errori, ut non solùm amplectantur, sed etiam adorent. *Commutaverunt veritatem DEI in mendacium, & coluerunt.* Rom. 1. 25.

Nunc vide paulùm, an sit consentaneum rationi, hujus maledictæ cupiditatis pati dominium. Adeò pervertet intellectum, ut etiam fidem tollat. En! quo denique prolabantur isti insatiabiles amatores pecuniæ, ad cultum idolorum. *Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent.* Os. 8. 4. Sed ne putes solùm esse Idololatras, sunt schismatici, sunt hæretici, sunt Hebræi, sunt Turcæ, sunt demum, quidquid voles, quia amor pecuniæ facit, ut illi sectæ fœderentur, quæ rationi statûs plus utilitatis allatura videtur. Et sic patet re-

verâ nullam certam fidem eos profiteri, sed errare incertos de fide in fidem, prout eorum rebus commodare videtur. *Secundùm multitudinem fructûs sui multiplicaverunt altaria.* Os. 10. 1. Atque hoc est, quod Emphasi majore dicere volebat Apostolus, cùm ait: *Erraverunt à fide.* Vult dicere: *Erraverunt à fide in fidem*, & sic potiùs Athei habentur.

3. Considera, quomodo non dicat Apostolus: *Habentes pecuniam erraverunt à fide*, sed *Appetentes.* Quia is, qui habet, & non appetit, non eò pertinget mali. Pertinget autem, qui appetit, etsi non habeat, ut illam consequatur. Non est igitur malum in possessione pecuniæ, hinc enim aliqui magnum hauserunt profectum, sed in cupiditate illius. *Nihil est iniquius quàm amare pecuniam.* Eccl. 10. 10. Ait *Amare.* Non ait *Habere.* Attamen bene nota, illos, qui è pecuniâ fructum perceperunt, non percepisse, dum servârunt pecuniam, sed cùm eam liberaliter dispensârunt pauperibus, templis, cœnobiis, quando, inquam, jam habere desierunt. Quin imò scisne quis inde fructum tulerit non modò magnum, sed maximum? qui eâ conculcatâ omnia reliquit pro DEO. Ut adeò videas, dum penes te est pecunia, eam nullâ ratione prodesse. Plus mali conferre potest quàm boni, quia, ut desint alia, à te obtinere potest, ut ames. Tunc multum boni tibi conferet, cùm illius parte aliquâ pro DEO te privas, uti faciunt eleemosynarii, liberales, sanctè magnifici. Tunc etiam plurimum conferet, cùm [illegible] Deo illa omnino te spolias, uti faci[illegible] divites, qui in Religione DEO se[illegible] secrant. Unde etiam constat, [illegible] mum honorem assidendi Christo [illegible] Judicio non promitti divitibus, qu[illegible] pum suarum magnam partem per[illegible] tervalla rebus sacris impendunt, [illegible] qui pro ipso totum relinquunt. *DE[illegible] potentes non abjicit, cùm & ipse sit pot[illegible] sed non salvat impios, & judicium pa[illegible] peribus tribuit.* Job. 36. 5.

4. Considera, ut etiam cesser[illegible] lum, quod amor pecuniæ multis [illegible] sequacibus affert quoad intellectu[illegible] tollendo fidem, adhuc alia esse innu[illegible] mera, quæ quotidie in voluntate pro[illegible] ducit. Et ideo dicit Apostolus de hi[illegible] miseris: *Inseruerunt se doloribus mul[illegible] tis. Dolor* in sacris paginis gemitum habet significationem. Aliquando significat malum culpæ. *Dimitte, u[illegible] plangam paululum dolorem meum.* Job. 10. 20. Eò quòd sancti non reperiant in mundo majorem dolorem quàm lapsûs sui. Aliàs significat malum pœnæ. *Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.* Job. 6. 10. Quocunque sensu accipias, isti miserabiles amatores pecuniæ *inseruerunt se doloribus multis.* Nam quoad peccata, non tantùm in illa incidunt, sed *inserunt se*, illaqueant, implicant, ut sese extricare non possint, sed malitiæ mori damnati, quàm fideliter reddere debita. Et hæc est ratio, cur dicat Apostolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationẽ, & in laqueũ Diaboli.* 1. Tim. 6. Pecunia illi, qui nondum

dum habet, fit tentatio, ad illam malis artibus acquirendam. Illi verò, qui malè acquisivit, fit laqueus, quia Satanas eo vincit & ligat, ne unquam amplius perdat. *Qui aurum diligit, non justificabitur.* Eccl. 31. 5. Quoad pœnas, cui dubium esse potest, quin isti infelices semper *se inserant doloribus multis*? O quàm densæ sunt spinæ, in quas oculis tenus se induunt! Spinæ sunt labores, quos tolerant in colligendâ pecuniâ. Spinæ sunt timores, quos experiuntur in illâ servandâ. Spinæ sunt tormenta, quibus cruciantur, si perdant. Unde meritò dici de iis potest: *Seminant dolores, & metunt eos.* Job. 4. *Seminant dolores*, quatenus hi innuunt malum culpæ, & metunt eos, quatenus significant malum pœnæ, in quod illi vertuntur. Et hi tamen utinam cum hac vitâ finiantur. Supersunt dolores alterius vitæ, quibus pariter ultro *se inserunt*. Quippe si dixisset Christus: *Beati divites, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum*, non immeritò queri possent, si salute exciderent, quia ista in illorum potestate non esset. At cùm disertè dixerit: *Beati pauperes*; de nemine queri possunt, nisi de se ipsis, quia facilè fieri poterant pauperes, & nolebant. Tu interea quid dicis? an æquum tibi videtur, ut in corde tuo illi præbeas locum, qui alios fructus non germinat, nisi dolorum?

5. Considera, si fortè iniquâ sorte jam præbuisti locum, omnem adhibendum possibilem conatum, ut inde tollas. Conatum dico, quia hîc non sufficit quicunque vulgaris labor. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Quando negotium nobis est cum sensu, cum invidiâ, irâ, & aliis ejusmodi affectibus, negotium est cum ramis arboris, & ideo multo opus est sudore, ut frangas; quia rami sunt arboris, sed malignæ. Denique tamen perfringuntur. Quando negotium est cum superbiâ, negari nequit laborandum magis, ut dejicias, quia negotium est cum trunco arboris. Sed tandem repetitis ictibus securis etiam ista, velit, nolit, prosternitur. At quando cum avaritiâ negotium est, venitur ad radicem arboris, & ideò, ô quanto tunc opus est nisu brachiorum, ut eradices, quanta convulsione, concussione, sudore & utinam ista demum sufficiant. Vides igitur, non esse existimandum vinci posse hunc amorem pecuniæ nisi per multos actus contrarios, nisi vi magnæ applicationis, animositatis, & orationis multiplicis. Hic est affectus vehementissimus omnium. Neque mirum esse debet: quia affectus ceteri omnes tendunt ad singulare bonum, sensus ad illicia carnis, invidia ad depressionem æmuli, Ira ad dejectionem inimici, Superbia ad amplius quoddã bonum, quale est exaltatio sui, tendit nihilominus ipsa quoque ad unum solum bonum. At amor habendi ad bonum tendit, quod censetur cuncta bona complecti, quale est Pecunia. *Pecunia obediunt omnia.* Qui multum habet pecuniæ, videtur sibi summâ facilitate posse consequi promotionem sui, dejectionem inimici, depressionem,

nem æmuli, illecebras carnis etiam magis concupitas. Atque ita qui pecuniam amat, videtur sibi amare bonum, quod æquivaleat infinito, & quod consequens est, illud amat infinitè. *Avarus non implebitur pecuniâ.* Eccl. 5. 9. Si dicas te non agnoscere in te ipso affectum tam fœdum, hactenus à nobis execratum, solerter attende, quia metuo, ne illum fortè non cognoscas. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Luxuria, Invidia, Ira frondes sunt, citò cognoscuntur. Superbia truncus est, facilius agnoscitur. At avaritia radix est, quid mirum, si nescias, quousque se porrigat? Humo tegitur, ô quantis sub prætextibus necessitatis, convenientiæ, caritatis, majoris gloriæ Divinæ penetrat maledictus amor habendi in corda plurimorum, ut illic lateat. An non vides, ut fibras suas insinuet ipsis Religiosis, qui tamen reliquerunt fructum? Erit Ecclesiastes, qui è suggesto avaritiam fulminet quasi Hydram mille capitum. Et faxit DEus ut non procuraverit suggestum eius dem avaritiæ instinctu. Necesse g tur est subtili examine rimari te ipsu quia avaritia profundè jacet. C rùm fieri potest, ut tu majore affec adhæreas tuo tenui peculio, quàm lius pingui & splendidæ hæredit Unde nisi ex pulvere nutritur serpe & tamen illum non minori appeti fectu, quàm tu panis edulium. *Es penti pulvis panis ejus.* Is. 65. 25. C portet igitur ut assuescas experime tum capere in illis reculis tuis, qu juxta statum tuum ad te pertinent, d nare libenter, alienare vel expende libenter, eleemosynas, quoad pot libenter pauperculis erogare. Si deris te ista plùs quàm libentè face bonum erit indicium. At si in cord difficultatem persentiscas, noli tibi dulari. Non erunt in te per Deigr tiam fructus illi pestiferi, quos cre avaritia, quia parum habet, unde m triatur. An credis etiam abesse radic

XXXI.

Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arcta buntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prov. 4. 11.

1. COnsidera, quæ sint istæ semitæ æquitatis, per quas DEUS te ducere pollicetur. Sunt Evangelica consilia. Ejus mandata vocantur *Viæ*. Consilia *Semitæ*, juxta illud: *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Viæ magis sunt notæ, minùs semitæ. Et ideo ad illas sufficit, ut quis tibi digito demonstret. *Demonstra mihi.* Ad istas opus est aliquo, qui diligenter doceat: *Edoce me.* Itaque à DEO pete etiam de his bene instrui, ut ad sequendum movere possint, si fuerit ad ejus gloriam.

2. Con-

2. Considera primam rationem, quare Consilia Evangelica *semitæ* vocentur, quæ est, quia viæ sunt arctiores, quàm illæ mandatorum. Noli propterea despondere animum, quia tantùm arctæ sunt in principio, ceterùm *cùm ingressus fueris*, eâ facilitate ambulabis, quâ incedi solet per latas: *Non arctabuntur gressus tui.* Qui enim sunt passus animæ? sunt affectus. His DEO propinquas. Isti cùm cœperint inflammari, semper cupient angustias majores, plus puritatis, plus paupertatis, plus obedientiæ, unde temporis progressu tam celeriter procedet, ut etiam currat. Passus animæ longè sunt diversi à passibus corporis. Isti longiore motu denique langueſcunt: illi adeò non langueſcunt, ut etiam majorem accipiant vigorem, ideo dicitur: *Curvens non habebis offendiculum*; quia qui in servitio divino lentè procedit, sæpe offendit, sæpe impingit, sæpe etiam cadit; qui currit, securissimus ambulat. Quia cursus iste aliud non est nisi magnus DEI amor. Qui multum amat, difficultatem non sentit. Unde nota non dici: *non erit offendiculum*, sed *non habebis*. Quia in Religione difficultates etiam graves aliquando non desunt, sed quia multũ diligitur, perinde habetur, ac si non essent, *Nõ habebis*.

3. Considera alteram rationem, ob quam Consilia Evangelica mandatis comparata *semitæ* vocantur, quæ est, quia sunt viæ minùs tritæ ab hominibus. Attamen nec istud quidem te terrere debet, sed animare potiùs, quia nõsti Paradisum esse pauciorum, non plurium. *Pauci inveniunt.* Sunt equidem, qui Consilia Evangelica profitentur, pauciores numero, sed æstimatione magis conspicui, scientiâ, sapientiâ, cœli favoribus longè ceteris præferendi. Vide, ut in ipso seculo viæ perfectæ in quocunque genere, à paucioribus teruntur. Pauciores sunt Theologi, quàm Canonum periti, pauciores Architecti, quàm operarij, pauciores artifices, quàm mechanici. Deinde quis non videt, semitas ob id ipsum viis publicis esse meliores, quia à paucioribus frequentantur? Sic tu potes feliciùs progredi: *Non arctabuntur gressus tui.* Non habes tot humanos respectus, tot remoras, tot considerationes, uti cùm turba te impellit exemplo malo, vel certè multi distrahunt, divertunt, & ad sistendum gradum invitant. Ita cernis, quantumvis religiosi pauciores sint numero, habitâ proportione plures tamen esse, qui cœlum adeunt. Sanctos considera, quos frequenter audis solenni ritu cœlitibus adscribi, videbis sinè comparatione plures è numero religiosorum extitisse. Quia quantumvis Religiosi obligentur præ aliis respondere DEO ob majus donum, quod à DEO acceperunt (secundùm illud; *Cui plus datum est, plus requiretur ab eo.*) reverà magis etiam respondent. Nunquam notâsti, quod toties audisti è sacro recitari Evangelio? quis fuit ille servus, qui nihil negotiatus Domini expectationem fefellit? an ille fuit, qui talenta multa accepit? Nequaquam. Sed qui unum solum accepit.

4. Considera tertiam rationem, ob quam denique Evangelica Consilia man-

mandatorum respectu *Semitæ* vocantur, & est, quia sunt quasi compendia viarum, quæ calle brevissimo ad cœlum ducunt. Sed nec istud quidem ullum tibi metum incutere debet, quasi id inde sit, quia, ut putant nonnulli, mortem tibi accelerant. Non est ita. Non est mortificatio, quæ accelerat mortem, sunt injustitiæ, sunt crapulæ, carnis voluptates, inimicitiæ, ambitiones, temeritates, aliáque tot mala, quæ status Religiosus procul habet. *Stimulus autem mortis peccatum est.* Nosti, cur consilia dicantur viarum compendia, quibus itur ad cœlum? quia viæ sunt naturâ suâ rectissimæ. Vivere faciunt perfectione majore, quia Domino non solos fructus offers, sed arborem, & ita liber impedimento vadis *currens per viam compendii.* 2. Reg. 18. 25. quin habeas amplius curas illas solicitas, quas gignit administratio facultatum, aut familiæ regimen, aut tui ipsius gubernatio, quæ DEO consecras tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ nuncupando. Et dum faciunt, ut majore perfectione vivas, consequenter ad cœlum majore celeritate transmittunt, quia purgatorii pœnas faciunt breviores. Quamvis illa brevitas etiam aliunde provenit, ab operibus pœnitentiæ illi statui propriis, ab Indulgentiis maximis, à mutuâ communicatione bonorum, ab auxiliis, à suffragiis, à conditione illius actûs, qui DEO vota solennia nuncupat, & Martyrio comparatur. Atque adeò per has vias, quocunque spectes, *non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum*, quia saltem multum tolletur ejus impedimenti quod etiam post mortem motam cœlum iter. Et hoc est, quodim debat Apostolus iis verbis: *Festi mus ingredi in illam requiem.* Mult faciamus boni, quia sic velociùs ten mus sursù, minùs differetur ingres

5. Considera has semitas, seu v istas magis arctas, solitarias, compe diosas, quæ sunt proprietates consti entes semitam, æquitatis appella *Ducam te per semitas æquitatis.* q per illas incedere non est obligatio sed æquitatis tantùm, id est, rectitu nis, convenientiæ, congruentiæ. D minus non te adstringit ad Consilia vangelica, ad ea solùm hortatur. Po rò an non vides, quàm sit convenie ut illa amplectaris: conveniens, qu ad te, conveniens, quoad DEUM. Quoad te, quia animæ tuæ utilitat affers maximam, quam quidem affer non est debiti. Sed quid inde? A fer illam, si non ob aliud, ex charita saltem. *Miserere animæ tuæ.* Quan do contentus es præceptis, illi debe tum præstas. Quando consilia am plecteris, misericordiam exerces. Si animæ non misereris, cujus de mum misereberis? Quoad DEUM, quia quid rationi consentaneum ma gis, quàm ut illi totum te reddas, qu se tibi sine exceptione totum donavit totum verò dare non potes nisi in Re ligione. Extra Religionē illi donas usû tui, in Religione etiâ proprietatē. *Mi serere* igitur *animæ tuæ, placens DEO.* Eccl. 30. 24. Quia tantò amplius pla cebis Deo, quantò plus erga te non so lùm debiti sed misericordiæ exercebis.

APRILIS.

I.

Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Rom. 15.

CONsidera, quàm singulare beneficium DEUS nobis præstiterit, relicto thesauro tam pretioso, tam inexhausto, qualis est ille Divinarum Scripturarũ. Fuerunt istæ citra medium ab ipso ore proprio dictatæ; & idcirco scripturæ appellãtur non compositiones: *Quæcunque scripta sunt*, non *Quæcunque composita sunt*. quia Prophetis non erat opus labore vel studio, quemadmodum aliis sanctis, cùm libros conscriberent; sed scribebant solùm, quòd illis paulatim dictabatur, & totum statim intelligebant. Et uti Dictator erat felicissimus, ita illis tantummodo laborandum, ut dictantem acquirerentur. Et hoc est, ad quod David videtur allusisse, cùm dixit: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Ps. 44. Jam verò omnes istæ scripturæ Divinæ, de quibus loquimur, tam pretiosæ, *quæcunque scripta sunt*, ordinantur ad profectum nostrum, *ad nostram doctrinam scripta sunt*. Quia non alia DEO fuit dandi necessitas, nisi ad instructionem nostram. Et ideo vide, quantùm obligeris ad reddendas illi gratias pro instructione tam copiosâ, tam solidâ, & fundatâ, qualis illa est, quam ex ejus ore hausisti. Hic dicere profectò convenit: *In doctrinis glorificate Dominum.* Is. 25. 15.

2. Considera omnem doctrinam, ut sit perfecta, debere esse utilem, utilem intellectui, & utilem voluntati, & talis est doctrina, quam tu reperis in scripturis divinis: *Ego Dominus DEUS tuus docens te utilia.* Isa. 44. 17. Est utilis intellectui, quia, ubi Doctrina est speculativa, verum docet, & falsum impugnat. Est etiam utilis voluntati, quia, ubi doctrina est practica, abstrahit à malo, & inducit ad bonum. Idcirco dicitur: *Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum.* 2. Tim. 3. Hoc est, *utilis est ad docendum & ad arguendum*, in quantum est speculativa, *utilis est ad corripiendum & ad erudiendum*, in quantum est practica, *ad corripiendum* de malo, *ad erudiendum* in bono. O quàm perfecta igitur est hæc doc-

 tri-

ctrina, quam DEUS tibi dedit! certè tantò magis crescere in te debet affectus gratitudinis, quantò vides esse verius, *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*, neque scripta ad dandam nobis doctrinam qualemcunque, sed dignam DEO, hoc est, perfectam. Miseros illos omnes, qui non solùm talem doctrinam aspernantur, sed etiã dedignantur. *Loquentem perfectè abominati sunt.* Amos 5. 10.

3. Considera finem primarium dandi nobis instructionem tam perfectam, qualis in Divinis scripturis continetur, fuisse, ut excitaret languorem nostrum circa consecutionem felicitatis æternæ, quæ est finis ultimus, ad quem sumus conditi. Quia æterna felicitas, ut cernis, bonum est maximum, sed & arduum, & idcirco sæpe spem amittimus illam consequendi. Quantum enim ejus magnitudo allicit, tantum arduitas absterret. Quid igitur fecit Dominus? scripturas suas tam speculativas quàm practicas ita disposuit, ut omnes tendant ad tribuendam nobis ejus arduitatis victoriam duabus rebus: dando scilicet mirifica præcepta & exempla patientiæ, & dando pariter mirifica præcepta & exempla consolationis, quam affert patientia. Incredibile est, quantùm hæc duo nos juvent ad superandam arduitatem, quam habet consecutio beatitudinis æternæ, atque adeò ad augendam spem. Et his, si rite perpendas, plenæ sunt scripturæ. Unde dicitur: *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum*, hoc est, per patientiam, de qua legitur in scripturis, & per consolationem, de quâ legitur in scripturis, *spem habeamus.* O si vel uno die propositum tibi foret ponderare præcepta, exempla tam mira, quæ sacræ pagi nobis repræsentant in utroque genere tam patientiæ, quàm consolationis, beatum te! Tantum repentè lumen accederet intellectui, tantus vigor voluntati, ut nulla unquam difficultas posset absterrere. Ego non possum hoc loco illa tibi memorare, cùm ea innumera. Potes, si velis, illa ipse colligere, quia scripturæ non sunt hortus conclusus, sed campus patens, ubi quacunque itur, colliguntur flores.

4. Considera scripturas sacras istâ patientiâ, & consolatione non solùm agere, ut diximus, sed easdem etiam infundere. Unde cùm dicitur *per patientiam scripturarum, & per consolationem scripturarum*, non solùm verborum sensus est, *de quâ legitur in scripturis.* Sed etiam, *quæ infunditur in scripturis.* Quia DEI verba connexa sunt operi, & idcirco vim habent stupendam non solùm imprimendi, sed & infundendi, quod volunt. Proponunt tibi patientiam, de quâ dicimus, proponunt consolationem, & eodem tempore ita illam tibi instillant, ut mireris subitam tui metamorphosin. Hinc dicebatur de Christo: *In potestate erat sermo ejus.* Luc. 4. 32. Non solùm, quia ipse semper ex se loquebatur, ex suo spiritu, suo sensu, & non ut antiqui Prophetæ, qui idem tidem repetebant: *Hæc dicit Dominus.*

Sed

Sed etiam quia in loquendo habebat tam raram Emphasim, tam stupendam energiam, tam insolitam efficaciam, ut totum statim obtineret, quod volebat. Vix dixerat Matthæo quantumvis mille laqueis illigato fœnori & amori pecuniæ: *sequere me*, & mox habuit instar pueruli sequacem. Jam verò isti similis est potestas scripturarum, si eâ, quâ decet, dispositione legantur. Infundunt, quod volunt. Atque ita in proposito nostro infundunt patientiam, infundunt consolationem. Patientiam infundunt, efficiendo, ut voluntas, quæ primò à patiendo abhorrebat, jam incipiat amare. Consolationem infundunt, efficiendo, ut intellectus, qui primò totus erat obnubilatus, serenetur, & magnâ claritate cognoscat, verum hominis bonum in hac terrâ demum aliud non esse, quàm pati pro DEO. *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Jac. 1. 2. Scio equidem etiam alios libros bonos aliquando parere similem effectum, sed modo valde diverso. Quia nunquam vel tantâ celeritate, vel tantâ profunditate hoc præstant. At sermo Divinus ô quantum penetrat! *Vivus est sermo DEI, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Heb. 4. 12. Vivus est, quia etsi fortè non operetur, potest tamen operari: at efficax est, quia etiam operatur. Et talis est sermo Divinus, *Vivus & efficax.* Ecce! quàm sit efficax: *Penetrabilior est omni gladio ancipiti.* Quid est instar gladij penetrare, nisi transire simul & cum summâ celeritate, & cum summâ profunditate; Hoc ille facit. Si porrò scire velis, quare comparetur *gladio ancipiti*; ob id ipsum fit, quod dicebam, quia simul duas victorias reportat, unâ acie vincit intellectum, alterâ voluntatem, atque ita subitò totum redigit in potestatem.

5. Considera, quàm sit æquum, ut his positis te impendas lectioni scripturarum, saltem quoad illam partem, cujus pro conditione statûs es capax. Verum est, quòd lectio scripturarum non debeat esse, qualis est illa aliorum librorum, sed potiùs attenta quædam meditatio. Hoc enim obsequium convenit illi Domino, qui in illis ore proprio loquitur. Unde non invenies S. Davidem unquam usurpâsse solum lectionis nomen, sed potiùs *meditationis. Legem tuam meditatus sum. Meditabar in mandatis tuis. Meditabor in justificationibus tuis. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Ps. 118. Hoc nî fiat, alio modo non potest obtineri fructus, qui quæritur. Quia profundissima sunt DEI verba: profundè erui oportet: *Beati, qui scrutantur testimonia ejus.* Ps. 118. 2. Non dicit, *qui legunt*, sed qui *scrutantur*: quia ad detegendas auri venas non sufficit aratro leviter obire terram, necesse est ligonibus interiora viscera penetrare. Neque despondeas animum, si initio non assequeris: quia etiam Eunuchus Reginæ Candacis non intellexit primò, quod iterum iterúmque in curru suo legebat ex Prophetâ Isa-

Isaiâ: *Putásne intelligis, quæ legis?* Act. 8. 30. Quia tamen agebat miser ex parte suâ, quidquid poterat, perlegendo scripturas, etsi non intelligeret, DEUS modum reperit explicandi. Idem tibi continget. Imò etsi nullum habeas Philippum, ut Eunuchus habuit, interpretem, nihil refert. *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Job 32. 8. Supplebit Dominus per inspirationes internas, prout fecisse vides in tot simplicissimis puellis, quæ monasterio suo conclusæ cœlesti dono mirificè profecerunt ex illis verbis Divinis, quæ à nemine unquam exponi audierunt. Sint igitur verba illa gratus cibus, nec dies prætereat, quo non ex his aliquid rumineris. Ista tibi sensim tollent gustum inutilium librorum. *Quid enim paleis ad triticum? dicit Dominus.* Jer. 23. 28. à vanâ conversatione abstrahent, afficient ad orationem, alienabunt ab otio, linguam reformabunt, subministrando pijssimorum [illegible] num materiam, & super omnes cunctis difficultatibus, quæ in vita [illegible] rituali occurrunt, promptum tibi [illegible] xilium suppeditabunt, ita ut [illegible] patientiam, sensus consolationem prout senserunt nobiles illi Machabæi, qui afflicti, detelicti, depressi, vexati nihilominus nullâ se re hujus mundi indigere gloriabantur: *Nec cum nullo horum indigeremus*, & quam ob causam? solùm quia satis habebant solatij in scripturis Divinis, quæ illorum manus quamvis armis occupatæ continuò volvebant: *Habemus solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.* 1. Mac. 12. 9. Nec est quod mireris. Quoniam iste præcipuus finis est, ad quem dixi Divinas scripturas ordinari. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus.*

II.

In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. Eccl. 7. 40.

1. CONsidera, quanti in hoc misero mundo faciendum sit nunquam lethaliter peccare. Hoc illud donum est, pro quo obtinendo sancti tot precibus Cœlum fatigârunt. Et tamen fidei doctrina est hoc ipsum donum, si velis, in tuâ esse potestate. Sufficit, ut statuas non tui corporis facere lanienam, sed sequi facile hoc documentum, quod tibi sapiens subministrat, nempe in omnibus operibus meminisse novissimorum, quæ adeò tibi sunt nota. *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua.* Quod si facias; ecce quid promittat: *in æternum non peccabis.* Si æternùm viveres, æternùm quoque à peccatis immunem te conservares. Quæ igitur tua demen-

tia

tria est illorum oblivisci? an fortè requiri putas, ut semper ijs meditandis ijs immersus? *Meditare.* Nihil minùs: Id enim non tam facile tibi foret *in omnibus operibus.* Id, quod exigitur, est, ut saltem memineris: *Memorare*, postquam scilicet subinde, ut par est, jam fuisti meditatus.

2. Considera mortem primum esse Novissimorum: sed tantum abest, ut ejus cogitatio pro fræno fuerit ad quasdam animas retrahendas à culpâ, ut etiam stimula verit ad illam perpetrandam. *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur*: aiebant illi impij, cùm recordarentur mortem jam jam sibi imminere. Et tamen quam inde sumpserunt consequentiam? non aliam, quàm genio indulgendi. *Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creaturâ tanquam in juventute celeriter.* Sap. 2. quoniam isti stultè sibi persuaserunt omnia cum morte finiri. *Cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër.* ib. Ecce! igitur rationem, quare sapiens non dicat: *Memorare novissimum tuum*; sed *novissima tua.* Quia, si velis cogitationem mortis esse tibi proficuam, necesse est meminisse, morti durum succedere Judicium. *Statutum est hominibus semel mori, & post hoc Judicium.* Heb. 9. 27. Nec istud tantùm, sed cum Judicio connecti sententiam tremendam supplicij vel præmij æterni. *Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.* Mat. 25. 46. In hoc versatur vis tam præstantis antidoti. Negari nequit singulis inesse virtutem magnam, at vim suam maximam non exerunt nisi unita: *Memorare novissima tua.*

3. Considera, unde vis tanta nascatur. Inde scilicet, quòd, dum prævalent virtutes illæ quatuor, quas Cardinales appellamus, Prudentia, Justitia, Temperantia, Fortitudo, nunquam futurum sit periculum, ut peccet, cùm virtutes istæ ordinent totum hominem. Prudentia ordinat rationem, ut rite deliberet. Justitia ordinat voluntatem, ut in executione non erret. Temperantia ordinat Concupiscibilem, ut spernat dulcedinem vitij. Fortitudo ordinat Irascibilem, ut superet difficultatem virtutis. Jam verò si res ulla efficere potest, ut quatuor istæ perfectiones tam nobiles in te dominentur, id efficiet memoria quatuor Novissimorum, quæ diximus. Quia memoria mortis dissipat fumum ambitionis & superbiæ, quæ potissimum Intellectum offuscant, atque ita Prudentiam tribuit. Memoria Judicij statuit ante oculos rigidissimum Judicem, qui rationes tuas omnes discutiet, & ita dat tibi Justitiam. Memoria Inferni reprimit concupiscentiam earum voluptatum, quæ aliquando vertantur in pœnas tam graves, & sic Temperantiam excitat. Memoria Paradisi minuit apprehensionem malorum, quibus tanta succedunt gaudia, & sic Fortitudinem largitur. Rebus ita constitutis, quî fieri potest, ut

pecces? *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.*

4. Considera his non obstantibus videri falsum esse, quod spondet Ecclesiasticus. Quot enim sunt, qui etiam crebrò novissima cogitant, & de illis nunc discurrunt in templis, nunc disputant in Scholis: nunc ea artificiosè vel in tenerâ membranâ, vel in duro marmore repræsentant, & tamen non omnes idcirco sanctè vivunt? Quodsi tamen ista diligentiùs perpendas, illico videbis eos de his rebus tantùm agere in abstracto, ut loquimur. Unde tibi non solùm dicitur: *Memorare novissima*, sed *novissima tua*. Ne pecces, opus est semper refricare tibi memoriam, te esse illum, qui brevissimo tempore sis arctandus illo mortuali lectulo, illâ sandapilâ, illo tumulo, illo receptaculo vermium: ad te pertinere illud judicium tremendum: tibi parari illa supplicia, si tentationi cedas, ea præmia, si resistas. Diversam vim habent hæc ipsa in alijs considerata, & applicata sibi. Ad hæc, quis non videt considerationem istam non debere esse speculativam, sed practicam? ideo dicitur *in operibus*. Quid juvat habere novissima eleganter in parietibus cubiculi, in codicibus, aut sermonibus tuis descripta? Istæ imagines inanimes, oportet habere animatas *in operibus tuis*.

5. Considera, unde sit, quòd hoc Antidotum sapientis tam facile à tam paucis usurpetur. Ratio est, quia videtur peracerbum remedium. Sed non est tale; imò progressu temporis suavissimum est. Quia verum quidem est cogitationes de vitâ alterâ videri molestas, videri tristes, sed non sunt. Hæ enim, ut audis, sunt cogitationes quæ ad servandam conscientiæ puritatem præ alijs conducunt: *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Et idcirco etiam istæ afferunt illud exquisitum gaudium, quod non est oculorum, neque aurium vel alterius sensûs, sed cordis, & consequenter est omnium maximum. *Non est oblectamentum super gaudium cordis.* Eccl. 30. 16. Unde idem Ecclesiasticus, cùm dixisset: *ne dederis in tristitiâ cor tuum, sed repelle eam à te.* Mox adjunxit: *& memento novissimorum.* c. 38. 21. Quasi cogitare novissima certissimum foret medium removendi ab humano corde illa nubila, quæ ejus serenitatem maximè perturbant, hoc est, peccata.

III.

Convertimini, sicut in profundum recesseratis, filij Israël. Is. 31. 6.

Considera, si nôsse cupias, quæ sit norma Conversionis perfectæ, eam hoc loco monstrari. Oportet tantundem appropinquare DEO, quantum ab eo recessisti. *Convertimini, sicut in profundum recesseratis fi-*

Ijs Israël. Videtur ista non esse justa regula, quia deceret facere multò amplius ad placandum DEUM, quàm fecisti ad illum irritandum. Sed eccè! quàm in hoc erga te benignus sit DEUS. Placabitur, si facias tantundem. Quid aio, placabitur? te amplexabitur, tibi blandietur, tantum tibi præstabit boni, quantum vel ipse desiderare pores. An vis id clarè cognoscere? vide, è quo statu te vocet. è profundo. Si ergo, dum ad talem statum redactus es, *in profundum*, ille de te cogitat, te requirit, solatur, invitat, adeò ut affectu tenero dicere non dubitet: *Convertimini*: quasi indigens tui. Quid facturum credis, cùm suis te brachijs amplectetur? O quàm te habebit acceptum! non continget jam tibi versari in profundo, sed potiùs peccatis, quæ perpetrâsti. *Projiciet in profundum maris omnia peccata vestra.* Mich. 7. 19. Et tali vocationi non respondebis?

2. Considera aliud esse peccando à DEO recedere, & aliud recedere in profundum. Recedit, quisquis graviter delinquit. Recedit in profundum, qui non solùm graviter sed profundè peccat: *Profundè peccaverunt, sicut in diebus Gabaa.* Os. 9. 9. Quid est profundè peccare? est cum deliberatione peccare, ordiri, texere, machinari malum, studere malo, uti fecerunt infames illi Gabaonitæ, qui de industriâ expectabant, donec Levita, de quo sermo est 19. Judicum, accumberet ad mensam, & tunc subitò circumdantes domum, ut evadere non posset, compulerunt ad exponendam eorum libidini uxorem. Hoc est genus pessimum peccati. Hoc enim est apertâ fronte cernere & velle malum, nec velle tantùm, sed ita illi patrando dare operam, ut felicem exitum sortiatur in contemptum Domini, qui tantopere detestatur. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Ps. 35. 5. Jam verò qui ita processit, reversus ad DEUM quid aget, ut debito suo faciat satis? Debet tantundem adhibere studij, in cogitando modo fidelis servitij, quantum adhibuit in excogitando modo offensæ. Ne dicas te orationem omittere, quòd modum ignores illam faciendi: quòd nescias, quæ devotionis exercitia sint usurpanda, cùm missæ sacrificio assistis; quæ dispositio præmittenda, cùm sanctissimis sacramentis appropinquas. Si nescis, applicare, ut discas. *In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad DEVM, & ad homines semper*, ait Apostolus Actor. 24. 16. non ait *Curo*, sed ait, *studeo*, & quidem *semper*. Non vides, quantum studij impenderis circa malum? tantundem nunc impende circa bonum. *Convertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israël.*

3. Considera sub hoc profundo meditatæ iniquitatis adhuc aliud esse profundum majus, ejus contemptum. Quia, postquam aliquis peccaverit eo modo fœdissimo, quo diximus, nihili facit. *Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Prov. 18. 3. Et ideo istud est profundum, quo quis

quis difficillimè emergit, quia non tantùm ponitur voluntas perversa, ut in primo accidit, sed & intellectus. Quodsi tamen aliquis gratiam impetret emergendi, instar Lazari de sepulcro, & redeundi ad DEUM, quid aget, ut illi respondeat? exiguam habebit rationem boni, quod agit, sicut habuit mali, quod patravit, & ideirco nunquam faciet sibi satis. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus.* Luc. 17. 10. Sed multi non agunt hoc modo. Priùs nihili faciebant tot fraudes, crapulas, libidines, aliáque hujus generis probra: & postea, cùm resipiscunt, si hebdomadatim semel se flagellaverint, persuadent sibi se facere prodigia sanctitatis. *Convertimi, sicut in profundum recessistis, filij Israel.*

4. Considera peccatorem non facere finem eundi deorsum, donec inveniat, non solùm dico, profundum malitiæ, sed etiam Centrum. *Descenderunt in profundum quasi lapis.* Exod. 14. 15. Et quodnam istud est barathrum tam funestum? Non solùm est machinari peccatum, non solum contemnere, sed etiam de illo gloriari. *Gloriati sunt, qui oderunt me.* Ps. 73. 6. Qui in hoc profundum decidit, dici potest venisse *in profundissimum infernum.* Job. 17. 16. quia, si glorietur peccato, ut etiam inter virtutes numeret necesse est: unde non habet tantùm perversum intellectum, sed corruptum, quia ad modum infidelis operatur. Infideles sunt, qui gloriam vocant, quod JESUS Christus confusionem appellat: *Quorum gloria confusione ipsorum.* Phil. 3. 19. Et tamen est, quod facere non verentur tot homines, qui Christiani censentur, sed eatenus, ut reddantur inexcusabiles, dum instar infidelium vivunt. Igitur DEUS tam copiosus, imò & [illegible] ves in misericordiâ uni horum gratia largiatur ex hoc tanto barathro [illegible] ctandi; quid aget, ut DEO se gratum præstet? animosè superabit humanum respectus, nec satis illi erit esse penitentem, sed volet etiam apparere, gloriam suam collocando in abjectione sui, mansuetudine, mortificatione, lacrymis, uti quondam in impietate collocabat. Hoc agere non est gratuitum sed debitum, ut satisfaciatur solùm pro gravissimâ injuriâ, quæ DEO intulit ejus offensâ: gloriandi sed etiam pro scandalo, quod promodo dedit. *Convertimini, sicut in profundum recessistis, filij Israel.*

5. Considera, cùm ista profunda adeò sint luctuosa, videri fieri non posse, ut in ea tot incidant Christiani. Si tamen non incidant solùm, sed incidunt, quia volunt. Et ut intelligas hoc esse verum, nota vocem adeò illi miseris probrosam: *Recessistis.* quia nemo impellere illos potuit, ut iretis in præceps à DEO, sed eò ultrò concesserunt. Unde non dicitur: *Lapsistis, cecidistis, corruistis*, sed *recessistis.* Quæ vox significat de industriâ abeuntem: *Quasi de industria recesserunt ab eo.* Job 34. 27. Et fortè non erant homines alicujus conscientiæ, sapientiæ, spiritûs, pietatis? imò maximè

maximè *Filij Israël.* Quid amplius dici potest? & tamen sponte descenderunt tam profundè. Et quâ ratione eousque potuerunt descendere? hac ipsâ, quia *recesserunt*, hoc est, paulatim regressi sunt. Iverunt ad modum ambulantis, non ad modum præcipitantis. Si uno quasi saltu se debuissent furiosè conjicere in profundum; quis dubitet futurum fuisse, ut initio horrerent? sed quia potiùs descenderunt in præceps, *in profundum recesserunt*, id non modò sine horrore sed absque meru est factum. Ecce igitur, quàm parùm quisque sibi possit polliceri, cùm sensim abit à DEO? *Recedit*, pervenire potest ad profunda, quæ deteximus, quamvis etiam fuerit *de filijs Israël*, ne dicam, de filijs Manassæ, vel Mempheos. Nunc parùm tibi videtur omittere devotionis exercitia, in oratione distrahi, laxiora sequi, demum peccatum aliquod designare. O si scires, in quantum his passibus abire possis profundum! ut etiam illo peccato glorieris, quod jam committere vix audes. *Væ eis, quoniam recesserunt à me.* Os. 7. 13.

6. Considera, quantumvis recessus à DEO, qué fecit peccator, factus sit paulatim, non idcirco etiam paulatim revertendum, sed simul. Quia vox *sicut* hic non ponitur ad requirendam proportionem similitudinis, sed quantitatis. Unde non dicitur: *Convertimini, sicut recesseratis* (quo casu conversio esset conformanda recessui) sed dicitur: *Convertimini, sicut in profundum recesseratis.* Id quod denotat conversionem conformandam profundo, ad quam pervenit, qui recessit. Qui paulatim vellet sursum evadere per præcipitium tam præruptum, difficulter sperare posset successum, quia si unum passum promoveret, pluribus retrocederet, tanta vis est consuetudinis inveteratæ, nisi actu aliquo heroico destruatur. Oportet igitur non tam ambulare sursum, quàm currere, imò potiùs volare. *Assumat pennas ut aquila.* Is. 40. Siquidem gratia Divina semper prompta est ad illas commodandas. Hæ sunt alæ, quibus è profundo iniquitatis convolárunt ad apicem perfectæ virtutis Pelagia, Thaïs, Theodora, Guilielmus cognomento Aquitanus, alæ Gratiæ, non Naturæ, & istæ, cùm necesse fuerit, etiam aptabuntur tibi, modò DEO fidas, ut illi fecerunt. Aliud à te non petit, quàm ut seriò ad illum faciem convertas intellectu tantum illi propinquando, quantum antea recessisti. *Convertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israël.* Ipsius deinde erit talem tibi dare gratiam, ut subitò id sequaris, quod cognoscis. Si dubitas, modum considera, quo te invitat. An fortè nescit, te ex te ipso nihil posse? & tamen à te petit, ut iter aggrediaris difficillimum. Signum igitur est, eum habere in promptu gratiam, quæ ad illud faciendum necessaria est. qualis aliàs ista foret invitatio? non amantis tam benevoli, qualis ipse est, sed illusoris.

* * *

IV.

Justus autem meus ex fide vivit. Heb. 10.

1. CONsidera, quàm beati sint omnes illi Justi, quos Dominus hoc loco tanto affectu suos vocat. *Justus meus.* Sunt quidam justi, sed non ipsius, quia non sunt veri justi, sed tantùm apparentes. Sunt tantùm justi opinione suâ. *Ignorantes DEI justitiam, & suam quærentes statuere.* Rom. 10. 3. Vel sunt justi opinione hominum. Isti non vivunt ex fide, vivunt ex vanitate, superbiâ, ambitione, avaritiâ. Ex fide vivunt illi, quos Dominus hîc vocat Justos suos. *Justus autem meus ex fide vivit.* O si tu quoque fores de his fortunatis! Roga, ut tantâ gratiâ te dignum reddat, esse scilicet Justum suum; quia quæcunque alia justitia habet equidem gloriam, sed non illam, quæ sit alicujus momenti. *Habet gloriam, sed non apud DEUM.* Rom. 4. 2.

2. Considera, qualis sit fides, quâ vivere justos suos Dominus affirmat. Illa est, quæ fides viva nominatur; id est, charitate flagrans erga DEUM. *Fides, quæ per charitatem operatur.* Gal. 5. 6. Quæ enim talis non est, fides mortua est, & ideo quomodo vitam dabit, quâ caret ipsa? Cetertùm, scisne rationem, quare dicatur justus ex fide vivere, & non potiùs ex charitate? quia prima est fides, quæ dat vitam animæ. Quæ enim est vita animæ? nonne DEUS? porrò fides hunc animæ primò jungit. *Accedentem ad DEUM oportet credere.* Rom. Proinde sicut dicitur vita corpo corde procedere, quia primum et quod animam corpori jungit; in citur vita animæ à fide proficisci, prima est fides, quæ DEUM copulat. Nunc igitur vide, quàm licitè ista servanda sit fides. Cæ diendæ sunt utique etiam reliquæ tutes, Charitas, Patientia, Prude Temperantia, prout custodiuntur tera corporis membra, quæ etiam concurrunt ad dandam illi vitam. singulari studio custodienda est fid quia ista dici potest cor animæ. *custodiâ serva cor tuum, quia ex ipso ta procedit.* Prov. 4. 23. O quantâ licitudine omnis in hac materiâ pellenda tentatio! scio equidem, illa nolentem infestat, id non magopere curandum. Quotidie renov Domino solitas protestationes, invoca, amplectere, adora illum, dic etiam ad probrum inimicorum illi rare fidem, & tum ne cures, quidqu cogitatio in contrarium suggerat. de reliquo tam perniciosis cogitatinibus omnem aditum intercludo. Abhorre ab illorum commercio, qui rebus fidei interdum patiuntur excedere sibi verba audacia, ne dicam temeraria scandala, fuge illos. Ne sinas implicari animum illis difficultatibus, quas propter ingenium capies, sed propter ignorantiam non dissolves. Cu

pu

pût reverenter inclina *in obsequium fidei*, & dic, quò non pertingit mentis tuæ acies, eò penetrâsse magnæ doctrinæ sanctos Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Thomam, & tot alios, quibus subscribis. *Qui descenderunt mare in navibus* (& non lintre parvulo, qualis est tuus) *facientes operationes in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.* Ps. 126.

3. Considera non solum dici vivere aliquem virtute illius, quod vitam generat, sed etiam illius, quod nutrit. Ita Cameleon dicitur aurâ vivere, serpentes toxico, accipitres rapinâ. Et ideò ecce aliam causam, cur justi sui ex fide vivant. *Justus autem meus ex fide vivit.* Quia fides sicut animæ dedit vitam, ita eandem etiam nutrit, & quòd consequens est, roborat. Unde enim omne principium statûs deterioris in animâ, si benè observes? ex aliquâ debilitate fidei. Qui solidâ fide nititur, quàm facilè superat, quidquid ipsum avertere à DEO potest! Sufficit intellectum consistere firmum *in verbo veritatis.* Ecce stantem pariter voluntatem *in virtute DEI.* Veniat, quisquis velit, ad faciendum insultum, omnes vincet *per arma justitiæ à dextris & à sinistris.* 2. Cor. 6. Non curat prospera, quæ sunt *à dextris*, non cedit adversis, quæ sunt *à sinistris.* quia in utrisque fidem habet firmam, identidem suggerentem, nihil æstimandum nisi æternum. At qui fidem habet infirmam, ceu panem exigui alimenti, ô quàm languet! Vide ergo, quid agendum, ut fides tua sit, qualem esse oportét. Auge illam lectione librorum spiritualium, quæ ad id possunt conducere (maximè de vitis sanctorum) sed ante omnia crebrò illum à DEO postula: quia si quidquam est è singularibus DEI donis, fides est. *Dabitur illi fidei donum electum.* Prov. 3. 28. Non est illa ordinarium donum, sed *electum.*

4. Considera nec in isto totum finiri, sed insuper dicit Dominus justos suos ex fide vivere, quia fides non tantùm illorum est cibus, sed etiam cibus ordinarius. Nemo dicitur illo cibo vivere, quem fortè semel sumit, sed quo ordinariè pascitur. Oportet igitur ordinariè nutriri ex fide adeò, ut non solùm illa sit cibus tuus, sed aliquando sit unicus. Quid velim, intellige. Succedunt in animâ tempora quædam, quibus misera vel aliud de cœlo alimentum non accipit, aut ad accipiendum non est aptè disposita. Desunt visitationes Domini, desunt lumina, desunt solatia, desunt lacrymæ. Interim quid illi in eo statu agendum? vivendum ex solâ fide. *Scio, cui credidi.* Sus déque vertatur mundus, *transferantur montes in cor maris.* Ps. 45. Phantasia turbetur, obnubiletur intellectus, refrigescat voluntas. Verbum Domini deficere non potest. *Veritas Domini manet in æternum.* Ps. 116. 2. hoc sufficere nobis debet ad fortiter persistendum in bono cæpto. Vide ergo, quanta colligenda sit fidei annona, ut durare possis in statu egestatis. Si fides desit, nec momentum durabis.

Si non credideritis, non permanebitis. Psal. 79. Fides vitam animæ dedit. Fide quoque servanda est, sed tunc maximè, cùm alius panis deest. *Justus autem meus ex fide vivit.*

V.

Estote parati, quia, quâ horâ non putatis, filius hominis veniet. Luc. 12. 40.

1. COnsidera Christum Dominum nostrum, quoties de Judicio tam particulari quàm universali loqui consuevit, ferè semper usurpâsse titulũ Filij hominis. *Mittet Filius hominis Angelos suos.* Math. 13. 38. *Videbunt Filium hominis in nube.* Lucæ 21. 27. *Videbitis filium hominis venientem in nubibus.* Matth. 26. 65. *Ita erit adventus Filii hominis.* Matth. 24. 27. Neque hoc mirum esse debet. Erat humillimus, & idcirco cum esset illi loquendum de rebus admodum gloriosis, modestiâ temperavit, non solùm loquendo quasi de tertiâ personâ, sed etiam verbis utendo tam moderatis, quàm fieri posset salvâ veritate. Ecce igitur rationem, quare Dominus hoc loco speciatim se Filium hominis appellet. *Estote parati, quia quâ horâ non putatis, Filius hominis veniet.* Loquitur hîc de Judicio tam universali quàm particulari, quod ad ipsum pertiner, cùm sit æqualiter constitutus *Judex vivorum & mortuorum.* Act. 10. 42. Vivorum judicio particulari, cùm morientur. Mortuorum judicio universali, cùm resurgent. Et ideo præcipuè filium hominis se vocat ad opprobrium hominum, qui tunc maximè, cùm edictum aliquod potestatis suæ promulgant, emendant aut multiplicant titulos superbos, forsan, cùm audis Filium hominis, nus concipies terroris, quasi in ju cio negotium tibi sit cum homun simili, & quem proinde vel decip vel effugere, vel corrumpere, vel placare facilè possis. Sed, si ita ô quantum aberras à vero! si Christus, cùm de Judicio agitur, m quàm aliàs se filium hominis nomi signum est, tunc etiam magis quàm aliàs opera facturum, quæ plus qu hominem ostendant.

2. Considera, si ex mandato Chri sti paratus esse debes ad judicium universale, quod respectu tui adhuc lon giùs abesse potest, multò magis pun tum esse oportere ad judicium particulare, quod non potest non esse pro ximum. Ideo de hoc dici puta: *Estote parati, quia, quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* Advertisti loquendi modum, non ait: *Paratus*, sed *Estote parati.* Quia hæc est summa stultitia, vel punctum perdere ejus temporis pretiosi, quod DEUS tibi tribuit, ut ad mortem te præpares. Ita & non alia fuit stultitia quinque virginum fatuarum. Quid tibi videtur,

an credis te esse paratum, an adhuc indigere, ut te pares? De hoc cogita tantisper, sed seriò, quia res est, quæ plurimum momenti habet. Qui non vivit paratus mori, certus esse debet imparatum moriturum. Siquidem vera ad mortem præparatio est vita bona. *Ante judicium para justitiam tibi.* Eccl. 18. 19. Illa præparatio, quæ sit sub exitum, non est præparatio, sed perturbatio, confusio, intricatio perplexa, vel certè tumultuaria præparatio, qualis illa fuit quinque Virginum. Non est præparatio proportionata operi tam gravi, quale est mori. Quantò majoris momenti negotium agitur, tantò majorem esse convenit præparationem, de quo nemo dubitat. Hinc est, quòd puellis, quibus comparendum erat in conspectu Asueri, annus integer daretur, quo se ungerent, ornarent, comerent. Quod verò majus negotium in omni vitâ tuâ agere potes, quàm ut bene agas postremæ vitæ clausulam? Et tu nondum cœpisti te parare? potiùs oporteret jam esse paratum. *Estote parati.* Duplex igitur est præparatio facienda, si nondum est facta, una remota, altera proxima. *Paratum cor meum DEUS, paratum cor meum.* Psal. 56. 8. Remota est, nihil agere, quod malè tibi cedat, si adveniens Filius hominis in illo te occupet. Proxima est, conscientiæ rationes ad omnem satisfactionem componere, omnem difficultatem complanare, deponere dubia, implere debita, sive Justitiæ sint, sive gratitudinis, aut fidelitatis. Quid multa? nôstine, quid sit esse paratum mori? *Estote parati.* Et stare instar navis oneratæ in portu, quæ ad solvendum nihil aliud præter ventum expectat. Si adhuc resarciendi rudentes, reficiendæ tegetes, instruenda penus, quis dubitet, eam non esse paratam, sed parandam?

3. Considera, quæ sit causa, cur nullam facias ex his præparationibus tam necessariis. Quia spatium tibi polliceris, neque verè credis Christo, qui se venturum insinuat, cùm minimè putas. Audi, quid dicat: *Estote parati, quia quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* Non ait, *quâ die*, sed *quâ horâ*. Quia non modò nulla tibi dies certa est, sed nec hora quidem. *Nescitis diem, neque horam.* Matth. 25. 13. Noli igitur falsâ adulatione decipere te ipsum, quasi Dominus aliud tibi facturus sit, quàm cunctis minetur. Imò crede illum tibi potiùs velle loqui quàm aliis: cùm hoc sit malum sententiæ, quam meditaris, quòd illam omnes quotidie audiant ad Altare, & nemo sibi dictam putet. Itaque tibi sigillatim loqui crede, dum ait se illâ horâ venturum, quâ non putas, hoc est, improvisum, inexpectatum, & cum citatione, quam subitaneam appellant: *Ecce venio sicut fur.* Apoc. 16. 15. Parare te cunctaris, quia speras saltem morbum fore præcursorem mortis. Proinde ut cautè procedas, persuade tibi te priùs morituram quàm infirmandum, prout fortibus accidit, qui quotidie recidunt priùs quàm langueant. *Nescio, quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.* Job. 32. 22.

4. Considera tantò magis usurpandam diligentiam, quam diximus, quantò clarius Dominus indicat, se ipsum venturum ad te evocandum. *Quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* Non ait: *Mittet*, sed *veniet*. Et si ita est, quomodo differre præparationem potes? cùm Judex te citat, cùm famulos, servos, aliósque hujus generis nuncios mittit, aliquo modo etiam illo brevi temporis spatio, quod intercedit, potes præparare responsa, quæ daturus es, etsi difficilia. At cùm ipse improvisus adest, ut te comprehendat, actum est. Ita omnino de te futurum crede: *quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* An fortè tunc venienti dices, ut vadat, & postea revertatur? Hactenus quidem millies ita dicere consueveras: dum ad te accedentem per instinctus benevolos, vocationes, visitationes suas, plerumque repellebas quasi aliis jam occupatus: *Vade, & revertere.* At in morte sic fieri non poterit: tunc enim Christus non veniet ut amicus, sed ut Judex. *Ecce Judex ante januam assistit.* Jac. 5. 9.

5. Considera, dum Dominus te monet se venturum tibi improvisum, desiderium monstrare, ne superveniat improvisus. Judex, qui deprehendere vult reos in flagranti, ut ajunt, illis non significat se venturum quantumvis improvisò. Adventum suum dissimulat, securitatem præstat, quia si illum præscirent, jam non posset exequi, quod dixit: semper veniret exspectatus. Christus tibi dicit, se venturum, cùm minimè putas: *Quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.* Quid ergo dubium esse potest, quòd [illegible] tollere te improvisò? hoc si fiat, [illegible] est culpa, quia monitionem non curat. Quid igitur agendum? monitionis hujus maxima habenda cura. *Noli desperare: est mihi sufficiens vita.* Eccl. 11. Ad id verò nihil conduceret magis quàm si ita vivas, quasi omnis dies esset vitæ tuæ postremus. Sacrificium missæ offer, quasi nullum præterea esset offerendum. Confitere, quasi illa Confessio foret ultima. Sacram synaxin sume quasi non amplius sumpturus. Ora, quasi post hanc non [illegible] alia futura occasio ad Dominum accurrendi. Assuesce illi perpetuò commendare horam vitæ supremam: Roga illum, ut tibi assistat, roga, ut adjuvet, ut inter brachia te sustentet, quamdiu erit Advocatus. Hoc si facias, videbis, quàm utile futurum sit etiam brevi temporis spatio hoc exercitium, te componet, te compunget, & dissipabit ex animo cogitationes vanas, quibus nunc opprimeris, dum soles tibi longiorem vitam polliceri: & quod maximum est, efficiet, ut semper vivas paratus mori. Et ita fieri quidem poterit, ut Judex veniat, *quâ horâ non putas*: at non veniet, quâ horâ non expectas, & quod consequens est, beatus eris. *Beati omnes, qui expectant eum.*

VI.

VI.

Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Prov. 9. 11.

1. COnsidera tantundem esse in scripturâ Divinâ, cùm dicitur *sapiens*, ac cùm dicitur *Justus*, quia vera sapientia in sanctitate consistit. *Plenitudo sapientiæ est timor DEI.* Eccl. 1. 20. Jam verò si justus fueris, quocunque modo, tibi proderit. Plenitudo Justitiæ tres partes habet, nam ternario numero perfectio completur. Et ideo plenam justitiam habere non potes, nisi justus fueris in te, justus cum proximo, justus erga DEUM. Justum erga DEUM faciunt omnia obsequia, quæ Religionis vocantur. Justum cum proximo officia fidelitatis, charitatis, Justitiæ. Justum in te exercitatio reliquarum virtutum, quæ in te ipso complentur, uti sunt Verecundia, Mortificatio, Mansuetudo, Puritas, Obedientia, Humilitas, Patientia, aliæque innumeræ. Imple igitur ex his quodcunque genus Justitiæ, lucrum erit tuum. *Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris.* Nam si justus in te fueris, *Tibi eris*, ut manifestum est, quia totus profectus est tuus. Si justus fueris cum proximo, *Tibi eris.* Quia fieri quidem potest, ut ex eo, quod tu pro illius utilitate agis, ipse non proficiat, fieri potest, ut fidelitate tuâ abutatur in malum, ut æger non sanetur quibuscunque charitatis officiis, quæ ipsi exhibes, ut edoctus non discat, admonitus non resipiscat, stimulatus ad bonum non convertatur. Fieri potest, ut malè impendat illam ipsam pecuniam, quam ex justitiæ debito persolvis. At fieri nequit, ut in his casibus tu nullum referas commodum. Denique si justus fueris cum DEO, multò ampliùs *tibi eris*, quia DEUS nihil utilitatis accipit ex eo, quod ipsi præstas, obsequio. *Quid prodest DEO, si justus fueris?* Job. 22. Et tamen ita te remuneratur, ac si acciperet. Quàm pulchrum igitur est operari bene! hæc est negotiatio, quæ nunquam fallit: *Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris.* Perpende, quantum voles, non invenies hoc dici posse de aliis opibus quàm virtutum. Si frumentum seminas, non es securus de messe, si ad mensam vel censum exponas, non es securus, at si bene agas quocunque modo, securissimus es: *Seminanti justitiam merces fidelis.* Prov. 11. 18.

2. Considera quemadmodum in scripturâ idem est *Sapiens* & *Justus*, ita idem omnino est *Illusor* & *Impius*. Proinde sicut cùm justus fueris, tuo lucro eris, ita damno tuo cedet, si fueris impius. *Si autem illusor, solus portabis malum.* Verum est, illum videri propriè illusorem, qui aliter agit, ac præ se fert, quia qui sic agit, te decipit, tibi illudit, & est similis irrisori. Unde in scri-

scripturis sacris tria recensentur genera impiorum, qui illusores dicuntur. Quidam sunt illusores sui ipsorum, alii sunt illusores proximi, alii verò DEI. Illusores DEi inter Christianos ut plurimum sunt illi, qui accedunt ad orationem, ad Chorum, ad Templum quasi DEUM honoraturi, & deinde ita se gerunt, ut potiùs contemptui habeant: quia honorant animo distracto, confabulantur, garriunt, & sub ipso Missæ Sacrificio omnem oculis juvenilem licentiam indulgent. Isti similes sunt Hebræis, qui nocte Passionis genu flectebant ante Christum quasi adoraturi, & adorando illudebant stultè opinantes se non conspici, quòd velum ejus oculis prætenderent. *Et genu flexi ante eum illudebant ei dicentes: Ave Rex Judæorum.* Matth. 27. 29. Illusores proximi in genere fidelitatis sunt præcipuè oratores sacri, qui evadunt in suggestum, quasi inflammati studio populorum utilitatem promovendi, & deinde solam delectationem procurant adulterando legitimos sensus scripturæ, jocando, delirando quasi per phrenesin, & insanas etiam facetias proferendo, ut plausum conquirant. Hi sunt illis similes, de quibus D. Petrus dixit: *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes, ubi est promissio?* 2. Pet. 3. 3. Quandoquidem isti præcones adulterini omnem fidem tollunt verbo Divino, more hæreticorum, quamvis isti magis faciant apertè. Illusores proximi in genere charitatis præcipuè sunt illi pr[illegible] socii, qui laudare te simulant ut p[illegible] bum, purum, modestum, & reve[illegible] bi illudunt, & ludibrio habent, q[illegible] quid agis boni. Isti sunt pueris [illegible] les insolentibus, qui videntes Elis[illegible] ascendere per clivum, ut tendere[illegible] Betel, specie animantium ad assen[illegible] ipsum irridebant: *Cúmque ascend[illegible] per viam, pueri parvi egressi sunt de [illegible] vitate, & illudebant ei dicentes: Asc[illegible] calve, ascende calve.* 4. Reg. 2. 23. Illusores proximi in genere Justi[illegible] præcipuè sunt illi divites, qui cum [illegible] gant se inituros contractum non [illegible] dò justum sed favorabilem paupe[illegible] interim exugunt, quidquid in venis [illegible] sanguinis, per usuras, quæsitas subtil[illegible] tates, & lites, quas dein movent. [illegible] similes sunt Ægyptiis, qui se gereba[illegible] quasi multiplicatis laboribus cupi[illegible] promovere quæstum Hebræorum, [illegible] re ipsâ opprimebant mercede negu[illegible] *Oderántque Filios Israel Ægyptii, & [illegible] fligebant illudentes eis, atque ad amar[illegible] tudinem perducebant vitam eorum op[illegible] ribus duris, luti & lateris, omníque fa[illegible] mulatu.* Exod. 1. 14. Sui ipsorum illusores denique sunt, qui mille modos quærunt decipiendi seipsos, & persuasum habent se bene sibi velle, dum volunt malè. Ejusmodi sunt innumeri, omnes scilicet peccatores, sed præcipuè Christiani. *Novissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes non in pietate.* Jud. 1. 18. Illorum insaniam duo maximè produnt, procuratio mali, & abusus mediorum. In malo procurando illu-

illusionibus pleni sunt, quia excogitatis rationibus persuadere sibi satagunt, peccatum exiguum esse malum, juvenilem quandam licentiam, elegantiam, imò opus honorificum, quò majore libertate committant, & in eo vivant quietius: *Stultus illudet peccatum.* Prov. 14. 9. Pleni quoque illusionibus sunt in abusu mediorum, rum eorum, quæ disponunt impium ad erimendum se malo, tum illorum, quæ hoc tollunt. quia ostentant se, quasi etiam ipsi more aliorum concionibus, congregationibus, conferentijs, sermonibus intersint, sed ex his, quæ audiunt, nihil ad se pertinere credunt, sed ad alios, reprehensione digniores: *Qui illusor est, non audit, cùm arguitur.* Prov. 12. 1. Nec istud solùm, sed præterea videri volunt more aliorum frequentare Sacramenta Confessionis & Communionis sacræ, & id tamen verum non est: sed sacrilegia committunt, quia interim corde retinent amorem culpæ, verâ pœnitudine & proposito destituti. Quærunt Sacerdotem imperitum, & in Sacramentis illis ministrandis rudiorem: non cupiunt agnoscere obligationem, quam habent fugiendi occasiones mali, restituendi honorem vel bona ablata, dandi veniam petenti: interdum nec peccata commissa integrè confitentur. Omnibus his, quibus satis est quocunque modo accedere ad Sacramenta, sine dispositione requisitâ, inclamat Isaias: *Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra.* Is. 28. v. 22. Tu vide, an non hodie in ipso orbe Christiano invenire sit tantam multitudinem Illusorum, ut meritò formidare debeas, ne tu quoque in illorum numero censearis. Cave ne quâ in re illudas DEO, illudas proximo, illudas tibi: semper enim tu demum eris illusus: *si autem illusor, solus portabis malum.*

3. Considera, si tu fueris ex numero illorum, qui ludunt se ipsos, sine dubio *solum fore, qui portabis malum.* sive enim contemnas peccatum, sive remediis abutare, damno tuo cedet: *Moliuntur fraudes contra animas tuas.* Prov. 1. v. 18. Sed non minùs etiam *solus portabis malum*, si fueris è numero illorum, qui proximo illudunt: quia pluribus equidem causa eris perditionis per scandala memorata, & ita *Malum creabis* etiam aliis. nihilominus denique tibi soli incumbet onus pœnarum, quin vel unus te sublevet in his perferendis, atque ita è contrario *solus portabis malum.* Putásne leviora tibi fore tormenta Inferorum, quòd eò plures tecum adduxeris, qui simul ardeant, fremant, ululent? Imò id ipsum tibi gravius accidet, quia duplici pondere premeris, culpæ propriæ, & alienæ. Videbis interim illos miseros cruciari tecum, fateor, sed non loco tui: *Unusquisque onus suum portabit.* Gal. 6. Si fueris ex illusoribus DEI, quid tecum fiet? si unquam aliàs, tunc certè *solus portabis malum.* quia totum illud genus ludibriotũ, quod contra ipsum usurpas, in tuum denique caput redundabit. Ille eodem semper modo in Throno suo

suo beatus considet, & te ridet, qui tam audacter illum injuriis lacessis, illi insultas in conspectu oculorum, quos jam non velatos sed apertos habet. *Ipse deludet illusores.* Prov. 3. v. 34. Ecce! quid illic Dominus in cælo faciat, ludit illusores suos. Ludit in præsenti, dum illis non opinantibus supervenit, miscendo toxicum voluptatibus, in quibus mel se reperturos sperabant, gloriæ contemptum, jacturam lucri; & magis ludet in futuro: cùm enim dixerint ut fideles Ch... *Domine Domine aperi nobis*; ip... spondebit: *Nescio vos.* Matth. ... 11. Jnunc, & conjungere in... bus hisce Illusoribus, quasi qu... aliud quàm ludos faciant. Imò ... hi sunt peccatores coram DEO m... mè abominandi, quia sunt fœd... illusores. Illudunt sibi, illudunt ... ximo, & quoad possunt, illudunt D... *Abominatio Domino est omnis ...* Prov. 3. v. 32.

VII.

Filios enutrivi, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Is. 1.

1. COnsidera tres esse status, in quibus spectari possint filij alicujus Patris. Primus est servorum, alter liberorum, tertius hæredum. In statu servorum versantur, quamdiu ut minores subsunt tutoribus, à quibus gubernantur. In statu liberorum, quando jam adulti potestate tutoriâ exierunt. In statu hæredum, cùm jam adepti sunt hæreditatem seu opes paternas. In omnibus his statibus considerandi sunt illi, qui tanquam fideles asciti sunt ad sublimissimum gradum filiorum: nam infideles non censentur in hoc numero. In statu servorum erant Hebræi, ut qui non attigerunt ætatem determinatam à Patre, & ideo sub lege tanquam severissimo Tutore extiterunt. In statu Liberorum sunt Christiani, quos Christus adventu suo liberavit à servitute Legis. In statu hæredum sunt Beati, qui jam adierunt possessionem Patrimonii, quod ... clara DEi visio. His positis facile ... gnosces, qui sint illi filii, de quib... hoc loco tantopere queritur Dom... nus. Certum est Beatos non ess... nam isti tanto fervent amore Patri... ut illum perpetuò laudent, non ... nant. Superest ergo, ut sint fideles ... antiqui vel novi Testamenti. Et qu... ad hoc non negaverim quæstum esse ... fidelibus antiquæ legis, quales erant ... Hebræi, sed longè magis de fidelibus ... novæ Legis, quales sunt Christiani. ... Nam ut ut illi essent verè filij, vix ut... quam DEUS hoc illos nomine hono... ravit. Plerumque eos appellabat ... servos suos, partem suam, populum ... suum, dilectos suos. *Et tu Israel ser... ve meus.* Is. 13. v. 19. *Conculcaverunt partem meam.* Jer. 12. v. 10. *Consolamini populo meus,* Is. 40. v. 10. *Puer Israël, & dilexi eum.* Os. 11. v. 1. Ex...

pres...

præsum nomen filiorum DEI, non Abraham, Jacob, aut Judæ, Christianis servabatur, uti S. Joannes advertit, cùm diceret: *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii DEI nominemur, & simus.* 3. Joh. 1. Non solùm ait: *Simus*: Hoc enim commune fuit etiam Hebræis: sed præterea ait: *Nominemur*. Quo significat ad eam filiorum conditionem nos pervenisse, ut habeamur more filiorum, hoc est, ut Liberi, non ut Servi. Itaque cùm Dominus de illis queritur, quos tam absolutè *Filios* appellat, quis dubitet eos peti Christianos tam ingratos, sceleratos, perfidos, ut toto die aliud non agant, quàm illum spernere? Christianus es: *Filius DEI*. Talis cùm sis, an aliquando seriò pensâsti modum, quo DEUS erga te utitur, tanquam Pater, & vicem, quam quotidie tu illi reddis, ut filius? Nunc tempus est cogitandi, quâ ratione mutes stylum, si fortè tu quoque sis ex numero illorum, qui aliud non faciunt, quàm ut Patri suo novam semper præbeant occasionem querelæ.

2. Considera, quis sit ille tractandi modus amabilis, quem Dominus tam justè tibi exprobrat. Ait te nutritum à se tanquam Filium, ait te exaltatum. *Filios enutrivi, & exaltavi.* Et quod hoc genus nutrimenti; fortè sola naturæ bona, quæ tibi dedit, & illa quidem innumera? At ista communia sunt etiam infidelibus, qui non idcirco filij nominantur, & sunt, quia non veniunt in partem adoptionis. Sunt præcipuè bona gratiæ; atque adeò nutrimentum, quod præ cæteris hoc loco tibi exprobrat, illud est, quod recipis ut Christianus, in sanctissimo Sacramento, cujus nemo alius extra Ecclesiam particeps unquam fuit. Et ipse tamen ex parte suâ semper habet in promptu, ut quotidianum pastum, modò velis usurpare: *Accipite & comedite: Hoc est corpus meum.*

Exaltatio verò quænam est? Ipsa, quæ tot alijs negatur, gloria Christiani. Ista te reddit malis Angelis invisum, bonis venerabilem. Ista facit, ut ad te pertineat Regnum Cœlorum *In hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis.* 1. Pet. 3. v. 9. Quid videtur tibi, nonne justam habuit Dominus causam dicendi: *Filios enutrivi, & exaltavi?* Siquidem tibi dedit nutrimentum tam præclarum, exaltationem tam sublimem, quid amplius facere potuit? hoc est, quod facere ullus pater potest amans filij, non modò illum erigere, sed extollere à mendicitate ad Principatum, quod, etsi Pater sit, facere nullatenus tenetur.

3. Considera, quid vicissim istis ita se habentibus tu illi præstes ut filius. Spernis ipsum. Non solùm non reddis gratias, non revereris, non amas, sed luculentè spernis transgrediendo paterna ejus mandata: *Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* O quanta est energia hujus particulæ *Autem*. Hæc enim ingratitudinem palam ostentat. Quatenus invicem opponit tractandi modum, quo pater erga filios utitur, & quem filii adversus patrem usurpant. Et idcirco etiam

demonstrat, quantò gravior sit offensa, quâ contra DEUM delinquunt omnes Christiani illum spernendo, quàm sit cujuscunque eruditissimi Barbari. Quia extra infidelitatis voluntariæ peccatum, quod in homine fideli poni nequit, omnia reliqua peccata, quæcunque sint, vindictæ, fraudis, furti, libidinis, ceteris paribus longè graviora existunt in homine Christiano, & ut talia etiam gravius punientur in inferno, quia sunt contemptus DEO exhibitus à filio: *Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Et nihilominus tam facilis es ad peccandum quotidie? Patet profectò, te nescire, quid facias. Quodvis eorum peccatorum, quæ committis, manifestum continet actum ingratitudinis. Quænam illa ingratitudo? maximè abominanda, nempe talis filii contra talem Patrem. Bene pondera geminas voculas *Ipsi me*, & illico cognosces.

4. Considera, quomodo ingratitudo, quam contra DEUM exerces ipsum spernendo, augeat peccatum comparatum similibus peccatis, quæ ab infidelibus patrantur. augeat quoque comparatum peccatis, quæ olim ab Hebræis sunt commissa. quia quamvis & ipsi forent inter filios adoptivos, erant tamen, ut audivisti, adhuc minores, & quod consequens est, non receperunt illud genus nutrimenti, vel exaltationis propriæ filijs, qui sunt liberi, uti tu es. Illi non habebant nutrimentum præstantius Mannâ, quo in solitudine fruebantur: *Pluit illis manna ad manducandum.* Ps. 77. v. 24. Sed quid hoc sit, si cum nutrimento comparetur, quo tu fruris ad Altare, ubi Christus ipse vivus & verus tuus cibus efficitur? *Ego sum panis, qui de cœlo descendi.* Joh. 6. 51. Illi non habebant exaltationem sublimiorem, quàm illam Legis Divino in Monte Sinâ promulgatæ, quàm promissorum, vaticiniorum, prodigiorum, & illius demum sacerdotii adeò famosi. Sed quid totus iste apparatus, si cum exaltatione comparetur, quæ tibi contigit? Illa exaltatio, quamcunque sit magna, excelsa, sublimis, id demum dignitatis habuit, quòd esset ordinata ad præsignandam tuam: und esi cum istâ comparata typus & umbra extitit: *Umbra futurorum* Coloss. 2. v. 7. Ita est, sicuti ita & ipsi fuerunt exaltati, ut possent consequi cœleste Regnum, quia jus hæreditatis est commune cunctis filiis tam minoribus, quàm liberis. sed adverte notabilem differentiam. Si modò bene vivas, post mortem illico transis ad Paradisum, sed non illi. Quamvis essent Sancti ut Abraham, ut Jacob, ut Joseph, ut David, cogebantur totis seculis expectare in Limbo, quia filii, dum sunt minores, habent equidem jus hæreditatis remotè, sed non proximum. Ut possint adire possessionem, omnino necessarium est expectare, dum veniat ætas legitima à Patre constituta: *Usque ad præfinitum tempus à Patre.* Gal. 4. quale fuit in casu nostro adventus Christi. Quàm meritò igitur erubescas, dum vides, te modo adeò diverso & præcellenti tractatum à Patre nullam ejus habe-

habere rationem. Vix advertis sortem tuam, ne dum æstimas. Quid mirum, si DEUS magis de te, quàm de illis conqueratur, magisque puniturus sit. Illi namque, qui in veteri testamento delinquebant, erant sicut filij Minores nondum integris dotati sensibus. Tu verò virilem ætatem attigisti, & quid excusationis culpæ tuæ prætendes, si non vereris Patrem aspernari? *Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* ille verus & proprius est contemptus Patris, qui à filijs adultis proficiscitur.

5. Considera, eum non dicere: *offenderunt me* sed *spreverunt me.* nam in hoc denique consistit malitia peccati, quæ tantopere ad indignationem commovet, videlicet in contemptu. Quid enim aliud nocumenti afferes? non potes turbare pacem, quæ in sinu ejus conquiescit, non tollere potentiam, non minuere Providentiam, non armis illum throno suo dejicere: *si peccaveris, quid ei nocebis?* Job. 35. v. 6. quidquid facere illi potes mali, in contemptu versatur: *ipsi autem spreverunt me.* Cùm igitur peccatum aliquod committis, libidinis, furti, fraudis, non specta, quid in se sit opus illud, sed considera, quòd sit contemptus DEI. Nonne DEUS est, qui illud tibi sub iræ suæ comminatione prohibet? hoc sufficiat, ne committas. Scio, quid excusationis pro te afferas, nempe te non facere, ut DEUM spernas, sed ut illam oblectationem capias, ut illam cupiditati tuæ satisfactionem præbeas. Sed quid ista tibi excusatio proderit? nimium foret, si ex proposito spernendi DEUM sperneres. Hoc enim damnati, hoc dæmones faciunt. Sufficit, quòd illum spernas. Hinc est, quòd non dicat; *Ipsi autem spreverunt me, ut spernerent me.* Sed absolutè pronunciat: *spreverunt me.* An tu contentus eris, quòd domesticum famulitium non te spernat animo spernendi, sed tantùm ut libidini suæ faciat satis? cùm ille jussa tua non promptè exequitur, mox irascceris tanquam contemptui habitus. Et non vis DEUM irasci tibi? Ah quid est, quod illi adeò dolet? contemptus: *Contempsit me domus Israël.* Jer. 3. v. 20. *Contempsit judicia mea.* Ezech. 5. v. 6. *Contempserunt legem meam.* Ezech. 22. v. 26. *Contempserunt timorem DEI.* Eccli. 49. v. 6. Hæc perpetua sunt lamenta scripturæ. Quia cùm nôsti DEUM aliquid vetare, & tamen illud agere decernis, ut perversæ cupiditati obsecundes, jam tu illis dicis, quantum satis est, te non curare omnem ejus indignationem paternam: jam obedientiam detrectas, obsequium negas, hæreditati palam renuncias. Et mirum tibi videtur unum peccatum mortiferum etiam minimum æterna supplicia mereri? Ea meretur, ut est contemptus DEI. Fieri nequit, ut ulla pœna inferorum sit commensurata delicto tam gravi. Proinde, quod deest gravitati supplicij, quoad potest, durationè suppletur.

VIII.

Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia Os. 7. v. 13.

1. CONsidera duos esse modos, quibus liberari aliquis à malo possit, eruendo, postquam in hoc incidit, & præservando, ne incidat. Uterque exprimitur uno vocabulo Redemptionis. In sensu liberationis subsequentis malum usurpavit David, cùm dixit DEO, quòd redemerit ab Ægypto populum suum: *Redemisti in brachio tuo populum tuum.* Ps. 76. v. 16. Et in sensu liberationis antecedentis idem est usus, cùm dixit, se servatum à gladio Saulis: *Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe me.* Ps. 143. v. 10. Nunc igitur ecce quid DEUS queratur hoc loco, quem considerandum sumpsisti. Queritur, cùm tam uno modo quàm altero ex innumeris peccatis eruerit homines, istos pro laude, quam reddere debebant, sibi ipsis omne bonum suum tribuisse. *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* quæ sententia dirigitur ad feriendos tam pœnitentes, quàm innocentes, qui stultè virtuti suæ adscribunt aliquid ejus gloriæ, quæ illorum statui convenit. Num & tu unus eorum es? O quantam, si fores, faceres injuriam DEO! *Nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem.* Jac. 3. v. 14.

2. Considera, si fueris de numero Pœnitentûm, quàm modestè sentire debeas de te ipso. Verum equidem est, te exijsse mancipatu Inferni Pharaonis, sed solâ virtute Divinâ: *Redemisti in brachio tuo populum tuum.* Et quanto fuerit opus impendio, ut hoc statu te poneret, nempe adhibenda erat fortitudo Brachij sui, fortè etiam miracula patrando, & quàm diverso modo ab eo, quo fuit usus, ut Israëlem educeret ex Ægypto! tunc enim laboravit, ut Pharao dimitteret Israëlem: nunc verò laborandum illi fuit, ut Israël Pharaonem desereret. Non fuit, inquam, Domino laborandum, ut te dæmon dimitteret, sed ut tu dimitteres dæmonem, quia maxima difficultas in conversione tuâ extitit pravâ dispositione voluntatis, & te vanè gloriaberis, te denique revocatum ad statum meliorem? si ita loqueris, non sine causâ te mendacij arguet. *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*

3. Considera non minùs modestè sentiendum tibi de te ipso, si ad hoc usque tempus innocens fueris, quod quidem vix credibile videtur. Nam si in est, servatus equidem es à gladio oppidò maligno, qualis est Saulis illius Infernalis, sed nonnisi favore Divino: *Redemisti David servum tuum de gladio maligno.* Imò adverte, quantò majus beneficium extiterit, quod tibi DEUS præstitit, quàm illud exhibitum Davidi. quippe David non ipse se induit in gladium Regis persequentis, sed eam majore, quàm ferret ætas illa juvenilis, sapien-

apientiâ declinavit, vitavit, & quavis arte elusit, adeò ut eâ occasione de ipso sit scriptum: *In omnibus viis suis prudenter agebat.* Atque idcirco, *Dominus erat pro eo.* 1. Reg. 18. tu verò non eo modo procedebas. quoties enim te exposuisti periculis peccandi? quod quid aliud fuit quàm se inferre in gladium tui Saulis? unde si illæsus steteris, tantò etiam major fuit favor ille Divinus. & tu poteris vanè te jactare, quòd non te peccatorem agnoscas, ut alios. Hoc si agas, etiam te Dominus mendacem dicet: *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*

4. Considera hac sententiâ non minùs tangi cæteros quoscunque jactatores vanos, quia omnes sunt mendaces. Tribuunt potentiæ, prudentiæ, virtuti suæ felices illos eventus, quibus subinde gaudent, quasi non DEUS illorum sit causa, tum eruens à malo, tum præservans. quodnam igitur majus possint fingere mendacium? nisi se emendent, aliud expectare nequeunt, quàm ut cessent prospera illis fluere à DEO. Quia cùm ipse sit Veritas, nimium abominatur superbiam, quæ tota est mendacijs coagmentata. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Ps. 5. v. 7. Et tamen, quis credat? mordicus illam homines retinent, adeò amant: *Suavis est homini panis mendacij.* Prov. 20. v. 17. Panis mendacij tam gratus & suavis est laus propria. Respectu quorundam nimium quàm verè dici potest panis, quia illo pascuntur. cùm loquentes audiveris? videbis plenis buccis eam crepare. Sed non agnoscunt, quod sequitur, nempe talem panem verti in lapidem, qui mandi nequeat: *Et postea implebitur os ejus calculo.* quia isti hunc in modum assueti sermonibus vanis ita deseruntur à DEO, ut, dum postea loquuntur, aliud non possint, quàm prodere lamenta, & sortem suam miseram deplorare. Ejice igitur ex ore tuo hunc panem, etsi maximè sapiat; quia suavis est, sed non salubris. quid aio, non salubris? cave, ne sit toxicum illud, quòd sensim occidat animam: *Os, quod mentitur, occidit animam.* Sap. 1. v. 11.

5. Considera horum mendaciorum tantò majorem habendam esse rationem, quòd sint ex pessimo genere illorum, quæ Permiciosa dicuntur. Et cui illa nocent? fortè proximo tuo, qui est homo similis tui? imò DEO nocent, quatenus illi adimunt gloriam suam. Unde DEUS inquit: *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* non *contra hominem*, sed *contra me.* Duo sunt hominum genera, qui contra DEUM loquuntur mendacia, Infideles & Blasphemi. Infideles mente assensum præbent his, quæ citra verum adversus DEUM proferunt, cùm exempli causâ dicunt DEUM non esse Trinum, non Providum, non pium, non amicum justorum. Simplices blasphematores mente nullum præstant assensum, sed linguâ proferunt rabie suâ quantumvis insanâ stimulati. Jam verò arrogantes, qui faciunt tertium genus eorum, *qui loquuntur contra DEUM mendacia.*

ali-

aliquando cum Infidelibus, nonnunquam cum blasphemis participant. cum infidelibus quidem, quando revera credunt propriâ virtute id consecutos, quod in ipsis reperitur boni. Sed hos oportet stultos esse superbos, qualis fuit ille famosus Rex Tyri, cui dixit DEUS: *Elevatum est cor tuum, & dixisti: DEUS ego sum.* Ezech. 28. v. 2. & ideo sunt rari. Plures cum ordinarijs blasphematoribus participant, sed eo discrimine, quòd isti furore perciti contra DEUM loquantur mendacia, illi verò inflati vanitate. Sed quid interest, si hi quoque æquale DEO damnum inferant, dum sibi attribuunt illam felicitatem, Providentiam, Pietatem, Rectitudinem, cujus totum DEI, nihil omnino ipsorum est? certum est, hoc de ipsis, quod de blasphemis dici posse: *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis.* Jer. 9. v. 3. quia tam isti, quàm illi linguam suam promunt quasi sagittam, ad feriendum crudeliter honorem DEI, Blasphemi quidem directè, quia propositum ipsis est DEUM deprimere, Arrogantes indirectè, quia statuunt efferre se ipsos. Sed interea tu vides damnum, quod DEUS hinc accipit, si per esse æquale, quia eodem modo terque mentitur debitam illi gloriam suffurando. Quo cognito, an inexplicabilem concipies horrorem linguæ hujus vanæ? *Noli velle mentiri omne mendacium.* Eccl. 7. v. aliquando continget excidere tibi verbum aliquod vanitatis, quin adsitas, & tunc plus habes excusationis quia *mentiris*, sed non *vis mentiri*, ideo dicitur quasi Materiale mendacium contra DEUM. At cùm advertas verbum illud esse vanitatis, ne dicas aliàs non solùm *mentiris*, sed etiam *mentiri*, & ideo contra DEUM queris mendacium, quod sit formale, adeóque verè mendacium. Semper animo sit fixum, quidquid habeas boni, totum esse DEI, & non dumtaxat à DEO. Idcirco cùm de eo loqui oportet, loquere tanquam de re, quæ ad ipsum, non ad te pertineat. *Non ego sed gratia DEI mecum.* hoc est idioma humilium, qui sunt infantibus similes innocentibus, de quibus scribitur: *In ore eorum non est inventum mendacium.* Apoc. 14. v. 15. qui non solùm nihil laudis sibi tribuunt, sed neque possunt tribuere.

IX.

Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.
2. Cor. 5. 10.

1. COnsidera Judicium, de quo loquitur hoc loco Apostolus, non esse particulare, sed Universale. Et idcirco ait: *Omnes nos oportet manifestari*,

stari ante Tribunal Christi. In priore *oportet manifestari singulos*, sed *non omnes*, ut sciat quisque, quod ad se attinet, sive pœnæ, sive præmij. alterum succedit, ut perinde quisque sciat, quod attinet ad quemvis alium, & ideo in hoc *omnes oportet manifestari*, & non solùm *singulos*. Ecce! igitur, quorsum spectet imprimis tam grande judicium, nempe ut in suis mundus, confundatur cùm viderit, quàm fœdè sit erratum vel deprimendo, quos oportebat evehere, vel evehendo, quos deprimere decebat. Id autem fieri nequit sine manifestatione maximâ rerum omnium, quæ nunc latent in omnibus, cogitationum scilicet, verborum, & operum. Proinde *omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi.* Tu interim quid agis, cùm modò tanti facis judicia mundi? Tuâ quid refert, quòd totus mundus te criminetur, si DEUS laudat? Tuâ quid refert, quòd totus mundus te laudet, si DEUS vituperat? Visne revera cognoscere, quis sis? Talises, qualis apparebis ante tribunal Christi.

2. Considera, quòd non dicat: *oportet omnia nostra manifestari*, sed *omnes nos*. quia Dominus tunc non faciet innotescere res nostras, eas recitando, narrando, prout fieri solet in humanis Judicijs, sed eas faciet innotescere efficiendo nos simul omnes spectaculum mundo undique apertum, perinde ac si homines essemus diaphani vel transparentes. Unde cùm Interpres noster dicit *Manifestari*, Textus Græcus ait *Pellucidos fieri*. Quemadmodum ergo vas aliquod è pellucido Crystallo soli expositum nec minimum dissimulare nævum potest, quem continet, ita tibi coram Christo continget: *ante tribunal Christi.* O quàm efficax erit sol ille ad omnem detegendam maculam tuam! Ecce iniquitatem rectâ oppositam Bonitati, Ingratitudinem Beneficentiæ. Ecce mendacium positum in conspectu Veritatis, *ante tribunal Christi.* Tuum esto judicium, an non necesse sit manifestari: fieri aliter non potest: *oportet manifestari.* quia Crystallus ponitur in conspectu solis. quanta erit igitur confusio tua, cùm forsan apparebis adeò diversus ab eo, quem alij te esse credebant? *omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus.* 1. Thr. 8. Non modò sciverunt, sed *viderunt* eam. ita dici tunc poterit de animâ tuâ. fortè existimas te minorem habitu suum erubescendi materiam, quia si alij omnia tua noverint, tibi quoque aliorum mala erunt perspecta? *omnes nos oportet manifestari.* O quantum deciperis! nunc peccatum tuum solum æstimas ex sensu, quem de illo habent homines, qui minùs erubescere consueverunt, quando jam est malum pluribus commune, imo illud approbant, applaudunt. Sed tunc aliter eveniet. tunc enim illud æstimabis, prout erit in conspectu veritatis: *ante tribunal Christi.* Quantum ergo tunc confunderis, tantò scilicet ampliùs, quantò in alienâ confusione magis propriam cognosces.

3. Considera, horridam istam manife-

nifestationem fore quasi confessionem extortam, quam tunc facies de his, quæ modò in confessione tuâ vel diminuis, vel dissimulas, vel certè excusas. Unde adjungit Apostolus: *ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* quia tu ipse linguâ tam Emphaticâ, & accuratâ, qualis erit illa tua nuditas, omnibus referes, quæ fecisti, quam diu vixisti sub mortalis corporis exuvijs: quod verbis illis significatur: *Propria corporis*, nisi fortè præterea insinuatur, de illis peccatis specialem reddendam esse rationem, quæ propriè magis attribuuntur corpori? ô quoties ista etiam contemnis! Sequeris errorem popularem, quo peccata sensûs parvi fiunt: aut certè nimium corpori blandiris, non mortificas, non maceras, imò ad excessum ejus cupiditatibus indulges, hoc prætexens, quòd Virtus non in Externis, sed Interioribus consistat. Noli sic loqui, nam de Externis quoque strictissimam dabis rationem. Audis, quid dicat Apostolus? *ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.*

4. Considera, quòd hæc vox *Referat* non solùm significet recitare, sed & reportare. & hinc concluditur finis præcipuus hujus universalis Judicij, qui est, ut quisque referat non quoad animam duntaxat, sed etiam quoad corpus illud sive supplicium, sive præmium, quod ipsi convenit. *Referat propria corporis, sive bonum, sive malum.* O denunciationem terribilem! nullum hîc invenire est medium, sed vel purum bonum, vel purum mal[illegible] nec malum bono miscebitur, ut in[illegible]râ contingit, nec bonum malo. [illegible] mera erit gloria, vel mera abjectio, [illegible] merus risus, vel mera mœstitia, [illegible] mera opulentia, vel mera mendici[illegible] vel mera felicitas, vel mera miser[illegible] *sive bonum, sive malum.* Et tu [illegible] de te quoque agi, & non prospe[illegible] Erit equidem illud Judicium univer[illegible]sale, sed tu æstimare illud debes [illegible] proprium. ita enim erit univer[illegible] pro omnibus, quasi foret particul[illegible] pro singulis, adeò erit in quolibet [illegible] actum. *Omnes nos manifestari opor[illegible]* inquit Apostolus, & tamen non [illegible]jungit, *ut referamus omnes, prout ge[illegible]mus, sive bonum, sive malum*, sed [illegible] *referat unusquisque.* Ut intelligas il[illegible] fore non minùs judicium particula[illegible] quàm universale.

5. Considera tantò nunc magis [illegible] attendendum, quòd in te sive remun[illegible]rando sive puniendo non sit alia tenen[illegible]da regula, quàm quæ sumitur à reb[illegible] gestis: *Vt referat unusquisque, prout gessit:* non *ut alij gesserunt pro ipso*, sed *ut ipse gessit.* Quid prodest, si cun[illegible] pro te orent, tu verò nescias vel un[illegible] horâ te impendere orationi devotæ? quid prodest illos jejunare; & te interea crapulis indulgere? quid prodest illos se diverberare flagris, te verò carn[illegible] tuæ blandiri? quid prodest illos tota nocte pro te psallere, te verò in strato tuo luxuriari? memento, quòd Dominus *reddet unicuique secundùm opera ejus.* 1. Rom. 2. *non secundùm opera aliorum*, sed *secundùm opera ejus.*

Fateor

Fateor in humanis Tribunalibus multas alias spectari dotes. Facilè in his te juvare potest nobilitas, juvare potest doctrina, juvare pecunia, eloquentia, imò & loquacitas, at in tribunali Divino sola opera spectantur. Vult *ut unusquisque referat, prout gessit.* Si bene fecit, recipiat bonum, sin malè, sentiat & malum. Ideo dicebat David: *secundùm opera manuum eorum tribue illis.* Ps. 27. Quid agis igitur, cur te non omni studio impendis utilibus? *Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare.* Suda, labora, quia, ut denuo dicam, tua res agitur. *Propè facite judicium vestrum, dicit Dominus.* Is. 41. v. 21. & quomodo propius illud facies, quàm si præsens esse putes. Vide, ut Apostolus neque se ipsum excludit ab hoc universali judicio, dum ait: *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* & tamen sciebat se unum esse de numero eorum, qui sunt judicaturi, & non sunt judicandi. Tu judicandus cùm sis, & non judicaturus, id parùm consideras.

* * *

X.

Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione, cùm gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud DEUM. Philip. 4. v 6.

1. COnsidera eundem Apostolum, qui hîc præcipit, ut omnis solicitudo ponatur: *Nihil soliciti sitis*, alibi affirmare, eam sese maximam experiri: *Volo vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis.* Col. 2. v. 1. unde colligitur duplex esse genus solicitudinis, malæ scilicet & bonæ. Bona diligentiam significat, mala verò illam inquietudinem, anxietatem, cruciatum, qui jungitur diligentiæ ex defectu debitæ fiduciæ, quæ semper in DEO est collocanda. Et hæc est, quam hoc loco vetat Apostolus, cùm ait: *Nihil soliciti sitis*, quia in locum hujus succedere debet recursus ad DEUM, quem verbis illis commendat: *Petitiones vestræ innotescant apud DEUM.* Cæterùm recursus ad DEUM non tollit sollicitudinem bonam, quæ consistit in diligentiâ debitâ, & â quolibet est adhibenda ex parte suâ non obstante auxilio Divino. Est quippè verissimum DEI esse, ut tibi succurrat in necessitatibus tam corporis quàm animæ. Sed tuum est interim ea adhibere media, quæ faciant, ut succursus ille sit, quoad fieri potest, juxta ordinem naturæ, ne sit opus miraculis. *Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.* Prov. 21. v. 31. Ideo solicitudo bona non solùm laudatur, sed ut cæteræ virtutes, necessaria est. *In omnibus abundatis, fide & sermone, & scientiâ, & omni solicitudine.* 2. Cor. 8. v. 7.

2. Considera in Divinis Litteris istius bonæ solicitudinis octo recenseri species. Primæ quatuor ad particulares quasdam personas spectant. Reliquæ sunt omnibus communes. Inter eas, quæ ad aliquos tantùm pertinent, prima est solicitudo Prælaturæ: Prælatus enim debet esse solicitus pro suo populo, sicut Pater pro suâ prole, pastor pro suo grege, navarchus pro nave, quam ad portum dirigit. *Qui præest in solicitudine.* Rom. 12. v. 8. Altera est Prædicationis, quia Præco Verbi Divini in munere suo illâ uti debet solicitudine, quâ nutrix utitur in lactando puero. *Fiduciam habuimus loqui ad vos verbum DEI in multâ solicitudine.* Thess. 2. v. 2. Tertia est Providentiæ, & iis convenit, qui reditus administrant, œconomis, Ministris, nec non pauperibus, quibus necessitas incumbit pro sustentatione propriâ alimenta quærere. *Solicitudine non pigri.* Rom. 12. v. 11. Quarta est operationis, & convenit servis, opificibus, colonis, & aliis ejusmodi in suis cuique negotiis. *Martha Martha solicita es.* Luc. 10. v. 41. Inter eas deinde, quæ sunt omnibus communes, prima est devotionis, & DEUM respicit: quia quemvis oportet esse solicitum, ut DEO placeat, magis quàm subditus suo Principi, servus Domino, filius Patri suo. *Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, solicitè ambulare cum DEO tuo.* Mich. 6. v. 8. Altera est Circumspectionis, & respicit animam propriam, quia quivis magis debet esse solicitus, ut illam contra hostiles tueatur insultus, quàm Capitaneus arcem suam defendat. *Custodite solicitè animas vestras.* Deut. 4. v. 15. Tertia est Commiserationis, & [illegible] proximum in necessitate constituta, quia quemlibet oportet esse solicitum ut proximo succurrat perinde ac si tam in necessitate animæ quàm carnis. *Spero Timotheum me citò mittere ad vos. Neminem enim habeo tam unanimum, qui sincerâ affectione pro vobis solicitus sit.* Phil. 2. v. 20. Quarta est dilectionis, & hæc spectat proximum in quocunque statu, quia quem debet esse solicitus, ut eum illo conservet caritatem, concordiam, pacem, tanquam amico verissimo. *Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.* Eph. 4. v. 3. Istæ sunt octo species solicitudinis bonæ, quas quisque habet, dici de illo potest, quòd *abundet in omni solicitudine.* Si primæ quatuor ad te non pertinent, saltem pertinent secundæ, & ideo observa, an omnes in eo gradu possideas, quo oportet. Quia solicitudo bona est diligentia, non ordinaria, sed singularis, qua in hisce rebus, quas audisti, non tam facilè excludit fiduciam DEO debitam, prout accidit in malâ, & ideo absolute dicitur laude digna.

3. Considera, quemadmodum in Divinâ Scripturâ recensentur species solicitudinis bonæ, ita pariter & malæ, quæ ad quatuor revocantur, Honoris, Pecuniæ, Corporis, Mulieris, cui quis honesto vinculo adstrictus amorem debet ut proprio corpori. *Erunt duo in carne unâ.* Prima Honoris sa-

cit,

cit, ut quis nimio teneatur studio servandæ dignitatis, augendæ, amplificandæ, & est propria ambitiosorum, qui rarò attingunt scopum, ad quem collimant: *Expectatio solicitorum peribit.* Prov. 11. v. 7. Secunda Pecuniæ facit, ut quis nimio ferveat amore diteſcendi, accumulandi, & est propria avaris, imò omnibus, ut ita dicam, hominibus seculi, & ideo universim à Christo dicitur *solicitudo seculi istius.* Matt. 13. v. 22. Tertia Corporis facit, ut quis nimiùm occupetur circa mensam, molliriem, & vana ornamenta, & est propria sensualium, qui ut tales potiùs Gentilium quàm Christianorum more vivunt: *Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt.* Matt. 8. v. 31. Quarta Mulieris facit, ut quis nimium laboret illi satisfacere, illam componere, demulcere, & est propria conjugatis, quibus idcirco difficile est in eo statu totum cor suum transferibere DEO. *Qui cum uxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* 1. Cor. 7. v. 33. Omnes istæ solicitudines in suo genere vocantur malæ, non quòd debitâ cum moderatione non liceat servare dignitatem, procurare pecuniam, servire corpori, placere mulieri. sed quia in his difficile est servare modum, & limites præscriptos. Diligentia in istis, quæ solet adhiberi, facillimè transit in vitium, affert inquietudinem, & curas anxias, nec solùm arguit omnimodam diffidentiam in DEO, sed etiam injuriam. Plurimi sunt, qui vel ad despectum DEI eò pertingere contendunt, quò volunt, perinde si dicerent, quod per fas consequi non datur, per nefas consequemur. Numquid ista est dementia? ais, te per nefas propriis consultum ire necessitatibus, nec agnoscis, hoc si facias, te rectà rendere ad infernum? Respondes, DEUM tibi postea daturum veniam, quia misericors est. Sed in hoc maximè tuam stultitiam demonstras, quòd confidas obtinere à DEO, quod longè majus est, nempe remissionem peccati, & non confidas obtinere minus, ejus rei procurationem, quæ tibi est causa peccandi. Eo esto contentus, quod honestæ sustentationi sufficit, & hoc si petas à DEO cum fiduciâ, te obtenturum non dubita. Putásne propriam illi deesse solicitudinem, quæ promptum faciat ad te juvandum, ad sublevandum: *Dominus solicitus est mei.* Ps. 39. v. 18.

3. Considera etiam in iis solicitudinibus, quæ bonæ dicuntur, facilè incurri posse periculum excessûs. In primis quatuor, quæ nonnullis statibus propriæ sunt, excedunt illi, qui in rebus, quas agunt, fervidi dicuntur. Videbis quosdam officio suo fungi strenuè ob diligentiam, quâ utuntur: sed etiam videbis hanc diligentiam nimio ardori conjunctam, quia turbantur, & ad modum Marthæ anxiè laboriosos se monstrant, neque tranquillitatem tenent, quæ in corde sancto nullo eventu turbatur. *Solicitudo ejus aufert somnum.* Eccl. 42. v. 9. Si ita pro-

procedas, vel in ipsâ solicitudine bonâ defectum pateris. Quare? quia non integrè DEO fidis, & hinc est, quòd turberis, quòd efferveſcas, quod multum pacis deperdas. Si certò crederes, Divino nutu id eventurum, quod est melius, eam ipsam in operibus tuis adhiberes solertiam, quam nunc adhibes, sed perturbationis expertem. In cæteris quatuor, quæ sunt omnibus communes, excedunt illi, quos scrupulosos dicimus, quia in rebus omnibus metuunt, ne vel Deum offendant, vel seipsos negligant, vel debitum proximo officium omittant. Hic excessus, cùm levis est, multum juvat, quia solicitudinē stimulat. Cùm gravis est, plurimum nocet, quia illam in summam inquietudinem convertit: *Præ solicitudine quiescere non potuit.* Jer. 49. v. 20. Inde est, quòd scrupulus, cùm est gravis, rarò à DEO accidat, nisi quatenus permittit, quia propriū ipsi est potiùs sedare quam ciere tempestatem. *Non in commotione Dominus.* 3. Reg. 19. Sæpe provenit à Dæmone, qui poreſtatem habuit, uti credibile est, istam suscitandi procellam etiam in misero Jobo, ut illum in malis suis magis dejiceret, quod querulis illis verbis prodidit: *Verebar omnia operamea. Formido tua non me terreat. Pavor ejus non me terreat. Considerans cū timore solicitor.* Sed ut plurimum provenire solet à propriâ temperie scrupulosi, ut ab humore tetro, tumido, tenace, aut illis simili planetis turbulentis, qui cùm apti sint nebulis excitandis, non perinde valent ad eas dissipandas. Itaque si tibi lo te subjectum intelligas, con convenit, ut eo te cures liberari, falsi peccati metu magnum incu periculum patrandi verum, qua ità vivere inquietum, & ita parūm idoneum ad honorandum DEUM, bernandum te ipsum, juvandum proximum. Sed quis modus inde te berandi? Præcipuus est aquirere nissimam illam confidentiam in mino, quam, ut dixi, semper oper esse conjunctam solicitudini, ut laude digna dicatur. Solicitudo in se bona in te efficitur defectuosa, scrupulis sis obnoxius, quia non in grè DEO fidis. Times, ne mise tua sit ejus bonitate superior, ut, nec dum culpas illas remiserit, de bus jam toties te accusasti: ita, ut assistat, non auxilietur, & demum stibus suis capitalibus, cùm mori dum erit, te prædam objiciat. Ne advertis, quantam in hoc injuri DEO facias? stude tantummodo vire illi cum solicitudine, quam bonam dico, hoc est, cum diligentiâ: *Solicitè cura te ipsum probabilem exhibere DEO.* 2. Timoth. 2. v. 15. Non dico *probatum* (id enim nôsse impossibile est, nisi DEUS revelaverit) dico *probabilem.* Et tum totam illi curam relinque, quin dies totos animâ inquietione te crucies, sisne probatus, an reprobus, acceptus, an rejectus, futurus salvus, an perituras. *In manibus tuis sortes meæ.* Arque sic angorem illum depones, per quem solicitudo alias bona in vitiosam degenerat, vel saltem

in

in nocivam. Quis explicet, quanta pars sit temporis diurni, quam hoc venatu muscarum inutiliter consumis? fac igitur in hunc modum. Potiùs tempus illud impende ferventer Domino te commendando. Impende *in omni oratione*, impende *in omni obsecratione*, impende recolendis *cum gratiarum actione* beneficiis, ab ipso quovis tempore acceptis. Ita pro eo, quod perdas, tempus lucrabere, quia securitatem tibi præstas id obtinendi à DEO, de quo ut scrupulosus desperas. Sed quia hoc est ad diversam transire materiam, satius erit ejus considerationi proprium assignare diem.

XL

Sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud DEVM. Phil. 4. 6.

1. COnsidera, quàm meritò petat Apostolus, ut nimiæ solicitudinis loco succedat familiaris in omnibus recursus ad DEUM. *Nihil solicitifitis, sed petitiones vestræ innotescant apud DEVM.* Quia plus est, quod sperare possis ab ejus gratiâ, quàm à concentione tuâ tibi polliceri. Dixi, in omnibus; quippe non est, quòd timeas, te unquam fore importunum, aut gravem, frequentiâ postulandi. Imò preces multiplica, quantum potes: id enim spectavit Apostolus, cùm scripsit: *Petitiones*, & non *Petitio*. Sufficit esse postulata digna, quæ exhibeantur DEO: *Apud DEVM*, & ideo ab illo non petas inutilia, vel iniqua. Cetertùm si sint multa, nihil metue, imò neque si magna fuerint; nam ista decent hunc Dominum. Terreni Principes turbantur, cùm audiunt multa vel magna peti beneficia; unde Bersabea, quamvis filio suis nato visceribus supplicaret, dicendum Salomoni censuit: *Petitionem unam parvulam ego deprecor à te.* 3. Reg. 2. v. 20. *unam & parvulam.* Non hoc modo cum DEO agendum. Sint multa, quæ rogas, sint grandia, quid refert? Tunc enim maximè si unquam supremæ conveniunt Majestati. *Usque modò non petistis quidquam.* Joh. 16. v. 23. Numquid vel hoc solum satis esse debet ad excitandam fiduciam, cujus defectu ita in rebus tuis solicitus es, ut quietem perdas? *Nolite soliciti esse, sed petitiones vestræ innotescant apud DEVM.*

2. Considera, ut majorem vim petitionibus tuis tribuat Apostolus, hoc loco te docere modum planè Divinũ, videlicet, *ut innotescant apud DEVM in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione.* Quid sit actio gratiarum, jam constat. Solum restat, ut scias, quid nomine *orationis* & *obsecrationis* intelligat. Oratio definitur: *Elevatio mentis in DEVM.* Et hæc est necessaria. Quia, si DEO velis porrigere libellum supplicem, necesse est,

est, ut in eum oculos attollas, memor te in ejus conspectu stare. Obsecratio *est ratio impetrandi, quod petitur.* Et hæc saltem plurimum prodest : quia nihil ab ullo Principum peti solet, sine ratione adjunctâ. Non equidem existimare debes orationem & obsecrationem petitionibus tuis præmittendas esse, oportet ire sociatas. Non enim ordinem requirit Apostolus, sed exigit, ut *petitiones innotescant in omni oratione, & in omni obsecratione.* Gratiarum actio comitatur, unde dicitur *cum gratiarum actione*; nec refert, utrum ea petitiones tuas antecedat, vel sequatur. Si uniantur quatuor hæ partes, quæ velut totidem elementa perfectissimam constituunt formulam precandi, quàm pulchrum inde mixtum resultabit apud DEUM? Cura igitur tantò major adhibenda, ut deducas in praxin.

3. Considera, cùm à DEO aliquid petendum est, convenire, ut petas *in omni oratione*, hoc est, *in omni elevatione mentis ad DEVM.* Non oportet evagari, non distrahi, sed utriusque oculi obtutus in ipso figendus est. Qui sunt hi obtutus oculorum? Imaginatio & intellectus. Imaginatio tibi proponit per phantasma, Intellectus per fidem. Neque putes hanc mentis elevationem longissimâ tendere usque ad cœlum viâ. In te ipso stat DEUS : *Medius vestrûm stetit, quem vos nescitis.* Joh. 1. v. 26. Et stat modo quodam perquàm vivo, præsentiâ scilicet, & potentiâ : Per præsentiam videt, quod agis, cognoscit, considerat, comprehendit : per potentiam super auxiliatur tibi, ut agas. Ille non est quærendus DEUS admodum procul à te, cùm dicitur elevanda esse mentem, sensus est, quando conversaris cum DEO, eam erigendam supra res istas temporales, supratemporales, quæ sunt infimæ. *Elevare, consurge Jerusalem.* Isa. 51. v. Hoc posito, cùm Imaginatio & Intellectus, quæ sunt duæ facultates animæ adeò præstantes, unitæ fuerint perfectè constituant in conspectu DEI, an non vides, quàm idonea sit ratio voluntas, quæ est tertia, suis ponendis petitionibus? at duabus non concurrentibus, nihil ista potest proficuum, & idcirco vult Apostolus ut cùm à DEO aliquid postulas, id fiat *in omni oratione*, hoc est, *in omni elevatione mentis ad ipsum.* Nam istæ preces celerrimè exaudiuntur, istæ, inquam, quæ offeruntur (prout hactenus declaravimus) conspectui divino. *Clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus.* Ps. 7. v. 17.

4. Considera, cùm à DEO rem aliquam petis, eam pariter petendam *in omni obsecratione*, hoc est, *in omni ratione impetrandi*, quæ fieri possit. Verum est, rationes ejusmodi esse infinitas, & ideo licitum esse, ut nunc unam nunc alteram usurpes, prout conversimodè suggesserit spiritus. Et parte tuâ semper propria est proponenda miseria, quæ apud eum, qui tam teneræ viscera pietatis habet, est validissimus titulus ad impetrandû promptum auxilium : *Inclina aurem aurem tuam*

tuam ad precem meam, quia repleta est malis anima mea. Ps. 72. Tantóque magis quòd hujus consideratio faciat, ut coram DEO te demittas, ut confundaris, compungaris, atque ita fias aptior ad ejus recipiendas gratias. Ex parte DEI tot sunt tituli, quot sunt excellæ perfectiones, Omnipotentia, Sanctitas, Sapientia, Majestas. Præcipuè verò semper memoranda Misericordia, quæ illum obligat ad beneficia etiam non merentibus præstanda. *Secundùm misericordiam tuam mémento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.* Ps. 24. Et ista etiam alio ex capite perquam opportuna succedit recordationi summæ tuæ miseriæ, quia facit, ne illa tibi causa sit diffidentiæ. Duos hosce modos obsecrationum ceteri sequuntur, uti sunt rogare beneficium intuitu amoris, quo fertur in Cœlites, & sanctissimam Virginem. Præcipuè verò allegranda merita Christi, ejus ærumnæ, sudores, & pretiosissimus sanguis pro te fusus: *Protector noster aspice DEVS, & respice in faciem Christi tui.* Ps. 83. Fieri nequit, quin Pater tuus Cœlestis statim huic cedat. Habes enim sponsionem Christi solenni juramento testatam: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Joh. 16. v. 23. Verbo si discere cupias formulam obsecrandi, eam pauperes docebunt. *Cum obsecrationibus loquitur pauper.* Prov. 18. Vide, ut illi certatim te operiuntur ad ingressum templi, quod adis. ut te circumstant, ut aggrediuntur. ut ulcera ostentant cum significatione doloris. ut obtestantur, ne ipsos destituas, per amorem animæ tuæ: ut Purgatorium, & Paradisum memorant: ut memoriam refricant quinque vulnerum, quæ Christus tui causâ in Cruce pertulit. Hocomnino modo agere tè cum DEO tuo convenit. In hunc finem, ajunt Sancti, ab ipso inductam consuetudinem, ut Pauperes consisterent ad templorum limina, daturi fidelibus illuc intrantibus specimen supplicandi. Tu quidem pauper es; sed non mendicus, quia nescis, ut oportet, mendicare. Quis hanc artem callebat? Sanctus ille Rex, qui pro suâ gloriâ dicebat: *Ego autem mendicus sum & pauper.* Si pauper fuit, etiam insignis mendicus extitit, unde cum veritate dicere potuit: *Dominus solicitus est mei.* Ps. 39. v. 26. Si scieris mendicare, etiam disces, uti oportet, obsecrare. Fortè dices: *Mendicare erubesco.* Luc. 13. v. 3. Imò verò hic summus honor est, scire DEO porrigere libellos supplices, qui omnia possint. Tales autem sunt obsecrationes.

5. Considera obsecrationibus subjungere Apostolum gratiarum actionem, quæ, ut diximus, & præire potest petitiones, & sequi. Videtur tamen plus utilitatis allatura, si præcedat, non solùm quòd gratitudo, quam exhibes pro beneficiis præteritis, te reddat aptiorem futuris, quia gratiorem: sed etiam, quòd memoria beneficiorum, quæ tibi tum publicè tum privatim collata sunt, fiduciam excitet etiâ

nova accipiendi. Et hæc demum optima dispositio est quidvis à DEO impetrandi, nempe confidentia: *Miserere mei DEVS, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.* Psal. 56. Jam verò dubium non est, ad confidendum vehementer excitare omnes eos titulos, qui in obsecrationibus sunt adducti. Verùm omnes isti denique demonstrant, DEUM posse tibi benefacere, si velit: sed non æquè ostendunt, quòd velit. Unde igitur scies, quòd velit? si videas illum facere. quæ res maximã confert fiduciã: *Ego clamavi, quoniam exaudisti me DEVS.* Psal. 16. Igitur animo revolve tanta beneficia Divina, quibus circumdaris, tam publica, quàm privata. Scio ad majorem fiduciam te stimulari cogitandis privatis quàm publicis. Sed hoc ex errore contingit. Quia si intimè perspicias cor DEI, videbis etiam ista beneficia tam singulari affectu tibi exhiberi quàm quælibet privata, quasi præter te non esset alius, cui illa præstaret: unde revera omnia sunt singularia ac privata. Redde igitur illi gratias toto cordis affectu de propriis, sicut de his, quæ tibi cum aliis communia sunt, & de communibus non minùs, quàm de his, quæ tibi propria censentur. Cùm hac occasione cognoveris, quàm DEUS erga te sit beneficus, quis dubitet summam tibi nascituram fiduciam offerendi petitiones, quæ sunt finis totius dispositionis hactenus explicatæ. *In omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud DEVM.*

6. Considera hunc modum loq[...] di usurpatum ab Apostolo non[...] improprium videri. Siquidem D[...] antequam postules, jam optimè no[...] quid postulare velis: *Scit Pater ve[...] quid opus sit vobis, antequam peta[...] um.* Matth. 6. v. 8. Quâ igitur [...] tione dici tibi potest, ut illi notum [...] cias: *Petitiones vestræ innotescant [...] pud DEVM.* At cur modus hic [...] quendi tibi improprius videtur? [...] ignoras DEUM, quando agit cum [...] mine, in omnibus procedere [...] humano, & idcirco exigere, ut illi [...] mnia tua desideria exponas, peri[...] si illa ignoraret. Scio illum sæpe [...] positionem istam prævertere, & [...] sola desideria exaudire, uti nos in[...] dum agimus cum pauperculis: *De[...] derium pauperum exaudivit Domi[...]* psal. 10. v. 17. Sed hoc est præter [...] gem. Lex est, saltem ordinaria, [...] non exaudiat, nisi disertè propos[...] *Petite, & accipietis.* Quia vult, ut [...] simus importuni. Hoc ejus gaudium [...] hoc jubilum est. Noli igitur te [...] mare dicendo, DEO non esse ignora[...] omnem tuam necessitatem, quia [...] tu illi coràm repræsentes, perinde [...] ac si prorsus ignoraret. An nescie[...] cœlestis Pater, quid suus in assump[...] carne Filius desideraret? & tamen [...] quis explicet, quomodo hic ipse Fili[...] continuò supplicaverit *in omni orati[...] ne, & in omni obsecratione,* sua desid[...] ria illi exponendo? sic tu quoque faci[...] as: & cùm id maximè feceris, qui[...] cesses aliquando, ut etiam fatigeris p[...] tendo, certus esto te exauditum iri. E[...] ecce! ut recursus ad DEUM supplebi[...]

illam

illam solicitudinem, quæ ut nimia tibi interdicitur. Qui cum DEO habet commercium, est instar ligni plantati ad rivos aquarum, rivos crystallinos, præterfluentes. Non est solicitum. Superveniat æstas, & ardore suo infestet, quid proficiet? *Ad humorem mittit radices suas.* Et idcirco: *tempore siccitatis non erit solicitum.* Jer. 17. v. 8.

XII.

Hic est autem judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Jo. 3. v. 19.

1. COnsidera, tenebras, de quibus hoc loco Dominus loquitur, non esse peccata voluntatis, sed errores intellectûs, quibus deinde cohærere solent peccata voluntatis. Ista namque in scripturis sacris non solent dici tenebræ, sed *opera tenebrarum.* Rom. 13. 12. Tenebræ dicuntur errores intellectûs: *Qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.* 1. Pet. 2. v. 9. Hoc est, *vocavit* ab ignorantiâ veri. Et idcirco etiam tenebræ vocantur, qui his subjacent erroribus: *Eratis aliquando tenebræ.* Eph. 5. v. 8. Porrò de istis hîc loqui Dominus non vult, ut qui potiùs sunt tenebrosi quàm tenebræ, & ideò duntaxat tenebræ dicuntur, ut constet, quàm sint tenebrosi. De illis loquitur, quæ sunt in proprio sensu verè tenebræ, hoc est, de erroribus intellectûs, qui vel fidem obumbrant, quæ sunt tenebræ infidelibus propriæ, vel actionem, quæ sunt propriæ malis Christianis. De omnibus, qui amant has tenebras, ait Dominus jam esse manifestum judicium. *Hoc est autem judicium.* Non est necesse alias quærere damnationis causas: Satis est scire, quòd *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Cùm enim tantopere dilexerint tenebras, consequens est, ut etiam dilexerint peccata voluntatis, quæ hisce tenebris sunt annexa. Siste tantisper, & studiosè considera, an & tu sis ex horum numero infelicium: hoc enim summum foret malorum, velle tenebras, & nec quidem agnoscere, quòd velit. *In tenebris, quasi in luce ambulant.* Job. 24. v. 17.

2. Considera, tres fieri posse classes fidelium. Quidam omnes fenestras aperiunt illi soli, de quo scribitur: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Ps. 75. v. 5. Alii omnes claudunt: alii demum nec claudunt omnino, nec aperiunt, sed habent, ut dicimus, semiclausas. Omnes fenestras apertas habent illæ animæ, quæ semper plus Divinæ lucis recipere desiderant. Omnes tenent clausas, qui nihil minùs, quàm lucis hujus infusionem volunt. Semiclausas habere censentur, qui lucis aliquid à DEO accipere cupiunt, sed non nimis multum, ne magis, quàm optent, respondere teneantur. Primi

generis sunt paucæ, secundæ classis multæ, plurimæ verò tertiæ. Bene perpende statum trium horum ordinum personarum, ut probè intelligas, cui tu debeas accenseri.

3. Considera felicitatem illarum animarum, quæ omnes suas fenestras apertas habent. Hæ sunt animæ sanctæ, quæ facilè agnoscunt tantum se facturas boni, quantum habent vivi luminis: *Ambulabunt gentes in lumine tuo.* Is. 60. Et ideo ad hoc anhelant, ad hoc aspirant, hoc ardentibus votis postulant: *DEVS meus illumina tenebras meas.* Ps. 17. v. 29. Amant audire verbum DEI, volunt corrigi, admittunt consilia, libenter perlegunt libellos sacros, quia cuncta prosunt ad dandam illis lucem. Istis Dominus miris modis se communicat, quia sol est: *Lux venit in mundum.* Atque idcirco tantum sese cujusque domui infundit, quantum aditum invenit. Non violentè aggreditur fenestras, non dejicit, non perrumpit ut fulmen. Quippe lucem suam conferendo, beneficium confert maximum, & ideo nemini obtrudit: *Beneficium non confertur in invitum.* Fulmen, quod pœnam infert, totis viribus uti sinit. En igitur quid fieri oporteat, ut multum lucis à DEO impetres. Fenestras tuas, quantum potes, aperi, uti Daniel in Babylone faciebat. Dan. 6. v. 10. Sed citò aperi, quia sol est, beneficus quidem, sed in transitu: *Pertransit benefaciendo.* Ubi transiverit, fortè ejus reditum tibi polliceberis? Id equidem à sole sensibili, quem cernis oculis, sperare potes, sed non à Sole Divi[illegible] nam iste haud quaquam legibus, [illegible] le, subjacet. *Orietur vobis timen[illegible] nomen Domini Sol Justitiæ, & sanit[illegible] pennis ejus.* Mal. 42. Sol iste co[illegible] reus pennas non habet, sed habet [illegible] vinus: & in his salutem tuam tibi [illegible] fert: *Sanitas in pennis ejus.* & cu[illegible] his? ut ostendat, se commeare [illegible] libito, & neminem esse, qui iter [illegible] gat, aut præscribat viam.

4. Considera è contrario illa[illegible] infelicitatem animarum, quæ fe[illegible] stras suas omnes occlusas tenent. [illegible] sunt animæ sceleratæ, quæ cùm [illegible] velint præstare boni, non cupiunt [illegible] dere lucem, nec agnoscere debit[illegible] *Nolunt intelligere, ut bene agant.* S[illegible] pentè radius aliquis veritatis eo[illegible] animis illucescat, sese distrahere, [illegible] divertere conantur: *Dixerunt DE[illegible] Recede à nobis. scientiam viarum [illegible] rum nolumus.* Job. 21. v. 14. Comm[illegible] potiùs quàm concionibus intersunt [illegible] correctiones dedignantur: aversa[illegible] consilia, libros legere amant no[illegible] profanos, & juratam hostilitatem [illegible] versus solem suum exercent. *Fuer[illegible] rebelles lumini.* Job. 24. v. 13. Fac[illegible] vides, in quàm propinquo sint istæ [illegible] mæ damnationis suæ periculo: na[illegible] psæ sunt propriè illæ animæ, quæ [illegible] *in tenebris*, & si in tenebris sint, jam [illegible] interitu parùm absunt. Est enim [illegible] tatu dignum, quod continuò in scri[illegible] pturis sacris tenebræ cum umbrâ mor[illegible] tis jungantur: *Obscurent eum tene[illegible] bræ, & umbra mortis.* Job. 3. v. 5. *E[illegible] duxit eos de tenebris, & umbrâ mortis.*

Ps.

Ps. 106. v. 14. *Sedentes in tenebris, & umbrâ mortis.* Ps. 106. v. 10. Et quid significatur hoc modo loquendi, nisi eum, qui vivit in tenebris, vivere in summo periculo mortis, hoc est, damnationis æternæ? Cùm tu vides imminere umbram, quid ais? an non dicis illicò, non posse procul abesse corpus? ita dic, his miseris proximè imminere interitum. O periculum propinquum! periculum proximum! Umbra signum est non tantùm vicini corporis sed præsentis. Unde dicere non dubita repente occupandos à morte, quibus umbra jam incubuit. Non crediderim in eo statu te versari. Idcirco ex animo roga Dominum, ut pro suâ pietate eos illuminet, qui in isto versantur, *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbrâ mortis sedent.* Luc. 1. v. 19. Neque enim spes est, ut hi aliquando pro se orent. Qui non solùm stat in tenebris, sed & sedet, quàm pronum est, ut etiam obdormiscat? Ita his miseris accidit, non cogitant malum suum, non apprehendunt, non advertunt, & ideo nec operam adhibent, ut illo liberentur. Et hoc forsitan est, quod etiam significare placuit, cùm dicitur, quòd *qui sedent in tenebris, sedent* pariter *in umbrâ mortis.* ceu diceret jacere omnes oppressos non duntaxat à tenebris, sed à somno, nam quid aliud est somnus, nisi imago vel *Umbra mortis.*

5. Considera statum illarum animarum, quæ fenestras mentis suæ habent semiclausas. Istæ sunt plurimæ, & ideo verosimile videtur, te quoque in his inveniri. quæ verò sunt istæ animæ? sunt illæ, quæ accipere lumen à DEO volunt, sed quodammodo formidant, ne nimium accipiant. si nimium habeant, autumant se non posse vivere, quia copiæ luminis respondere nolunt, & ideo turbantur. Istis mirè quadrat sententia, quam meditamur. quippe Dominus non absolutè dicit: *Homines dilexerunt tenebras*, sed: *dilexerunt magis tenebras quàm lucem.* Qui fenestras omnino aperit, absolutè lucem amat: qui omnino claudit, absolutè amat tenebras. restat igitur, ut illi magis ament tenebras quàm lucem, qui fenestras nec omnino aperiunt, nec omnino claudunt, claudunt tamen magis quàm aperiunt. Sed quidquid de hoc sit, certè non est hæc regula, quam serves. pro eo, quòd dicas soli, ne tantum luminis in te spargat ad agnitionem veri, dic potiùs, ut vires subministret hoc agendi, quod monstrat. *Da Domine, quod jubes, & jube, quodvis.* & ecce! subitò evanescent omnes tui vani timores. Metuis forsitan nunquam fore, ut virtutem istam consequaris? tu verò illam pete hodie: cras ad eandem petendam redi, & sic tertio, quarto, quinto die magnâ constantiâ, & ego securum te reddo ejus nomine, cujus est illam dare, certò fore, ut obtineas: *Petite, & dabitur vobis.* Ceterùm quantò melius est, etiam cùm nondum agis, scire, quid oporteat agere. Tunc enim saltem conscientiæ remorsus faciet, ne tuis defectibus acquiescas, atque ita spes erit secuturæ emen-

dationis. Secus, actum de te erit. unde vides, quàm longè aliter discurrere te oporteat, quàm soleas. tu velles minus luminis accipere, ne sentias tam acutum in tuis erroribus remorsum conscientiæ; & ego tibi dico optandum multum luminis, ut hunc sentias remorsum. an putas fortassis hanc ipsam obscuritatem, quæ demum aliud non est, quàm lumen rarum, lumen squallidum, exiguum esse malum? Imò dæmon à te aliud initio non petit, idque duplici ex capite. primò quia ille imitatur modum illorum mercatorum fallacium, qui dubium non habent de suis distrahendis mercibus adulteratis, modò possint eas vendere in tabernis obscuris. *Oculus adulteri observat caliginem.* Job 24. v. 15. deinde quòd sciat, nihil esse pronius quàm obscuritatem transire in tenebras. Cave igitur ne ames vesperam mentis tuæ quasi continuam, quia vesperæ succeder nox.

6. Considera, quantam injuriam omnes illi Domino faciant, qui à se repellunt, quia lux est. ob hanc ipsam causam libenter fugiendus est, quia sol iste aliud quærit, quàm ut ab illis tollat remotissimam, qualis est Ignorantia: *lux veni in mundum, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.* Joan. 12. hunc ergo quisquis amaverit, excusationem non habet: quia ignorantia voluntaria non minuit, sed gemino peccatum. quæ causa est, ob quam Dominus tantopere eos reprehendit, qui *dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.* reprehendit, inquam, quia *dilexerunt*, hoc est, voluerunt. summum malum non est versari in tenebris, sed eas amare. & ideo dicit, contra illos jam esse latam sententiam. *Hoc autem judicium.* quia ad hos convincendos non instituitur novum judicium, qui profitentur se lucis incuriosos: nam hoc ipso se reos profitentur omnium criminum, quæ ab illorum tenebris procedunt.

XIIII.

S. Hermenegildus Martyr.

Homo Sanctus in Sapientiâ manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur. Eccl. 27. v. 12.

1. COnsidera, quòd sol stare dicatur semper fixus, *Manet*, non quia non continuò movetur (nam tantâ potiùs velocitate movetur, ut unius horæ spatio plusquam unam absolvat milliarium myriadem) sed quia nihil unquam perdit suæ claritatis, sui coloris, suæ virtutis: idem semper est, etsi nos non eundem semper experimur, sed varium pro diversitate distantiæ. ubi Luna è contrario minuit progreditur, nec est momentum, quo non

non lux ejus deficiat, vel crescat, maximis intra breve tempus obnoxia mutationibus, nunc plena, nunc vacua, jam pallida, mox coruscа. Ista igitur est præcipua differentia, quæ inter hominem sanctum, & stultum, hoc est, peccatorem intercedit. uterque movetur, quis dubitet? at sanctus movetur simul, & stat fixus: moveturr, quia semper *procedit*: quo modo? *de virtute in virtutem*. & sic etiam semper *crescit*, donec perringat *usque ad perfectam diem*. at simul stat fixus, quia nihil unquam perdit ejus virtutis, quam obtinuit, sed illam potiùs corroborat, & firmat, ad imitationem veri solis Justitiæ, qui, ut scribitur, à primo suo diluculo *crescebat, & confortabatur*, at semper *plenus Sapientiâ*. Luc. 2. Contrà stultus movetur quocunque modo, quia nunc aquirit, mox perdit, lætatur, tristatur, erigitur, dejicitur, & si bonialiquid orditur, mox iterum abrumpit, uno die mille mutationibus subjectus. Quàm firma adhuc est tua stabilitas in bono? Ista dos est, quæ te reddit similem speciosо soli Justitiæ, Christo JESU, qui nunquam erat à se diversus in thesauris, quibus abundabat. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

2. Considera, quam ob causam stultus tam mutabilis, sanctus tam firmus & stabilis existat. Causa est, quia sanctus est instar solis, sapientiam suam in se habet, non ab alio astro sibi similimendicat, cùm stultus eam non habeat: *Auferetur ab impijs lux sua.* Job 38. v. 15. & ita cùm hanc vult, necesse est ab ijs, qui habent, emendicare, uti luna à sole. & ideo juxta diversa dictamina, quæ nunc ab hoc, nunc ab illo accipit, cum castis est castus, cum sordidis sordidus, cum cautis est cautus, effrons cum effrontibus, *& nunquam in eodem statu permanet.* Job 14. 2. quoniam non est illi propositum placere DEO, sed hominibus se conformare. O quanti refert per se ipsum cognoscere, quid fieri conveniat, ne facilè à quoquam se abripi patiatur. Hoc est *manere in sapientiâ suâ.* nonne vilis est animi, tam abjectè servire aliorum dictaminibus perversis? audi, quid vel apud ipsos malos æstimationem & pretium tibi faciat, Constantia tua. *Horruerunt Persæ constantiam ejus.* Judit. 16. v. 12.

5. Considera, de homine sancto dici: *Manet in sapientiâ*, non dici; *manet in scientiâ*: quia sapientia est de principijs universalibus, & finem spectat: scientia verò de principijs particularibus, & media respicit. Ideo homo sanctus *in sapientiâ manet sicut sol*, quia nunquam mutat finem: semper habet eundem: semper tendit ad DEUM: *Mihi autem adhærere DEO bonum est.* non sic *manet in scientiâ*, quia in particularibus, quæ sunt media, mutatur juxta id, quod tempus postulat, obedientia, officium, sanitas requirit. Jam contemplationi, jam actioni insistit: nunc præcipit, nunc paret: conversatur, vel studet, plus minúsve pœnitentiæ assumit: sed hoc ipsum est manere in sapientiâ, quia hoc agit, quod videt aptius ad finem pro-

propositum semper DEO suo placendi magis. Ita sol facit, cujus finis est vitam dare mundo: sed hoc non operatur eodem modo in omnibus. quia tamen in opere suo servat ordinem, id ab omnibus noscitur. Lunæ opera divinamus. sed quis assequitur?

4. Considera, cùm sapiens dixisset: *Homo sanctus in saptientiâ suâ manet sicut sol*, debuisse à contrario dicere: *nam peccator sicut luna mutatur*. Porrò non dixit hoc modo, sed ait: *stultus*. & tamen quid per stultum intelligit, nisi hominem peccatorem? nec mirum: id enim idiomate scripturæ proprium ejus nomen est. ac Sapiens ut plurimum haud aliter appellat. Certè sæpiùs stultum quàm peccatorem vocat: adeò verum est, in mundo non reperiri stultum majorem, ne petas, ut tibi referam omnes stultitias, quas committit, sunt enim totidem, quot genera peccatorum. quæ verò ejus stultitia maxima? quòd credat se esse sapientem. Ita sanè hæc est, quæ ubi aucta fuerit, curari nequit, quia tunc nec consilia admittit, nec correctiones sustinet, & stultos reputat, qui stultum esse dicunt: *sed & in viâ stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat*. Eccl. 10. v. 3. Vides ergo peccatorem etiam pejus agere quàm lunam: nam si rectè hanc aspicimus, ipsa deficit, non quòd per inconstantiam reijciat lumen, quo erat plena, sed quia hoc illi adimitur: adimitur autem, cùm videri possit mereri plus lucis, plus fulgoris, hoc est, cùm soli maximè appropinquat. unde si culpa cadere in Lunam posset, [illegible] tunc parcè & malignè luceat, [illegible] tamen excusatione foret. At [illegible] tor non sic agit: ipse rejicit lumen [illegible] respuit, *fuerunt rebelles lumini*. [illegible] pallorem, vult obfuscationem, [illegible] umbras, & tenebras, quæ caput [illegible] bilant. *Dilexerunt magis tenebras quàm lucem*. & idcirco non dicitur: *Luna mutatur ut stultus*, sed: *stultus mutatur ut luna*: quia Luna, dum [illegible] ficit, stulta non est, sed potiùs [illegible] loquendi modo infelix. Cave igitur ne unquam eò venias dementiæ, [illegible] quitatem pro sapientiâ reputes: [illegible] enim foret summa stultitia. & hac [illegible] men plenus est mundus: *stultitia [illegible] dium stulto*. Prov. 15. v. 22. O [illegible] horrendam, videre homines, qui [illegible] de cæcitate suâ placent, triumphant, tripudiant! *Expedit magis ursæ occurrere raptis catulis, quàm fatuo confidenti in stultitiâ suâ*. Prov. 17. v. 12.

5. Considera, quemadmodum peccator stultus vocatur, ita vice versa Sanctum dici sapientem, quia hæc [illegible] vera sapientia in terrâ, attingere sanctitatem. Dixi, attingere; quia [illegible] ingrediuntur hoc iter, sed in medio viæ subsistunt. *manent* tantisper *in sapientiâ suâ*, sed *non manent sicut sol*: hoc est, constanter usque ad finem, terrenis se monstris patiuntur, quæ per viam occurrunt: *Monstrorum exagitantur timore*. Sap. 17. v. 14. & ita vecordes deviant. Qui sic agit, non est sanctus: unde non dicitur: *Justus manet in sapientiâ sicut sol*: sed: *Sanctus*: quia constantia, qualis est solis, quem nec mon-

monstra morantur, ut dictinus, quæ in viâ occurſant, non eſt omnium. noſſe vis aliquem, qui eam habuit? Eſt is Hermenegildus regius juvenis, cujus hodie memoria recurrit. Quot illi monſtra occurrebant in viâ? opes, applauſus, adulationes, voluptates, conſilia peſſima, peiora imperia, carceres, vincula, catenæ, ſecures ipſis vibratæ manibus paternis; & tamen ſemper ſtabilis nec pilum deflexit à viâ Regiâ. Hoc eſt agere ad modum ſapientis, ſeu ſancti. & ideirco ut animeris in bono, quod agis, non tantùm pro præſidio tibi ſit, ſed pro Exemplo, dum ad ruborem tuum conſpicis ingente mille erroribus infectâ, ejus ſtatûs & proſapiæ Juvenem tam firmum: *manſit in ſapientiâ ſuâ ſicut ſol*, ubi tu, licet procul abſint ea monſtra contraria, nihil ſolidæ firmitatis demonſtras, ſed *ſicut luna mutaris*.

XIV.

Niſi quia Dominus adjuvit me, paulò minùs habitâſſet in inferno anima mea. Pſ. 93. 17.

1. COnſidera Infernum, de quo hîc loquitur pſaltes, eundem videri, quem alibi Inferiorem appellat: *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Pſ. 85. v. 13. quia ut ibi ait ſe inde exiiſſe, ita idem quoque hîc memorat, dum requidem fatetur ſe in tali inferno verſatum, ſed, quæ fuit DEI gratia, non diu moratum. Unde non dicit: *Niſi quia Dominus adjuvit me, paulò minùs deſcendiſſet in Infernum anima mea.* dicit: *habitâſſet.* quo indicat, ſe quidem ibi fuiſſe, ſed non diu fuiſſe, quia habitare potiùs eſt hominis ſtabiliter in loco aliquo commorantis. quis igitur eſt hic infernus, è quo iterum patet exitus? non poteſt eſſe infernus pœnæ, quia in iſtum David nunquam incidit niſi ſolâ cogitatione: reſtat ergo, ut ſit infernus, qui à multis ſanctorum dicitur Culpæ: & fortè appellari poteſt inferior reſpectu alterius ex hoc ipſo capite, quia iſto exiri poteſt, ſed non illo. Ceterùm uterque eſt infernus culpæ, uterque pœnæ. O te beatum, ſi probè inrelligas, quàm ſint invicem affines, ut tam ab uno quàm ab altero æquè caveas.

2. Conſidera peccatum meritò vocari Infernum, quia vilitatis eſt barathrum: *de profundis clamavi ad te Domine.* Pſ. 128. v. 1. non credis, quàm in humili ſtatu verſetur, qui vivit in peccato: hæret in luto, hæret in limo: *Infixus eſt in limo profundi.* Pſ. 68. v. 3. imò quemadmodum infernus profundus eſt carcer, ita & peccatum. verum eſt, hunc carcerem non eſſe æternum, quia, ut dicebam, peccator inde poteſt exire, dum vita ſupereſt: ſed hoc profectò eſt meræ gratiæ. naturâ ſuâ etiam ipſum eſt carcer æternus; quia peccator ſuis viribus inde nunquam poſſet exire. Neceſſe eſt Divinâ manu aperiri clauſtra: *Educ de cuſtodiâ animam meam.* Pſ. 141. v. 9. ceterùm

non desunt huic carceri custodes terribiles, quales sunt omnes dœmones Tartarei, qui peccatorem circumstant, & arctâ cingunt obsidione numero maximo, ut de egressu non cogitet: *Custodes tui quasi locustæ.* Nah. 3. v. 7. Hic quoque Infernus geminam habet pœnam damni & sensûs. Pœna damni est privatio DEI, & quod consequens est, cujuscunque juris, quod peccator habebat ad gloriam. *Spoliavit me gloriâ meâ.* Job. 19. v. 9. Pœna sensûs est omne id, quo peccatum etiam in hoc mundo plectitur, per infamiam, infirmitatem, adversa, quæ illud solent comitari. *Visitabo super vos juxta fructum studiorum vestrorum.* Jer. 21. v. 24. Adest & vermis crudelissimus, remorsus conscientiæ. *Vermis eorum non moritur.* Isa. 66. v. 24. adsunt tenebræ, terrores, implacabiles furiæ, quæ per intervalla aggrediuntur peccatorem etiam in somno, eumque ita agitatum lecto quandoque proturbarent, nisi desisterent subinde, sinerentque peccato suo indormire. *Vadent, & venient super eum horribiles.* Job. 20. v. 25. Adest & interiorum facultatum perturbatio maxima, unde oritur in homine horrendum chaos. Intellectus voluntatem pervertit, voluntas præcipitat intellectum: nullus appetitus rationi subjicitur, sed eidem repugnat, quia totus virtutum chorus recessit à corde tam impio, tanquam à domicilio nimium alieno. *Egressus est à filiâ Sion omnis decor ejus.* Thr. 1. v. 6. Hinc est, quòd in isto inferno pariter audiantur voces inconditæ te-

merantis sanctissimum DEI nom… accusantis Providentiam, exten… Misericordiam, blasphemantis … omnem modum insaniæ justitiam … vinam: *In inferno autem quis con… tur tibi?* Ps. 6. v. 6. Unum est, qu… mireris, cùm in inferno non au… tur nisi planctus ejulantium, in pec… to multos esse, qui rideant. Scio… li hinc decipi: nam id ipsum m… rum est maximum, quòd ita homo … externet, ut non cognoscat. *Inebr… avit me absynthio.* Thr. 3. v. 15. T… enimverò intercluditur exitus, … *nullus intelligit, in æternum peri…* Job. 4. v. 20. & ideo peccatum … demum verus est infernus, quia … tur æternus: *nulla est redemptio.* U… cùm dœmones in damnatis omni … dio excitent planctum, è contr… peccatores ad perpetuum risum … mulant, ita de illorum possessio… curi, quoniam Dominus, qui … *vinctos in fortitudine.* Ps. 67. v. 7. … vult uti nisi viribus ordinariis, … cùm ita sint; numquid cum ratio… peccatum nominari potest infernus …

3. Considera, quanta sit causa h… roris, si cum sancto Davide memor… repetas, te in hoc versatum esse infe… no. & si modò, uti sperare licet, … illo non sis, cui id in acceptis refer… debes, nisi summæ Bonitati Divinæ … *Nisi quia Dominus adjuvit me, pa… minus habitâsset in inferno animam…* Tu non eras, qui prior manum DEO porrigeres. ipse primus porrexit ti… bi. & quo modo porrexit? procurando, ut illum legeres librum spiritual…

ut illi interesses concioni, illi personæ loquereris, illud cerneres probitatis exemplum. Quod si hoc modo factum non esset, *nisi quia Dominus adjuvit te*; in hanc usque horam perseverâsses in peccato? *habitâsset in inferno anima tua.* Verè igitur potes dicere parùm abfuisse, ut adhuc habites. *paulo minus.* Quia quàm parùm abfuit, ut illum librum non legeres, illam concionem non audires, cum eâ personâ sermonem non faceres, illud exemplũ bonum non videres? si te spectes, clarè vides fuisse casum, non perinde, si DEUM respicias. quia ille singulari providentiâ ita res omnes & rerum circumstantias disposuit, ut contingeret te facere modicum illud bonum, quod esse debuit occasio salutis. Vide igitur, quantum oporteat te agnoscere obligatum tantæ Bonitati, protestando hanc esse solam, à quâ salus tua manaverit. *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitâsset in inferno anima mea.*

4. Considera, quid non ageret damnatus, si illi Misericordia Divina concederet egredi ex inferno. numquid videtur quamprimùm se abditurus in densissima nemora, afflicturus in spelæis, maceraturus in sepulcris? cur igitur tam parvi facis gratiam, quam etiam tibi DEUS præstitit, eruendo è peccato? & verò tu fortè adeò eris vecors, ut denuò te immittas in infernum, unde ille te eruit. sed numquid hoc foret portentum stultitiæ? perpende parùm, fierine possit, ut damnatus è suo barathro eductus paucos intrà dies eò cupiat reverti, quasi pœnitudine ductus ejus gratiæ, quam à Domino acceptavit. & tu hoc voles? Ah! quàm clarè constat à te non cognosci favorem tibi à DEO exhibitũ. Ideirco cave, quia ab inferno, qualis est peccati, dum vita durat, semper patet exitus, sed non semper exitur.

Quæretis me, & in peccato vestro moriemini.

* * *

XV.

Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. quando autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli 1. Cor. 13.

1. COnsidera *Parvulos* esse homines (quis dubitet?) sed imperfectos; & tales nos sumꝰ in terrâ respectu Dei, imperfectissimi sumus: nec loqui de illo possumus, nec illũ æstimare, nec de illo cogitare, & ideò cũ illo agimus instar parvulorũ. quare? quia eo prorsus modò nos habemꝰ, uti cùm in ætate puerili nõ sciebamus nec loqui, neq; judicare, nec cogitare de re ullâ nisi puerili: *loquebamur ut parvuli, sapiebamus ut parvuli, cogitabamus ut parvuli.* quæ est loquela parvulorum? balbutiens, truncata, tarda, laboriosa: unde pro

miraculo habetur, si loquantur diserè: *Linguas infantium fecit disertas.* Sap. 10. & talis est lingua nostra respectu DEI. *A, à, à Domine DEUS: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Jer. 1. v. 6. si sit in terrâ, qui in re aliquâ ritè loquatur de DEO, miraculum est. Et quale est judicium parvulorum? est judicium distortum, judicium perversum. magna æstimant, uti parva, quæ quotidie tractant, nec habent gustum, nec sensum eligendi verum bonum. *Possidebunt parvuli stultitiam.* Prov. 14. v. 9. Tale est judicium nostrum respectu DEI. Discurrimus de ipso sicut de rebus, quas habemus in terrâ sensibus subjectas. *Non sapis ea, quæ DEI sunt.* Mat. 16. v. 23. quæ demum cogitatio parvulorum? est cogitatio consentanea phantasiæ, adeóque impropria, vaga, & similior cogitationi somniantis quàm vigilantis. *Quasi axis versatilis cogitatus illius.* Eccl. 33. v. 5. Et talis est cogitatio nostra respectu DEI. quia in eo cogitando mentem figere non valemus, uti oporteret, & cùm de illo cogitamus, eum nobis repræsentamus nunc specie hominis, nunc arboris, nunc animalis, nunc solis, hoc est sub ineptissimis somniantium larvis. *Cui ergo similem fecistis DEVM?* Job. 17. v. 11. Cùm igitur evaserimus in vitam alteram, ad ætatem perfectam, *in virum perfectum.* Eph. 4. v. 33. Repentè, ut homines maturi, deponemus istum, quem nunc usurpamus, modum parvulorum: *Evacuabimus, quæ sunt parvuli.* quia cogitabimus de DEO, judicabimus de DEO, loquemur de DEO, ut oportet. & hoc est, [illegible] juxta litteram dicere vult Apostolus: at quando veniet hæc hora? quando veniet? ergóne inveniri potest aliquis, qui magis amet ætatem suam infantilem quàm virilem? *Vsquequò parvuli diligitis infantiam?* Prov. 1.

2. Considera, quòd ordine rerum nis primum sit cogitare, deinde judicare, demum loqui. sed Apostolum ordinem servavit prorsus oppositum primo loco posuit loqui, altero judicare, tertio cogitare. *Loquebar parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus.* nôstine, cur hunc ordinem servaverit? quia sic omnes faciunt parvuli. priùs loquuntur de rebus, tum judicant: priùs judicant, deinde cogitant. tanta est illorum imperitia. In hunc planè modum agunt in terrâ homines de DEO. Audis quantâ temeritate nonnulli loquuntur toto die de altissimis mysteriis, de judiciis DEI immensis, de ipsius Providentiâ, de Prædestinatione, de immortalitate animarum, quas condidit: hæc pronunciant, quod ipsis venit in buccam: hoc est priùs loquuntur, deinde judicant. porrò judicant antè, quàm bene cogitaverint. quia vix primis imbuti elementis litterarum etiam trivialium, etiam profanarum, occupant officium Theologorum, sed tam apte, ut meritò de quovis illorum dici possit: *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?* Job. 38. v. 2. quantò meliùs facerent dicendo, se esse pueros, & ut tales nescire loqui? *Nescia lo-*

loqui. audiant saltem, quod illos monuit Ecclesiastes. *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram DEO: DEUS enim in cœlo & tu super terram.* Eccl.5.v.1. Ita est, perversus hic ordo, quem servamus in terrâ, cessabit in cœlo: *Evacuabitur.* quia primò videbimus *Dominum*, non ut modò per ænigmata phantasiæ, sed *facie ad faciem.* 1.Cor.13. deinde admirabimur, æstimabimus, & magnificè de illo sentiemus, ut meretur. Denique de illo etiam loquemur, prorumpendo in laudes illas justissimas, & gloriosissimas, quas omnium decursu seculorum nunquam finiemus. O te beatum, si ex infante, qualis nunc es, evadere possis aliquando ad ætatem illam perfectam!

3. Considera, quod hactenus dicebatur de statu gloriæ, qualis erit ille futuræ vitæ, id cum proportione dici quoque posse de statu gratiæ, qualis est vitæ hujus præsentis. nam hic quoque habet suos pueros, & homines maturos, *parvulos & viros.* Parvuli sunt imperfecti, viri sunt perfecti. sed quantò major est numerus parvulorum, quàm virorum? *quasi greges parvuli eorum.* Job.21.v.11. Vin' cognoscere, quis sis, vir aut parvulus? à tribus hisce signis collige modò adductis, quomodo cogites, quomodo judices, quomodo loquaris. an putas te imprimis libenter cogitare de DEO? *Cogitas, quæ Domini sunt?* an potiùs nugas, vana commercia, curiositates, levitates cogitas, quin omninò scias, quid sit Exercitium Præsentiæ Divinæ adeò necessarium non solùm horâ orationis; sed etiam interdiu? si hoc agis, parvulorum de grege es, nam isti res vanas cogitant: *qui minoratur corde, cogitat inania.* Eccl.9.v.23. at cogitare crebrò de magnitudine Divinâ hominũ est sanorũ, sapientũ, consumatorũ *cogitare ergo de illâ sensus est consumatus. Sap.6.v.16.* An putas deinde te æstimare Divina, ut oportet, in his gustum, & delectationem habere? *Sapis ea, quæ Dei sunt?* aut majorem sentis gustum in vanitatibus terræ? hoc si fuerit, inter parvulos censeris: nam isti sunt, qui palatum habent corruptum. *Tanquam parvulis lac vobis potum dedi, non escam. Heb.5.v.14.*

Denique quomodo de rebus sacris disseris? *Loqueris sanam doctrinam?* an de his loqueris cum voluptate, cum dignitate, aut fortè de his proferre syllabam vix potes? si ita est, parvulus es: *Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ. Heb.5.v.13.* ubi è contrario inter homines adultæ virtutis aliud idioma præter istud non placet: *Sapientiam loquimur inter perfectos: 1 Cor.2.v.6.* Quid ergo facere oportet? *Evacuare ea, quæ sunt parvuli*, linguam, mentem, phantasiam mutando. Si mentem mutare velis, muta phantasmata, quæ eam tantopere pervertunt: quia quisque loquitur, prout judicat: & judicat, prout cogitat: unde, si rectè perpendimus, hunc videtur faciendum initium, nempe ut ejicias ex animo imaginationes vanas, discordes, incompositas, & Deo cogi-

tando seriò mentem applices. *Princepsea, quæ digna sunt Principe, cogitabit. Is. 32.*

4. Considera, præter hoc, quod est loqui ut parvulum, judicare ut parvulum, cogitare ut parvulum, esse pariter agere seu operari ut parvulum, quod adhuc requiri videtur ad integram ejus descriptionem. *Infantes eorum exultant lusibus. Job. 21.* Et Apostolus tamen inter ea, quæ sunt parvuli, non posuit. sed hoc mirum esse non debet; quia loqui voluit de rebus, quæ in statu gloriæ ex imperfectis transeunt in perfectas, eo ferè modo, quo fieri assolet, cùm ex parvulo fit vir. *Factus est vir.* Ibi ergo perficietur cogitatio, quia cogitationi ænygmaticæ, quam hîc habemus, succedet clara Dei visio. *Regem in decore suo videbunt oculi ejus. Is. 33. v. 17.*

Perficietur judicium, quia sine instructione magistri illico cognoscemus omnem veritatem, & illi adhærebimus, illam complectemur, absque periculo aliquãdo mutandi sententiam. *Non docet ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me â minimo usque ad maximum, dicit Dominus. Jer. 31. v. 35.*

Perficietur loquela, quia linguæ balbutienti succedet exquisita laudatio Dei. *Lingua balborum velociter loquetur, & planè. Is. 32. v. 4.* At operatio non perficietur propriè, potiùs desinet, quia cœlum non est locus operis sed quietis, *A modo dicit Spiritus, ut requiescant â laboribus suis. Apoc. 14. v. 13.* & hoc est, quòd Cœlum vo[...] civitas quietis: *festinemus ingre[...] illam requiem. Heb. 4. v. 11.* C[...] opera, quæ illic fiunt, ad hæc n[...] stringentur, ad videndum Deum [...] standum Deum, laudandum Deum [...] in his invenietur plena felicitas. [...] rum est rem ita se habere in statu [...] tiæ: quia vita puræ dedita conte[...] tioni ad patriam spectat, ubi es[...] optima Magdalenæ. In exilio [...] se est Contemplationi jungere A[...] nem & efficere, ut Magdalena so[...] jungat operam Marthæ. Unde [...] nimium quantum experimur o[...] parvulorum. quænam illa? plane [...] numera, quot scilicet sunt nugæ [...] rorum. quodsi tamen cognoscere [...] pias: nota omnibus tres convenire [...] prietates. prima est, quòd sint op[...] tenuissima, quia parvuli non solen[...] jocari, saltare, & quod seriò fieri [...] dent, imitari potiùs quàm facere [...] hoc pertinet ad substantiam oper[...] secunda est, quod sint opera facta [...] proprio amore, quia parvuli nihil [...] gunt, nisi quod genio suo vel lucro [...] commodatum putant, nunquam op[...] rantur publicæ utilitatis studio. Et [...] spectat ad finem operum. Tertia [...] quòd sint opera facta cum summâ [...] constantiâ, quia parvuli subitò rei [...] cujus amore mox tædio capiuntur [...] nunc irascuntur, mox placantur, nunc [...] plangunt, mox rident, quia hoc agunt [...] quod genius & varia rerum apprehen[...] sio ipsis offert. Et hoc demum est, quod [...] attinet ad modum operum. Ecce! nunc [...] quid in vitâ spirituali sit operari ut par-

parvulum. Est facere opera infructuosa, qualia sunt omnia, quæ Indifferentia vocantur, sed non utilia. *opera eorum opera inutilia.* Isa. 59. v. 6. Spectare in agendo potiùs proprium commodum, quàm beneplacitum, & gloriam DEI, quàm publicam utilitatem. *Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ JESU Christi.* Phil. 3. Et demum in his ipsis esse instabilem, mutando facilè Exercitia pietatis, mutando Conscientiæ arbitros, mutando templa, Congregationes, ipsúmque modum vivendi. & quoniam hæc est præ omnibus singularis parvulorum proprietas, ita est iis maximè propria, qui sunt maximè imperfecti. *Peccatum peccavit Jerusalem: propterea instabilis facta est.* Thr. 1. v. 8. Tuum nunc est examinare te ipsum, & agnoscere, quem gradum attigeris in ætate virili.

XVI.

Erunt in montibus quasi columbæ convallium, omnes trepidi. Ezech. 7. v. 16.

1. COnsidera septem esse proprietates Columbæ, quibus mirificè exprimuntur 7. dona Spiritûs sancti: & fortè idcirco etiam Spiritus sanctus semper apparere voluit in specie columbæ potiùs, quàm cujusvis alterius animalis licet innocentis. Vides imprimis Columbam rarâ quadam simplicitate esse præditam, esse puram, esse sinceram, & ab omni malitiâ alienâ. Et ista ejus proprietas apta est ad exprimendum donum sapientiæ, quæ longè diversa est ab illa Politicâ secularium, hæc tota componitur è fraudibus, figmentis, commodis propriis. *Sapientia callidi est intelligere viam suam.* Prov. 14. v. 8. illa aliud non est quàm veritatis amor. *Veritatem meditabitur guttur meum.* Prov. 8. v. 7. Vides columbam acutissimo visu distinguere grana sibi projecta, & inde reprobare mala, eligere bona. Et hæc ejus proprietas apta est ad exprimendum donum scientiæ, vi cujus sciunt sapientes opere ipso discernere verum à falso, & ita solis se nutrire doctrinis sanis. *Sciunt reprobare malum & eligere bonum.* 7. v. 15. Vides columbam etiam partus non suos benevolè curare & pascere. & hæc proprietas apta est exprimendo dono Consilij, vi cujus sancti illorum etiam curam gerunt, qui ad illos non pertinent. *Consilium illorum sicut fons vitæ.* Prov. 21. v. 16. & ut tale neminem excludit, qui quidem velit accedere. Vides columbam libenter versari prope rivos, quia viso accipitre illico se demergere potest in aquâ, & ita eludere ejus impetum. Et hæc proprietas apta est ad exprimendum donum Intellectûs, vi cujus sancti libenter circumeunt rivos Scripturarum Divinarum, *Residentsuper flumenta plenissima.* Cant. 5. v. 12. ut in illarum

larum cognitione demersi mille declinent insidias inimici. Vides columbam fellis esse expertem, mansuetam, modestam, totámque amabilem. Et hæc ejus proprietas apta est ad exprimendum donum Pietatis, vi cujus etiam sancti expertes sunt omnis iræ contra proximum, non sunt acerbi, non amari, sed potiùs omnibus placidi, monstrantes ipsis, quod S. Petrus volebat, *In Patientiâ Pietatem.* 2. Pet. 1. v. 6.

Vides familiare esse columbæ nidificare in petris, non ut aliæ solent aves, in plantis. & hæc ipsius proprietas apta est ad exprimendum donum Fortitudinis, vi cujus sancti libenter versantur in plagis Christi Crucifixi, qui eos confortat, & ibi suum habent refugiũ, suam requiem non minùs quàm in petrâ firmissimâ: *Columba mea in foraminibus petræ.* Cant. 2. v. 14. Vides columbam esse timidissimam, etiam præ ceteris avibus: non exponit se periculo, non præfidit, imò ut securam se reddat, etiam longiùs fugit quàm necesse sit, usque ad nubes. & hæc ejus proprietas denique apta est ad exprimendum donum Timoris, vi cujus sancti nunquam de se ipsis confidunt, sunt Zelotypi, sunt circumspecti, & sæpe timent, ubi alii securitatem sibi promittunt. *Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti.* Job. 9. v. 28. Proindè tot inter proprias suas dotes haud alia carior esse debet columbæ, quàm ista, quæ aliàs ignobilior ceteris videtur, nempe proprietas timendi: quia ista omnes alias servat. væ illi, si hanc non haberet, nam quâ ratione sese defenderet? *suisti firmamentum ejus formid[illegible]* Ps. 88. Et ita res habet etiam cum [illegible]stis. Inter omnia dona spiritûs [illegible] hoc præcipuè ad mortem usque [illegible]vandum est, castus nimirum Ti[illegible] *Serva Timorem Domini, & in illo [illegible]terasce.* Eccl. 2. v. 6. Hoc amisso [illegible] etiam cetera perduntur? audis pr[illegible]de, quomodo velit Dominus, ut co[illegible]se gerant, nempe ut trepidæ colum[illegible] *Erunt in montibus quasi columbæ [illegible]vallium omnes trepidi.* sint innocen[illegible] sint tot præditi dotibus, quot ex[illegible]muntur à columbis; hæc ipsa caus[illegible] ampliùs metuendi, quia pluribus [illegible]ponuntur insidiis orci invidentis, [illegible] eos persequitur. Tu verò ut tim[illegible] fortè erubescis de eo, quod conve[illegible] omnibus? gloriari potiùs oportet. [illegible] *timore DEI sit tibi gloriatio.* Eccl. [illegible] vers. 22.

2. Considera, quomodo non [illegible] putent timorem esse solùm incipien[illegible]um, non perfectorum in vitâ spiritu[illegible] sed hoc falsum est. *Erunt in montib[illegible] quasi columbæ convallium, omnes trepi[illegible]* Qui consistunt in altissimis jugis perfectionis sublimis perinde habent, quod timeant, ac illi, qui in humi[illegible] versantur. Columbæ, postquam volatu in montes evaserunt, minùs timent, quàm cùm ambularent in vallibus. Non sic agere justos decet. Tantum illis timendum est in fine, si ita dicere fas est, quantum in principio perfectionis. Cùm jam in altum evecti præsidunt, crede mihi, pessimum hoc esse signum: nempe quòd jam aliquam de

de se existimationem conceperint, & ideo multum erit, si eos DEUS non deserat. quia hic facilius tolerat peccatorem humilem, quàm justum superbum. Ecce! quot perierunt etiam postquam attigerunt verticem montium. Saul, Salomon, Didimus, Hosius, Origenes, Tertullianus numquid omnes reputati sunt sancti? cave igitur, ne præsumas. Quantumcunque in sublimi positus tibi videaris, demisse de te senti. *Noli altum sapere, sed time.* Rom. 11. quia vult Dominus te in alto non timere minùs, quàm timebas in humili. *Erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi.* Timor initialis, qui est incipientium, temporis progressu non est perdendus, sed perficiendus, ita, ut non sit minor, sed melior, ut ex initiali fiat castus. id quod continget, si jam non pœnam consideret, sed culpam tantùm. Unde cum dicitur *charitas perfecta foras mittere timorem.* 1. Jo. 4. id intelligi debet de timore pœnæ, qui ipsi adversatur, non de timore culpæ. Ceterùm in progressu magis quisque timere debet, quàm initio Conversionis. uti navis magis timet, cùm auro gravis revertitur ex Indiis, quàm cùm vacua exivit portibus Europæ. tunc enim magis est obnoxia prædonibus.

3. Considera quosdam sibi persuadere, siquidem timendum est sanctis, illis timendum magis, qui inter homines versantur concionando, confitentes audiendo, consulendo, docendo, quàm qui in solitudine inter brachia sacræ contemplationis quiescunt. sed falluntur. *Erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi.* Etiam justis solitariis timendum est, quemadmodum ceteris, qui versantur in populo. Columbæ montium incolæ non omni momento timent, ut incolæ vallium, quia procul à consortio hominũ non tam crebris exponuntur periculis. non sic agere Justis convenit. Etsi versentur in montibus, in claustris, in cellis, in cavernis, perpetuò timendum ipsis est, uti his, qui degunt *in medio nationis pravæ:* quia hostes invisibiles ubique sunt, ubique insidiantur, tenduntque laqueos etsi diversos. Numquid solitarii fuerunt Victorini, Theophyli, Tolomæi, Erones, Jacobi, Guarini, Macarii, & solitarii probatissimæ vitæ. & hi tamen hæserunt in laqueo. Et ideo, si DEi causâ in solitudinem concesseris, timendum tibi est, sicut illis, qui propter eundem inter homines versantur. *Erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi.*

4. Considera, quosdam in eâ esse sententiâ, cùm omnibus sanctis timendum sit, tam qui vitam contemplativã, quàm qui activam profitentur, saltem illis moderatè esse timendum. sed hoc quoque falsissimum est. *Erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi.* non ait *Timidi*, sed *Trepidi.* quoniam talis debet esse timor, ut illos denique faciat trepidare. quia valde tremenda sunt Judicia Divina. *Judicia DEI abyssus multa.* an ignoras abyssũ etiam visam è fenestrâ turris securissimæ incutere horrorem? cur incutit? fortè quia illic es in periculo cadendi?

nequaquam, sed quia apprehendis periculum. Quando lapsus est funestus, irreparabilis, immensus, natura nos vult trepidare etiam ad apprehensionem periculi. Jam verò quod vult natura, id etiam Gratia requirit, imò magis, quia in ordine gratiæ non tam facilè solum est imaginarium periculum, ut in ordine naturæ. imò nimium quantum semper nobis imminet. *Ecce! qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem.* si ita est, habes sanè, cur tremas, & trepides. Timor dum intus se continet, non est tremor. tunc tremor est, cùm foris se ostentat. fac igitur, ut etiam timor tuus appareat, noli erubescere. ostende illum fugiendo procul à pravis occasionibus: ostende abhorrendo à scandalosis co[illegible]tiis, in vitandis conversationib[illegible] spectis, deponendo visu super[illegible] qui non est proprius timentis. [illegible]lumba, quæ timida st, solet ide[illegible]am semper esse mœsta; non vane[illegible]tillat, more aliarum avium, sed ge[illegible] quasi dolens sortem suam miseram [illegible]ta & tu facere confuesce. Risus [illegible] modicus, fabulæ, facetiæ, sales ve[illegible]rum non conveniunt homini no[illegible]lùm timido sed trepido. & eò tam[illegible] pertingere debent Justi omnes [illegible]moris Divini, ut etiam trepide[illegible]

Erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi.

* * *

XVII.

Obsecro, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis, cum om[illegible] humilitate. & mansuetudine, cum patientiâ supportantes [illegible] vicem in charitate, soliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis. Eph. 4. v. 1.

1. Considera, cùm Dominus per linguam tanti sui Ministri, quantus est Apostolus, rem aliquam non solùm petit, sed obsecrat, sed obtestatur, rem esse oportere maximè necessariam. audi, ut loquatur: *Obsecro.* an nescis? *cũ obsecratonib⁹ loquitur pauper.* Prov. 18. Pauperes sunt, qui petunt modo tam humili, qui supplicant, qui obtestantur: Dominus summæ Majestatis quando unquam eò se demittet? & tamen Dominus tuus usque ad[illegible] quasi vilescit, ut dicat: *Obsecro.* [illegible]gnum ergo est illum vehementer [illegible]pere obtinere, quod petit. & quid [illegible] te petit? ut noveris in pace vive[illegible] *Obseero &c.*

2. Considera, cùm Dominus [illegible] loco aliud non petat, quàm ut vivas [illegible] pace, videri posse, satis longè hoc pe[illegible], cùm inde orditur, ut dignè ambule[illegible] vocatione tuâ. sed non est ita. qu[illegible]

imò vult, ut ex hoc ipso colligas momentum negotii, quod tractatur. quæ est vocatio tua? haud dubiè Christiana Religio, vel minùs perfecta, quàlem profitentur seculares familiæ, vel perfectior, quæ in sacris Cœtibus exercetur. Porrò ista, qualiscunque est, si rite observas, tota fundatur in unitate Spiritûs. Unde Christus unum ejus esse voluit Caput, suum scilicet in terris Vicarium, ut constaret illam esse oportere unum corpus. & esse voluit unum corpus, ut constaret illi inesse oportere unum spiritum. *Unum corpus & unus Spiritus.* Eph. 4. neque hoc satis illi fuit; sed ante suum in cœlum abitum aliud non postulavit à Patre pro fidelibus, qui tunc erant, vel deinceps futuri erant super terram, quàm ut omnes essent una res sola: *Rogo Pater pro eis, qui credituri sunt in me, ut omnes unum sint.* Jo. 17. v. 21. Postulare potuit verbis tam disertis, ut essent pauperes, modesti, mortificati, sed satis illi fuit petere, ut essent invicem strictissimâ conjuncti charitate. quæ si adesset, dubium non erat, fore, ut omnes reliquæ virtutes in ipsis efflorescerent. sed ad hoc obtinendum non sufficiebat exigere, ut esset conjunctio quædam ordinaria, sed ut esset singularis, ut esset summa. unde non dixit Patri. *Rogo, ut sint uniti.* sed ait: *Rogo, ut sint unum.* & quomodo? *ut sint unum sicut & nos.* Jo. 17. Ecce quàm arctam voluit esse inter fideles suos unionem, qualis scilicet inter Divinas Personas intercedit. non quòd aliqua inter creaturas conjunctio æquare possit mirabilem illam unionem personarum, sed quòd eam valeat saltem imitari. Hoc petit illa particula *sicut*, non æqualitatem, sed similitudinem. ita ut quemadmodum Personæ Divinæ sunt distinctæ, sed non divisæ, imò nec divisibiles quidem, ita inter se sint fideles non per naturam, hoc enim fieri nequit, sed per charitatem *cor unum & anima una.* Act. 4. Non modò *cor unum*, quia cor denique scindi potest, uti Joab tribus lanceis scidit illud Absalonis, sed etiam *anima una*, quia talis est anima, ut in eâ nec fingi quidem possit ne dum fieri divisio. Hoc proprium est insigne hominis Christiani, non Pietas, non mortificatio, non modestia, sed Unio fraterna. & propterea etiam ista præ quavis aliâ est illa vocatio, ad quam Christus te vocat, & ut eâ dignè ambules, te rogat, obsecrat, obtestatur. *Obsecro, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis &c.* Et quid est dignè ambulare? est nihil agere huic vocationi contrarium, imò in eâ semper proficere, semper progressum facere, hoc enim est *Ambulare.* in viâ Domini ambulare, est perfici: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Gen. 17.

3. Considera huic unitati servandæ, quæ adeò propria est Christianorum, in omni familiâ, in omni cœtu, quatuor præcipuè vitia obstare, superbiam, Iracundiam, Impatientiam, zelum indiscretum. Et his quatuor vitiis totidem opponendæ sunt virtutes, quæ illa dejciant.

Primum vitium est superbia. ubi

ista dominatur, hoc est, ubi quivis contendit emergere, & eminere ceteris, necesse est oriri lites. *Inter superbos semper jurgia sunt.* Prov. 13. v. 10. Et ideo Dominus primo loco humilitatem præcipit in quocunque genere: *cum omni humilitate*, hoc est, tam interna quàm externa. Externa sine interiore non durat: interior sine externa non sufficit. *omnis* ergo *humilitas* illa est, quæ simul tam intus quàm foris reddit humilem, & talem oportet esse tuam, si ad unitatem utilis esse debet. *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* Phil. 2. v. 3.

Alterum vitium est Iracundia. ubi ista locum habet, hoc est, ubi quilibet pronus est ad aculeos, ad offensas, ad injurias, necesse est dominari rixas. *Homo iracundus suscitat rixas.* Prov. 26. v. 21. Et idcirco Dominus secundo loco tibi mandat Mansuetudinem, *cum omni humilitate & mansuetudine*, id est, *cum omni mansuetudine*, quia vocula *Et* illi copulat, quod humilitati adjungitur. & quænam ista omnimoda Mansuetudo defendendæ humilitati necessaria? Est Mansuetudo operum & verborum. Quidam iræ temperant in verbis, sed deinde non verentur illi indulgere operibus. Alij non audent factis prodere, sed linguâ postea nequaquam dissimulant. Tu cura, ut mansuetudo tua sit perfecta. *Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.* Eccles. 3. v. 10.

Tertium vitium est Impatientia. ubi Impatientia est, hoc est, ubi offensa & injuria non irrogatur quidem, sed nec ab aliis irrogata toleratur, cesse est nasci rixas. Et idcirco minus tertio loco Patientiam cum *patientiâ*. quia si iracundus provocat, homo patiens non eas non provocat, sed extinguens est, *mitigat suscitatas.* Prov. 15. *Vir iracundus provocat rixas,*

Quartum vitium est zelus indiscretus. ubi zelus est, hoc est, ubi habent sinistra de proximo judicia, censuræ, crises, reprehensiones, non est charitatem non violari tantùm, lacerari. *Si mordetis invicem, & comditis, videte ne ab invicem consumini.* Gal. 5. Et ideo Dominus quam loco te admoneo, ut sicut tuos defectus ferri cupis, ita pariter acquiescas ferendis defectibus aliorum: *supportantes invicem*, non quòd adhibere correctionem non conveniat, cùm eam liquis mereatur, sed ut eam facias charitate, seu loco, tempore, & modo debitis. & idcirco audis subjungi, *charitate*, quia non sunt supportandi defectus, quos cognoscis, per negligentiam, vel timorem, si officii tui illos corrigere, sed per charitatem duntaxat: *Charitas omnia suffert, omnia sustinet.* 1. Cor. 13. *suffert* cum pace defectus proximi: & *sustinet* cum patientiâ emendationem, si nondum est secuta. Ecce quatuor vitia, quæ velut quatuor venti furiosi tentant evertere altissimam molem, in quâ Christus suam stabilivit Ecclesiam, hoc est, non quamcunque simplicem

uni-

Unionem, sed Unitatem. Quid te agere oporteat? Excute teipsum ad dispiciendum, an non in intimis cordis tui cavernis lateat horum aliquis ventorum, quia ad morem illorum, qui terram concutiunt, aliis nocere non poterunt, quin priùs funestas afferant ruinas illi cordi, quo clauduntur.

4. Considera hanc unitatem à Domino in fidelibus suis requisitam bonum esse tam eximium, ut ad illam servandam non sufficiat quæcunque diligentia vulgaris, sed opus sit accuratissimâ. Et ideo illos solos debitum sumum implere puta, qui non modò sunt diligentes in eâ servandâ, sed solliciti: *solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.* Hic verò adverte, in domibus, in cœtibus, de quibus sermo nobis est, nimiam aliquando inter nonnullos inveniri unitatem: sed non est illa unitas, quam Christus postulat, sed est unitas ad malum, unitas pravæ societatis, conspirationis, persecutionis. hæc revera est unitas, sed *Unitas carnis*, & ideo non est illa, quam à te Christus desiderat. Disertè desiderat *Unitatem spiritûs*, ut initio tibi dicebam, hoc est illi similem, quâ gaudent Personæ Divinæ: quæ omnes in hoc unum conspirant, ut aliis præstò sint potentiâ, sapientiâ, bonitate. *Ut sint unum sicut & nos.* Sed hæc unitas haberi nequit sine aliquo vinculo. quia personæ inter se non diversæ duntaxat, sed diviſæ, quales sunt homines, sine vinculo colligari non possunt. Et quodnam erit hoc vinculum? an Amor? neutiquam: sed amicitia, quia amor mutuus, qui lateat, non integrè colligat homines, ille ligat, qui patet. sed ad bene ligandum non quodvis vinculum est idoneum. necesse est illud esse tam amplum, ut neminem excludat, qui quidem debeat ligari, tam forte, ut etiam teneat. Itaque ne credas omnem amicitiam esse aptam proposito nostro. Amicitia est quintuplicis generis: Vitiosa, Communis, Naturalis, Virtuosa, Divina.

Vitiosa, quæ jungit homines ad finem malum libidinis, comessationis, & rerum ejusmodi, utique non est bona: imò nec amicitia dici potest, sed potiùs malevolentia, quia cùm quis alterum pertrahere conatur ad peccatū, odisse illum rectiùs dicetur, quemadmodum odit animam suam: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Ps. 10. & idcirco talis amicitia nequit esse vinculum, quod quærimus.

Communis, quæ jungit invicem homines propter communionem patriæ, lucrorum, negotiorum, studiorum, vel alterius commercii, mala non est, sed neque est universalis, quia ad paucos restringitur, nec stabilis. porrò nihil esse debet, quo rescindi possit, & ideo vinculum nostrum esse non potest.

Naturalis, quæ unit homines propter conjunctionem sanguinis, non tantùm mala nō est, sed etiam laudabilis. at non sufficit: nec omnes complectitur, nec durat, sed aliquando in odium vertitur ferissimum. sufficit hæreditas, de quâ sit contentio. ne dicam, quòd ejusmodi amicitia sæpe cedat in perniciem aliorum, ad quos non extē-

tenditur, dum videre est illum amore, quo nonnulli feruntur erga sanguine suum, causam esse, ut eò crudeliùs hauriatur alienus. & ideo hoc nostrum vinculum non est.

Virtuosa, unit homines ob virtutum commercium, quibus ornantur, & multò melior est præcedentibus. nihilominus etiam ista non adeò latè porrigitur, quia virtutes, quas amat, paucis insunt, dein tam facilè mutat affectum, quàm facilè mutantur, qui virtute sunt præditi, quos complectitur. atque adeò nec ista potest esse vinculum nostrum.

Supereſt Amicitia Divina, illa, inquam, amicitia, quâ diliguntur homines, quia vult DEUS illos amari juxta illud: *Hoc mandatum habemus à DEO, ut, qui diligit DEUM, diligat & fratrem suum.* 2. Joh. 4. & sic eos diligimus propter DEUM, & in DEO diligimus. Hæc est amicitia perfecta, hæc est vinculum tam longum, ut ad ipsos usque inimicos protendatur, tam forte, ut temporis voracitati resistat, ipsique ferro & igni, nec amare desinat, etsi desint merita amati, quia vera amandi causa non est illorum meritum sed DEUS. atque adeò ista amicitia verè illud vinculum est, quod per tot ambages quæsivimus. an existimas illud à te possideri? si non possides, hoc demum est, de quo tibi debeas providere, prætermissis amicitiis ceteris, quæ vel malæ sunt, vel imperfectæ.

5. Considera, etiam hoc vinculo invento adhuc supereſſe, quod agas, quia etiam inter illos, qui propter Deum & in DEO se amant, aliqui motus quidam intercedunt, qui parùm adversantur unitati. quæ causam? quia vinculum istud est culum charitatis, sed non pax vinculum pacis. unde oportet tum esse solicitum ad procuran *Unitatem spiritûs in vinculo pacis.* potes hoc intelligere, nisi priùs gas, quid sit pax. *Pax est ordinis.* ita eâ S. Augustinus quia sicut Elementa ceterùm contraria, tunc solùm in pace cùm ordinem servant, ut ignis at, sub hoc consistat aër, tum demum terra, itaest in familiis, cœtibus hominum. Et idcirco quis etiam præter opinionem pervertit, subitò tollit etiam & generat confusionem. Aspice sonas Divinas, quas Christus esse luit prototypon tam sublime. tur pace maximâ, quia in ipsis est tranquillitas ordinis, quæ nunquam turbatur. Pater generat, sed non neratur: Filius generatur, sed generat. Spiritus sanctus ab utro procedit, sed nec generatus, nec rans. & ita inter ipsas est illa perfectissima unitas, ad quam debes aspirare, non potes pertingere. Erit igitur culum pacis observatio ordinis, nempe si attendas, ut officio tuo benefaris. non te ingere, non misce, immitte aliorum negotiis: *Videministerium, quod accepisti, in Domino, illud impleas.* Coloss. 4. v. 17. ait, *accepisti*, non ait, *quod assumpsisti*, deo in religiosis familiis, in quibus

magis viget Ecclesiæ spiritus, rectè dicitur id, quod complet vnculum pacis, esse obedientiam. qui transgreditur mandatum, præterit ordinem, & ita pacem perturbat.

XVIII.

O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis. Eccli. 41. v. 1.

1. COnsidera, quanta sit infelicitas illius, qui pacem suam posuit in bonis terræ hujus, in divitiis, commoditatibus, crapulis, honoribus. non potest cogitare mortem, quod est perinde si dicam, non potest cogitare illud, cujus gratiâ facta est vita. Ecquis est finis, ob quem à DEO servamur in terra? an ut studeamus nostris deliciis captandis, ut genio nostro vivamus, ut gustum sequamur? certum, quòd non. servamur, ut nos comparemus ad mortem, hoc est, ad transitum, à quo pendet æternitas sive præmii, sive supplicii. nonne igitur summa infelicitas est, ne quidem de hoc posse cogitare? & id tamen omnibus accidit, qui vitam transigunt in commoditatibus plurimis: non cogitant eas aliquando deserendas. *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis.* Deplora miseriam, in quâ versatur tanta pars mundi. & eam tamen non agnoscit.

2. Considera hanc miseriam magis apparere ex hoc ipso loquendi modo, quem nunc audîsti. quia dicitur illis reddi amara non solùm expectatio, sed memoria mortis. *O mors quàm amara est memoria tua!* dicendum videtur. Expectatio, non memoria, quia mors est futura, memoria verò rerum præteritarum. nihilominus non dicitur istis expectatio mortis esse amara; quippe nunquam illam expectant, non petunt, non desiderant, non se disponunt, & interrogati, quid agant in terrâ, nunquam promptè respondere possunt cum Jobo: *Expecto, donec veniat immutatio mea.* Job. 14. v. 4. sed bene dicitur illis esse amarissima ejus memoria: quia etsi nunquam se applicent cogitandæ morti, quæ illis adveniet, non possunt, quin mortem cogitent, quæ in dies plurimis accidit, quos noverunt. nunc dici audiunt mortuum esse unum amicorum, nunc populârem suum, nunc consanguineum, nunc servum, quem vix morbo tentatum domo ejecerunt, ne in illorum conspectu moreretur. & ad hanc simplicem recordationem mali, cui etiam ipsi sunt subjecti, quis amaritudinem explicet, quâ cumulantur? statim rationem excogitant, quæ ipsis eximat hunc metum. & ideo nolunt dicere eum, qui est mortuus, solùm ex hoc capite esse mortuum, quia erat mortalis. si juvenes ipsi fuerint, ajunt illum esse mortuum, quia erat annis gravis. si vegeti,

geti, dicunt illum esse mortuum, quia erat valetudinis exhaustæ. si divites, ajunt mortuum, quia erat pauper, nec medicum, nec medicamenta habuit, ut suscipi cura cum arte posset. & ita semper sibi blandiuntur similiquadam disparitate emendicatâ. cur verò blandiuntur hoc modo? ut amaritudini medeantur, quâ illos mors implevit soli menti objecta. Hinc ortum habent mille superstitiones, quæ omnia illorum opera comitantur, in vestitu, in faciendo itinere, in corpore curando, usque adeò, ut si invitati ad convivium fortè videant appositum sedilium numerum, quem ipsi ominosum & feralem putant, animum inducere non possint ad sedendum, etsi omnino famelici. Tantum amaritudinis illorum dulcedini miscetur vel â solâ cogitatione mortis licet in falsâ sui imagine repræsentatæ. quid fiet, cùm ipsa advenerit?

3. Considera, cùm mors advenerit, illaturam istis amaritudinem adeò insolitam, ut nequeat explicari, quia nõ solùm separabit â corpore, sed æquè ab omnibus illis bonis, quæ amabant, non corporis tantùm, sed potius animi, ab illis lucris, ab illis honoribus, ab illis recreationibus: & ideo ô quàm dolorifera illa erit separatio! tunc enim verò, tunc dicent miseri: *siccine separas amara mors? 1. Reg. 15. v. 32.* Quia mors non uno ictu feriet, sed toties repetitis ictibus, quot sunt bona, â quibus illos separabit. ut proinde *siccine separas*, ad quemvis ictum replicaturi sint, *siccine separas? separas* ab illis Palatijs superbis, quæ incoleba[illegible] *paras* ab illis ambulacris? *sepa*[illegible] hortis, â villis, & tot diverticulis [illegible] ciosis? *separas* â venationibus? *se*[illegible] â comedijs? *separas* â parentelis, [illegible] triâ, ab honoribus, â dignitatibus, [illegible] minijs? & quid demum est, â quo[illegible] *separas*? Adde, quòd hic ictus [illegible] sit omnino improvisus, & præter[illegible] ctationem, & ideo novam & pe[illegible] bum daturus sit causam clamand[illegible] *cine separas? siccine separas?* hoc [illegible] in cursu tam prospero fortunæ, [illegible] rantibus favonijs, in flore ætatis? [illegible] *ne separas amara mors?* quantò [illegible] meliùs facerent miseri, si paulatim [illegible] ciperent se ipsos sponte separare ab [illegible] rebus, à quibus nisi amor separet, [illegible] nique violentia separabit tot inc[illegible] ictibus, quot nunc modis adhæ[illegible]

4. Considera hanc separation[illegible] tam necessariam â bonis terrenis [illegible] posse duobus modis, affectu scili[illegible] & effectu. effectu renunciando om[illegible] bus propter Deum ante mortem. [illegible] ctu illa retinendo usque ad morte[illegible] sed non amando. certè sufficit affe[illegible] separari, unde sapiens non dicit: [illegible] *mors quàm amara est memoria tua* [illegible] *mini possidenti substantias:* solùm [illegible] *pacem habenti.* Verùm ô quantò me[illegible] lius est, si fieri possit, separari ab [illegible] non affectu tantum sed effectu. Qua[illegible] re? quia illa retinere & non amare prodigium est. scisne, cur mundus [illegible] sua bona vocet substantias? quia persuasum habet se sine illis non posse subsistere. Idcirco donec probet, se non posse sine illis subsistere duntaxat,

sed

sed etiam invenire satisfactionem, invenire solatium, amare non cessat. an videre cupis illum decipi? Ipsis renuncia, & experimento disces, DEUM solum tibi suffecturum ad cumulatam lætitiam. sit iste loco omnium substantiarum, quas nunc possides. sit omnis tua consolatio, sit omnis gloria, sit omne lucrum tuum, atque ita cùm mors advenerit, nihil doloris afferet, quia nihil erit, quod tollat. metuis fortassis, ne tibi DEUM tuum auferat? non auferet, sed dabit, quia illum tibi lucratus eris, dum ejus causâ statuisti vivere in Paupertate, vivere in Puritate, vivere in Obedientiâ, hoc est, omnem simul illi dedicare substantiam tuam. *Substantia mea apud te est.* Psal. 38. v. 8. Istud est, quod multi putant, mori ante mortem, sed est verè vivere. Imò si hoc est ante mortem mori, ex hoc ipso capite eligi meretur, quia est vera dispositio ad mortem. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

4. Considera, etsi substantias tuas re ipsâ deserere amplius non possis, opus esse, ut saltem desinas amare. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* quâ ratione id consequêris? si quotidie cogites illas esse relinquendas, tanquam eas, quæ si *affluunt*, etiam *fluunt*. Ita mors paulatim cessabit esse tam amara, neque duntaxat tam abjectè non amplius timebis memoriam, sed nec expectationem mortis. quia mortis cogitatio similis est illi libro, qui positus est à DEO in ore Prophetæ Ezechielis, ut comederet: *Comede volumen istud.* Ezech. 3. v. 1. primo gustu amarissima est, sed masticata sensim suavior efficitur. *Factum est in ore meo, sicut mel dulce.* qui sæpe mortem cogitat, cor abstrahit ab omnibus, quæ mors possit tollere, & ita discit eam contemnere.

XIX.

Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Joan. 10.

1. COnsidera universum mundum non alio studio flagrâsse magis quàm inveniendi fortunatas Insulas beatitudinis. unde plurimi ad illius obtinendam gratiam se duces obtulerunt, Stoici, Platonici, Peripatetici, Epicuræi, & alii ejus generis audaces locii promiserunt eum transmitterein regionem tam optatam, hoc est, facere beatum. sed quàm inani fallaciâ! non modò non introduxerunt mundum in patriam Beatitudinis, sed traxerunt secum in præcipitia, in ruinam. cur ita? quia quoties quærebant hanc regionem, aberrabant à portâ. Vera porta est Christus: *Ego sum ostium.* & hoc ipsi vel ignorabant, vel non credebant, & sic *Erraverunt*

in cogitationibus suis: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Rom. 1. v. 22. Gratias age DEO ex corde, quia nasci te voluit tempore tantæ lucis, ut omnis vetula facillimè invenire portam possit, quam tot & tam arrogantes Philosophi ignorabant. Et quando merebaris tantum favorem? *Ecce dedi coram te ostium apertum.* Apoc. 3. v. 8. non *coram illis*, sed *coram te*, si non animosè intras, tuum est damnum.

2. Considera Christum esse ostium beatitudinis, quia est ostium Paradisi. unde cùm dixit: *Ego sum ostium*; quasi explicaturus adjunxit: *Per me si quis introierit, salvabitur.* hoc est, ponetur in salvo. *salvabitur* ab illis infelicibus, qui sub prætextu afferendæ beatitudinis illum secum pertrahere volebant ad infernum. *salvabitur* à dœmonibus hostibus suis tam infensis. *salvabitur* à flammis, à feris, ab omnibus illis tormentis, quæ illi apud inferos parabantur. *Dabo in Sion salutem.* Is. 46. v. 13. sed non solùm istud; quia Beatitudo non tantùm consistit in liberatione à malo, quæ est salus, sed etiam in fruitione boni. Et idcirco non *salvabitur* duntaxat, sed *Ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Ingredietur* per visionem operum ad intra. *Egredietur* per visionem operum ad extra: at semper *per eum*, quia beatus sive contemplerur opera ad intra, illa, inquam, opera Divinitatis, quæ non respiciunt res creatas: sive contempletur opera ad extra, hoc est, quæ illas respiciunt, semper ea videbit *in verbo*, & sic *pascua inveniet*, tam pingu[illegible] sufficiant illi per omnem æterni[illegible] satiando. *Ibi requiescent in herb[illegible] rentibus, & in pascuis pinguibus p[illegible] tur.* Ezech. 34. v. 14. ô te beat[illegible] quando dignus eris his pascuis! [illegible] enimverò *satiabitur in bonis de[illegible] um tuum.* Interim perpende [illegible] per, qualia futura sint illa pascu[illegible] primum virorem, primum vig[illegible] nunquam amittent.

3. Considera Beatitudinem [illegible] disi esse beatitudinem perfectam [illegible] est igitur illa sola, quam mund[illegible] spirat. adhuc desideratur alia [illegible] tudo, licet imperfecta, quâ fruit[illegible] râ possumus. Et hujus quoque C[illegible] stus est ostium. *Ego sum ostium.* [illegible] nullus Epulo reperietur, nullus E[illegible] rus, qui in mundo delicias gust[illegible] pares illis, quibus fruiti sunt, & [illegible] mnum fruuntur quotidie veri Ch[illegible] fideles. Illæ sunt deliciæ brutor[illegible] istæ Angelorum, quia illæ sunt [illegible] eam hominis partem, quam habet [illegible] brutis animalibus communem, [illegible] verò secundùm eam partem, quæ [illegible] Angelis convenit. ex hoc solo d[illegible] rentiam collige. Itaque *Ego sum [illegible] stium*, inquit Christus, & tum ex[illegible] cando repetit: *Per me si quis intro[illegible] rit*, virtute scilicet vivæ fidei, *salva[illegible] tur* pariter ab omnibus malis culpæ [illegible] gnorantiæ, infamiæ, turbationis, [illegible] bus illi sunt obnoxii, qui eum non [illegible] quuntur. *Et erit omnis, qui invoc[illegible] verit nomen Domini, salvus erit: qu[illegible] in Jerusalem erit salvatio.* Jo. 2. v. [illegible] nec istud duntaxat, sed præterea [illegible]

gredietur considerando ejus substantiam, *Egredietur* considerando ejus effectus, & *pascua inveniet*, quia vera in hac terrâ beatitudo in eo consistit, ut nunquam recedatur à Christo. numquid ipse est ostium Paradisi? *Ego sum ostium.* Igitur in terrâ beatus erit, qui cùm esse in paradiso non possit, saltem consistit ad ostium. *Beatus qui observat ad postes ostii mei.* Prov. 8. v. 34. Hìc igitur statue requiescere ad pedes Crucifixi, *ingredere*, *egredere*, sed nonnisi *per eum.* non considera nec ut DEUM tantùm, nec ut hominem tantùm, quia sic errares. cetcrùm si ingressù egressúque frui velis, contemplare, quod est, contemplare, quod agit, & ita quodamodo imitaberis id, quod beati in cœlo faciunt.

4. Considera mira esse hæc pascua, sed illa non casu occurrere, quærenda esse. unde Christus non dixit: *Pascua reperiet*, sed *Pascua inveniet.* Reperiri propriè dicuntur, quæ non quæruntur. *In Angelis suis reperit pravitatem.* Inveniri, quæ quæruntur. *Inveni drachmam meam, quam perdideram.* Jam verò beatus in cœlo *pascua inveniet*, nó *reperiet.* quia illa pascua inveniet, quæ in terrâ quæsivit per abnegationem sui ipsius, per obedientiam, humilitatem, castigationem carnis, & alia exercitia mortificationis, quæ didicit à Christo. Et sic qui beatus esse cupit in terrâ, quoad esse hìc potest, necesse est, ut etiam ipsa *pascua inveniat* iisdem exercitiis, quibus suà beatus in cœlo invenit. sed hoc est quærere quoddam remotum per viam meriti. *Quærite*, & *invenietis.* aliud est genus propinquius per viam inquisitionis, indaginis, studii. *Circumspicit montes pascua sua, & virentia quæque perquirit.* Job. 39. v. 6. Hoc locum non habet in cœlo, quia studio succedit sublimis illa scientia infusa, quæ recipitur medio Lumine gloriæ. at in terrâ planè necessarium est. si hæc pascua vis invenire in Christo, studium adhibe, *ingredere, egredere.* quia Dominus hìc non facilè solet infundere scientiam suam ad modum imbris, qui de cœlo descendit, cùm minimè expectatur à terrâ. vult illam acquiri robore brachiorum, hauriendo aquam de puteo profundo.

5. Considera, quâ ratione possis *ingrediendo* quærere tua pascua circa Christum, illum intuendo quoad substantiam. Et hìc perpende, etsi per naturam non inveniatur nisi unus solus DEUS, per participationem tamen multos inveniri. CùmDominus in sacris paginis multis tribuerit nomen Deorum, quasi longè antè adumbraturus illâ participatione sui omnimodâ, quam facturus erat, cùm venisset plenitudo temporis. Deos vocavit omnes Angelos. *Cùm venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino.* Job. 1. Deos pariter appellavit hominum aliquos: certos prophetas præ aliis insignes, ut Moysen: *Ecce constitui te DEUM Pharaonis.* Exod. 6. & cunctos Sacerdotes: *Diis non detrahes.* Exod. 22. & ita advertis esse, *qui dicuntur Dij sive in cœlo, sive in terrâ.* 1. Cor. 8. v. 5. sed *dicuntur*, non *sunt*, uti

est Dominus. Sacerdotes dicuntur Dii, quam ob rem? quia sunt Ministri DEI: *vos Sacerdotes Domini vocabimini Ministri DEI.* Is. 61. Porrò quid sit esse in domo Principis Ministrum, si cum Domino comparetur? *Dominus universorum tu es.* Heb. 14. Sacerdotes ministrant in domo Dei, quasi in domo alienâ, Dominus tuus in illâ dominatur ut propriâ. *Tanquam filius in domo suâ.* Hebr. 3. v. 6. hinc considera summam dignitatem, quam habet ut filius, ita ut non solùm disponere possit de servis, sed de Patre. Prophetæ *dicuntur Dij* non aliam ob causam, nisi quia DEUS dignatus est sine alterius interventu loqui cum ipsis, uti fecit cum Moyse. *Illos dixit Deos, ad quos sermo DEI factus est.* Jo. 10. sed quid hoc habeat momenti, si cum eo comparetur, qui est naturâ *Verbum DEI.* & hinc considera summam virtutem, quam ideo complectitur in se ipso: quia Verbo Divino conditus est mundus, & reparatus. Angeli denique *dicuntur Dii*, quotquot sunt, propter ingentem copiam claritatis Divinæ, quæ in ipsis effulget. *Numquid est numerus militum ejus? & super quem non surget lumen illius?* Job. 25. v. 3. sed quid sit participare reflexionem aliquam Divinitatis, si componatur cum speculo, quod reflectit? *Speculum sine maculâ DEI Majestatis.* Sap. 7. v. 26. Et hinc considerabis, quanta sit in se ipsâ sapientia ipsius, quanta sanctitas, qui est splendor reflexus in Angelis. Quis explicet, quanto proinde cum jubilo contemplari te oporteat Dominum tuum Crucifi[xum] quia, licet illum videas, foris [per]cussum, adeò vulnerarum, & [sang]uine perfusum, penetrare tamen [in in]tus potes, quòd sit DEUS, non solùm [ho]mine, ut cereri, sed quoad rem ip[sam] atque substantiam. nonne frueris [ma]vissimo quodam genere pascuæ [Ps.] dicas: *Non est similis tui in Dijs Domine, non est similis tui.* Ps. 85.

6. Considera, quomodo eum *gradiendo* pascua invenire possis Christo, cum considerando in sanctibus, ita ut absolvere queas sententiam cum Davide: *Non est similis in Dijs Domine, & non est secundum opera tua.* ib. Præcipua opera Christi in bonum mundi facilè revocari hæc tria possunt. Illuminat ut Magister, justificat ut Redemptor, defendit ut Advocatus. Ecce! quanta hinc pascua aperiantur. *non est secundum opera ejus* quoad illuminationem mundi, qui est primus effectus. nam quando unquam ita illuminare potuit, ut Christus? imò reliqui potiùs non pertulerunt aliud, quàm ut tenebras offunderent. Ipse est, qui veram lucem hominis impertivit: *Ego sum lux mundi.* Jo. 8. v. 12. Illuminavit doctrinâ, illuminavit exemplo, ut cognoscatur hunc esse solem in quocunque genere sapientiæ & sanctitatis. Angeli, qui *dicuntur Dii*, sunt boni illuminatores hominum, ita est. sed quale hoc lumen, quod nobis dederunt, si cum illo Christi comparetur? deinde etsi sint apti ad nos illustrandos scientiâ suâ, non perinde sunt apti ad nos illustra-

ſtrandos ſanctitare, quia longè alio formati ſumus, ut ita dicam, genere metalli. Chriſtus eſt *quaſi unus ex nobis*. Transeundo deinde ad alterum effectum, *non eſt ſecundùm opera ejus* quoad juſtificationem. quis enim, ut mundo daret Juſtitiam, vel minimam eorum partem ſuſtinuit, quæ Chriſtus eſt paſſus? & hîc contemplare, quanto illi ſtetierit ſalus generis humani, & immorare ejus doloribus, laboribus, ſudoribus, injuriis, probris, quæ pro te pertulit, dum denique mortuus eſt crucis ſtipite ſuſpenſus. Prophetæ, qui *dicuntur Dii*, quæſiverunt in virtute verborum mundum facere juſtum, ſed quo modo? dando illi ſui juſtificatoris notitiam, non ipſum juſtificando. & ſi multa ſunt paſſi propterea, lapidati, ligati, ludibrio habiti, quis illorum tulit dolores Chriſti, qui tulit omnium dolores? *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrùm*. Iſ. 53. v. 6. Denique procedendo etiam ad tertium effectum. *Non eſt ſecundùm opera ejus*, quoad protectionem. quis enim advocatorum inveniri poteſt in mundo ſimilis Chriſto, qui ſemper ſtat coram Patre illi exhibendo vulnera, quæ pro amore noſtri in Cruce recepit? Si talis Advocatus non eſſet, miſeros nos. Sacerdotes, qui *dicuntur Dii*, à DEO poſiti ſunt in mundo præcipuè, ut intercederent in favorem errantium. ſed quid illi demum poſſunt reſpectu Chriſti, cùm & ipſis opus ſit intereſſore? & hîc vides affectum, quo denique commendare illi debeas res tuas, illi ſupplicare, illum obteſtari, illi te ſubmittere, ut dignetur efficaciter agere cauſam tuam. Ecce! tibi inſinuatum modum quærendi *ingrediendo* paſcua electa, quæ faciant beatum, quærendi quoque *egrediendo*. Tuum eſt illum uſurpare, ſi opportunum eſſe cognoveris. Hoc verò non obſtat, quò minùs poſſis quærere etiam delicatiora paſcua, ſi DEUS ad altiora te vocat: quia tuum non eſt eligere locum, ubi paſcaris, illic ipſe collocare te debet: *In loco paſcuæ ibi me collocavit*, inquit David Pſ. 22. v. 2. non *ibi me collocavi*. & tamen erat ille ſpiritûs tam circumſpecti. non ignoras eſſe paſcua plana, eſſe & montana. in montibus ſunt lectiora, in plano uberiora. ego tibi copioſa propoſui, quia illis præparata, qui meditando verſantur in plano. In tuo arbitrio eſt, ſi Dominus in montem evocet, aſcendere altiora contemplantium, & eò ipſum ſequi. omnia demum ſunt paſcua ſaluris, quia ab uno veniunt Paſtore bono. *In paſcuis uberrimis paſcam eos*. Ecce tibi paſcua plana, quæ ſunt copioſa. *& in montibus excelſis erunt paſcua eorum*. Ezech. 34. v. 14. Ecce tibi paſcua montana, quæ ſunt excelſa.

XX.

Unumcujusque opus manifestum erit : dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & unumcujusque opus quale sit, ignis probabit. 1. Cor. 3. v. 13.

1. CONsidera diem cuiusque propriè loquendo dici illum, quo datur ipsi libertas monstrandi, quid possit. *Hæc est hora vestra.* Et ideo si quæratur dies proprius hominis, quatenus homo est, erit dies ille iniquus, in quo voler usurpare, quoad potest, liberum arbitrium, etiam contra DEUM, à quo accepit. *Diem hominis non desideravi, tu scis.* Jerem. 17. Jam verò sicut homo habet diem suum justum respectu hominis. *Væ desiderantibus diem Domini.* Amos 6. v. 18. & est is ipse, quo exercet modo quodam singulari plenissimam potestatem judicandi, puniendi, & pro arbitrio disponendi de homine. Tres igitur sunt dies ejus, de quibus sacræ paginæ loquuntur, non unus tantùm.

Primus est Judicii universalis qui utpote principalis appellatur dies magnus, & erit in fine mundi. *Juxta est Dies Domini magnus, dies ira, dies illa &c.* Soph. 1. v. 16.

Alter est Judicii particularis, qui est prævius universali, & erit in morte cujusque hominis. *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* 1. Thess. 5.

Tertius est Tribulationis, qui est quasi Judicium antecedens particulare, quo DEUS hominem probat, & quasi examinat, ad explorandum, an sit fortis, an fidelis, admotis ei tormentis. & hæc est vita cujusque hominis : *Dies Domini amara. Tribulatur ibi fortis.* Soph. 1. & tres isti dies, quos DEUS elegit suos, ad hunc præcipuè finem ab destinantur, ut cognoscat, quis homo. & ideo quoad omnes ex dicit Apostolus : *Unumcujusque manifestum erit : Dies enim Domini clarabit.* Tum nunc est inquis in te ipsum, & judicare, qualis quibet istorum dierum sis apparitura cùm sint omnes & singuli dies j dicii.

2. Considera, quomodo pri die, qui est universalis judicii, *unumcujusque opus manifestum erit.* qu tunc protrahentur in lucem opera m ximè occulta. *In die, cùm judicat DEUS occulta hominum.* Rom. 2. 16. nunc dat Dominus peccatoribu sicut primis parentibus, pelles su quibus honestè tegantur post pecc tum : at in die illâ omnem detrahet mictum. & ideò imaginare tibi, quan erubescenda tunc futura sit nudit tot Adulterorum, qui nunc se venditant pro continentibus, tot ambitiosorum, tot avarorum, tot facinorosorum. *Ecce ego ad te dicit Dominus Exercituum, & revelabo pudenda tua in fac*

tui,

tuâ; & ostendam gentibus nuditatem tuam. Nah. 3. v. 5. Nihil ergo juvant tot artes, quibus malitiam tuam tegis illi domui, vel communitati, quam inhabitas, quia denique *Dies Domini declarabit.*

3. Considera, quomodo secundo die, qui est Judicii particularis, *Vnius-cujusque opus manifestum erit.* quia mendicus ille, quem squallore obsitum nemo vel aspectu dignabatur, erit in sinu Abrahæ: & ille dives epulo, qui inter aulæ obsequia, & adulationes adorantium ad regias epulas quotidie sedebat, à dœmonibus vexabitur, ut siti adactus rabiosâ vel aquæ stillam suspirare compellatur. *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ, mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* Luc. 16. v. 22. O quàm admiranda tunc erit conversio scenæ, maximè cùm ita accidet improvisa, ita inexpectata ipsis Actoribus. & hic tamen Actus est postremus: nulla spes supereſt aliquando mutandi iterum theatri per omnem æternitatem. *Mortuo homine impio nulla erit ultra spes.* Prov. 11. v. 7. scisne igitur, qualis persona in illo Actu tibi sustinenda sit, an mendici ad Regiam elati, an Regis ad æternum carcerem condemnati? ne tibi blandiaris, quia sola *Dies Domini declarabit.*

4. Considera, quomodo dies tertius Tribulationis etiam ipse quodammodo sit Dies Judicii: *Indica mihi, cur me ita judices.* Job. 10. v. 2. id est, *cur me ita tribules*, & in hoc etiam *unius-cujusque opus manifestum erit*, quamvis non tam hominibus quàm DEO. & hoc fine potissimum tribulationes immittit, ut probet hominem. *Tentat vos Dominus DEVS vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in totâ animâ vestrâ.* Deut. 13. v. 3. non quòd hoc non etiam aliunde habeat perspectum, sed quia agendo cum hominibus etiam ipse procedit modo humano. Quis igitur explicet, quoties in tribulatione homo appareat diversus ab eo, qui apparebat in prosperitate? & ideo in hoc consistit judicium, quod DEVS formar de hominibus adhuc vivis, nempe quòd eos tribulet: *Cùm judicamur, à Domino corripiemur.* 1. Cor. 11. donec isto probatus sis, noli tibi adulari, noli boni quidquam de te credere, quia falleris. Id, quod monstrare debet, quis sis, est illa persecutio injustè contra te suscitata, illa ignominia, illa infirmitas, illa interna desolatio. si tunc stabis inconcussus, tunc fortis & fidelis, venies in censum eorum, de quibus legitur: *Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se.* Sap. 3. v. 5. Si cesseris murmurando, querendo, blasphemando, aut abrumpendo consueta Exercitia pietatis, indignus eris, & abjectus à DEO. *Qui non tollit Crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Matt. 10. v. 38. Itaque donec isto experimento proberis, ne fidas propositis, quantumcunque videantur fixa animo, quia num efficacia sint, an non, *Dies Domini declarabit.*

5. Considera quodlibet horum judici-

diciorum dici æqualiter futurum in virtute ignis. *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.* quia ficut ignis vim habet discernendi aurum verum ab adulterino, ita virtute pollebit discriminandi genuinos Christi sectatores ab his, qui non sunt. *Igne me examinâsti, & non est inventa in me iniquitas.* Ps. 16. Dies universalis judicii proprium habebit ignem, *quia in igne revelabitur.* habebit ignem, qui Universum occupabit, & sic eo interveniente aurum verum discernetur à falso: *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*, quia electi in illo quantocunque incendio nullam sentient flammam, quam reprobi atrocissimam persentiscent. *Ignis ante ipsum præcedit, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Ps. 69. Dies Judicii particularis proprium habebit ignem, *quia in igne revelabitur.* habebit ignem purgatorii pro electis, & ignem inferni pro reprobis, & sic eo interveniente aurum verum discernetur à falso. *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*: quia Reprobi ita omnes corripientur ab igne, ut non ampliùs sint exituri. Electi verò inde exibunt omnes, sed tardiùs aut citiùs, prout plùs minùsve scoriæ habuerint admixtum, cùm ex hac vitâ migrarent. *Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit.* Job. 25. Denique Dies Judicii, quod in tribulatione consistit, propriam habebit ignem, *quia in igne revelabitur.* habebit ipsam tribulationem, quæ mille scripturæ locis ignis vocatur, quia animæ sensum doloris affert maximum, & illi similem, quem corpus experitur. *Uram eos, ut uritur argentum.* Zach. 13. v. 9. ipso etiam interveniente igne aurum distinguetur à falso. *cujusque opus quale sit, ignis* quia dolori, quem affert tribulcedent mali, boni verò resistent: inde nota, si tribulatio ignis est, non posse, quin sentiatur, quin crucier, & dolorem consecutissimum; sed id virtuti nihil judicat: *Igne me examinasti, & inventa in me iniquitas.* non dicit *lor*, non dicit *Tristitia*, non dicit *tus*, dicit *Iniquitas*, quia hæc scoria, quæ pretium auro tollit, loquimur. numquid Martyres ebant ignem in fornacibus, qui carnes tam crudeliter urebat! & tamen aurum adeò probatum. fortis, ut nolis eliciari ex igne, raris, non irascaris, non turberis, quoad potes, etiam externâ face suetam serves serenitatem. Ver est, quòd diversa gratia spiritûs fortantis faciat, ut aliquando plùs minùs sentiatur hic ignis, prout Martyribus accidisse legimus. sed minùsve sentire non est certum indi minoris aut majoris meriti, sed hoc diciùs reperitur in modo operâ di minùsve recto. Paulus Apostolus inde versabatur in hoc igne, ut pueri in fornace Babylonis, gauden jubilando, cantando velut in hort rum deliciis. *Superabundo gaudio omni tribulatione meâ.* 2. Cor. 7. v.

Alia

Aliàs versabatur in hoc igne ut illi Martyres, quorum ossa penetrabat doloris sensus, ideo ingemiscebat ingenuè confitendo. *Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione nostrâ, quoniam supra modum gravati sumus, supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere.* 2. Cor. 2. v. 8. & idem tamen fuit Apostolus, quia semper ut talem se gessit, nec minimum remittendo, sive plus sive minus tribulationis persentisceret, pristinum fervorem peregrinandi, concionandi, promovendi, quantum in omnibus poterat, gloriam Christi. Et hoc est, quod etiam te oportet procurare. Cererùm si multùm sentis afflictionem, quam DEUS immittit, noli dejici, noli contristari, id enim nihil omnino nocumenti affert sanctitati. suffieit te esse constantem: quia etsi tribulatio futura sit supra vires naturæ, hoc enim est, quod intelligebat Apostolus, cùm diceret: *supra virtutem*: nunquam erit supra vires gratiæ. *Fidelis DEVS, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.* 1. Cor. 10. v. 13. Aliàs remedium nullum est. necesse est pati; quia DEUS ita probat homines in quolibet dierum, quos suos vocat, probat virtute ignis. *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.*

* * *

XXI.

Cibaria & virga & onus Asino. panis & disciplina & opus servo. operatur in disciplinâ, & quærit requiescere. Laxa manus illi, & quærit libertatem. Eccl. 33.

1. COnsidera servum istum, de quo morali sensu hîc loquimur, non esse alium, quàm corpus tuum. Servus est, quia non est natus liber, sed subditus. ita sanè servus sed rebellis; & ideo, si promerito velis procedere, denuo subjiciendus servituti. Id verò quâ ratione præstabis? forsan illi blandiendo? prorsus oppositâ, nempe illum verberando, humiliando, & tractando pro eo, qui est, hoc est ad modum vilis asini. Eccerem insolitam! quærit dominari etiam spiritui suo domino. & tu hoc illi permittes? Ah quàm necesse est, ut cognoscas modũ servandi in modestiâ servum adeò contumacem. *Non decet servum dominari Principibus.* Prov. 19. v. 11.

2. Considera modum servandi talem servum in modestiâ, hunc esse, ut illi crebro suggeras esse Asinum. Ita fecerunt sancti innumeri, & nominatim Seraphicus Franciscus, qui videbatur ad hoc natus, ut corpus humanum veræ subjiceret obedientiæ. sed non satis est hoc illi suggerere verbis tantùm, quia *Servus verbis non potest erudiri.* Prover. 29. v. 19. Opus est

hoc illi insinuare factis, ita scilicet tractando corpus, prout solet ejusmodi jumentum. *Cibaria, virga, & onus asino*, atque sic etiam *Panis, & disciplina, & opus servo*. Tali jumento certè alimenta præbentur, aliàs servire non poterit. porrò quid datur? cibus vilis. *Cibaria*. cibus vilis etiam ut plurimum dandus est corpori. *Panis servo*. non ait: *Altilia*, sed vulgaris cibus. *non decent stultum deliciæ*. Prov. 19. v. 11. Sed quid juvat illum manducare, nisi etiam laboret? oportet igitur, ut oneres. sed ne credas id te posse consequi, nisi domes priùs. Animal est recalcitrans & refractariũ. Necesse igitur est usurpare virgam, ut pecus insolens dorsum oneri inclinet. *Virga in dorso imprudentum*. Prov. 29. Et ecce! hæc est ratio, cur secundo loco ponatur *Virga*. & hæc tuo quoque corpori adhibenda, maximè in initiis spiritualis vitæ, quando scilicet adhuc subjiciendum est oneri. *Disciplina servo*. Ejusmodi disciplina est corporis afflictatio. sed qualis in ejus usu regula servanda? illa ipsa, quæ cum asino servatur. Iste verberatur, quamdiu repugnat oneri ferendo: & ideo ita verberatur, ut reddatur promptus ad ferendum, non ut fiat inhabilis. Et hæc omnino est regula in castigando corpore servanda. Pœnitentia, quæ te reddat ineptum officio gerẽdo, nunquam fuit æstimata laudabilis. & ideo dicitur *Virga* respectu Asini, *Disciplina* respectu servi, ut ipsa vocabula sint discreta. Id, quod maximè refert, est, ut ambo laborent, sed opportunè. ideo dicitur *onus asino, opus servo*. Jum[...] imponitur, quidquid ferre potest [...] deris, ita cum corpore agendum [...] *vum inclinant operationes assiduæ*. [...] 33. nunc parùm examina, qu[...] stylus, quo uteris erga corpus tu[...] erubesce, si satagas, uti plerique a[...] lud delinire, non solùm ad mi[...] sed etiam ad pompam. Ne spe[...] quod mundus fatuus facere con[...] numquid enim potiùs risu dign[...] detur, si videas omnes certatim [...] tendere, ut jumentum suum e[...] splendidè niteat? *Qui ascenditis [...] nitentes asinos*. Judith. 5. v. 10.

3. Considera, quàm noxium [...] corpori hoc genus blandimenti. [...] tio non est alia, nisi quòd sit A[...] semper tendit ad libertatem. Q[...] igitur facies? coërcebis. Vin' id[...] rè cognoscere? quando jumentum [...] tiam optimè est compositum, mille[...] men quærit modos excutiendi [...] molestum, & quiescendi. *Operatur [...] disciplinâ, & quærit requiescere*. J[...] verò quid fiet, si remittas manu[...] *Laxa manus illi, & quærit libertat[...]* o quàm excutiet tunc etiam vi[...] impositum, & liberè vagabitur. [...] est, quòd semper tria ista jungenda [...] *Cibaria, virga & onus*. *Cibaria*, ut [...] stentetur, *virga*, ut pareat, *onus*, ut [...] boret. Ita crede cum tuo corpore [...] se habere. an non vides, etiam p[...] quam domuisti, ut quotidie nova q[...] rat diverticula, ut refugiat labore[...] quem imponis? o quot excusatio[...] quot effugia, quot prætextus et[...] gloriæ Divinæ! *operatur in disciplin[...]*

uti apparet in hominibus etiam sanctis, *operatur in disciplinâ, & quærit requiescere.* Petit plus somni, plus levaminis, plus vacationis à tot studiis indefessis. cogita tantisper, quid facturum sit, si quacunque in re suo illud arbitrio gubernes. Petet denique libertatem adeò perversam, adeò perniciosam, ut omnino dicat: *Non serviam. laxa manus illi, & quærit libertatem.* Cura igitur, ut quàm fieri potest maximè habeas subjectum. nam pessimum, quod accidere hoc casu tibi potest, erit, quòd quærat requiem. *quærit requiescere.* at si subjectum non habeas, non quæret requiem, sed quæret deliciari, quæret luxuriari per omnia prata, *quæret libertatem.* neque solùm quæret modestè postulando, sed quæret petulanter se ipsum conjiciendo in fugam. Habeas pro indubitato, talis indolis semper est corpus nostrum, si sentiat blandimenta. subitò *in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri liberum se natum putat.* Job. 11. v. 22. Itaque istorum trium probè memineris, quæ etiam nunc debentur, & sunt *Panis, disciplina, & opus. Panis,* ne sit impotens, *disciplina,* ne sit irreverens, *opus,* ne sit inutile.

* * *

XXII.

Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Jo. 18. v. 11.

1. COnsidera Christum his verbis jam olim dictis Petro te instruxisse præclarissimo responso, quod dandum est sensui rebelli, quando is nollet à te acceptari prompto animo illam tribulationem, quam DEUS immittit, illam ignominiam, infirmitatem, molestiam: sed potiùs absolutè quæri liberationem modis etiam minùs rectis. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Ita te quoque respondere decet: & pro certo habere, quantumcunque speculeris, aut studeas, nunquam te inventurum aptius responsum, quàm sit istud: quia non oportet in his rebus cum sensu diutiùs altercari, sed illi osquamprimùm obtruere. si cum illo disputes, videbis, ut demum omnia pervincat, quia credi vix potest, quas artes habeat persuadendi, quod optat, quàm acutè excogitatas, quàm versutas, & apparentes, ut denique crediturus sis non esse nisi recta consilia, & iis cessurus. Utendum igitur compendio, quale est responsum adductum, quod præterea in se tanquam brevi epitome concludit omnes rationes, quæ vim habent nos reddendi conformiores voluntati Divinæ. stude ergo id bene cognoscere, ut datâ occasione rite possis usurpare.

2. Considera Dominum primò minuisse apprehensionem Passionis, quæ illi occurrebat ut horrendum supplicium, *Calicem* appellans, & ta-

men, qualis illa fuit? omnes Prophetæ, quoties ejus fecerant mentionem, cum mari comparabant. *Veni in altitudinem maris.* Ps. 68. *Fluctus tui super me transierunt.* Ps. 41. *Fluctus tuos induxisti super me.* Ps. 88. *Inundaverunt aquæ super caput meum. dixi: Perij.* Thr. 3. v. 94. & quod plus horroris habet: *Circumdederunt me aquæ usque ad animam. abyssus vallabit me, pelagus operuit caput meum.* Isa. 2. v. 6. Ita de Christi patientis ærumnis loquebantur Prophetæ, nec sine causâ gravissimâ, quia in ipso uniebantur, omnis generis dolores, qui inter homines sunt divisi, sicut in Oceano omnia flumina concurrunt. & nihilominus ecce quemadmodum de hac Christus loquatur. vocat *Calicem*, nec istâ occasione tantùm, sed & alibi. *Potestis bibere calicem? Calicem meum bibetis. si non potest hic calix transire, nisi bibam illum.* & semel, cùm vellet variare metaphoram, quomodo illam nuncupavit? *Baptismum. Baptismo habeo baptizari.* id est, Lavacrum tenuissimũ, delicatum, modestum, quod possit adhiberi etiam tenero infanti. Et cur hoc modo procedit? ut te doceat, cùm DEUS adversitatis aliquid immittit, faciendum tolerabilius, ejus æstimationem minuendo. Tu verò prorsus agis contrarium. ad mentem revocas causas omnes, quibus gravius appareat, quàm reverà sit. Quid mirum, si te statim percellat, cùm putes illud absorbere non esse minus quàm integrum exhaurire mare? non sic agas. cura potiùs eas adducere ratio-

nes, quæ tibi repræsentent instar [illegible] cis, seu mali exigui. & quâ [illegible] apparebit exiguum? si præcip[illegible] tria referas, ad peccata, quæ co[illegible] sti, ad gratiam, quæ te corrobo[illegible] gloriam, quæ te coronat. *Ad [illegible] quæ dimittitur, ad gratiam, quæ [illegible] tur, ad gloriam, quæ promittitur.* Bern. Christus non potuit æru[illegible] suas vocare calicem vi compara[illegible] ejusmodi. nam ad peccata quod [illegible] net, ab his erat mundissimus, [illegible] jam abundabat, gloriam jam po[illegible] bat. & tamen calicem vocavit; q[illegible] sus mensurâ? amoris. Cura ig[illegible] ut tu quoque parum habeas a[illegible] reciproci adversus eum, qui tam [illegible] ve reputavit pro te pati, tunc ex[illegible] mento disces, ubi nunc calix mo[illegible] tibi mare videtur, etiam ingens [illegible] instar calicis appariturum. *Inunda[illegible] nem maris, quasi lac suget.* Deut[illegible] v. 19.

3. Considera secundo loco d[illegible] Christum, hunc calicem sibi d[illegible] esse à Patre, non à Juda, non à [illegible] non à sacerdotibus, non à Phari[illegible] sed à Patre. *Calicem, quem mihi [illegible] Pater.* Et quare sic dixit? ut di[illegible] res non esse spectandam causam [illegible] proximam, à quâ venit vexatio, [illegible] adversarium, si est malum proc[illegible] tum, illum casum, si est malum for[illegible] tum. Spectanda causa prima, q[illegible] est DEUS, recordando omnes adv[illegible] sarios, omnes casus, res omnes crea[illegible] quas cogitatione possis concipere, [illegible] hil habere in te virium, nisi quas D[illegible] us dederit. *Non haberes potestatem [illegible]*

versus

versus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Jo. 19. quî igitur fit, ut DEI prorsus oblitus aliud non cogites, nisi canis secundas? h.e. agere canis instar, qui saxum morder, nec quidquam moratur brachium, à quo projectum est. quid mirum ergo, si etiam agas ad modum canis sine sensu, cum impatientiâ, cum irâ? At nondum finis. nam Christus pro eo, quòd dicebat *Pater*, dicere potuit *DEVS*, ut olim dicebat Jeremias: *Accepi calicem de manu Domini.* Jer. 25. v. 17. sed non dixit hoc modo, dixit: *Pater.* quippe si cogites DEUM esse, qui hanc adversitatem immittit, cogitare etiam oportet, illum immittere ut Patrem, hoc est paternis visceribus & pietate plenis pro bono tuo. *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi.* Prov. 3. v. 12. An fortè credis, quòd Pater tunc solùm se monstret esse Patrem, cùm amplectitur? cùm blanditur? haud sanè. quia blandiri puero nobili est commune etiam servis. tunc verius se patrem probat, cùm corrigit. hoc enim servorum esse nequit, nisi expresse id illis sit commissum. Et quam ob rem, si DEUS te affligendo aliud non agit quàm officium Patris, tu adeò præter modum turbaris? an non vides, illum ne quidem filio suo naturali pepercisse, qui tamen erat tam innocens? *Etiam proprio filio suo non pepercit.* Rom. 8. v. 34. & tu vis, ut parcat tibi? imò hujus intuitu exempli quàm maximè te confundi oporteret. DEUS enim hoc facto agere voluit more Patris, qui cùm videt filiolum minorem nimis à correptione abhorrere, licet illam mereatur, quid agit ad hunc instruendum: corripit in ejus præsentiâ majorem natu filium, licet insontem, ut ab ejus modestiâ, quâ statim oculos demittit, & tacet, & tolerat, & verecundè se inclinat iræ paternæ, audaculus ille discat non irasci.

4. Considera insuper dixisse Dominum: *Calicem, quem dedit mihi Pater.* non dixit, *quem dat*, sed *quem dedit*, ut significaret non esse illud novum decretum, sed dispositionem antiquissimam, jam inde ab æterno factam à Patre suo, licet nunc demum esset executioni danda. Hoc modo te quoque procedere oportet. memoriâ repetendum, adversitatem, quam nunc DEUS immittit, esse ab ipso præparatam jam inde ab electionis seu prædestinationis tuæ principio, hoc est ab ipsâ æternitate. Ratio est, quia jam tunc, cùm te elegit ad gloriam, etiam media designavit, quibus eò te proveheret, & in his molestiam, quæ modò reaggreditur. ita ut si hanc excutias, simul turbes totam seriem prædestinationis, & cõsequẽter te exponas summo periculo salutis. Certè si salus hominum ulli rei alligata est, quàm maximè alligatur tribulationi. *Omnes, qui placuerunt DEO, per multas tribulationes transierunt fideles.* Judith. 8. v. 23. Et idcirco si declinare velis, quod pateris in præsens, immissum à DEO, time & contremisce, quia id declinas, quod ad salutem tuam maximè est necessarium. scio tè electum a-

liud potiùs genus adversitatis, quia semper durum magis & doloriferum videtur, quod quis sustinet. At si Deus istud potiùs ordinavit, quàm quodvis aliud, quid ages? *Si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Matt. 26. 42. non *calix* qualiscunque sed *calix hic.* an tu ejus determinationi repugnabis? ne putes hunc talem calicem solùm ab eo permissum quasi casu. destinavit modo quodam singulari illum tibi, quà tali. *dedit tibi.* non solùm permisit, sed *dedit*, & *dedit tibi.* quia ipse cognovit necessitatē tuā specialē, mensus est fervorē, ponderavit vires, & his omnibus spectatis antè disposuit. *potū dabis nobis in lacrymis in mensurà.* Ps. 79. v. 6. vide ergo, an non æquum sit, ut hunc acceptes, hunc, inquam, hunc, *calicem, quem dedit*, non alium, quem tu malles. Adeò æquum est illum à te acceptari, ut etiam habere debeas acceptū, inde lætari, & pro eo devotissimas exhibere gratias, intuitu favoris singularis, qui illi annectitur, nimirum Electionis ad gloriam. *Calix meus inebrians quàm præclarus est.* Ps. 22. v. 5.

5. Considera, denique diminum. *non bibam illum?* ut in metaphorâ, quam accepit sibi propinato. sed quid hoc voluit indicare? Tribulillam esse denique tribulationem transit, quæ est potio. Mobibis. sentis, negari non potest, mam amaritiem, sentis fastidium tis horrorem. sed demum potus, & amaritudini medicinæ succedit delectatio sanitatis. Idcidit in casu nostro. Quandiu tura est magna illa calamitas, versaris? an integrum seculum nique transiret. Verum longè re spatio durabit, annis viginti, decem, aliquando uno mense xat: *sanitas tua citiùs orietur.* Ilquàm ipse putes: & tu propterea tem contrahes? ne contrahas. hende calicem à Patre forti manu, bris admove, exsorbe, fuge: hoc nim totum bibere, non *aliquid* sed *illum*: quia si amarus est, næpoculum esse cogita, quod amaridini brevi faciet succedere salu*Calicem salutaris accipiam.* Ps. 115. v. 4

XXIII.

Oportet semper orare, & non deficere. Luc. 18. v. 1.

1. Considera, quid sit illud, quod Dominus à te requirit, cùm ait semper orandum, si ejus gratias velis consequi, & nunquam desistendum. *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* fortè ut singulis momentis in genua procumbas? nequaquam; nu hic ipse alibi tibi præcipit, ut multatu corporalia quàm spiritualia opera misericordiæ exerceas, quæ cum illo conciliari nullo modo possent. Pete ergo, ut imprimis orationem non o-

mittas

mittas tempore præscripto. Hæc est prima vis ejus vocis *semper*. Ita David Rex ajebat Miphiboseth̃o, semper mensæ suo accubiturum. *Comedes panem in mensâ meâ semper*. 2. Reg. 9. v. 7. semper, hoc est temporibus ad cibandum destinatis. an non tu quoque habes statuta tempora, quibus quotidie cibum suum præbeas animæ? His igitur semper pete à DEO illam gratiam, quam ab ipso obtinere desideras. Secundò petit, ut sis deditus orationi, ita ut illi insistas, quantum potes, etiam ultra tempora præscripta. Et hæc est altera significatio hujus vocis *semper*. Is, qui lusui est addictus, dicitur semper ludere, qui somno, semper dormire, qui jejunio, semper jejunare, qui studijs, semper studere. & cur ita dicitur? quia isti propter affectum, quo ad talia feruntur, longè facilius plus temporis ijs dare solent quàm minus. atque hoc sensu etiam Regius Propheta dixit: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo*. Ps. 33. 2. quia satiari non potuit laudibus Divinis. Ita te facere oportet. non satis tibi sit à DEO petere illam gratiam temporibus, quæ sunt propria orationis, pete quoties potes, etiam extra illa tempora. Tertiò petit, si etiam orando tantâ assiduitate, quam diximus, non videas te exauditum, ut idcirco ab oratione non desistas, non terrearis, non despondeas animum, quasi Dominus rerum tuarũ non satagat, sed fideliter perseveres. atque hic est tertius sensus ejus vocis *semper*, juxta id, quod idem David dicebat DEO: *Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*. Ps. 72. v. 23. ceu inferret, quamcumque malè illum Dominus tractaret, nunquam fore, ut illi dorsum obvertat, quasi favore ejus desperato. Imò tertius hic sensus in casu nostro præ aliis proprius videtur esse: quippe cùm Christus diceret: *oportet semper orare, & nunquam deficere*, hoc dicebat, ut quemvis animaret ad petendum precibus indefessis, non obstante, quòd se videat quasi repulsum à DEO, quemadmodum repulsa fuit à crudeli & iniquo judice paupercula vidua. Luc. 18. v. 2. Tuum nunc est ad utilitatem tuam applicare tres sensus memoratos, & dispicere, an juxta eos ores semper. si ores, secutus esto de obtinendâ demũ gratiâ, quam petis, siquidem illa sit ad salutem animæ, quia hoc jam agis, quod *oportet*.

2. Considera quam ob causam Dominus modo loquendi tam decretorio dicat *oportet*, quæ vox non solùm convenientiam, sed & necessitatem significat: cùm ex unâ parte jam antè perspectum habeat desiderium nostrũ, quod ipsi exponimus: *Ipse enim novit abscondita cordis*. Ps. 43. v. 22. ex aliâ parte naturâ suâ infinitam habeat propensionem nos sublevandi, juvandi, favoribus prosequendi, uti clarè apparet ex tot beneficijs, quæ nobis præstitit, etiam antequam essemus habiles ad illum invocandum. *Priusquam te formarem in utero, novi te*. Jer. 1. v. 5. Cur dicit igitur *oportet*? numquid videtur alienum ab amore, quo adeò

adeò nos amat, velle exorari precibus etiam indefessis? Sed est prorsùs oppositum. Ideo vult tantopere orari, quia tantum amat. nôsti igitur, in quo error tuus consistat? in hoc consistit, quòd putes idem esse supplicare DEO, & supplicare Principibus terræ. Apud istos supplicatio non in lucro, sed jacturâ ponitur. Si non impetrat, frustraneus est labor. & idcirco melius est impetrare, quin supplices. sed non ita se res habet in DEO. Respectu DEI ipsa supplicatio ingens lucrum est. *Tantummodo invocetur nomen tuum super nos.* Isa. 4. v. 10. Ecce enim quot exerceas virtutum actus, cùm supplicas. Exerces imprimis actum Religionis præstantissimæ ex omni choro virtutum, quæ Morales appellantur: deinde etiam actus virtutum ceterarum, quæ illi fœderantur, & societate quadam junguntur. Exerces fidem, quia, dum petis, signum est, quòd credas esse in potestate DEI illud tibi præstare, quod postulas. Exerces fiduciam, quia, si petis, signum est, quòd etiam speres illi esse voluntatem præstandi. Exerces humilitatem, quia petendo testaris, quod agnoscas te alterius auxilio indigere. Exerces patientiam, quia dum petis, opus est non unam ferre repulsam, prout accidit Cananææ. Exerces Longanimitatem, quia non obstantibus repulsis, pergis petere, ut illa fecit, & *non deficis*. Vides ergo nullam supplicationem DEO factam dici posse frustraneam. *Idem Dominus omnium dives in omnes, qui invocant illum.* Rom. 10. v. 12. *dives* in his, quæ impetrant. *dives* in his, quæ non impetrant. quia qui impetrat bonum illud consequitur, quod petit: qui non impetrat, obtinet hoc ipso bonum, quod petiverit. atque hoc bonum illo quivis semper revertitur cumulatus bonis. quod si ita est, nunquam habet Dominus causam dicendi: *oportet semper orare, & nunquam deficere.* Ideo *oportet*, quia, qui orat, lucrum est lucri, qui deficit, perdit.

3. Considera orationem esse bonum tam eximium, ut si in tuâ posita potestate idem donum à DEO impetrare absque oratione, id neutiquam optandum esset, sed potiùs, ut illud orando consequaris. Causa est, quia in primo casu unum tantùm lucrum faceres, quod est beneficium ab impetratum. In secundo esset applicatum, nempe beneficium, quod consequeris, & modus consequendi: quippe si bene ponderes, longè maius est beneficium, dignum esse reddi à DEO non modò recipiendi ejus bona, sed & impetrandi. Recipere etiam est commune bestiis: *Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Psal. 144. v. 16. Aspice jumenta, aspice columbas, corvos, imò passeres tam viles, ut sub tua porticus non admittas, continuò recipiunt à DEO cuncta sua bona: *Deus ex eis non est in oblivione coram DEO.* sed etsi omnes recipiunt, nullus impetrat. Impetrare in terrâ solis hominibus conceditur: & idcirco cùm DEUS beneficium tibi præstat non rogatus, eo facto plus non demonstrat

strat quàm te mereri, ut recipias. quando idem facit rogatus, ostendit te etiam mereri, ut impetres. Et iste ingnis est honor. *Elevabis ad DEUM faciem tuam: rogabis eum, & exaudiet te.* Job. 22. v. 27. Deinde, cùm sine oratione boni aliquid à DEO accipis, rarò id agnoscis. Nullo tuo impendio accepisti, unde facilè obliviscaris, spernisque, adeò ut sæpe iterum ædimatur tanquam ingrato. Secus accidit, cùm per orationem impetrâsti. tunc enim majorem habere soles curam servandi. ut adeò longè magis tibi prosit, dari beneficium oranti, quàm sine oratione: & idcirco necessitatem tibi imponit tantâ assiduitate orandi: *Oportet semper orare, & non deficere.*

4. Considera hoc posito maximum præjudicium, quod afferri tibi possit, cùm non impetras, consistere in omissione orationis; quia non impetrando unum perdis donum, at oratione omissâ perdis meritum. & sic persuasum habe, orationem non pro medio habendam, sed pro fine, ideóque faciendum hæc in te, quantum fieri potest. *sine intermissione orate.* 1. Thess. 5. v. 17. Cùm advertis mutationem auræ nihil conducere ad infirmitatem sanandam, cujus causâ patriam deseruisti, reverti statuis: at reversus non omittis æquè valetudinem curare. quâ de causâ? quia mutationem auræ elegisti, sed ut medium. & ideò certis tantùm limitibus, quatenus credebatur recuperandæ valetudini profutura. ista verò intendebatur ut finis, & ideo non desinis illam procurare. Ita se habet oratio: finis est, & non medium duntaxat. & idcirco si non impetres, quid refert? jam id habes, quod maximè desideras, admissus es ad commercium cum DEO. an putas hunc solum honorem non esse per se æstimandum? In aulam te confer, & vide quid faciant optimates illi fortè tibi notissimi. non eò toties accedunt, ad agendum cum Principe, ut porrigere libellos possint nunc à cive, nunc ab alio acceptos, nam istorum cura illos sæpius parum tangit. sed sæpe redeunt ad libellos porrigendos, ut agere hac occasione cum Principe ipsis liceat. Istud est, quod etiam tibi debet esse propositū, cùm venis ad DEUM invocandum. invocare oportet, solùm, ut invoces. Miserum illum, qui per impatientiam recedit, quòd non videat se exauditum. Ipse sibi infligit pœnam, quam Job fulminavit in impium, cùm dixit: *Numquid poterit in omnipotente delectari, & invocare eum omni tempore?* Job. 27. v. 10. Et hoc posito non advertis, quàm verè dicatur: *Oportet semper orare, & non deficere*, etsi nihil impetres? quid autem nunc fiet, quando indubitatum est hac servatâ methodo orandi impetrari, quod petitur, modò sit ad salutem.

* * *

XXIV.

Expecta Dominum, & custodi viam ejus, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram : cùm perierint peccatores, videbis. Ps. 36. v. 34.

1. COnsidera totam vitam hominis uti componitur certo dierum & noctium succedentium numero, ita plerumque rerum prosperarum & adversarum serie contexi. In quibusdam adversa prævalent, prout illis populis accidit, qui habent majora noctium spatia quàm dierum, in aliis prospera, sicut in gentibus, quibus longiora sunt tempora diurna, nocturna breviora. sed tam adversa quàm prospera sunt à DEO: *Tuus est dies, & tua est nox.* Ps. 63. v. 16. In prosperis difficillimum est servare moderationem. *Ab altitudine dici timebo.* Psal. 55. v. 4. In adversis difficillimum est servare fiduciam. *Non extinguetur in nocte lucerna ejus.* Prov. 31. v. 18. qui tam in his quàm in illis constantiam probavit, à DEO denique debitam remunerationem accipiet, cùm sit de numero illorum, de quibus scribitur: *serviunt ei die ac nocte.* Apoc. 7. v. 13. Atque hoc est, quod indicare voluit David, cùm ait: *Expecta Dominum, & custodi viam ejus, & exaltabit te. Expecta Dominum* in noctibus adversitatis, neque patiaris tædio te superari. *Et custodi viam ejus* in diebus prosperitatis, neque patiaris te lætitiâ mutari. *Et exaltabit te* gloriâ Paradisi, ubi *Nox ultra non erit*, sed sola dies. Apoc. 22. v. 5. In adversis satis tibi sit expectare: *Expecta Dominum*, quia finientur. neque re... Dominum tui non amplius recol... O quanto amore reverteretur ad te ... tandum, si volueris illum expe... patienter, non omittendo consue... votionis exercitia! *Patientes ... fratres usque ad adventum Domini ... agricola expectat &c.* Jac. 5. v. ... prosperis cave, ne facias more ... rum, qui cùm abundant, intumesc... & extra ripam restagnantes incip... exerrare, sed *custodi viam ejus.* ... per viam Regiam, quam Dom... monstravit, cùm viveret in carne ... tali. *Hæc est via* JESU Christi: ... *bulate in eâ, & non declinetis neque ... dextram, neque ad sinistram.* Is. ... 21. *Neque ad dextram* per præs... prionem aliâ viâ consequendi fe... tem. *neque ad sinistram* per diffi... tiam, quasi istâ non possis conse... & quum hoc modo feceris, ipse pro... te exaltabit, hoc est, ad tantam alti... dinem sublevabit, quantâ cœlum ... stat à terrâ. si te inveniat in adver... *exaltabit te*, quia elevabit à miseri... beatitudinẽ. si inveniat in prosperis ... altabit te, quia elevabit ab unâ beatitu... dine terrenâ ad alteram cœlestẽ. Vide ... tur, an non æquũ sit pro tanto præmi... *Expectare Dominũ, & custodire viam ejus* ... serviendo illi in quocunque statu ... adverso quàm prospero: *Die ac nocte*

2. Co...

2. Considera hanc exaltationem in eo positam, ut faciat te adire possessionem gloriæ, cujus in præsens solum jus tibi convenit. & ideo ait Psalmista: *Exaltabit te, ut hæreditate capias terram.* Terra ista cœlum est, sic dictum, quia jam olim adumbratum est per terram promissionis, quem Israëlitæ intrare non poterant nisi post longi itineris labores, ersi jam dudum à Deo essent instituti hæredes legitimi. *Dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.* Ps. 135. v. 12. Jam ergo in die exaltationis tuæ *capies terram*, quia totam facies tuam non solo dominio vel jure *ad rem*, quale nunc habes, sed etiam *in re*: & *capies hæreditate*, hoc est titulo hæreditatis, quæ ad te spectat tanquam verum Israëlitam, DEI filium. Unde cùm toties dici audis cœlum esse hæreditatem, cave, ne erres, quasi consequi illam possis sine labore, sine sudore, uti in hæreditate contingit, quæ sæpe filio advenit etiam dormienti. Enimverò illas tantùm hæreditates hoc modo consequitur filius, quæ cum morte Patris illi veniunt *ab intestato*. sed non illas, quas ab ipso Patre adhuc vivo accipit *vi Testamenti*. ut istas habeat, oportet filium bene convenire cum Patre, illi obedire, illum venerari, & ea dare argumenta obsequii, quæ ab ipso pater meritò requirit, secus si fecerit, haud dubium, quin illum possit hæreditate excludere. Jam verò cœlum est terra hæreditatis, quis neget? sed, hæreditatis, quæ ab intestato ad te non possit devolvi, quia Pater tuus non moritur. atque adeò si consequi illam velis, fieri hoc oportet per obsequia Patri præstita, & experimenta virtutis. *Justi autem hæreditabunt terram.* Ps. 36. v. 29. Ita vides terram promissionis fuisse hæreditatem, & tamen filios Israëlis illam non potuisse adipisci nisi priùs in deserto multoties probatos à DEO. & quot erant, qui illâ prorsus exciderunt? de sexcentis millibus, qui exierunt Ægypto ad capiendam possessionem terræ, ea sors duobus tantùm contigit. quia Pater filios illos ingratos è tabulis expunxit, & his substituit magis reverentes, qui postea nascebantur. Itaque si nolis etiam ipse hæreditate cœlesti spoliari, sta fortis in probatione, in probatione per adversa, in probatione per prospera. *Expecta Dominum, & custodi viam ejus.* sic ille *Exaltabit te, ut hæreditate* tanquam filius obsequens *capias terram.*

3. Considera hanc ipsam exaltationem, si te geras, ut oportet, illico secuturam, ubi cessâverit probatio, quâ nunc DEUS te periclitatur, hoc est, quam primum vitâ decedes. non poteris tamen statim assequi, quàm stupenda futura sit illa exaltatio. at quando assequeris? in die Judicij. *cùm perierint peccatores, tunc videbis.* quia bona nunquam magis eluceſcunt, quàm cum opponuntur malis contrarijs. Et hic sanè unus est ex finibus, propter quos DEUS instituit tam universale Judicium, in quo certatim quasi comparebunt hinc honor Electorum, inde opprobrium reproborum

rum. *Cùm perierint peccatores, videbis.* Quid igitur videbis? eorum mala, & tua bona. Imaginare tibi te in publicâ strage civitatis arbitrio victoris in fastigio cujusdam turris quasi in tuto collocatum, ut ex alto possis intueri excidium, intueri ferrum, intueri flammam, intueri exercitum, qui furiosè in civium corpora grassatur, sed non timere, quale hoc foret spectaculum horrore simul & lætitiâ permistum? videres tot in terram cadere exanimes, & hunc quidem tendere manus supplices, illum ingemiscere, alium ejulare, sed frustra: omnibus pereundum est: & tu interea in tuto consistis. & tamen quàm tenuis hæc est similitudo ad id explicandum, quod in die judicii continget, quando videbis ab Exercitu Angelorum quasi in ore gladii ad inferni barathrum detrudi tot myriades hominum DEO rebelliũ, quibus & tu aliquando accenseri debuisti: sed evasisti per gratiam. quis explicet, quid tunc de te futurum sit? *Egredientur*, ita de electis DEUS loquitur, *& videbunt cadavera eorum, qui prævaricati sunt in me.* Is. 66. v. 24. O quomodo tunc manus ad cœlum tendes, gratias acturus DEO de sorte, quam ab ipso accepisti. O quomodo tunc deprædicabis obsequia, quæ quõdam illi exhibuisti. quomodo tunc dices levia & propè nulla fuisse experimenta fidelitatis à te requisita, dum illis ea exaltatio successit, quâ frueris in loco tam sublimi, & idcirco tam securo: *Altissimum posuisti refugium tuum.* Cùm populus Israëliticus è colle prospexit cadavera infelicium gyptiorum, quæ mare Eryth paulatim in tipas ejecerat, non quin ad illud spectaculum horre quamvis illis esset triumphale. *derunt Aegyptios mortuos super maris, & manum magnam, quæ cucerat Dominus contra eos, tim populus Dominum.* Exod. 14. v. tu facies, cùm stragẽ videris horr magis, qualis illa est reproborum cere ausim vix te crediturum tibi se salvum. sed ne timeas. jam quam securus es. tuum est cœlum numquid hæc erit beata sors? *Cùm rierint peccatores, videbis.*

4. Considera, quemadmodum altatio electorum nunquam fa gnoscetur usque ad extremum ju diem; ita neque cognitum iri peri onem reproborum. Ideo dicitur die perituros: *cùm perierint pecca res, videbis.* non quòd non perie singuli post mortem, sed quia non reunt integrè, cùm saltem corpora perfint, quæ deinde simul cum ani illo die per totam æternitatem futu ritura. Et hoc demum erit inte perire. Erit tunc mundus omn repurgatus à fœce hominum tam gna, quæ conclusa in infimo cen terræ quasi in profundâ cloacâ sicer quasi omnino desiisset, quia illius memoria erit reliqua. *Perierunt, qui non fuerint* Ecc. 44. v. 9. non *sint*, erunt enim malo suo. sed *fuerint*, quia prorsus erunt in oblivione. *oblivione obliviscar eorum.* Os. 1. v. 6.

XXV

XXV.

Ego sum via, veritas, & vita. Jo. 14. v. 6.

1. COnsidera Christum JESUM esse perfectum illum præconem Verbi, qui ut modum ostenderet et grandi hoc officio rite fungendi, de cœlo in terram descendit. *Evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, prædicare annum acceptum &c.* Luc. 4. v. 19. Jam nôsti tres esse dotes Prædicatori necessarias, ut non modò sit bonus, sed optimus, Docere, Movere, & Delectare & tres istæ sunt, quas hoc loco de se Christus tacitè insinuat, cùm ait: *Ego sum via, veritas, & vita.* quia ut Via docet, ut Veritas movet, ut Vita delectat. O te beatum, si cognosceres prerium concionatoris tam excelsi. crede mihi, ne unam quidem omitteres ejus concionum.

2. Considera Christum esse Viam, & ut talem docere. Ecquid docet? viam expeditam perveniendi ad Paradisum. hæc est scientia, quam præ omnibus aliis addisci maximè terræ interest. Et hæc est quam audiendo Christum illico addisces. quia prius quàm ille os aperiret ad dicendum, negari non potest, notam fuisse ad cœlum viam. & tamen eò pauciſſimi pervenerunt. quam ob causam? causa fuit, quia non constabat nisi de solâ viâ mandatorum. & ista, licet omnium planissima videatur, est difficillima; tot sunt pericula, quibus vi exponitur, qui ad salutem obtinendam aliud agere non vult, nisi ad quod se obligatum agnoscit. Idcirco venit Christus, & viam Consiliorum verbis docuit, signavit exemplis. & hoc modo quid effecit? effecit, ut innumeri, qui aliàs erant perituri, salventur. scis enim tria esse, quæ maximum saluti impedimentum ponunt, Amorem carnis, Amorem commoditatum, Amorem propriæ voluntatis. Jam verò præcepta tres istos amores certis circumscriptos limitibus indulgent. sed quis est, qui intra illos se se possit continere? Id certè difficilius est, quàm ut sobriè manducare possis fructus, qui cùm noxii sint, plurimum tamen suavitatis habent: facilius generoso proposito decerneres omnino abstinere. Ecce! igitur id, quod Christus orator tam eximius nobis suasit, facere nimirum hoc decretum tam generosum se ipsum perfectæ puritati, integræ Paupertati & Obedientiæ dedicandi. Id quod est, uti dicimus, DEO non fructus tantùm, qui sunt homini adeò nocivi, sed & arborem donare. sic ubi pauci pertingebant ad cœlum, cùm sola constaret via præceptorum, nunc eò mille, iterúmque mille perveniunt. Itaque si viâ facili illuc cupias evadere: *Ego sum via.* sequere Consilia Evangelica, quantum potes. hoc est enim agere more sapientis: *qui sapiens*

est, audi consilia. Prov. 12. v. 15. sine his fieri potest, ut salutem consequaris, quis hoc ignorat? sed longè majore labore. & ideo si non sunt leges obligantes, sufficit esse salutares. quin imò si non leges obligationis, melius est, quia leges sunt amoris, & hoc posito suaviùs implentur. Ita te dignum demonstrabis eâ sorte, quæ tibi obtigit, ut non sis natus servus, sicut populus Veteris Testamenti, sed Amicus. & quam causam fuisse putas, quòd illi populo non sint data Consilia? Leges Amoris non erant consentaneæ statui servitutis.

3. Considera Christum esse Veritatem, & ut talem movere. videre cupis, ut moveat? Eccelquantam mundi partem brevissimo tempore post se traxit. *Ecce! mundus totus post eum abiit.* Jo. 12. v. 19. Et quomodo post se traxit? vi veritatis. ista est aptissima in oratore sacro ad faciendum motum. Bonus est clamor, bonus strepitus & concussio pulpitorum, sed demum isti non sunt, qui de Auditoribus, quibus est humana ratio, triumphant. triumphus veritati servatur. & sic vides eâ usum esse Christum ad reducendum mundum. *Sanctifica eos in veritate.* Joh. 17. v. 17. non perstrepuit tympanis, non personuit tubis, non immisit armatos exercitus, solùm voluit ubique personare veritatem, & istâ sanctum reddidit. Verum est, in hunc finem etiam usum esse prodigiis, sed ista sequebantur: *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* non *præcedentibus*, sed *sequentibus.* Marc. 16. v. quia prodigia sæpius serviebant ciendum illustriorem triumphum roborandos credentes, ad confu dos obstinatos. ceterum fine veritas vicit, quoniam ista in bus humanis majorē vim habet, ipsa prodigia. Pone prodigia non seri vera, quid virium habebunt expugnandum? at veritas et mis statim vincit, ac agnoscitur. *enim fortiùs desiderat anima, quam ritatem?* S. Aug. Quòd si igitur que in præsentem diem non ind animum saltem seriò sequendi C stum; quid dicemus? dicemus, n advertere, non applicare animum percipienda, quæ dicit. si percipere fieri non posset, ut resisteres ora qualis hic est, *plenus gratiæ & v tatis.* Jo. 1.

4. Considera Christum esse vitam & ut talem etiam delectare. sum est voluptas vitæ, & ideo Corona titudinis ferè semper dicitur Co Vitæ. *Accipiet coronam vitæ. D tibi coronam vitæ.* sed qualis ha vita, quam dat Christus? Duplex vita gratiæ, & vita gloriæ. utra plena delectationis ineffabilis. gratiæ est beatitudo vitæ præsentis ta gloriæ est beatitudo vitæ futuræ rum est illam esse florem, hanc fru sed ex hoc capite utrumque suav mum. fructus est perfectio floris est promissio fructus. hinc sua c bet voluptas inest, quâ delectat. terùm si nôsse velis, quantum Chris dicendo delectet, vide hoc illum

re, ut quisquis illi studiosè auscultat, aliud non curet. Magdalena ad ejus pedes nullâ rangebatur curâ ciborum. *Secus pedes Domini audiebat verbum illius.* & hoc satis illam sustentabat. Et innumeri sancti in cellis suis & cavernis omnino contenti vivebant, dum illum audirent. Si tibi suave non accidit illum audire, quàm verè dicetur aures tuas esse ab illis concionatoribus obtusas, qui sunt *Prurientes auribus*! Bene examina te ipsum, & deprehendes, te hominum conversationibus perverti. Illas plus debito frequentas, & in his aures habes nonnisi novis narratiunculis, jocis, satyris, & aliis ejus generis mundi sermonibus assuetas. unde mirum non est, te parùm esse idoneum percipiendæ delectationi sinceræ, quam Christus affert. Christus ut vita delectat, vita verò est delectatio omnium facilè maxima, quia ad hanc retinendam ceteris demum omnibus renunciares. sed est delectatio profunda, seria, solida, non est delectatio sensibilis, ut illa, quæ sentitur in venatu, in conviviis, in choreis, & similibus, quæ respectu vitæ gustûs sunt planè frivoli. Et tamen quot sunt, qui ut istis satientur ad excessum, ipsam vitam decurtant. fortè periculum est, ut idem tibi respectu Christi contingat. Relinquis delectationem vitæ pro delectationibus vanitatis.

XXVI.

Tres species odivit anima mea, & aggravor valde animæ illorum. Pauperem superbum, & divitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Eccli. 25. v. 3.

1. COnsidera, quàm infelices sint tres istæ hominum classes, quas ait Dominus adeò sibi invisas, ut non nisi graviter & ægrè sustinere illos possit in terrâ. *Aggravor valde animæ illorum.* & quæ sunt istæ? Pauper superbus, dives mendax, senex fatuus, & insensatus.

Durum est sustinere *Pauperem superbum*, quia si dives superbiat, excusationem habet: at si pauper superbiat, excusari nullo modo potest, quia vilis ejus conditio videtur ipsi imponere necessitatem humilitatis. *Quid superbit terra & cinis:* Eccli. 10. v. 2. *Terra* in vitâ, *cinis* post mortem.

Durum est sustinere *divitem Mendacem*, quia si fames pauperem seducat, ut mentiendo fallat, ut dolis, & frandibus utatur, nemo miratur: sed divitem mentiri probrum est maximũ, quia non fames sed insatiabilis cupiditas ad hoc impellit. quantum ab avariti âexcæcatum esse oportet, qui pauperem se fingit, ne suis creditoribus satisfaciat. *Operiuntur pallio suecino, ut mentiantur.* Zach. 13. v. 4.

Durum est sustinere *senem fatuum & in-*

& insensatum. quia, si talem se gerat juvenis, quivis illi compatitur. fervor bullientis sanguinis cum exiguo studio, & experientiâ non permittunt, ut agat cum maturitate judicij. Sed quæ istarum excusationum suffragabitur illi seni, qui in hunc usque diem tingit capillos, fuco & pigmentis utitur, libidini indulget instar juvenis? *Certè vides fili hominis, quæ seniores domûs Israël faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui. dicunt enim: non videt Dominus nos,* adeò sunt infatuati, *dereliquit Dominus terram.* Ezech. 8. v. 12. Omnes isti tres videntur esse abortus & monstra generis humani: unde mirum non est Dominum ab illis tantopere abhorrere. *Aggravor valde animæ illorum.* & tamen quot ejusmodi monstra quotidie occurrunt non jam in sylvis, sed in civitatibus, non in spelæis, sed in domibus. Potes hinc colligere clementiam Domini, dum ait: *Aggravor valde animæ illorum*, & tamen sustinet.

2. Considera per hæc tria monstra nunc memorata in sensu mystico mirificè depingi Mundum, Carnem, & Dæmonem, quæ sunt quasi totidem furiæ, tantâ animarum strage in terra infames. Si spectare velis *Pauperem superbum*, dæmonem aspice. numquid miser à DEO redactus est ad maximam gratiæ nuditatem, damnatus ad catenas & compedes, & præterea omni potestate exarmatus à Christo? *Detracta est ad inferos superbia tua.* Is. 14. v. 11. Et tamen ô quantum in hac sua paupertate retinet illa[illegible] perbiæ, quam in divitijs habeb[illegible] ctè dici potest: *Ipse est Rex sup[illegible] versos filios superbiæ.* Job. 41. [illegible] Vile mancipium est, & in h[illegible] mancipatu audet bellum [illegible] DEO. *Ero similis Altissimo.* S[illegible] ctare velis *divitem mendacem.* C[illegible] aspice. ô quàm scitè potest fr[illegible] ut non præstet illa debita, qua[illegible] ritu exiguntur creditore suo, lic[illegible] nigno. mox ait perfida se non p[illegible] non posse subire flagra, non po[illegible] rationi vacare, ceu vires ipsi d[illegible] & tamen vide tantisper, an no[illegible] beat virium plusquam satis, q[illegible] agitur de Comœdijs, de colloqu[illegible] recreationibus illicitis. Ad lux[illegible] dum duplo majorem jactat sor[illegible] quàm foret opus ad satisfacien[illegible] spiritui, & tum mentitur se ad in[illegible] redactam. *In tempore redditio[illegible] stulabit tempus*, petendo dilatio[illegible] *& loquetur verba tædij, & murm[illegible] tionum. Verba tædij*, in favorem [illegible] egestatis, *verba murmurationum* [illegible] tra severam exactionem credi[illegible] *Si autem potuerit reddere, adversa[illegible] tur*, tergiversando novis quæsitis co[illegible] ribus, *solidi vix reddet dimidium.* [illegible] cli. 29. v. 7. præstando solutionem [illegible] modò coactam, sed & parcam. [illegible] denique spectare velis *senem fatu[illegible] & insensatum*, mundum aspice. D[illegible] bebat iste demum addiscere vive[illegible] modum, adeò gravis est annis, qu[illegible] rum jam ferè septem millia exegit; [illegible] tamen juvenescit adhuc, si unqu[illegible] aliàs, in libertate, lasciviâ, luxu, [illegible]

imprimis principijs perversis, quibus imbutum est cerebrum. Postquam etiam Christus hoc proposito de cœlo descendit, ut illum instrueret, pergit adhuc dicere, magnum esse prorum ignoscere inimicis, amplecti Paupertatem, subdi obedientiæ, salutarem Crucis viam calcare. tam exiguum dat specimen profectûs in schola tam diu frequentata. Adhuc est faruus, dum malo suo adhæret, adhuc insensatus, dum bonum suum non agnoscit. faruus in voluntate, insensatus in intellectu. Iste igitur est puer ille miserabilis annorum centum, sine misericordia condemnatus ad mortem: *Puer centum annorum morietur.* Is. 65. v. 20. Quia, qui post tot annos ætatis tam parùm vivere didicit, ut semper agat pueriliter, nullam planè spem facit progressûs melioris. Contra istos simul omnes ait Dominus se odio flagrare gravissimo. *Aggravor valde animæ illorum*, hoc est, *malitiæ illorum*, *ingenio illorum*, vel ut plures alij legunt, *vitæ illorum*: quia hæc sunt tria illa monstra, quæ vastitatem inducunt Paradiso. & tu tamen adeò non odisti, ut etiam magni facias: uni illorum obedis, alteri blandiris, tertium adoras: obedis dæmoni, blandiris Carni, Mundum faruum adoras.

3. Considera non fore mirum, si tũ istæ tres species, quoad monstrositatem suam hactenus explicatam, in te uno reperiantur: & ideo necessarium videri, ut discutias te ipsum, qualem te geras in Paupertate naturæ, in divitijs gratiæ, in senectute vitæ spiritualis, quam profiteris. Quoad Paupertatem naturæ, non ignoras illam esse summam, quia nihil à te habes præter peccata. & tamen quàm facilè etiam in te dominatur illa sui æstimatio maledicta, quæ vocatur *Superbia vitæ*, non *Virtutum*, non *Sapientiæ*, non *Scientiæ*, sed solùm *vitæ*, quia pronum tibi est superbire de re tam modicâ, qualis est vita, quasi hoc non esset commune bonum etiam brutis animalibus. Quoad divitias gratiæ, quibus DEUS debilitatem tuam sustentat, istæ facilè tam copiosæ existunt, ut, si earum vel dimidia pars publico prædoni contigisset, quod S. Franciscus ajebat, sanctus evaderet. & tu, cùm illas otiosè negligas in occasionibus te mortificandi, vincendi, humiliandi, de DEO ipso queri non dubitas, quasi parcus sit in suis dispensandis favoribus. Numquid hoc genus est mendacij non tantùm sceleratí, sed sacrilegi, dum ad tuam excusandam inertiam DEUM incusas? *Melior est pauper*, qualis est, qui destituitur gratiâ, *quàm vir mendax*, qualis est, qui eam habere negat, quia non utitur. Prov. 13. v. 5. Quoad vitam denique spiritualem, quam profiteris, tuum est dispicere, num progressu temporis lucrum feceris, an jacturam. Quò magis ætate proficis, eò major faciendus esset in spiritu progressus: & tamen quàm facilè contingit, ut more multorum retrocedas, & ferè ad prima redeas incunabula Virtutis. imò in principio Conversionis majore li-

bertate superabas respectus humanos, magis eras ab humanis commercijs abstractus, à rebus creatis separatus, & ad agendum interdiu cum Christo orationis assiduitati deditus. nónne hoc est minuere sapientiam, cùm illi oporteret majora adjicere incrementa ? *Cùm jam esset senex*, hoc est, cùm majora danda essent documenta sapientis Salomonis, tunc (quis crederet?) tunc *depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos*, & factus est faruus. 3. Reg. 11. v. 4. Heu quoties cum proportione renovatur casus tam horrendus. Ut ut sit. Istæ sunt tres fœditates monstrosæ, tantopere horret Dominus, in tiùs abominatur : *Pauperem hum, & divitem mendacem, & fatuum & insensatum.* Quodsingulæ seorsim oneris sunt ma rendi, quid fiet, si simul omnes tur ? nónne, si unquam aliàs, Dominus causam reperendi : *vor valde.* quanquam hoc pe quamcunque grave sit, demum gravato, sed gravanti nocet : non dicit : *Aggravor anima mea anima illorum.*

XXVII.

Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros : benefacite qui oderunt vos. Mat. 5.

1. COnsidera videri tibi posse non modò durum, sed ferè supra vires humanas, ut ames eum, qui tibi vult malè, eidémque benefacias. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* eò quòd natura plane tibi dictet contrarium. Sed non ita est. Si Christus præciperet, ut ames, qui tibi malè vult, & benefacias ob hanc ipsam causam, quia tibi vult malè, haberes causam difficultatis. Sed non hoc dicit. Dicit autem, ut hoc facias, quia ipse præcipit : *Ego autem dico vobis.* Et quid non fieri potest per Christi gratiam ? En quot martyrum milliones per hanc gratiam cõsecuti sunt, ut inter flamas gestirent, inter secures gauderent, inter feras exultarent? & hoc sine dubio effecerunt, quas illis gratia subs strabat. Et tamen nihil omnino runt contrarium instinctui Nat quia Natura nobis dictat, ut in gra Principis nostri, in gratiam tanti factoris, qualis nobis Christus est læti & hilares vel ipsi mortiocem mus. Et hinc vides potuisse Chris sine offensa Naturæ dicere : *Dili inimicos vestros. benefacite his, q derunt vos.* præsertim cùm præm rit : *Ego dico.* Porro dum præc etiam debet suppeditare vires ad plendi præceptum, id est, gratia Gratia verò potest triumphare de N tura. *Omnia possum in eo, qui confortat.* Phil. 4. v. 13. Ceterum qui

utilius præceptum dari unquam potuit? finge cuivis esse licitam privatam vindictam. quid fiet Mundus, nisi saltus ferarum? quæ perturbationes, quæ contentiones, quæ damna sequerentur? At si vindicta prohibetur, necessarium est præcipi amorem; quia odisse, neque vindicare, est gravissima pœna damnatorum.

2. Considera illos, qui tibi sunt inimici, omnes odisse, sed non omnes, qui te oderunt, esse inimicos. Inimici propriè sunt, qui apertè oderunt: *Inimici mei dixerunt mala mihi.* non solùm *de me*, sed *mihi.* Psal. 40. v. 6. Hoc posito, vide, quàm Cœlesti prudentiâ locutus sit Dominus, cùm tibi mandavit, ut amares inimicos, & benefaceres his, qui te oderunt quidem, sed odium non produnt, quales sunt illi, qui ad distinctionem inimicorum sub isto vocabulo osorum continentur. Benefacere illi, qui apertè odit, qualis est Inimicus, non semper succedit bene. Sæpe ille dedignabitur beneficium, repellet, reijciet, tèque etiam crudè habebit, cùm illum blandè tractabis. At amor semper succedet. ideo ajebat Christus: *Diligite inimicos vestros.* E contrario is, qui te odit, sed odium dissimulat, libenter beneficium tuum acceptabit ob hanc ipsam causam, ut odium magis tegat. & ideo quoad istum non tantùm amor, sed & beneficiũ habere locum potest. Idcirco dicebat Christus; *Benefacite his, qui oderunt vos.* Cetertùm æqualiter etiam amandus est, qui te odit, & beneficio afficiendus inimicus. Christo autem dicere placuit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos*, ut eum præcipiendi modum usurparet, qui esset aptior ad tollendum, quidquid excusationis esse potest.

3. Considera, quid sit illud, quod Christus exigit, dum mandat, ut amore sui inimicum diligas. *Diligite inimicos vestros.* non exigit, ut in illo diligas eam voluntatem malignam, illum sentiendi, & agendi modum, quo inimicus constituitur: nam hic amor non solùm esset vitiosus, sed ipsum vitium. Exigit, ut diligas, quod in ipso supereſt, boni, nempe, quòd proximus tuus esse non desinat, etsi peccator existat: & ut amando ut proximum consequenter ames, sic ut te ipsum, desiderando illi animitus & constanter, quidquid veri boni tibi ipsi desideras. *Dilige proximum tuum sicut te ipsum.* Sed nota, duobus modis te posse alicui velle bonum, universùm & singillatim. Est igitur præcepti, ut in communi bene velis etiam inimico, quia si exempli causa pro omnibus alijs ores universim, non licet ipsum excipere. *Latum mandatum tuum nimis.* Ps. 118. Præceptum amoris tam amplum est, ut omnes complectatur. Sed non est præcepti, ut illi desideres hoc bonum singillatim, nisi occasio se offerat. Studiosè quærere occasionem est Consilij. Ad hæc, dum Christus exigit amorem Inimici, etiam requirit signa vel indicia amoris; aliàs quis esset hic amor tuus? scisne, qualis sit

amor, quem Christus suis fidelibus præscribit? Est amor, qui nos unit quasi membra unius corporis. Sed ad hoc non sufficit internus amor, requiritur etiam externus. an non ille dedit Christianis ceu propriam tesseram amorem reciprocum? *In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* quæ verò tessera hæc foret, quam tu studiosè sub pallio occultares? necesse est, ut illam prodas. Sed hîc adverte itidem duo inveniri genera signorum. quædam sunt communia, alia specialia. Communia, qualia sunt illa, quæ tu usurpas erga alios ex ratione aliqua communi, erga popularem, quia popularis est, erga consanguineum, quia consanguineus est, erga vicinum, quia vicinus est, est præcepti, ut etiam præstes inimico, qui comprehenditur sub illa communi ratione patriæ, parentelæ, viciniæ, nec licet illa negare eo tantùm ex capite, quòd sit inimicus. Particularia, qualia sunt, quæ tu usurpas erga alios ex ratione peculiaris amicitiæ, convivendo, conversando, & alia ejus generis faciendo, universim loquendo sunt consilij, non præcepti, nisi his negatis casu aliquo grave scandalum nasceretur. His ita positis vide tantisper, quæ sit animi tui dispositio, qui fortè nondum potes deponere rancorem, saltem perfectè. Ne dicas te ignovisse, ne, inquam, hoc dicas; quia satis non est, nisi etiam commonstres. Christus præcepit, si in ipso actu, quo munus aliquod offers ad altare, memin[illegible] voris adversus fratrem tuum, [illegible] quas munus, & vadas recon[illegible] fratri tuo, & tum ad offer[illegible] munus revertaris. *Relinque [illegible] nus tuum ante altare, & vade [illegible] reconciliari fratri tuo.* Mat. 5. [illegible] gnum igitur est, non sufficere re[illegible] ciliationem internam, nam ista [illegible] fieri potest ad altare, dum munus [illegible] fertur, necessarium est adjungi [illegible] externam. Et hoc est, quod Chri[illegible] exigit, cùm dicit: *Diligite inim[illegible] vestros.* Vult, ut ames inimicum [illegible] more tam interno quàm externo [illegible] est amor necessarius inter Christi[illegible] Primus absque altero Barbaris [illegible] mittatur.

4. Considera, quid sit istud, [illegible] Christus pariter requirit, cùm [illegible] nit, ut benefacias odio habenti[illegible] *Benefacite his, qui oderunt vos.* V[illegible] ut tua dilectio nō sit instar illius [illegible] neæ, quam olim vidit in campo p[illegible] ram sed sterilem. talis si fuerit, [illegible] maledicet. quia à Christianis exig[illegible] tur fructus, & fructus quidem [illegible] similes, qui à ficulnea petebant [illegible] intempestivi, hoc est, difficiles. [illegible] les nî habeas, væ illis! nam maledic[illegible] Sed qui sunt in casu nostro hi fructu[illegible] duo sunt genera beneficiorum, un[illegible] negativum, alterum positivum. N[illegible] gativum est non offendere eum, [illegible] nos offendit. *Dilectio proximi m[illegible] lum non operatur.* Rom. 13. Po[illegible] tivum est illum defendere DEUM [illegible] ipso precando, dando veniam, con[illegible] donando, & illa saltem auxilia pr[illegible]

tando, quæ citra nostrum damnum præstari possunt. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Solùm adverte Negativum esse præcepti, Positivum consilij, nisi in ijs casibus, quibus illi tale beneficium præstandum esset, etsi inimicus non esset. tunc enim negare illi non potes ex eo capite, quòd sit inimicus, si neges, jàm offendis, & sumis vindictam. quamvis cui libentiùs quàm inimico tuo benefacias? hæc quippe sunt beneficia gloriosa, hæc utilia, hæc jucunda. Gloriosa, inquam, nam si benefacias amanti, quæ gloria tua? nónne & Ethnici hoc faciunt? gloria est imitari Patrem illum Cœlestem: *qui solem suum facit oriri super bonos & malos.* Matt. 6. Utilia verò, quia nullum beneficium amico præstitum, ceteris paribus, tantum meriti tibi pariet, quantum id, quod inimico exhibetur. Jucunda denique, quia nulla alia tam solidâ consolatione animum implebunt. ut desint cetera, hoc modo mille tricis, mille perturbationibus & miserijs te evolves. Unde lex ista admiranda dandi veniam potiùs facta est in favorem dantis, quàm accipientis. Beatum te, si perfectè adimpleveris.

5. Considera dubitari posse, quid sit majus *amare* eum, qui tibi vult malè, an illi *benefacere*? Manifestum est, si adversario benefacias ex amoris impulsu, te majus aliquid præstare, quia beneficium includit amorem. Sed absolutè loquendo plus est amare, quàm benefacere. quia beneficium heri potest varijs ex causis naturæ facillimis, ex fastu, ex arte Politicâ, calliditate, cupiditate lucri, & aliquando etiam furore: at amare non potes nisi ex amore, & quonam illo? ex amore DEI, cui tantopere sumus obligati pro eo, quòd nos creaverit, quòd nos conservet, quòd in Cruce pro nobis mortuus sit. unde vides in antiqua lege datum esse præceptum expressum beneficentiæ erga inimicos, sed non benevolentiæ. datum est præceptum beneficentiæ, quia mandatum illis fuit, ut viam monstrarent, ut cibum & potum ministrarent, ut etiam in levando jumento opem conferrent: *si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Ex. 23. v. 5. sed non datum est præceptum benevolentiæ: quia dictum equidem fuit: *non oderis fratrem tuum in corde tuo.* Lev. 19. sed plus non est additum. gloria ista, ut tam disertis verbis diceretur: *Diligite inimicos vestros*, Christo fuit reservata: *Ego dico vobis.* Et hæc fortè præcipua causa fuit, cur mandatum istud dilectionis novum appellaret. *Mandatum novum do vobis.* non quòd novum esset quoad substantiam, sed novum, quoad modum loquendi. nunquam à prioribus retro seculis auditum fuit: *Diligite inimicos vestros.* nam voces istæ terrere poterant, quandóillas amor Christi nondum poterat mitigare.

XXVIII.

Vidi impium superexaltatum, & elevatum supra cedros Libani. transivi, & ecce non erat. quæsivi eum, & non est inventus locus ejus. Ps. 36. v. 35.

1. COnsidera aliam esse *Exaltationem* impij, de qua hoc loco disseritur, & aliam *Elevationem*. Exaltatio est honor ille externus, qui impio habetur, ille applausus, illa aura popularis, illæ recreationes, dignitates, opes, fortunæ. *In medio populi sui exaltabitur.* Eccl. 24. v. 3. Elevatio est illa interna superbia, quam impius animo concipit ex eo honore licet extrinsecus adveniente. *Elevatum est cor tuum in decore tuo.* Ezech. 28. v. 17. Exaltatio elevationem præcedit. quia impius primò se circumspicit in illa sua gloria, & tum se extollit, quasi illa sibi sit debita. Sed aliàs non est debita: unde non dicitur, quòd sit Exaltatus, sed superexaltatus: *Vidi impium superexaltatum.* quia semper est exaltatus supra meritum. & sic nulla inveniri potest exaltatio impij, quæ non sit superexaltatio. & tamen, quis credat? usque adeò excæcatur reflexione illius externi splendoris, quo ambitur, illius purpuræ, illius auri, illius famulitij & pompæ, ut non solùm istis se dignum æstimet, sed etiam dignioribus supparem. & ideo adjungit Psalmista, quòd viderit impium elevatum *sicut cedros.* Cedrorum reverà summus est honor, sed eum sibi non tribuitur, quia aspirant bonum odore mittunt flores, sunt fecundæ, fru proferunt tam præstantes quin pios, adeò ut si unus maturesc mis, jam novus germinet. cùm trario impij non producant ullum ctum, saltem, qui alicujus mo sit, & tamen intus se pares rep maximè frugiferis. *Sicut Cedri* fortè malis dicere, & meliùs, eo dris similes se credere, quòd mortales arbitrentur. unde non tur utcunque *sicut Cedros*, sed *Libani*, quia istæ omnium mo sunt obnoxiæ corruptioni. An vides, ut se gerant isti Magnates di, uti nos illos appellamus? nunquam essent morituri; ita illam suam pecuniam, quasi nunq esset deserenda: ita dignitates ad nistrant, quasi nunquam essent d nendæ: ita corpori suo immo blandiuntur, quasi non etiam ip aliquando futurum esset esca ver bus. Atque hoc est, quod acut gnificare voluit Prophera Regius, dixit: *Vidi impium superexaltatu & elevatum sicut Cedros Libani.* Co pendio dicere voluit, eum à se vid tam intus quàm foris adeò superbu

qua

quasi foret immortalis. sed expecta parùm, & videbis, quis futurus sit.

1. Considera, ad hoc videndum opus non esse longâ expectatione. quia omnis gloria hactenus descripta est pompa scenæ, quæ momento vertitur: *Transivi, & ecce non erat.* Apelles Alexandrum pinxit fulmine armatum, ut ostenderet, quantâ celeritate tantam mundi partem peragrâsset. sed melius hoc modo depinxisset ad demonstrandum, quàm citò evanuerit. numquid cernis quotidie, quàm brevis sit istorum Grandium felicitas? *Transivi*: uno passu progrederis, *& ecce!* in ictu oculi, in momento temporis, & *ecce non erat.* non modò *non est*, sed *non erat*, quia talis felicitas semper transiit cum ipso tempore, quod est adeò rapidum, ut si rationem inire velis tanquam rei præsentis, jam præterierit. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Job. 20. Expende tantisper, ubi nunc sit gloria superborum, quos ipse nôsti ævo tuo, in tanto plausu, tantâ gloriâ, & magnitudine, numquid evanuit instar fulguris? *Quæ est vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Jacob. 4. v. 14. Dicendum ergo non modò *non est*, sed *non erat*, quia erat gloria frivola, gloria falsa, gloria apparens. *ad modicum parens.* non hoc erat, quod præferebat, & per consequens *non erat.* illa sola est gloria, quæ semper talis erit, gloria virtutis. *Gloria nostra hæc est, testimonium bonæ conscientiæ.* 1. Cor. 1. v. 12. Illa gloria, quæ deficit, qualis est gloria vitii, cùm fuit, ne quidem fuit vera gloria, quia in se ipsâ non erat gloria quoad rem, sed imaginaria tantùm. & quis dicat imaginariam gloriam esse reverà gloriam? eum, qui hoc dicit, etiam concedere necesse est, gloriam esse, quâ in somno fruitur, dum sibi in solio constitutus videtur. & tu ejus amore capieris? non mirare, non æstima, non affecta, ut quæ nec aspici digna est: *Quasi qui prosequitur ventum, sic & qui arcendit ad visa mendacia.* Eccl. 34. v. 2.

3. Considera, quàm sapienter Psalmista dicat, se transiisse, cùm videret falsam gloriam impiorum: *Transivi.* non substitit ad eam contemplandam: unde non dicit: *Aspexi impium*, sed *vidi.* quia fortè casu vidit, etiam cùm nollet. cujus rei indicium est, quòd vix viderit, & illico præterierit: *Transivi.* & ecce fructum, ex hodiernâ meditatione hauriendum, non attendere ad prosperitatem impiorum, sed transire: *Transivi.* quia si sistas, téque figas in obtutu, mox periculum incurres mille malorum, ne accuses Providentiam, ne murmures, ne malignitas placeat, ne pœniteat virtutis, imò ne subeat amor similis prosperitatis, quæ tibi non convenit. sicut illi accidit, qui alterius uxorem considerat, cùm est venusta. *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt.* Eccl. 9. v. 11. Quid igitur faciendum, cùm fortè in oculos incidit? insistendum viæ, & tacitè orandus DEUS: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Ps. 118. v. 27. non subsiste ad contemplandum rhedas illas speciosas, quæ damnant aurum, quo undique totæ fulgurant, ut potiùs in luto hæreat, quàm

quàm sacris splendeat Altaribus. non subsiste ad famulorum gregem, quibus alendis tantum consumitur, ut tempore famis tot pauperibus panis desit. non subsiste ad luxũ vestiũ, quib⁹ ampliandis tantũ impenditur, ut tot pauperib⁹ pannus desit tempore frigoris. non subsiste ad conspectũ tot equorũ, quorũ stabula majore munditie curantur, quàm fortè tẽpla, unde isti accipiũt reditus ad alendos equos. Ah quàm molesta sunt hæc spectacula vero Christiano! Ideo citò transi, uti faciebat, qui dixit: *Transivi.* & quorsum ibis? Ibis ad contemplandum animo sepulchrum, cui omnis illa gloria brevi inferetur. Ibis à sepulchro, ubi corpora miserorum computrescunt, ad contemplandũ barathrũ inferni, ubi illorum animæ cruciantur. Ibis denique à barathro inferni ad contemplandam gloriam Paradisi, ubi illis nunquam dabitur habitare, ne cogitatione quidem, nisi ad augendam rabiem, quâ jam aliàs nimiùm quantum flagrant. O quàm salutaris erit hic transitus, si facere illum noveris. tunc enimverò tantò majore ratione dicere poteris: *Transivi, & ecce non erat.* quia nemo meliùs intelligit vanitatem temporalium, nisi qui ab his transit ad cogitationem æternorum. *Transivi ad contemplandam sapientiam, & vidi, quòd tantùm præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.* Eccl. 2. v. 12.

4. Considera hunc ipsum Davidem, qui subsistere noluit ad contemplandum impium, quem in fastigio fortunæ positum casu vidit, sed transiit, vix transeundo advertisse, quòd def[illegible] & repentè ad eum quærendum [illegible] tisse: *Quæsivi eum.* quare? [illegible] insigne nobis traderet docum[illegible] quàm noxia est contemplatio p[illegible] ritatis humanæ, cùm est præsens, [illegible] utilem esse posteà, cùm hæc tra[illegible] Tunc demum cognoscitur, qu[illegible] sit. Vade igitur, quære imp[illegible] terrâ, postquàm decesserit. an[illegible] es? *Quæsivi eum, & non est inv[illegible] locus ejus.* alibi ajebat Psalter: [illegible] *huc pusillum, & non erit peccator [illegible] quæres locum ejus, & non invenies.* [illegible] *non invenies eum in eo loco.* Q[illegible] inter illa superba palatia, quæ [illegible] tabat: *& non invenies:* in illis [illegible] atris, *& non invenies:* in illis hor[illegible] *non invenies:* in illis ambulacris [illegible] gnificis, *& non invenies.* in vil[illegible] *non invenies.* & ut verbo dicam, in [illegible] buscunq; locis, in quibus suas era[illegible] tus sectari delicias, & *non invenies.* [illegible] quòd plus est, jam dicit se nec [illegible] invenisse locum: *Non est inven[illegible] cus ejus.* quia non solùm defec[illegible] Principes, sed & ipsi Principatus [illegible] nunc est illa tam decantata Mona[illegible] Romanorum, Medorum, Mac[illegible] num, Assyriorum? nec civitates [illegible] dem inveniuntur, quibus illorum [illegible] narchæ dominabantur, ne dum [illegible] Totum disparuit instar somnii. *[illegible] somnium avolans non invenietur.* [illegible] 20. v. 8. Viden' igitur, quam sit [illegible] felicitas mundanorum? & hanc ta[illegible] juvat contemplari? Contẽplare [illegible] si ita lubet, sed eâ lege, ut suspen[illegible] judicium, ut in statuis, scripturis, [illegible] liis arte factis fieri solet, donec

finiatur. XXI[illegible]

XXIX.

Fuisset ut mors dilectio. Dura, sicut infernus, æmulatio. Cant. 8. v. 6.

1. COnsidera nomine Dilectionis intelligi amorem, quo ipse flagrare debes erga DEUM. per Æmulationem illud desiderium, quo ardere debes, ut eundem ament etiam alii. *Qui audit, dicat: veni.* Apoc. 22. v. 17. quia Amor Dei longè diversus est ab amore hominū. si vehementer hominē amas, cupis equidem ut ametur, sed non à multis, quia metuis, ne, si nimium augeantur amatores, illum tibi auferant: & ideò sæpe parcus es in laudandis ejus prærogativis, & vulgandis, ne ipse tibi facias rivales. non ita, si DEUM ames, velles, ut illum omnes diligerent. *Omnes gentes cognoscant, quia tu es DEUS, & non est alius præter te.* Judith. 9. v. 19. Et ratio est, quia homo tibi charus cor habet limitatum. si multi sint, quos reamet, tantò minus tibi indulgeat amoris, necesse est. DEUS verò cor habet immensum. *secundùm magnitudinem ipsius, sic misericordia illius cum ipso est.* Eccli. 2. v. 23. Tantum habet amoris pro uno solo, cùm omnes diligit, quantum habet pro omnibus, cùm unum solum amat. *Dives in omnes, qui invocant illum.* Rom 10. Atque ita non est, quod timeas, illum minus amaturum, si pluribus innotescat, potiùs confide amaturum magis. Jam ergo ista dilectio erga DEUM quoad fortitudinem Morti comparatur: *Fortis ut mors dilectio.* Ista æmulatio, seu zelus gloriæ Divinæ quoad duritiem inferno comparatur. *Dura sicut infernus æmulatio.* Utraque ex æquo procuranda est, si desideres esse gratus DEO. at ubi dilectio non præcedit, non poterit suscitari æmulatio. quia tantùm desiderabis, ut DEUS toto corde ametur à populis, quantùm diliges hoc genere dilectionis, quæ dicitur fortis ut mors; quia prior mors est, posterior Infernus. & non prior infernus, mors posterior. *Mortuus est dives, & sepultus in inferno.*

2. Considera fortitudinem mortis terribilem in nulla re magis elucescere quàm in virtute separandi: *siccine separas amara mors?* quia non solùm dividit sed planè avellit ab omnibus, quibus hæres maximè adstrictus, & momento avellit. Avellit à patriâ, à sanguineis, ab amicis, à commoditatibus, ab officiis, ab honoribus, & ita de cæteris discurrendo. imprimis verò mors te separat, & avellit à te ipso: quia facit divisionem illam tremendam, quæ nullâ vi aliâ fieri potest, divisionem inquam, corpus inter & spiritum. ô quàm arcto fœdere hæc duo colligantur! & tamen ea mors separat. Istud omnino est, quod efficere in te debet amor DEI tui. unde Christus ajebat.

bat. *Putatis, quia pacem veni dare in terram? non dico vobis sed separationem.* Luc. 12. v. 51. Quid igitur tibi videtur ille hactenus effecisse? o quot adhuc vincula supersunt, quibus adstringeris non corpori tantùm, sed honoribus, sed opibus, ceterisque frivolis terræ bonis! Quale ergo dubium esse potest amorem tam fortem nondum inveniisse aditum in corde tuo? *Fortis est ut mors dilectio*, nihil omittit, quod non separet si vel unum supereſt, cui adhæres, non est, qualem esse oportet: non est mors. nam ista est mortem inter & morbum differentia, quòd morbus unum bonum relinquat, alterum tollat. tollit visum, & relinquit auditum, aut vice versâ. & si ambo tollat, alium relinquit sensum saltem internum. non ita mors. hæc enim tollit omnia, & ut talis momento operatur. Cave igitur, ne falsò existimes te habere amorem DEI, si etiamnum affigeris ulli rei creatæ: quia vera dilectio non dicitur fortis ut infirmitas mortifera, sed ut mors ipsa: *Fortis ut mors dilectio.*

3. Considera necessarium omnino esse, ut dilectio tam fortis, quam diximus, æmulationem præcedat. quia nisi prius separeris ab rebus omnibus crearis, quæ te possident, fieri nequit, ut seriò attendas lucro animarum. Ad hunc finem necesse est nec patriæ habere curam, nec cognatorum, nec amicorum, nec commoditatum, nec officiorum, nec honorum. *Cùm placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, ut evangelizarem illum in gentibus, continuò* (non *paulatim*, non, sed *continuò*) *non aquievi carni & sanguini.*

1. Imò necesse est nec corpori dem habere rationem, sed id generositate exponere omni cr omni discrimini, conjiciendo manus DEI, quasi mortuum, il more, qui, dum viverent, illa quam amâsse dicuntur. *Non d runt animas suas usque ad mort* poc. 12. v. 11. si nimiâ corporis licitudine tangaris, fieri non pot illud seriò incites ad venatum rum maximè perditarum. In fervens æmulatio progreditur pl tra. nam *si fortis est ut mors dilec dura est sicut infernus æmulatio.* infernum hîc aliqui sepulchrum ligunt juxta illud: *Vita mea appropinquavit.* Ps. 87. v. 8. sed melius alii, qui per nomen infer telligunt infernum verum, seu damnatorum. *Infernus subter turbatus est.* Is. 14. v. 9. is, qui dici potest infernus durus. *Dur infernus æmulatio.* Verùm si hu cum capere perfectè velis, per num omnes dœmones intellige, sunt pars præcipua inferni. *tuus ero inferne.* Os. 13. v. 14. quantum dœmones laborent, u rapiant animas? Tantundem te que laborare decet, ut eas ipsis as. Hæc meo quidem judicio op est loci hujus explicatio: sed qui curatius examen postulat, placet alterum transmitti diem, in quo etiam ex capite perquam accidat portuna.

XX

XXX.

S. Catharina Senensis.

Dura sicut infernus æmulatio. Cant. 1. c.

1. COnsidera incredibilem esse rabiem, quâ dœmones animas cœlo repere laborant. Eos affligit, cruciat, torquet, consumit, & ideo dura est seu molesta. *Missus sum ad te durus nuncius.* 3. Reg. 14. v. 6. & talem omnino zelum esse oportet eas animas cœlo asserendi, quas infernus nititur avertere. oportet esse Durum, hoc est, talem, qui tibi intus nullam requiē concedat, sed contristet. *Dura sicut infernus æmulatio.* Talis erat zelus Christi servatoris nostri, qui non indulsit, ut triginta trium annorum spatio vel semel notatus esset ridere, plangere verò sæpissimè. *Totâ die contristatus ingrediebar.* Ps. 37. v. 7. Atque hoc est, quod tu quoque in corde tuo debes procurare: quia verus servus non tantùm ipse Dominum suum non vult offendere, sed neque tolerare potest, si alii offendant. *Vidi prævaricantes, & tabescebam.* Ps. 118. Hunc si habeas, plurimum compensabit eas dotes, quibus cares. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.* Is. 63. v. 5. Careas eloquentiâ, careas eruditione, careas gratiâ dicendi, cuncta supplebit sancta hæc indignatio adversus peccatum. Catharinam aspice, quam hodie colimus. numquid erat femina, egena, vulgaris? & tamen quot illa præstantes viros superavit in servandis animabus? sed quomodo superavit? vi eloquentiæ? vi eruditionis? haud sanè: sed vi indignationis, quam contra peccatum concepit. *Acuit duram iram in lanceam.* Sap. 5. v. 21. Hæc ira fuit hasta, quâ tot clades intulit inferno: Ira acerba, ira affligens, ira in torquendo & cruciando ejus animo non absimilis iræ suorum inimicorum. *Dura sicut infernus æmulatio.* & quid prohibet etiam te istâ exardescere?

2. Considera hanc ipsam rabiem dœmonum esse patientissimam omnis incommodi. & hinc etiam Dura nominatur. *Ignis probat ferrum durum.* Eccli. 31. v. 31. quid molestiæ imaginari tibi potes, quid dedecoris, & probri, quod non ferant, ut vel unam auferant animam? nôsti, quanta sit illorum superbia. & tamen quoties se demiserunt ad vilissima obsequia homini præstanda, ut illum inescarent,? servierunt illi pro mediastino, pro equo, pro cane, imò pro jumento ad onera ferenda. & talem pariter oportet esse zelum tuum. *Dura sicut infernus æmulatio.* Non debes abhorrere à quocunque servitio non laborioso tantùm sed etiam abjecto, modò id tibi serviat pro lucro unius animæ. *Cùm liber*

essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucri facerem. 1. Cor. 9. v. 19. sed hæc nondum est maxima patientia. sciunt dæmones, pro omni animâ, quam DEO adimunt, augeri supplicium. sed non curant. volunt etiam amplius per omnem æternitatem torqueri, modò DEUS careat gloriâ, aliàs optatâ, beandi omnes. His ita se habentibus an non videtur verè durus illorum furor? Quod in ipsis furor potest, id in corde tuo debet posse charitas. *Dura sicut infernus æmulatio.* hæc debet efficere, ut exemplo tot insignium sanctorum paratus sis ad postponendam gloriam tuam, gaudium tuum saluti alienæ. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* ajebat Apostolus Rom. 9. v. 5. Quid sibi vult, cùm ait *Anathema à Christo*? fortè separationem ab ejus gratiâ? Nequaquam. id enim nunquam licitè optari potest. sed ab ejus consortio, ab ejus societate, prout illi contingit, qui in foro externo anathemate percuſſ° est, id verò nõ simpliciter, ut loquimur, sed ad tempus, donec plures illi adoratores conquirat. Hoc est malum illud, quod hoc loco intellexit Apostolus malum, quod forsan tibi videri possit toleratu facile, quia ignoras, quanta sit felicitas esse cum Christo. at non facile videbatur viro illi maximo, qui jam partem aliquam ejus felicitatis gustavit. & tamen non solùm admittere paratus erat tam grave malum, sed etiam desiderabat: *optabam.* atque id ipsum ad imitationem illius fecerunt plures alii sanctorum, nominatim Catharina [illegible] quæ prompta erat recedere à [illegible] usque ad ostium inferni, modò [illegible] suo corpusculò ita obtegere illos [illegible] set, ut nulla deinceps eò anima [illegible] traret. Hoc profectò hoc est [illegible] ri patientiam Inferni, imò & supe[illegible] quippe dæmones solùm ferunt [illegible] pœnam, ad quam aliunde [illegible] condemnati? sancti verò illa[illegible] irrogari.

3. Considera rabiem dæmonio[illegible] de quâ loquimur, ultra hæc omni[illegible] assiduam, contumacem, perfide[illegible] natam & ideo etiam dici duram[illegible] *facta sunt peccata tua.* Jer. 30. v. [illegible] vides enim illos nunquam finem [illegible] re persequendi animas, quas vi[illegible] tur. O quàm illas obsident! q[illegible] aggrediuntur, & insultant! quis[illegible] queis suis irretire totâ vitâ conat[illegible] & hâc sua obstinatione quid du[illegible] nisi talem esse oportere confir[illegible] tuam in illis juvandis. *Dura sicut in[illegible] nus æmulatio.* debet esse indefessa [illegible] quoties dæmones clarè perspicia[illegible] non victoriam sed repulsam & p[illegible] brum relaturos? & tamen semper [illegible] festant, semper insidiantur, ut e[illegible] dam Jobo, si vel tenuis spes affulg[illegible] vincendi. Quid igitur par est ti[illegible] cere, qui tantum habes fundamen[illegible] sperandi? cui hodie non persuade[illegible] fortè crastinâ persuadebis, & ide[illegible] deseras. *Nolite deficere benefacen[illegible]* 2. Thess. 3. v. 13. nunquam advem[illegible] quid piscatoribus accidat. fieri pot[illegible] ut toto die inane traxerint rete, & [illegible] men quando jam desperatâ capt[illegible]

deserere plagas & scopulos maris cogitare, quo minimè putant tractu prædam capiunt malignè toties subductã. ô quantum obtinet patientia indefessa! Exemplo esse potest eadem Catharina Virgo in mille occasionibus, sed in eâ nominatim muliere adeò ingrata, adeò intolerabili, quam tamdiu ferebat. sed quod amplius est, dæmones provictoria probrum referunt, si non vincant. tibi verò certa est gloria, etiam cùm perdis. non enim præmium illis promittitur, qui convertit malos, sed qui facit, quod potest, ad eos convertendos. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.* 1. Cor. 3. v. 8. ait Apostolus, non *secundùm suum fructum.* Ideo & Christus piscatores ad munus Apostolicum vocavit, non cùm traherent plena retia, sed cùm ea mitterent in mare: *mittentes retia.* quid ergo molestiæ afferre tibi potest perseverantia, si semper cum lucro perseveres.

4. Considera denique rabiem illã, quam habent dæmones, perdendi animas, vocari Duram, quia omnino est insatiabilis. *Infernus nunquam dicit, sufficit.* Prov. 30. quamcunque multas aquirant, semper capiunt aquirere plures. id quod per hanc vocem Dura significatur. *Scio, quia homo durus es: metis, ubi non seminâsti.* Matt. 25. v. 24. Quid igitur ad hæc dices? tu, qui illico aquiescis: ubi unam animam lucratus fueris, videris tibi obtinuisse totam Americam. aspirare oportet ad quàm plurimas lucri faciendas, cùm in multitudine subditorum consistat dignitas Monarchæ. *In multitudine populi dignitas Regis.* Prov. 14. v. 28. Fierine igitur potest, ut plures illi suffuretur infernus, quàm nos eidem subdamus? *Dura sicut infernus æmulatio.* si multas lucrari nõ pores verbis, lucrare illas exemplis, lucrare precibus, lucrare lacrymis, O quot hoc modo lucrata est Catharina! supervacaneum est eas sigillatim referre. Evolve ejus vitam, & videbis, an non fuerit illius zelus insatiabilis. Quot artes adhibuit, quot industrias, quot inventiones plusquam femineas! *Nunquam dixit sufficit.* & tibi tam citò satisfit?

Dura sicut infernus æmulatio.

* * *

MAJUS.

I.

SS. Apostoli Philippus & Jacobus.

En Domini DEI tui cœlum est, & cœlum cœli, terra, & omnia, quæ in ea sunt, & tamen Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amavit eos Deut. 10. v. 14.

1. CONsidera, quàm pulchrum sit Firmamentum, hoc est, *Cœlum* illud, quod oculis contueris tot stellis exornatum. quanto verò pulchriùs Firmamento sit Empyreum, quod est *Cœlum cœli*. si tam altè evolare animo non præsumis, demitte oculos ad magnam illam regionem, quam inhabitas, Terram scilicet, & quidquid in eâ fingi potest fecundum, suave, salubre, opulentum, elegans, pulchrum, admirandum: *Terra, & omnia quæ in eâ sunt.* torum hoc *Domini DEI tui est.* Ipse hæc omnia formavit, nec aliâ vi quàm simplicissimæ voluntatis nutu: *Anima ejus, quodcunque voluit, hoc fecit.* Job. 23. v. 13. Unde colligis manifestè illum re nullâ indigere. Quemadmodum mundum istum uno verbo produxit, ita producere posset alios innumeros. *Alia multa similia præstò sunt ei.* Job. 23. v. 14. *& tamen* (quæ sola causa mirandi) *& tamen* hic idem DEUS non solùm captus est amore hominis, sed tali amore, ut cum ipso colligatus fraternitatis, quæ dici possit, maximi. *tamen Patribus tuis conglutinatus Dominus, & amavit eos.* Ecce arcto fœdere ligatus sit Abrahamo, cobo, Josepho, & aliis similibus mosis Patriarchis. numquid potuerit agere cum ipsis non ut Dominus sed ut Amicus? Unde à Mo hîc dicitur illis Patriarchis. *Conglutinatus esse Dominus*, quia eos amavit uti propria anima amatur, id quod telligi debet sub his verbis, *amavit* quæ proximè sequuntur, juxtà illud quod alibi de Jonathâ scriptura dicit: *Anima Jonathæ conglutinata est anima David, & dilexit eum.* quomodo *quasi animam suam.* 1. Reg. 18. v. 1. fortè DEUS noluit hanc appendicem adjungi, ne minus diceret. quandoquidem post aliquot fluxum secutum tempus futurum erat, quo Christus in Cruce moriens eos Patriarchas amare nosceretur non solùm ut propriam animam, sed longè ampliùs cùm

cum & hanc daret pro ipsis. Interim manserunt voces illæ, *amavit eos*, quasi mutilæ, quia tunc non totum exprimi potuit, quod modò constat, quando *ille animam suam pro nobis posuit*. 1. Jo. 3. v. 16. Porrò si ita est, nonne terreat tenuitas tua, quia quamcunque sis miser, & infelix, nihil refert. Dominus te amat, non quòd illum tui habeat indigentiam, sed quia ad id sua illum bonitas inclinat. & ideo tu quoque dic ipsi cum fiducia, ex hoc ipso capite securum te reddi, quòd dignetur esse tuus, quia te non indiget, *DEUS meus es tu, quia bonorum meorum non eges*. Ps. 15. v. 2.

2. Considera sanctissimos hos Patriarchas modò memoratos fuisse Patres Antiqui Testamenti, Patres novæ Legis erant Apostoli, qui illis Patriarchis successerunt: *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij*. Ps. 44. v. 17. at isti filij tantò majores extiterunt illis suis Patribus, quantò Testamentum novum antiquo est præstantius. Unde si illis *Conglutinatus est Dominus, & amavit eos*, modo, quo diximus. tuum esto judicium, quid his ageret. Illi cum illis compositi servi dicebantur: isti verò cum prioribus comparati Amici vocabantur. *Jam non dicam vos servos sed amicos*. Jo. 15. & idcirco etiam his non illis contigit esse Principes terræ: *Constitues eos Principes super omnem terram*: Ps. 44. v. 17. nunquam assequi satis potes, quanta fuerit excellentia Apostolorum. non solùm superat eorum dignitatem, qui pertineat ad Antiquum testamentum, sed etiam illorum, qui ad novum spectant. quia si in ceteris sanctis abundavit Gratiâ, in his etiam superabundavit. *Gratificavit nos in dilecto filio suo secundùm divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis*. Eph. 1. Et sic fieri equidem potuit, ut alij majora sustinerent & atrociora pro DEO Martyrij tormenta, quàm ipsi, majorem paterentur inopiam, majorem austeræ pœnitentiæ rigorem exercerent: at mensura meritorum non sumitur à rigore operum, sed ab affectu operantis. & is in Apostolis vehementior extitit, quàm in quovis alio sanctorum ita, ut, quemadmodum generosè pro DEO tot sustinuerunt ærumnas, quæ illis quotidie occurrebant, ita plures semper ac majores, ut res poscceret, acceptâssent: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Rom. 8. v. 35. Neque dicas amorem æquè intensum potuisse etiam in aliorum cordibus dominari, quia fieri hoc non potuit, nisi DEUS daret gratiam. hæc autem cùm detur ad mensuram: *Unicuique nostrùm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi*. Eph. 4. v. 7. nemini (B. Virgine excepta, & uti credibile est ejus sponso Virgineo) nemini, inquam, data fuit major quàm Apostolis, qui futuri erant duodecim lapides pro fundamento positi, qui sustinerent Ecclesiam: *DEUS posuit primùm quidem Apostolos*. 1. Cor. 12. Unde sicut in gratia, ita & in ceteris donis sapientiæ, Pietatis, Prudentiæ, Fortitudinis &c. eximium aliquid habebant. quia ipsi dicuntur habuisse

Pri-

Primitias Spiritûs. Rom. 8. nec ignoras Primitias esse præpingues maximéque æstimabiles fructus, qui ab ægro proveniunt. *Sanctus Israel: Domino primitia frugum ejus.* Jer. 2. v. 3. &, ideo harum curam Christus ipse gessit, non alijs credidit, ut adimpleret, quod DEUS Aaroni summo Sacerdoti dixit: *Ecce! dedi tibi custodiam primitiarum mearum.* Rom. 18. Nunc igitur conclude, an non dici possit: *Conglutinatus est illis, & amavit eos.* Sufficiat dicere, si nō sit error manifestus, ut docet Doctor Ang. esse temeritatem maximam dicere, ulli alij Sanctorum arctiùs fuisse conjunctum quàm ipsis. Unde cùm de alijs disputare non liceat: *Quis eorum videatur esse major*, quia *Spirituum ponderator est Dominus.* Prov. 16. v. 2. non solùm licitum sed debitum est Apostolos omnibus anteferre? *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos Principes super omnem terram.*

3. Considera, si hæc ita sint, quanta sit injuria, quam isti tam sublimes Ecclesiæ Principes à pluribus accipiunt, & forsan etiam à te, dum adeò parùm laboras illorum merita cognoscere, eorum memoriam venerari, nomen invocare. si aliud ad amandum non moveat, moveat summus amor, quo Christus illos cōplexus est. Et quis melior ordo Charitatis esse possit? amat magis eos, quos cognoscit esse à Deo magis dilectos. hunc ordinem i[illegible] lo servat, hunc etiam servare [illegible] oporteret. quinam verò isti [illegible] magis dilecti, nisi hi ipsi, quos [illegible] tu minus amas? glorioſi Ap[illegible] *Patribus tuis conglutinatus est, & [illegible] vit eos,* Dici cogita, *amavit*, addito proprio termino vel modo moris, quia sine modo amavit. tu non habes hanc regulam pro [illegible] sura amoris. Amor tuus propo[illegible] tilitate mensuratur, & ideo mo[illegible] sequia, jam his, jam illis DEI [illegible] devotus potiùs pro gratijs, quas [illegible] ras consequi, quàm gratus pro[illegible] ptis etiam ante quàm nascereris. ergo parùm obligatum te censes [illegible] tam inclytis, quorum doctrinæ, [illegible] boribus, rebus gestis, & provid[illegible] gibus magis salutem tuam deb[illegible] quàm cuiquam sanctorum! sanc[illegible] illos fuisse Patres tuos: *Patribus [illegible] conglutinatus est Dominus.* & ide[illegible] simili glutino illis jungere, tamen magis, quòd exiterint *Patres tui* [illegible] mium malè erga ipsos afficeris, si [illegible] ames non amore duntaxat Appr[illegible] tivo, ut loquimur, sed tenero, qu[illegible] esse solet filiorum erga Patres, nihil[illegible] rint degeneres & ingrati. Beatum [illegible] si isti responsuri affectu Paterno i[illegible] impetrent, ut is etiam tibi conglutin[illegible] ri velit amore si non æquali, saltem singulari.

* * *

II. Con[illegible]

II.

Cum metu & tremore vestram salutem operamini : DEUS est enim, qui operatur in vobis velle & perficere pro bonâ voluntate. Philip. 2. v. 13.

1. COnsidera salutem tuam opus esse continui laboris. unde si eam velis consequi, non somno & delicijs indulgendum ; sed laborandum constanter usque ad mortem. Et hoc est, quod primò ait Apostolus : *Operamini* non solùm *pro vestrâ salute*, sed *vestram salutem*, quia salus tua non est opus, cujus pars aliqua ad te, altera ad DEUM spectet. Sed tota simul ad DEUM, tota ad te pertinet, & idcirco oportet te totam ex parte tuâ, seu sine cessatione operari : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Mat. 24. v. 13.

2. Considera, quòd non solùm debeas operari salutem tuam usque in finem, sed etiam cum magna solicitudine, quia sicut usque in finem semper es incertus de successu, ita usque in finem tremere oportet : hoc enim volunt verba illa. *cum metu & tremore. Timens & tremens.* Mar. 3. Timor nasci debet ex gravitate periculi, tremor ex facilitate. Vide imprimis gravitatem periculi. O quanti momenti res agitur ! nisi salutem in tuto colloces, actum est pro tota æternitate, non est remedio locus. æternum fremes in inferno. *Oculi impiorum deficient* circumspiciendo, sicubi se rima aliqua aperiat, vel locus fugiendi è barathro tam pœnali : sed omne effugium perijt : *Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab ijs.* Job. 11. v. 20. Spectata gravitate periculi, quæ utique timorem incutiet, etiam facilitatem specta, quæ non solùm faciet timere, sed & tremere, itáque tremere, ut terror usque ad ossa penetret. *Pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.* Job. 4. v. 14. Infra te hiare infernum vides, qui turmatim emittit atros spiritus ad insultum. Circa te vides Mundum fallacem, qui plenus est laqueis, etiam absconditis, quibus insidiatur. Supra te vides cælum, quod meritò tibi infensum fortè non ampliùs patrocinabitur. Intra te occurrunt tumultuantes affectus, qui etiam ipsi contra spiritum fœderantur, ut in certamine succumbat. Quibus ita se habentibus, quis non trepidet ? oportet sanè amisisse fidem, *si in his omnibus insensatum est cor.* Eccl. 16. v. 19.

3. Considera, qua in re consistere debeat hic terror, dum aliàs in bonis exercendis operibus versaris, uti ponitur hoc loco, quia de illis sermo est, qui operantur. an ut anxiè turberis, ut animum despondeas ? minimè : nam Anxietas ad illos pertinet, qui non

non operantur, aut nonnisi malè operantur : *Angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Rom. 2. v. 9. In eo versari debet, ut humillimè de te semper sentias. quare? quia quantumcunque opereris, semper necesse est, ut DEUS te faciat operari. & ideo pergit Apostolus : *DEUS est enim, qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bonâ voluntate.* Tantum operaris, quantum DEUS dat tibi gratiæ ad operandum. ex te solo nihil potes: & hinc vides, quàm meritò timere & tremere oporteat in conspectu ejus, dum cognoscis ab ipso esse, quidquid operaris boni. *si continuerit aquas, omnia siccabuntur.* Job. 12. v. 15. Adde, quòd hanc gratiam, quam largitur, non largiatur ullo obstrictus debito, sed merâ charitate & munificentiâ suâ : *pro bonâ voluntate :* aliàs gratia non foret. atque idcirco suspendere potest hunc imbrem pro libitu: *Transtulit Austrum de cælo, & induxit in virtute suâ Africum.* Ps. 77. v. 26.

4. Considera, quantumvis possit Dominus, cùm voluerit, negare gratiam, quam dat ad operandum, hoc est, gratiam efficacem. nunquam tamen omissurũ, quin det, si ex parte tua fideliter conserves; quia dat equidem *pro voluntate*, sed *pro voluntate* etiam *bonâ*, hoc est, non malevolâ, non malignâ, sed ad benefaciendum maximè propensâ: *Expectat Dominus, ut misereatur vestri.* Isa. 30. v. 18. Sufficit proinde, ut tibi ipsi non desis, ut operam, & auxilium jungas, ut illi peculiari modo semper tē comm quia hoc demum est, quod pr nibus elicere cupit è metu & am tuo, ut ipsi semper adsis. Er bene advertis, metus iste & m in te requiritur pro majore servi tua. facit enim, ut illico recurr DEUM : *Josaphat timore perc se contulit ad rogandum Dominu* Paral. 20. v. 3. hic efficere debe illum invoces, ut suscites, ut r atque adeò ut inter tempestates veris. Quandocunque desier te commendare, periisti. Prim tia tribuitur etiam non petenti primam, si S. Augustino credim nulla datur nisi postulanti : *Pe dabitur vobis.* Mat. 7. v. 7. Hi quòd Dominus promiserit, e modo se super Ecclesiam effu spiritum gratiæ & spiritum ora *Effundam super habitatores Jeru Spiritum gratiæ, & precum.* Zac v. 10. quia sine Spiritu gratiæ no rer Spiritus precum, nec sine Sp precum Spiritus gratiæ. quæ s res salutem tibi procurat? m & tremor : hic enim facit, u res, dum singulis momentis alte periculum naufragandi. Ideo t tuas & tremas, bono sis anim Divinus est Spiritus, qui dicit: *Be homo, qui semper est pavidus.* P 28. v. 14.

5. Considera hanc necessitate randi in immensum crescere, DEUS sit is, qui æqualiter *opera in nobis velle & perficere. operatur le* per gratiam prævenientem :

natur perficere per gratiam concomitantem. Gratia præveniens est, quâ ipse primum te excitat ad bonum. & quomodo excitat? duobus modis, illuminando intellectum, & voluntatem inflammando. Illuminat intellectum, cùm facit, ut ad vivum apprehendas necessitatem, convenientiam, utilitatem operandi bene. & voluntatem inflammat, dum cordi eos motus infundit, qui efficaciter stimulant ad amorem illius, quod apprehendis. atque hic est modus, quo DEUS in te *operatur velle*, vi quasi compellendo ad bonum, sed vi, quæ dignitati tuæ conveniat, scilicet amoris. Gratia concomitans est, quæ postea te comitatur usque ad perfectionem operis. & ideo quoad substantiam est conservatio quædam earum illustrationum, & impulsuum, quas initio DEUS dedit ad operandum, aut fortè etiam incrementum, dum mitò affectu per gratiam memoratim semper adstat, regit, protegit, ut tot inter tempestates, quæ sùs déque vertunt instabilem cymbam liberi arbitrij, non extinguantur illustrationes, non debilitentur impulsus, quibus sustinetur. & hac ratione Dominus operatur in te non solùm *velle*, sed & *perficere*, atque sic operatur, quidquid ipse operaris: *omnia opera nostra operatus est nobis Dominus DEUS noster*. Is. 26. v. 12. Quod si ita est, an non agnoscis te constitutum in continua necessitate orandi? sive gratiâ suâ præveniat, sive sequatur, semper hoc facit, quod facere non tenetur, quia semper misericordiam præstat: *Misericordia tua præveniet me*. Ps. 58. v. 11. *Misericordia tua subsequetur me*. Ps. 22. v. 6.

6. Considera hunc locum Apostoli, quem meditaris, etsi tam paucis verbis comprehensam, fuisse instar pharetræ, unde continuò deprompta sint spicula ad configenda tot monstra errorum, qui exorti sunt, & etiamnum oriuntur in populo Christiano. Ajunt nonnulli opera non esse necessaria ad salutem, sed sufficere solam fidem. Sed quid ita, dum Apostolus verbis tam disertis opera requirit? *vestram salutem operamini*. Dicunt alij, cuilibet firmissimè credendum, se esse in gratia, se esse acceptum DEO, justificatum, & certissimò destinatum ad gloriam. Sed quâ ratione hoc credent, si Apostolus etiam illis, qui studiosè curant operari salutem, non solum timorem, sed & tremorem præcipit? *Cum metu & tremore vestram salutem operamini*. Fingunt alij sine auxilio Divino solius liberi arbitrij virtute hominem posse salutem adipisci. Sed quomodo, si teste Apostolo, *DEVS est, qui operatur in nobis*? Alij è contrario, hominem non habere liberum arbitrium, sed ab influxu stellarum, fortunâ, fato, Providentiæ necessitate cogi. Sed quomodo istud, si, ut ait Apostolus, *DEVS operatur in nobis*, non *extra nos*? alij affirmant progressum bonorum operum esse à DEO, à nobis solis initium, sed quomodo, si *DEVS operatur in nobis* non tantùm *perficere*, sed

sed & *velle* ? Rursus vice versâ alij initium operis esse à DEO, nobis verò ejus prosecutionem adscribendam. sed quomodo, si *DEVS* non solùm *operatur velle*, sed & *perficere*? Denique nonnulli dicunt DEUM operari in nobis omne bonum, sed ex meritis nostris. quid ita, dum Apostoli sententiâ etiam *operatur pro bonâ voluntate*? Non potest ullum meritum gratiam antecedere, cùm ab ista sit omne meritum. Unde vides, quot sunt verba, tot esse sagittas hîc suppeditatas ab Apostolo contra [illegible] jam animo præviſa. Tu vero [illegible] oraculum, æstima, adora, & [illegible] mo mentis sinu reconde, ut [illegible] majore studio hoc agas, quod [illegible] agendum est, negotium salutis. [illegible] etiam hoc agenti tamen [illegible] est, tremendum, trepidandum [illegible] de te misero fierèt, si non agen[illegible] *justus vix salvabitur, impius & [illegible] cator ubi parebunt?* 1. Petri 4. v. 18.

* * *

III.

Inventio sanctæ Crucis.

Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari opo[illegible] filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, [illegible] habeat vitam æternam. Jo. 3. v. 14.

1. COnsidera illum serpentem æneum, quem Moyses è stipite suspensum in deserto erexit pro salute aspicientium, fuisse typum mirabilem Christi pro te crucifixi. quia, sicut serpens ille fictitius non fuit reus ullius illatæ mortis tot inter funera à veris serpentibus profecta, & tamen illi fuit pendendum è Cruce, ut pro omnibus satisfaceret: ita omnino in Christo accidit. unde statim conjunxit *sicut & ita*, ne, dum vides illum è trunco suspensum, fortè putes alio modo pendere quàm ejusmodi serpentem. Pendet ibi non ut iste duntaxat sine causâ, sed indebitè, inique, & contra omnem legem justitiæ: *Factus pro nobis maledictum, non [illegible] tus.* Gal. 5. Ecce serpentem ille apparebat serpens, non erat. Fa[illegible] est serpens opere fusorio virtute [illegible] ceterùm in seipso non modò nihil [illegible] bebat noxij veneni, sed nec hab[illegible] poterat. Ita omnino Christus [illegible] modò in se nil habebat noxæ, qu[illegible] præferebat, sed nec habere pote[illegible] Si illum aspicias in Cruce in for[illegible] peccatoris, *In similitudinem car[illegible] peccati.* Rom. 8. v. 3. in se talis n[illegible] fuit, sed quasi talis fieri voluit vige[illegible] hoc est, ardentissimæ charitatis. [illegible] causa, ob quam pendet è Cruce, [illegible] ipsa est, ob quam serpens ille ign[illegible] pependit. ille suspensus est, ut mer[illegible] à se-

à serpentibus ejus aspectu sanarentur. & Christus crucifixus est, ut simili aspectu sanarentur, qui etiam ipsi morsu serpentum sauciati erant, sed longè pejorum, quales erant tot illorum cupiditates pestiferæ, quæ mortem illis afferebant. Itaque etiam tu quamprimum provolutus in genua obtutū fige in isto tuo Salvatore, ut te sanet, & simul erubesce, quòd videas tui causâ nudum in stipite pendere instar vilissimi latronis illum Dominum, qui eodem tempore in throno excelso consideret Rex gloriæ.

2. Considera, licèt Christus in cruce appareat peccator, qui non est, haud quaquam probro sibi ducere, quòd pendeat in Cruce, imò in eo se credere exaltatum. *Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis.* Poterat crucifixionem suam mille aliis appellare nominibus acerbitatis, atrocitatis, ignominiæ, & tamen exaltationem nominavit. hæc erat nomenclatio, quam ferè usurpabat. *Et ego si exaltatus fuero, omnia trahàm ad me ipsum.* Jo. 12. v. 32. *Cum exaltaveritis filium hominis.* Jo. 8. v. 28. *Oportet exaltari filium hominis.* Jo. 11. v. 32. Adeò honori sibi ducebat pro te pati. nonne vel hoc solum sufficiat ad excutiendum tibi ruborē? Ita est, voluit hac ratione etiam exprimere genus mortis tam notæ, tam publicæ, & manifestæ, qualis est ex altissimâ trabe suspensum mori. & hæc duabus potissimum causis electa fuit.

Primò ut nemo illam unquam revocare posset in dubium. nam idem foret de morte atque de resurrectione dubitare. Deinde ut constaret illum æqualiter pro omnium salute mori: *Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat.* Non ait: *Aliquis*, sed *Omnis.* Serpens ille à Moyse exaltatus in deserto, fuit elatus in sublime, ut omnis populus illum posset aspicere, & eo dē modo persanari. Idem de se ipso Christus disposuit: *Christus ad justitiam omni credenti.* Rom. 10. In alto mori voluit, ut ostenderet se non magis mori pro salute vicinorum, quàm procul existentium: *Pacem iis, qui longè, & pacem iis, qui propè.* Eph. 2. v. 17. Pendebat in loco omnibus conspicuo, ita, ut non nisi de se ipso queri posset, quisquis in communi omnium servatore figere obtutum nollet. Quid igitur facis? an aspicere illum soles? innumeræ sunt, quæ animam tuam adhuc opprimunt, infirmitates. scire cupis, cur ab illis non convalescas? quia oculos non bene defigis in JESU, qui amore tui nudus summâ cum ignominiâ & dolore pendet in ligno Crucis.

3. Considera serpentem in deserto fuisse exaltatum, ut inter tot homines esset *prosigno*. *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, vivet.* Num. 21. v. 9. Ita Christus est in Cruce *prosigno*. quanquam in alto esse positum *pro signo* tribus modis intelligi potest. Est servire pro vexillo, servire pro scopo, servire quoque pro monstro seu portento horroris. omnia tria significata Christo conveniunt. Est Christus in cruce sua quasi vexillo, *prosigno*, quia eò

fuit exaltatus, ut esset quasi Labarum militare Christianis. hoc erant gesturæ nobilissimæ personæ, hoc principes, Reges, Monarchæ, ut palam demonstrarent, quæ sua esset gloria, nempe Christus crucifixus. *Qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Is. 11. v. 10. 2. Est Christus in Cruce sua quasi scopo, *pro signo.* quia eò fuit exaltatus, ut ipse exciperet sagittas nobis debitas. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* Thr. 3. v. 12. debebant istæ jam dudum exhauriri, sed nec dum cessant. Ecce quot etiamnum sagittis petunt Regem gloriæ, quia vident illum infami ligno suspensum, quantumvis amore ipsorum pendeat. Ita faciunt hodie Turcæ, ita Judæi, Gentiles, Hæretici, quin etiam tot falsi Catholici, qui leges insanæ suæ Politicæ illis præferunt, quas Christus pronunciavit, in continendo, cedendo, ignoscendo. quasi leges istæ forent abjectissimæ, quia ab eo nobis relictæ, qui demum probrosè in patibulo expiravit. sed ô quàm infelices sunt isti! postea agnoscent, quid sit inde traxisse mortem, unde vitam poterant sperare. 3. Christus in Cruce pendet ut portentum horroris, *pro signo*, quia eò fuit exaltatus, ut veri sectatores ejus ope quotidie possent terrefacere & in fugâ avertere copias infernales: *Signum & portentum erit super Ægyptum, & super Æthyopiam.* Is. 10. v. 3. Tibi quid est JESUS crucifixus? vexillum an scopus? si scopus; cave ô infelix, quia veniet dies, quo etiam contra te portentum fiet horroris.

4. Considera, quàm exim… charitas, quam Christus Dom… exhibuit, dum in Cruce insta… tis exaltari voluit. adeò fuit e… etiam excesserit. audi loquen… *portet exaltari filium hominis.* a… finem? *ut omnis, qui credit in… non pereat, sed habeat vitam æ…* Et quid ejus intererat nos non … an idcirco decessisser aliquid … gnitudine, gloriâ, sanctitate; … le non minùs beatus, quàm est… & tamen de salute nostrâ lo… quasi de re, quæ ad ipsius utili… maximè pertineat. si saltem dix… portuisse illum pro omnibus in… mori, ut vicissim nos pro illo mo… mur in Cruce, non adeò mirum … retur, quamvis revera esset ad… one dignissimum, spectatâ infini… æqualitate, quæ intercedit inter… cem, & gregarium, inter pastore… gregem, Principem, & subdi… Pontificem maximum, & Eccle… suam. Dicere verò: *Oportet …* mori in Cruce, ut nos vivamus, … nimirum est, quod capi nullo m… potest. hoc enim est agere perso… Ducis, Pastoris, Principis, Pontif… nimium amantis. & tamen sic … no est: *Oportet exaltari filium ho… nis, ut omnis, qui credit in ipsum … pereat, sed habeat vitam æternam.* … igitur ratione id considerans non … stupescis? serpens ad progenie… caput totum corpus telis objicit, &… circo dicitur symbolum prudenti… *Estote prudentes sicut serpentes.* … Christus fecit contrarium. ut corp…

salvaret, hoc est, reliquam partem hominam, caput seu se ipsum exposuit. adeò in amando etiam excessit ipsius prudentiæ regulas, quas nobis præscripsit. & quale est cor tuum, si non respondeat amori? Tuam tibi serva prudentiam, si erubescas cum ipso quoque evadere in Crucem, & illic mori nudum in summâ humilitate, mori in summâ obedientiâ, mori in summâ abnegatione tuarum cupiditatum effrænium. & hoc erit verè credere in Christum: nam si dicas te credere, & non imiteris, credis ipsum, credis & ipsi, sed non credis in ipsum. Credere in ipsum, ut S. Augustinus loquitur, est in ipso fundare omne suum bonum, nec erubescere ejus sequelam etiam manifestam. & illi, qui hoc agit, promisit hîc Christus vitam æternam: *Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* non ait: *qui credit ipsum*, aut *credit ipsi*, sed *credit in ipsum.* credere ipsum etiam dæmonibus commune est. *Et dæmones credunt, & contremiscunt.* Jac. 2. v. 19. Credere ipsi etiam illi consueverunt Christiani, qui solo intellectu adhærent: credere in ipsum tantùm veri sectatores solent, qui ipsi etiam voluntate adhærescunt.

3. Considera ad perfectè implendam similitudinem inter exaltationem Christi, & illius ænei serpentis, in quo dudum antè fuit adumbratus, superesse, ut etiam ipse sit exaltatus *in deserto.* at Christus pro majore suâ ignominiâ disposuit, ut hoc fieret in facie & ante portam civitatis tam populosæ, qualis erat Jerosolyma, tempore Paschali. sed ne putes etiam in tantâ populi frequentiâ illi defuisse desertum. heu nimium quantum desertum pro ipso fuit mons Calvariæ, ubi se desertum vidit ab Apostolis, desertum ab Angelis, desertum ab ipso Patre suo cœlesti. ubi aliud non audivit nisi sibila serpétum, hoc est, blasphemantium, qui ejus desertum magis horridū fecerunt. nec ardens sitis defuit, quâ suspiraret vilem aquæ haustum, nec tamen obtineret. Urinam hoc desertum hodie demum finiatur: sed heu! quàm multi illum relinquunt in cruce pendulū, quin vel aspectu oculi dignentur. *Nūquid solitudo factus sum Israëli? quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non veniemus ultra ad te?* Jer. 2. v. 31. ne tu quoque tam ingratum te exhibeas illi, qui pro amore tui in Cruce pendet derelictus. Beatum te, si illum vivâ fide continuò respicias: miserum verò, si tergum illi obvertere præsumas.

IV.

Vidi stultum firmâ radice, & maledixi pulchritudini ejus statim. Job. 5. v. 3.

1. Considera, nomine stulti, de quo hîc sermo est, non significari quemcunque impium, sed divitem, ut ex Hebræo colligitur. neque novum est,

est, impium divitem stultum appellari: hoc enim nomine Christus ipse illum nuncupavit: *Stulte hâc nocte animam tuam repetunt a te: & quæ parâsti, cujus erunt?* Luc. 12. v. 20. & reverâ quæ major possit esse stultitia, quàm habere in manu censum, quo comparare tibi liceat paradisum, & nolle in hunc finem impendere? sed potiùs dare canibus, & parasitis, vel hominibus relinquere, qui ingrati morti tuæ quasi thesauro inhiant? si tu esses de horum numero, opus non est ultra progredi. quia stultitia, quam commitris, digna est, ut in illâ considerandâ vel unam horam sapienter occuperis. si talis non fueris, progredere, & videbis, quàm sit infelix ille stultus, cujus felicitati forsan tu quoque aliquando invidebas.

2. Considera illi, qui vidit hunc divitem impium, apparuisse instar annosæ arboris, quia videbatur egisse in terrâ radices firmas, solidas, extirpatu difficiles, quod est proprium plantarũ sublimium: *Vidi impium firmâ radice.* Quid igitur ad hunc aspectum feciisse putas? an complacuit? imò è contrario tantæ pulchritudini indoluit, & maledixit: *Et maledixi pulchritudini ejus statim &c.* sed hoc loco intelligere oportet, quid velit, cùm ait: *maledixi.* fortè facere illi voluit, quod Christus infructuosæ ficulneæ, quam jussit illico exarescere? nequaquam. aut significare voluit, quod illi dicat, vel certè cupiat malum? haud sanè. Conveniunt equidem omnes isti sensus terribili huic voci: *Maledixi.* at non in præsenti loco, ut discas non [illegible] tibi, quod tui muneris non est. [illegible] tumcunque dives sit impius, [illegible] cernis ita cumulatum à DEO, [illegible] dò nulla ex triplici hoc genere [illegible] dictionum, quas memoravimus, [illegible] oneranda in ipsum est, sed potius [illegible] gandus DEUS, ut illius miseretur, [illegible] tiam conferat resipiscendi. Maledicere modo imperandi, ut Christo soli DEO convenit, aut ejus [illegible] ris Vicario. Maledicere modo [illegible] rioso relinquitur mordacibus. [illegible] ledicere modo imprecatorio [illegible] gnis, Tu verò quantumcunque [illegible] ni videas accidere impio, [illegible] nisi ex præscripto virtutis, quæ [illegible] cet nihil cuiquam facere, quod [illegible] psi fieri nolis: *Quæcunque [illegible] ut faciant vobis homines, & vos [illegible] illis.* Matth. 7. v. 12.

3. Considera, quo ergo sensu [illegible] tur is, qui vidit hanc arborem, [illegible] ledixisse. in sensu non imperantis [illegible] dicentis, aut desiderantis, sed [illegible] prænunciantis malum. Aliud [illegible] non fecit, qui visæ arbori male[illegible] nisi quòd pessimè intus in animo [illegible] auguratus. *Maledixi*, id est, *[illegible] minatus sum pulchritudini ejus.* [illegible] nim est genuina vocis hujus illius [illegible] co significatio, prout in illo alio, [illegible] Balac Balaamo dixit: *Ut maledicas [illegible] inimicis meis, vocavit te, & tu è contra [illegible] benedicis.* Num. 23. v. 11. quia [illegible] vocaverat propheram spe audiendi [illegible] nistros hostium eventus, & audi[illegible] prosperos, de quo Vates ille sese [illegible] sabat dicens: *Numquid lo qui potest [illegible]*

quid, nisi quod DEUS posuerit in ore meo? Num. 23. v. 38. En igitur, quid egerit, qui arborem vidit specie tam pulchrâ, malè illi ominatus est, hoc est, præmunciavit fulmen aliquod horrendum ipsi imminere, tempestatem aliquam, turbinem, vel impetum repentinæ inundationis. Modus iste maledicédi impiis fortunatis non est licitus dumtaxat, sed salubris, quia facit, ut non capiaris amore miseræ illius felicitatis. Id quod David nos docuit, cùm dixit: *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in viâ suâ.* quam ob rem? ob augurium sinistrum, quod adjungitur. *Quoniam adhuc pusillum, & non erit Peccator.* Ps. 36.

4. Considera, cur videns arborem tam bene radicatam, *firmâ radice*, illi ominatus sit mala tam portentosa. hanc ipsam ob causam, quia vidit tam bene radicatam. Felicitas impii signum est semper malum, sed tunc pessimum, cùm est radicata, hoc est, stabilis & constans. quia signum est DEUM in hac vitâ sustinere hunc impium, tueri, prosperare, quia longè acerbioribus suppliciis illum vult plectere in alterâ: *Dominus patienter expectat, ut, cùm judicij dies advenerit, in plenitudine peccatorum puniat.* 2. Mach. 5. v. 14. Plerumque malorum felicitas brevis est: unde scribitur: *Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.* Sap. 4. v. 3. porrò cùm longa est, ô quàm evidens signum est damnationis! nunquam habes causam, cur illam cuiquam invideas, tunc verò minimè, cùm maximè videtur invidenda ob firmitatem, quia tunc maximè est luctuosa.

5. Considera eum, qui vidit illam arborem, non dici malè ominatum nisi de specie tantùm, de frondibus, de floribus, non de fructibus, quia isti non aderant. *Maledixi pulchritudini ejus statim.* Talis est gloria impii, tota ad speciem composita, cui nihil subest substantiæ, & idcirco minùs est digna invidiâ: *Fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur.* Mat. 6. v. 30. Ita est, sola species sufficit ad trahendum amorem spectantis, etsi nulla illam bonitas comitetur. & ideo sicut cùm aspicis mulierem speciosam, ne ejus amore capiaris, cogitandum est, illam brevi fore pabulum vermium, fœdam, squallidam, illuvie & pædore mortuali obsitam, ita cùm vides felicitatem malorum, cogitandum est attentè excidium, quod illis à DEO irato imminet. quamcunque radicentur in terrâ: *sicut olera herbarum citò decident.* Ps. 36. v. 2.

6. Considera illum, qui vidit stultum felicem, nihil interposuisse moræ, sed illico fecisse anguria tam funesta. *Vidi stultum firmâ radice, & maledixi pulchritudini ejus statim.* quia in hoc totum consistit, quo se sapientem mõstravit. si multùm fuisset cunctatus, rem fecisset, quam quisque facilè temporis progressu faceret. Ille ipse stultus tempore procedente cognoscet, felicitatem suam non fuisse dignam invidiâ, eam detestabitur, eam abominabitur, & cum cæteris sui similibus dicet: *Quid nobis profuit superbia, aut divi-*

divitiarum jactantia quid contulit nobis? Sap. 4. v. 8. Tota utilitas in eo vertitur, ut id citò cognoscas. quò quis citiùs cognoscit, eò sapientior est. & ideo, qui loquitur hoc loco, sapientissimus extitit, quia quod egit, agere celeriùs non potuit: *Maledixi pulchritudini ejus statim.* Exemplum sume non hæsitandi in materiâ adeò incertâ. aliàs periculum incurris, ne pu... ciaris falsâ felicitate malorum ... cognoscas esse falsam, ita ut ne... exprobrari tuam tibi ignoran... cique: *Non zeles gloriam & op... catoris: non enim scis, quæ ... va sit illius subversio.* Eccl. 9. v. 16.

V.

Cùm consumaverit homo, tunc incipiet. Eccli. 18 v. 6.

1. COnsidera primum sensum hujus Divinæ sententiæ, nempe in vitâ spirituali semper agendum ad modũ incipientis. unde non dicit: *Cùm consumaverit homo, tunc incipere se putabit,* sed *tunc incipiet.* quia verò semper incipere te oportet, hoc est, eo agere fervore, quo olim cœpisti servire DEO. sed imprimis stabilienda sunt prima quasi fundamenta fabricæ tuæ spiritualis, axiomata fidei, horror peccati, amor pœnitentiæ, timor DEI, ita ut in dies in perfectione proficias, sed semper illi insistens semitæ, quâ initio incedebas: *Ambulemus in novitate vitæ.* Rom. 6. v. 4. ne putes, ut aliqui, te fieri posse impeccabilem. O quantum deciperes te ipsum! in quocunq; statu quantumvis sublimi & excelso peccare potes, & graviter peccare. Ideo incipies etiam perfectus à peccato te tueri, & agere pœnitentiam, quasi nihil hactenus egisses: *Perficiens sanctificationem in timore DEI.* 2. Cor. 7. v. 1. Timor DEI est principium sanctitatis: *Initium sapientiæ timor mini.* & tamen vult Apostolus ... mor DEI sit complementum sanc... tis: *Perficias sanctificationem in ... DEI.* & quare, nisi quia etiam ... tute provectus debet incipere ... *consumaverit homo, tunc incipiet.* sic non agit, væ illi! *cùm consum... rit* sese reputando jam satis perfec... *tunc incipiet*, eos facere lapsui, ... nec in juventute feciſſet.

2. Considera alterum sensum ... borum, nempe finito uno opere ... tii Divini mox aliud inchoandu... quin punctum aliquod temporis ... perdatur. *Cùm consumaverit hom... tunc incipiet.* finitiâ actione, ad... templationem procede, finitâ con... platione, redi ad actionem, semper ... cum ipso reputans nihil posse pe... cidere quàm esse otiosum. *Mali... malitiam docuit otiositas.* Eccl. 33. ... non cernis, quid agricolæ faci... semper versantur in opere vel vi... miando, vel seminando, vel me...

do, vel excuriendo, vel mille modis subigendo terram, & sic etiam sani perfiunt. qui minimum laborant, maximè infirmantur. vis servare sanitatem spiritûs? perpetuò labora, quia otium est origo omnium malorum. *In omnibus operibus tuis veloxesto.* ab uno opere transeundo ad aliud, idque quàm fieri potest, celerrimè, *& omnis infirmitas non appropinquabit tibi.* Eccl. 31. v. 27. tu verò quantum fortè consumis temporis in vanitate, inconfabulatione, in quiete inutili? unde mirum non est, si spiritus langueat. an credis non strictissimam DEO reddendam esse rationem tanti temporis, quod vitæ tuæ diebus dissipâsti, & fortè dissipare pergis? In morte cognosces, cùm DEUS tanquam ingrato id exprobrabit: *Vocavit adversum me tempus.* Thr. 1. v. 15. tunc ostendet tibi, quantum agere potuisses boni eo temporis spatio, quod dare tibi potiùs placuit, quàm tot aliis, & non egisti. Itaque noli id ampliùs stultè perdere: *Fili conserva tempus.* quia tempus est unũ è donis, quorum pretium non cognoscitur, donec illa nobis adimantur. Equid igitur facere convenit, ne id perdas? ab uno opere quàm citissimè transeundum ad aliud: *Cùm consumaverit homo, tunc incipiet.*

3. Considera tertium sensum horum verborum, nempe cùm magnum feceris in vitâ spirituali progressum, tunc manifestũ tibi fore te esse in principio. Nunc fortè tibi videris jam esse consummatus in perfectione. sed unde hoc oritur? quia es ex incipientium numero. cùm fueris consumatus, tunc cognosces, te non esse, qualem in præsens te putas: quia semper clariùs advertes, quantum adhuc desit, ut pertingas ad veram mortificationem, ad veram humilitatem, obedientiam, resignationem. & ideo tu quoque dices cum sancto Davide: *Nunc cœpi.* Ps. 70. Scholares, qui Athenas veniebant studiorum causâ, primò satis docti sibi videbantur: sed annorum progressu minùs doctos se æstimabant, denique cùm absolutis studiis domum redirent, se nihil scire ajebant, quia tunc primùm intelligebant, quid sit esse verè doctum. & hoc erat signum maximum profectûs. Quod in humanis scientiis, id longè magis accidit in Divinis: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS.* Psal. 63. quantò magis elevaris ad eas cognoscendas, tantò cernis te ab illis longiùs abesse. Et ideo *cùm consumaverit homo, tunc incipiet.* Cùm quis consummatus fuerit in virtutibus, tunc tempus est, ut illis aquirendis dare operam incipiat, quia tunc eas nôsse incipit. Ceterùm si credas illas jam à te esse aquisitas, multùm falleris: *Justitia tua sicut montes DEI.* Ps. 35. non *sicut mons: sicut montes.* quia quò amplius scandis, tantò plus supereſt scandendum. an nunquam per montes iter facere solebas? cùm finem attigisse credis, tunc primùm incipiunt, adeò ut temporis progressu advertas, quàm procul absis ab illis culminibus, ad

quæ paucis passibus te perventurum putabas. Unde sapientissimè, planéque Divinè Christus ait: *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus.* Luc. 10. quia adduci non potest, ut ex[illegible] de dicat se esse servum inutil[illegible] nisi omnia fecerit.

VI.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Eccl. 14. v. 12.

1. COnsidera, quidquid mali committitur à Christianis, inde plerumque nasci, quòd sibi persuadeant, mortem non tam citò superventuram, ut dicitur. Mirum non est. Sunt servi pigri. quis autem nescit, dum isti suspicari possint, etsi planè non sciant, herum suum tardiùs rediturum in urbem, hoc abunde sufficere, ut sint omnino segnes in curandis domesticis negotiis? In hunc omnino modum faciunt Christiani: modò imaginari sibi possint, Dominum longiùs abesse, nisi alia pejora faciant, saltem otio se permittunt, comœdiis, crapulis, diverticulis. Dixi: si non pejora faciant; quia plerique ex hac noxiâ persuasione sumunt animos omnem sequendi licentiam. Audi, quid illa adultera dixerit, cùm amatorem suum ad obscena solatia invitaret. *Non est vir in domo suâ: abiit viâ longissimâ.* Prov. 7. v. 9. Dives epulo, totum se daturus deliciis, augendis opibus, cumulandis bonis, opprimendis pauperibus, in lectulo suo ita dicebat: *Anima mea habes bona posita in annos plurimos.* Et servus ille infamis, qui sumpto baculo cœpit percutere omnes ancillas domesticas, ut penum sibi & cellam aperiret, consumerétque quidqu[illegible] annonæ & vini condebatur cum [illegible] *sis*, cur id fecit? quia *dixit in cor[illegible] moram facit Dominus venire.* Ma[illegible] v. 48. Neque istud solum, sed [illegible] admodum hæc damnosa persua[illegible] cit, ut Christiani omnem vitæ [illegible] am sequantur, ita etiam facit, ut [illegible] in diem emendationē differant: [illegible] ut non desistant ab artibus scelera[illegible] facit, ut debita non præstent [illegible] plis & Monasteriis, ut inimicitias [illegible] teratas non deponant, ut Confes[illegible] & Eucharistiæ Sacramenta non [illegible] quentent, ut denique in perditi[illegible] prolabantur, prout accidit in ill[illegible] nesto seculo Noëmi, quando tan[illegible] mundi sine pœnitentiâ interiit, [illegible] credebat tam subitò non posse [illegible] supervenire diluvium, prout DE[illegible] illi minabatur. *Non cognover[illegible] donec venit diluvium, & tulit om[illegible]* Mat. 24. v. 39. Mirum ergo non [illegible] deatur, quòd sapiens tam diserte [illegible] cat: *Memor esto, quoniam mors [illegible] tardat.* nimium quantum refert [illegible] re vivacissimè impressam animo [illegible] nionem istam, mortem non tard[illegible] Nihilominus non dicit: *scias*, sol[illegible] ait: *Memor esto.* injuriam tibi fa[illegible]

ret, si docere vellet rem usque adeò exploratam. posito igitur, quòd scias, Iobum refricat memoriam : *Memor esto.*

2. Considera Christianos non multum habere difficultatis, ut meminerint venturam mortem : at plurimum habere difficultatis, ut velint meminisse eam citò venturam. Hìc dolor, hìc terror, & ideo mille modis se ipsos fallunt, adeò, ut *veniat mors super illos*, eos surripiat, eos occupet, ut *descendant in infernum viventes.* Ps 54. v. 16. ibique sint priùs, quàm miseri se illic esse advertant. Ideo dicit sapiens : *Memor esto, quoniam mors non tardat.* si non tardat, signum igitur est, quòd non sit ventura, sed jam veniat, imò festinet, sine diverticulo, sine morâ, quod totum necessarium est credere, si non tardat. & de hoc quis dubitet ? quisquis tardat in viâ, necesse est moram illi injici ab aliquo impedimento intrinsecus vel extrinsecus objecto. sed horum nullo mors impeditur : quia, quoad internum, periculum non est illam unquam ambulando fatigari. non spiritum, non robur perdit : imò est instar rapidi torrentis. vires aquirit eundo, & quò magis progreditur, crescit magis, quia vitæ plus aufert. *Quid defraudat vitam ? Mors.* Eccli. 31. v. 24. Quoad externum, non solùm illa timere non potest detentionem ullam violentam, cùm liberrimam à DEO habeat commeandi facultatem, sed neque fortuitam. quia nullâ circumstantiâ ligatur, non loci, non temporis, non modi. Procedit manu Regiâ : *Et calcet super eum quasi Rex interitus.* Job. 18. v. 14. si locum spectes, manu Regiâ procedit, quia ubique comprehendere te potest, terrâ marique, domi, foriſque, in collibus, in plano, in hortis, in sylvis, in desertis, ita ut ubique cum libertate regnet. Si tempus spectes, manu Regiâ procedit, quia quavis horâ apprehendere te potest, uti de die, ita de nocte : non respicit canitiem, non meruit fortunam, non flectitur adolescentiâ, non parcit infantiæ, ita ut omne tempus sit suum. Si modum spectes, eâdem procedit manu nempe Regiâ, quia non magis restringitur ad unum, quàm ad alterum, non ad febres, non ad convulsiones, non ad Catarrhos, non ad venena, calculos, gangrenas, vel genus aliud infirmitatis. non ferro, non igne opus est, solo dente, quo intus te rodit, finire vitam non advertenti potest : *Consumetur velut à tineâ.* Job. 4. v. 19. Nunc igitur vide, an esse aliquid possit, quod ipsam impediat ? & si nihil est, quâ igitur ratione tardaturam imaginaris ? *Memor esto, quoniam mors non tardat.*

3. Considera, satis sciri ista, quæ hactenus diximus, sed hoc mirum, quòd, quantumvis sciantur, tanta tamen sit necessitas eorum refricandi memoriam. *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Quis est, qui non probè sciat se esse mortalem ? *Scio, quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.* Job. 30. & tamen

Ecclesia certum anni diem constituit, quo magnâ cum solennitate de eo admoneat omnes tam viros quàm feminas, parvos & grandes, peccatores, & justos, doctos & rudes, quasi quisque ejus esset oblitus. *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reverteris.* Divini verbi præcones è cathedris aliud non agunt, quàm ut mortem populis inclament. & ipsæ sacræ paginæ quot tubis hanc in horas memoriam nobis insonant? *Memorare novissima tua.* Eccli. 7. v. 40. *Memento novissimorum.* Eccli. 36. v. 10. *Memor esto judicij mei: sic enim erit & tuum.* Eccli. 38. v. 23. ut adeò fateri necesse sit, non esse superfluum quemlibet admonere, quòd sit mortalis: quantò igitur minùs erit superfluum admonere, quòd citò sit moriturus? cujus quisque studet, pro viribus ceu cogitationis molestæ abolere memoriâ. Sed non est ista regula, quàm sequaris. vera regula est conformare se providentissimæ dispositioni Domini, qui ubiq; ingerere nobis voluit imaginem mortis: *Replevit omnia morte.* Sap. 12. v. 26. & ideo quocunque vides, illius contemplationi assuesce. Si in hortum descendas, & ibi flores aspicias, qui cùm vix pandi cæperunt, jam demisso capite languescunt: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si pomarium intres, & ibi cernas arbores, paulò antè tantâ foliorum pompâ superbas, nunc amisso flore, & frondium honore incultas & horridas: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si in agros egrediaris, & illic videas segetem [illegible] vescentem in horas falcem exp[illegible] *Memor esto, quoniam mors non t[illegible]* Si ad fontem vadas, & adver[illegible] quam, quæ tam longo circuitu [illegible] sivit alicubi nasci & erumpere [illegible] cem, subitò reforberi, & demer[illegible] liri tenebris: *Memor esto, quo[illegible] mors non tardat.* Si ad focum [illegible] fias, & observes ligna primò [illegible] obstinatè reniti, demum verò [illegible] ta ardere, & in cinerem resolvi: [illegible] *mor esto, quoniam mors non tar[illegible]* per fenestram prospiciens sole[illegible] deas declinando in vesperam [illegible] ipsum properare ad occasum: [illegible] *mor esto, quoniam mors non t[illegible]* Si in tuo conclavi vel secretoc[illegible] lo clausus advertas candelam [illegible] quæ lumen tibi ministrat, p[illegible] consumptam sub oculis emori: [illegible] *mor esto, quoniam mors non t[illegible]* Hæ & innumeræ aliæ imagines, [illegible] quasi totidem speciosæ larvæ [illegible] quibus latentem mortem inum[illegible] cet, cùm non semper in Temp[illegible] cemeterijs spectare nudam pos[illegible] qualis cernitur in sepulcris. [illegible] putas ex his ipsis te fructûs plu[illegible] referre posse? si alium non refer[illegible] vivam servabunt recentémque m[illegible] tis proximè imminentis memor[illegible] quæ sola sufficit homini Chris[illegible] ad abstergendam ab animo om[illegible] umbram vanitatis, à corde omn[illegible] tium, ut statuat vitam omnem [illegible] serijs, hoc est, æternitati con[illegible] secrare.

VI.

VII.

Abominabile Domino cor pravum, & voluntas ejus in ijs, qui simpliciter ambulant. Prov. 11. v. 20.

1. Considera, quantâ miseratione digni sint secularium nonnulli, qui tanto studio addiscunt scientiam DEO adeò exosam, qualis est falsa Politica. pro fine habent utilitatem privatam, & huic pallium prætendunt emolumenti publici, charitatis, decentiæ, honestatis, & quod consequens est, majoris gloriæ Divinæ. *Abominabile Domino cor pravum.* hoc est cor illud tortuosum, quod nequitiam tegit, adulterat, inaurat? *Est, qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo.* Eccl. 19. v. 24. sed quid illi prodest? potest hac ratione fallere homines, quis dubitet? sed non DEUM. *Nunquid DEUS decipitur ut homo vestris fraudulentijs?* Job. 13. v. 9. neutiquam profectò, quia DEUS omnes habet perspectos. *Homo videt ea, quæ parent, DEUS autem intuetur cor.* 1. Reg. 16. v. 7.

2. Considera, quare cor istud non solùm dicatur exosum DEO, sed abominabile. *Abominabile Domino cor pravum.* quia penitus adversatur modo procedendi, quem DEUS usurpat. DEUS est veritas, & ideo omnino convenit, ut horreat duplices, fictos, fraudulentos, perversos: *simulatus & callidi provocant iram DEI.* Job. 36. v. 13. *Simulatores* in ostentandâ virtute, *callidi* in tegendo vitio *provocant iram DEI*, non solùm incurrunt iram, sed provocant. Ita vides nullum peccatorem, quantuscunque esset, in hac terra tam acerbè habitum à Domino, sicut hypocritas. In uno solo sermone octies ingeminavit: *væ vobis.* Mat. 23. Vocavit sepulcra, vocavit viperas, vocavit filios diaboli, sed præcipuè amabat illos vocare stultos, ut qui crederent sufficere DEO posse speciem pietatis vel corticem sine nucleo. *Stulti, nonne qui fecit, quod deforis est, etiam id, quod deintus est, fecit?* Luc. 11. v. 24. Sed quidquid de hoc sit, summum peccatoris malum quodnam est? est præterea prætendere gloriam justi. & hoc est, quod maximè habent homines, quos duplices appellamus. unde cùm alij peccatores ordinarij soleant nominari bestiæ, usurarij lupi, superbi Panteræ, luxuriosi Porci, crudeles Tygrides, iracundi Canes, desides Cuniculi, loquaces Ranæ, soli duplices Monstra vocantur à S. Augustino, quia monstrosâ quadam unione in se ipsis conjungere volunt vitia hactenus enumerata cum virtute, quam præferunt. Quid mirum, si DEUS illos non solùm horreat, sed abominetur? Horret bestias inter Christianos, abominatur monstra:

monstra : *Abominabile Domino cor pravum.*

3. Considera, quantum Dominus abominatur duplices, tantùm vice versâ amare illos, qui cum sanctâ simplicitate procedunt. *Voluntas ejus in ijs, qui simpliciter ambulant.* In his suas habet delicias, in his gustum, cum his maximè conversari amat : *Cum simplicibus sermocinatio ejus.* Prov. 3. v. 32. quoniam isti sunt veri filij : *simplices filij DEI.* Philip. 2. v. 15. quæ præcipua dos filiorum ? referre vultum Patris. Ideo DEI Filius vocatur speculum, vocatur figura, forma & imago Patris æterni, quia illum perfectissimè repræsentat. Jam verò simplices hoc habent respectu DEI, præ omnibus illi sunt similes, quia præcipua Divinitatis dos est simplicitas. nihil omnino habet compositionis in se ipso, nihil deceptionis vel fraudis : *Scio DEVS meus, quòd simplicitatem diligas.* 1. Paral. 29. v. 17. & ideo mirum esse non debet, quòd ad simplices toto feratur affectu. *Voluntas ejus in ijs, qui simpliciter ambulant.* sunt ejus filij speciales : & ideo voluntatem suam eorum potestati permittit : *voluntas ejus in ijs.* ideo blandè illos tractat, juvat, protegit in omnibus eorum gressibus : *Protegit gradientes simpliciter.* Prov. 2. v. 7. Afficere huic virtuti, quia, ut desint alia, in extremo judicij die nullam metues confusionem vel probrum, uti hypocritæ : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.* quia non dubitat talem se appariturum, qualem se monstrabat. *Qui autem depravat vias suas, ma[...] erit.* Prov. 10. v. 9. quia erit [...] do, cùm detrahetur larva. [...] in aliquo theatro ? in foro [...] in conspectu totius mundi.

4. Considera, quòd dicat: *V[...] tas ejus in ijs, qui simpliciter am[...]* non *ineptè*, non *inconsideratè*, [...] *prudenter*, quia Dominus amat [...] ces virtute, non inertiâ. an [...] plicitatem prudentiæ adversari ? [...] verò semper ut sorores jung[...] *Estote prudentes sicut serpentes, [...] plices sicut columbæ.* Matth. 10. [...] hæc duo nunquam intelligenda [...] ut ab invicem separata, & idcir[...] dicitur, ut sis absolutè pruden[...] serpens, nec absolutè simplex [...] columba, sed ut sis utrumque sim[...] ut à nimiâ prudentiâ unius, & [...] simplicitate alterius tu sumas [...] dium, in quo semper invenitur [...] sistere virtus moralis. Simpl[...] debet tollere prudentiæ excess[...] quem habet, cùm degenerat in [...] tiam : & prudentia debet [...] simplicitati excessum, in quem [...] dit, cùm transit in ineptiam. V[...] prudens esto sicut serpens in co[...] scendis fraudibus, ut eas possis [...] nare : *Videte, quomodo cautè am[...] tis,* Eph. 5. v. 15. sed procul ab[...] columba ab illis committendis. [...] dicere voluit, cùm ait : *Voluntas [...] in ijs, qui simpliciter ambulant.* [...] est ambulare in scripturis sacris, [...] in sensu potiùs metaphorico [...] proprio sumitur ? Est certo modo [...] rere seipsum, atque procedere : [...]

novit[...]

veritate vita ambulemus. Rom. 6. v. 4. *ambulantes inordinatè.* 2. Thess. 3. v. 6. *ambulantes inquietè.* 2. Thess. 3. v. 11. atque adeò illi *simpliciter ambulant*, qui in cunctis suis operibus, verbis, cogitationibus nunquam à veritate deflectunt: *Majorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.* 3. Jo. 4. Veritas non requirit, ut te ipsum omnibus aperias, sed præcipit, ne mentiaris. ita ut ad tempus dissimules, cautè & circumspectè agas, sed nunquam simules, agendo astutè: *Abdicamus occulta dedecoris*, procul arcendo omnem suspicionem malitiæ, impuritatis, immunditiæ etiam occultæ, quæ possit præjudicium afferre officio nostro, sed *non ambulantes in astutiâ.* 2. Cor. 4. v. 2. non id procuremus modis astutis, sed per hoc solùm, quod re ipsâ simus, quales cupimus videri. Ita dicebat Apostolus, ut qui prudentiam serpentis junxerat simplicitati columbæ, & sic te quoque dicere oportet in statu tuo. Relinque mundo, quantamcunque vult, astutiam, relinque figmenta, relinque fraudes, & unicè tibi serva dotem illam, quam Christus Sponsæ suæ Magdalenæ Pazziæ ore proprio toties commendavit, & munditiem appellavit, munditiem cogitationum, munditiem verborum, munditiem operum, quarum prima opponitur astutiæ, altera fictionibus, tertia fraudibus.

VIII.

Induite vos armaturam DEI, ut possitis stare adversùs insidias diaboli: quoniam non est nobis collectatio adversùs carnem & sanguinem, sed adversùs Principes & Potestates, adversùs Mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in Cœlestibus. Ephes. 6.

1. COnsidera Luciferum, quantumvis contra te armet totum suum exercitum tam numerosum, nihil tamen evincere vi posse. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Jo. 4. v. 7. Si resistas, non solùm abibit, sed fugiet, tantum illi incutis terrorem. Cogita illum esse instar crocodili, fugit persequentem, persequitur fugientem. Solùm ergo te vincere per insidias potest dolosè persuadendo, ut illi consentias. Unde Apostolus ait: *Induite vos armaturam DEI, ut possitis stare adversus insidias Diaboli*: non ait: *adversus vim.* ait: *adversus insidias.* Sed quis non videt, ob hoc ipsum promptiùs sumenda arma? si dæmon vincere te posset vi præcipitando etiam nolentem ab illo gradu integritatis & innocentiæ, quem tenes, minus foret malum tuum. pessimum est, quòd id obtineat per insidias

sidias inescando, alliciendo, efficiendo, ut te ipsum præcipites : *Mitte te deorsum.* Unde tibi lapsus imputatur ad culpam. verum est has ejus insidias tam graves esse, ut vis quædam dici possint, & ideo admonet, ut te armes. Ecce! quàm sint graves: non petit Apostolus, ut de illis solennem referas triumphum, ipsi sufficit, ut non vincaris: *Induite vos armaturam DEI, ut possitis stare adversus insidias diaboli.*

2. Considera sigillatim, quæ sint insidiæ inimici, ne erres, uno potiùs modo te armando, quàm alio. Istæ insidiæ sunt innumeræ: *Multæ sunt insidiæ dolosi.* Eccl. 11. v. 32. Sed demum ad hoc unum omnes reducuntur, quòd induat speciem amici. nunquam apertâ fronte congreditur, proponendo peccatum, ut est, sed semper tectum larvâ aut voluptatis, aut quæstûs, aut gloriæ. Si propensum ad voluptatem videt, larvam prætendit voluptatis. si videt intentum lucro, prætexit lucrum. si gloriæ cupidum advertat, honoris speciem illi tribuit. nunquam peccatum oculis nudum objicit, quia non ignorat fore, ut abhorreas. & si advertat te virtutis studium profiteri, quid agit? *ut perficiat simulationem.* Is. 32. v. 6. illud ut virtutis opus repræsentat: & hoc malorum maximum est, tunc enim fœdus ille *se transfigurat in angelum lucis.* 2. Cor. 11. v. 14. & tunc est, cùm difficillimè agnoscitur: *Quis enim revelabit faciem indumenti ejus?* Job. 41. v. 4. Ideo in eo statu maximè timendum est vitium, [illegible] virtute habetur, ut si pro[illegible] habeas maledicentiam, pro [illegible] proterviam, pro sapientiâ cupi[illegible] nisi agnoscas cum tempore, ad[illegible] quia primum omnis vitij tem[illegible] est, id habere pro vitio.

3. Considera his positis, præc[illegible] armorũ genus, quod arripiendo[illegible] se orationem: hæc enim est, [illegible] omni aliâ re lucem præbet de[illegible] dolos: *In his omnibus deprecare[illegible] simum, ut dirigat in veritat[illegible] tuam.* Eccl. 37. v. 19. post hæc [illegible] stanter insistendum exercitio v[illegible] quia ista ad lucem addit peritiæ, dit usum, & facilitatem exco[illegible] multa remedia, quæ sint saluta[illegible] *in multis expertus, cogitabit* [illegible] Eccl. 34. v. 9. Ecce armaturam [illegible] verum est, illam dici potiùs Dei [illegible] quàm tuam: *Armatura DEI,* [illegible] etsi tuum sit illam propriâ [illegible] manu: *Induite vos,* à DEO [illegible] accepisti. & cave diligenter, ne [illegible] superbias. an non audis esse [illegible] indumento? *Induite.* itaque [illegible] liare te potest, cùm voluerit, [illegible] scisne, cur exercitium omnium [illegible] tum armatura dicatur? quia [illegible] & protegit.

4. Considera paulò penicular[illegible] quales sint illi tui inimici infern[illegible] ut magis intelligas necessitatem [illegible] per excubandi in armis. primò [illegible] sunt inimici visibiles, ut erant Ag[illegible] ptij, Ammonitæ, Amorrhæi: [illegible] *est nobis colluctatio adversus car[illegible] & sanguinem.* sed sunt inimici in[illegible]

biles. Quid amplius? sunt spiritus, qui nihil habent materiæ, unde scias eos undequaque penetrare: penetrant in oculos, penetrant in aures, in memoriam, in phantasiam, in intellectum, in voluntatem, & ubique statuunt insidias. Præterea servant acies maximè ordinatas, in his *Principes & Potestates.* quia scire oportet, ex omnibus choris cecidisse Angelos rebelles DEO: qui proinde eundem servant ordinem, eandem Hierarchiam, idem regimen, sed intentum ad malum. & cur servant? quia aliàs turbam facerent, non exercitum, & sic essent parùm apti ad pugnam. In fine mundi finito certamine cessabit ordo, & solus remanebit horror. quia ordo in inferno esse quidem tantisper potest, sed habitare non potest: *Nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.* Ita est, eosdem tenent ordines, quos habebant, sed non eadem nomina, nisi quæ indifferentia sunt ad significandū bonum & malum, qualia sunt Principatuum & Potestatum: *Principes & Potestates.* & ideo Apostolus alia non usurpavit quàm ista. Principatus inter Dæmones dicuntur, qui præcipui sunt ad permovendam malitiam. Potestates vocantur, qui sunt præcipui ad eam puniendam. Cæterùm nomen Angeli, & nomen Archangeli, quod legatum significat, illud quidem in minoris istud verò in majoris momenti rebus, equidem ipsis convenit, sed nomina cum addito vel Satanæ, vel Abyssi, vel Averni, vel Tenebrarum, nomen Seraphini cor significat Dei amore succensum. & hoc illi non convenit, qui odit. nomen Cherubini mentem significat ejusdem cognitione illustratam: & hoc illi non competit, qui eum non videt. nomen Thronorum exprimit sedem DEI, & hoc illi non congruit, qui per modum scabelli substernitur pedibus: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* nomen virtutum exprimit virtutem DEI, constantiam, animositatem. sed hoc illi nequit convenire, qui non est capax virtutis, sed doli tantùm. nomen Dominationum equidem illis adscribere nonnemo voluit, sed non adeò propriè, quia Dominatus speciem præfert libertatis, quæ illis miseris convenire non potest, qui instar mancipiorum, *rudentibus inferni detracti* ad catenas & compedes damnati sunt. Unde Apostolus non tam dominationes, quàm Rectores hujus mundi appellare voluit, hoc est eorum, qui vivunt secundùm dictamina & desideria mundi, *Mundi Rectores.* quare Rectores? quia illos regunt & circumducunt pro libitu, quin contradicant, quin repugnent. Qui autem illis viriliter resistunt, hi sunt, qui mundo valedixerunt. Visâ varietate exercitûs etiam arma considera, quibus omnes sunt instructi. Et quæ sunt hæc arma? *spiritualia nequitiæ*, id est, substantia maximè decocta, quam vulgò spiritū vocamus, subtilissimum callidissimúmque malitiæ; quia vix invenies, qui eos æquet arte fallendi. Denique etiam locum specta ad confligendum illis maximè opportunum, ex alto pugnant;

gnant : *in cœlestibus:* quia supra te sunt, & ideo etiam undique te circumspiciunt, te obsident, te infestant, ut vix ab illis possis te tueri. Invenis illos in exercitiis contemplationis, in confessionibus, in Communionibus sacris, in operibus sanctissimis : *in cœlestibus.* Rebus ita constitutis numquid arma erunt necessaria, quibus accingaris?

5. Considera te forsitan dictis hactenus perculsum non crediturum, quòd satis virium habeas ad resistendum exercitui inimicorum tam malignorum. sed macte animo, quia non sine causâ dixit Apostolus totum illorum regnum consistere in tenebris : *Mundi Rectores tenebrarum harum.* ut primùm veniunt ad lucem, amissum est Regnum. In eo igitur vertitur salus tua, ut scias illos in lucem protrahere per integerrimam conscientiæ manifestationem. Hæc si desit, miserum te! pronissimum est te perire. necesse igitur est, ut initio monui, armari oratione, necesse est armari exercitio virtutum. sed quid arma juvant, si in tenebris non discernis inimicum, aut si vestitu vel voce deceptus amicum reputes? Speras fortassis fieri posse, ut ex te ipso vel ope luminis quod DEUS suppeditat in oratione, aut illi[illegible] & praxi, quam aquiris exercitio[illegible] tum, illum plenè discernas? vel[illegible] ter falleris, quia DEUS vult, [illegible] quam omnino confidas in te [illegible] quamcunque fueris perfectus, [illegible] exerceas obedientiam, exerceas [illegible] litatem, manifestando alteri[illegible] tuas infirmitates, quemadmod[illegible] manifestavit suas etiam discipul[illegible] quidem adeò rudibus, adeò imper[illegible] quando in horto dicere non erub[illegible] *Tristis est anima mea usque ad*[illegible] an ignoras etiam veteranos Duce[illegible] dedignari cogere consilium mal[illegible] & audire sententiam juniorum, [illegible] qui? atque hoc est, quod facere[illegible] porter in casu nostro. ne dicas cu[illegible] entiæ arbitrum esse hominem [illegible] ceterorum. quia tunc imprimis [illegible] horret dœmon, ne ejus nequitias [illegible] technas, & dolos aperias. atque [illegible] tiùs tunc fugit. Dœmon est [illegible] serpenti: amat tenebras. vin', [illegible] giat quamprimùm? aperi illu[illegible] *si denudaveris absconsa illius, non* [illegible] *sequeris post eum.* Eccl. 27. v. 19. [illegible] lum aperias, necesse non erit illum [illegible] sequi: *non persequeris,* quia ipse [illegible] prior aufugiet.

IX.

Dico vobis: omnis, qui me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis suis. Luc. 12, v. [illegible]

1. COnsidera hunc summum esse honorem, quem Dominus promittit etiam tibi, qui tamen es vilissimus terræ vermiculus. Promittit [illegible] confiteri coram tantâ multitudine Angelorum, qui in extremo die Judicii [illegible] ju-

as thronum stipabunt, sicut tu illum fideliter fueris confessus coram hominibus. Quòd tu illum confitearis, intelligi potest, quia ipse tuus est Dux, tuus Protector, tuus Princeps, tuus Magister: sed quòd ipse te confiteatur, res esse videtur non modò nova, sed quæ percipi non possit. Rectè igitur antequam ad illam asserendam te accingat, gravissimam habet causam promittendi quasi specie jurantis: *dico vobis.* Confiteri Christum videtur hoc loco plus significare; quàm nō erubescere, ut Lucæ 9. v. 26. dicitur: videtur insuper significare de eo gloriari, & vi hujus liberè protestari, quòd illum habeas pro eo, qui revera est, Magistro, Principe, Protectore, Duce tam digno. Et istud est, quod pariter ipse faciet illo supremo die. de te scilicet gloriabitur declarando in conspectu tot sublimium spirituum, quòd dignum te judicet, considendi in eorū thronis magnificis tanquam verum suum discipulum, verum subditum, sequacem militem. majórne isto excogitari in mundo honor potest? *Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.* Is. 43. v. 3. sicut dicitur: *Mulier diligens corona est viro suo.* Prov. 12. v. 14. ita tu Christo tuo eris corona, & corona locuples gloriæ. *Eris corona gloriæ in manu Domini.* Isa. 62. vers. 3. Hunc manu præferet, quando ad Judicium venerit, cū fidelissimâ designatione omnium meritorum: eandem capite referens ad paradisum revertetur, cùm omnibus tuis meritis debitā mercedem reddet ut justus Judex. Tanti facis, si mortalium aliquis de te glorietur: & nihili facies, si de te glorietur ipse DEUS?

2. Considera, ut merearis honorem, opus esse disponere te ipsum priùs confitendo JESUM: quod æquum omnino & rationi consentaneum est. sed quo modo facienda ista confessio? facienda est *Corde, ore, & opere.* quia si intus tantùm glorieris in corde, fortiter sustinendo fidem Christi, cererùm illam profiteri erubescas, & idcirco nec loquaris, nec agas more Christiano, quem honorem illi afferes? Nullum sanè, sed probrum potiùs, quia turpius est non recipere obsequium debitum â fideli, quàm ab extraneo. Unde consultò dicit: *Qui confitebitur me coram hominibus.* Non ait absolutè: *Qui confitebitur me.* sed adjungit: *coram hominibus.* ut intelligas, deponendos esse omnes humanos respectus, ita ut non solùm intra quatuor cubiculi tui parietes, sed in platea, in aulâ, in Templo, in quovis loco quantumvis publico gloriam tuam in eo colloces, quòd Christum sequaris crucifixum. dic JESU tuo liberè: *sciat omnis terra, quia tu es Dominus DEUS noster.* Bar. 14. v. 2. *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Ps. 115. v. 4. *Vota mea reddam in conspectu omnis populi ejus.* ib. v. 18. *Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.* Ps. 108. Hoc enimverò, hoc est facere confessionem Domini perfectam: *Confessus es bonam confessionem coram multis testibus.* 1. Tim. 6. v. 12. Porrò confessio tua

cùm nihil habeat testificationis, quid momenti habere potest? erit equidem laus, quam DEO tuo reddas, erit cultus, erit fides, sed non erit Confessio. Confessio, quam hoc loco Christus requirit, est Depositio quædam: at in judicio non censetur esse depositio, cui testes desunt. Dominus te confitebitur in præsentiâ omnium Angelorum suorum, qui rerum aliarum numerum excedunt, *coram Angelis suis.* & tu confiteri illum renuis in præsentiâ aliquorum hominum, tuorum sociorum, notorum, qui sunt adeò pauci? *coram hominibus?*

3. Considera, cùm præmiserit Dominus: *Qui confitebitur me coram hominibus*, videri subjungendum fuisse: *Confitebor & ego eum corã Angelis meis.* sed hac vice non sic dixit. dixit: *& filius hominis confitebitur eum coram Angelis suis.* De se, quasi de tertio locutus est, quod ferè solebat, præsertim cùm de se aliquid valde honorificum referendum erat. imò verò eo non contentus, tunc maximè se deprimere consuevit, tribuendo nomen tam humile, tam vile, quale erat istud filij hominis. Ecce quanti erant tituli Orientis, Magni, Justi, Fortis, Altissimi, Admirabilis, Salvatoris, Potentis, Pij, quos illi concordibus animis Prophetæ tribuerunt. quodnam verò eorum unquam usurpavit? ordinariè *filium hominis* se vocavit. quamvis etiam ob alias tres causas toties eo titulo usus est. primò ut demonstraret, carnem suam non fuisse de novo conditam, sicut illam Adami, qui proinde appellari homo potuit, sed non filius ho[illegible] sed verè formatam è visceribus [illegible]nis, itáque Incarnationem suam [illegible]liret: *Misit DEVS Filium suum [illegible] ex muliere.* Gal. 4. non solùm [illegible] prout hunc locum legere non [illegible]lignè voluerunt, sed etiam *factum* [illegible] inde ut hoc nomine exprimeret [illegible]parentelam, quam cum hom[illegible] habebat, tanquam frater illorum [illegible] quod non foret, nisi extitisset fi[illegible]minis, suâ quoque à primo Pa[illegible]gine derivatâ. *Qui sanctificat*, [illegible] Christus, *& qui sanctificantur*, [illegible] homines, *ex uno omnes*, id est, [illegible] Adamo. *propter quod non con[illegible]ditur eos fratres appellare dicens: [illegible]rabo nomen tuum fratribus meis.*

2. Unde vides illum sæpe ho[illegible] vocâsse fratres suos, nunquam [illegible] Angelos: *Confitebitur eum coram [illegible]gelis suis.* hîc finit, non addit *fra[illegible]* sicut cùm de hominibus loquitur: *[illegible]de ad fratres meos.* Jo. 20. v. 17. [illegible]*ciate fratribus meis.* Matt. 28. [illegible] Tertiò, ut insinuaret fideliter [illegible] esse promissa olim antiquis Pa[illegible] facta, quibus juravit Messiam co[illegible] illorum stirpe descensurum. *De [illegible]ventris tui ponam super sedem [illegible]* Ps. 131. v. 11. Quam in rem nece[illegible]rat Christum non esse solùm hom[illegible] sed esse filium hominis. Istæ [illegible]rationes præcipuæ, propter quas [illegible] usurpâvit hunc titulum. gratus [illegible] quia aliud non sonabat, nisi res[illegible] modò tibi utiles, sed gloriosas: [illegible] ita priùs ille te confessus est, quàm [illegible] ipsum inciperes confiteri, vide [illegible]

qu[illegible]

quantum illi respondere tenearis. si ille demittere se voluit pro bono tuo toties se appellando filium hominis; & tu illum exalta altissimâ voce inclamando DEI Filium: *Tu es Christus filius DEI vivi, qui in hunc mundum venisti.* O quàm grata illi erit talis confessio! fac eam intra te ipsum, cùm in sanctissimo Sacramento corde illum recipis. fac eam, cùm illum veneraris in throno splendido quasi ad publicam audientiam expositum. fac eam, cùm illum visitas solito clausum tabernaculo quasi ad audientiam privatam. fac eam non modò seorsim ab aliis, sed præsenti quantacunque multitudine hominum, si contingat nominare JESUM, libenter illum vocitando Dei Filium.

* * *

X.

Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8.

1. COnsidera, hominem principio statim à peccato suo quatuor accepisse plagas, easque omnes oppidò fatales. Prima fuit in parte intellectuali, quæ læsa est I. per oblivionem circa præterita, unde memoriâ excidunt beneficia à DEO recepta, promissiones factæ sanctis, comminationes intentatæ sceleratis, atque adeò ipsa ingratitudo, quam inde à primis annis adversùs illum usurpare non dubitavimus. II. per inconsiderantiam circa præsentia, quæ facit, ut non possimus vera bona discernere à falsis. III. per imprudentiam circa futura, quæ causa est, ut neque prospiciamus mala nobis imminentia, nec malis provideamus. Altera plaga fuit in Voluntate, quæ induci non potest, ut amplectatur vera bona, quæ cognovit, & falsa aspernetur. Tertia fuit in concupiscibili, quæ semper repugnat dominio rationis, ut vilissimis vitiis in prædam cedat. Quarta in Irascibili, quæ refugit opera virtutum, prout illa habent aliquid austeri vel ardui, ut adeò ex his plagis homo contraxerit quatuor infirmitates gravissimas, scilicet Ignorantiæ, Malitiæ, Concupiscentiæ & Debilitatis, quæ, quoties homo peccat, horribiliter recrudescunt, nec perfectè sanantur, etiam cùm immunis est à peccato. & hoc tamen non est summum malorum. summum est, quòd nesciat agere cum medico. quia solus DEUS juvare illum potest, & tamen agere cum DEO nescit, recurrere ad DEUM, commendare se DEO, verbo nescit orare. Hæc ignorantia, si ritè ponderemus, Infirmitas nostra est maximè deploranda, & ad hanc tollendam datus imprimis est Spiritus Domini, hoc est, Spiritus sanctus, de quo hoc loco Apostolus loquitur, cùm ait:

ait: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* & ut constet, hanc infirmitatem non esse aliam, quàm illam luctuosam ignorantiam, de quâ sermo nobis est, mox adjungit: *nam quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Utinam post longa orationis spatia ad hanc usque horam demum didiceris orare. si nondum didicisti: ecce quis juvare te debeat: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.*

2. Considera, in quo maximè consistat hæc ignorantia orandi. consistit in duobus. primò nescimus, quid petendum à DEO: *Quid oremus.* deinde nescimus modum petendi: *sicut oportet.* quia licet in genere sciamus; in particulari nescimus. scimus generatim *quid oremus*, quia Christus id docuit mirificâ illâ oratione Dominicâ, sed in particulari nescimus. I. scimus in omni re primò spectandum finem ultimum, qui est DEUS, ipsius bonum, seu gloriam, tum nostrum, seu beatitudinem postulando. sed nescimus in particulari, quia quod ad ipsius gloriam attinet, quam verbis illis petimus: *sanctificetur nomen tuum.* nescimus, quæ sit illa gloria, quam nunc malit. Credemus illam gloriam velle ab aliis, & volet potiùs à nobis. credemus illam velle à nobis, & eã volet potiùs ab aliis. *Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?* 2. Reg. 7. v. 5. & quoad beatitudinem nostram, quam verbis illis petimus: *adveniat regnum tuum.* nescimus, quando expediat illã dari nobis. Putabimus expedire nobis, ut vivamus, & expedit nobis mori. Putabimus expedire, ut moriamur, & expedit nobis [illegible] *Quid eligã, ignoro, Coarctor autem [illegible] bus &c.* Philipp. 1. v. 23. II. S[illegible] generatim, petito fine, æquum [illegible] & media postulemus à DEO [illegible] conducunt ad finem, vel direct[illegible] modum meriti, uti fit adimple[illegible] jus sanctissimam voluntatem; [illegible] directè per modum auxilii, uti [illegible] ministrando necessaria tum vi[illegible] poris tum animæ sustinendæ. [illegible] scimus in particulari: quia quo[illegible] impletionem voluntatis, *fiat* [illegible] *tua*, non semper tam enuclea[illegible] mus, quæ sit ejus voluntas, quam [illegible] bis vult impleri. Existimabim[illegible] ti à nobis, ut nos impendamus [illegible] & ille vult, ut nos applicemus [illegible] templationi. existimabimus pe[illegible] bis, ut nos impendamus Conte[illegible] oni, & ille vult, ut nos applicem[illegible] ctioni: *Est via, quæ videtur h[illegible] justa; novissima autem ejus duc[illegible] mortem.* Prover. 14. v. 22. & [illegible] provisionem eorum, quæ vitæ [illegible] saria sunt, *Panem nostrum quotidi[illegible] da nobis hodie &c.* nescimus in [illegible] culari, quæ sit mensura panis quot[illegible] ni, quæ nobis conveniat tam [illegible] corpus quàm quoad animam. [illegible] bimus melius nobis esse pati pe[illegible] & fortè melius est abundare. [illegible] cabimus melius esse abundare, & [illegible] tè melius est penuriam pati. *Quid [illegible] cesse est homini majora se quærere, [illegible] ignoret, quòd conducat sibi in vi[illegible] numero dierum peregrinationis suæ.* [illegible] 7. v. 1. III. Scimus generatim [illegible] stulatis mediis à DEO, quæ prosunt [illegible]

consecutionem ultimi finis, pariter petendum, ut tollat obstacula, quæ nos impediunt. eorum tria sunt genera, Peccata, Tentationes, Adversitates. Peccata ipsi fini rectà opponuntur: Tentationes & Adversitates mediis, illæ quidem præcipuis, istæ verò minùs principalibus. tum verò nihil præterea scimus in particulari. quia quantum ad peccata, de quibus dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, verum equidem est, his absolutè DEUM nostrum nobis tolli, sed nescimus sigillatim, quæ præ aliis illum tollant, quæ magis sint plangenda, quæ magis subjicienda confessioni. *Delicta quis intelligit?* Ps. 18. v. 13. Quantùm ad tentationes, de quibus dicimus: *Et ne nos inducas in tentationem*, verum est, istis esse propositum nos abstrahere ab implendâ voluntate Divinâ: sed nescimus, quæ sint nobis nocivæ: dum aliæ possunt esse utiles. *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12. v. 9. Et quantum ad adversa, de quibus dicimus: *Libera nos a malo.* verum est, quòd ista spoliare nos velint istis bonis, quæ ad sustentandam vitam tam corporis quàm animæ sunt opportuna: sed nescimus, quæ sint nobis detrimento, dum alia è contrario possunt esse lucro. *Vos cogitastis de me malum, sed DEUS vertit illud in bonum.* Gen. 50. v. 20. Unde vides nos licet toties & tam bene institutos à Christo ad orandum, nescire tamen in particulari, quid oporteat petere: *Quid oremus, nescimus.* Vix generatim scimus: adeò spissæ sunt tenebræ, quibus involvimur. *Viro, cujus abscondita est via, & circumdedit eum DEUS tenebris.* Job. 3. v. 23. Et id, quod diximus de substantiâ petendorum, etiam intelligendum est de modo: *sicut oportet.* quia id scimus universim: cùm hoc saltem dixerit Jacobus, ut, *qui postulat, postulet in fide nihil hæsitans.* Jac. 1. v. 6. sed nescimus in particulari, cùm non omnino nobis constet, utrum nobis insit illa fides, quæ requiritur, illa reverentia, illa resignatio, tanta est pravitas nostri cordis. *Pravum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscit illud?* Jer. 17. 9. Quis igitur adjuvabit infirmitatē tuā, ut ores *quid oportet, & sicut oportet?* jam audisti: *Spiritus Domini. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.*

3. Considera, quæ sit causa, cur Christus, dum orandi formam dare nobis voluit adeò perfectam, non descenderit tamen ad preces particulares, sed, ut diximus, in generalibus se continuerit. Causa fuit, quia orandi formam relinquere voluit omnibus communem. & hoc posito, uti cernere potuisti, excogitari nequit alia quoad petitiones tam recta, quoad dispositionem tam ordinata. Cetèrum ipse fuit protestatus, postquam in cœlum ascenderit, inde in nomine suo descensurum, qui omnia suggerat à se nondum manifestata. & hunc esse oportebat Spiritum sanctum. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Jo. 14. ut adeò Spiritus san-

ctus hoc præcipuè fine in nos descenderet, nempe ad complenda pulcherrima, quæ Christus nobis dedit, documenta. Ita Christus ipse voluit, ut ostenderet ad adjuvandam ignorantiam nostram in orando, quæ est illa tam gravis infirmitas infesta nobis, non sufficere qualemcunque sapientiã quantumvis sublimem: sed opus esse amore: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* præterquam quòd Christus mundo sit datus à Patre quasi Magister, ut universali disciplinâ omneș erudiret. *Dedi eum præceptorem gentibus.* Isa. 55. v. 4. Spiritus sanctus fu- bis impetratus à Christo quasi Repetitor ad explicandas lectio- grandes. *Suggeret vobis omnia, dixero vobis.* Jo. 14. unde spiri- cti munus est non tantùm illas in capacitati singulorum, sed & in- tati. Porrò ne animus nimia re- mole opprimatur, satius erit hic fi- facere præsenti meditationi. Sequ- dicemus, quis sit modus, quem ob- vat Spiritus sanctus, ut in orando adjuvet, & reliqua expo- mus.

XI.

Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. l. c.

1. COnsidera, ut interruptam resumamus meditationem, quis sit modus, quem tenet Spiritus sanctus, cùm ad orandum nos adjuvat. Adjuvat nos ope suâ speciali, quam nobis præstat tam quoad substantiam orationis, quàm quoad modum illius. Quoad substantiam adjuvat nos dando quosdam vehementissimos impulsus ad ea sigillatim desideranda, quæ revera nobis conducunt. Et quoad modum adjuvat nos infundendo nobis illam fidem, quæ requiritur in postulando, illam reverentiam, illam resignationem, & illos ceteros affectus, quos facilius experiri quàm exprimere quisque potest. Unde dicitur: *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Postulat* ad substantiam spectat, *Gemitibus* ad modum. Ne mirum quòd dicatur: *Postulat*, dum po- *postulare nos facit.* numquid enim cis eum locutum in Prophetis, in- toribus sacris, in Martyribus? hoc dicis? nempe quia Spiritus sanc- fecit eos loqui. *Non vos estis, qui- quimini, sed Spiritus Patris vestri, loquitur in vobis*, hoc est, *qui loqui facit.* porrò sicut ipse loqui dicitur quia facit loqui, ita & postulare di- tur, quia facit postulare. Idcirco enim- ma differentiam illam, quæ fuit Prophetas, Præcones sacros, Martyr- cùm solùm ex se ipsis loquebantur, cùm loquebantur quasi animati à Spi- ritu sancto, etiam omnino intercedet inter eos, qui pariter ex se orant quo- modo exanimi, & eos, quibus

hæc anima, quæ in ipsis viget, & *postulat*, hoc est, *postulare facit gemitibus inenarrabilibus*. O quos ardores illi sentiunt, quos sensus, quæ deliquia, quos affectus cordis amantis? si explicare illos possent, non forent inenarrabiles. Beatum te, si datum tibi sit eos aliquatenus experiri. si non est datum, roga amabilissimum hunc Spiritum, ut eos tibi largiatur, ita tu quoque intelliges aliquantum, qui sint gemitus columbæ: *Quasi columba meditantes gememus*. Is. 59. v. 11.

2. Considera de Spiritu sancto dici: *Postulat*, non solùm, quia postulare nos facit, sed quia ipse per se postulat tanquam Advocatus noster, qui intra nos loquitur per viam amoris. *Spiritus paracletus*. at quo modo loquitur? linguâ occultissimâ etiam nobis secretâ, reconditâ, unde dicitur: *gemitibus inenarrabilibus*. quia postulat *pro nobis* illi ipsi contrarium, quod nos impulsi, aut decepti à proprio spiritu, postulamus etiam non advertentes *contra nos*. Quoties, uti tu ipse notare potes, in particulari petis aliquid, quod tibi videtur bonum, & quidem modo petis, quo oportet, & tamen non hoc impetras, sed oppositum? cujus beneficio? Divini Spiritûs, qui, cùm videat id, quod postulas, damnosum tibi fore, mutavit, ut sic loquar, supplicem libellum, illud postulando, quod profuturum sciebat. si cupias singillatim nôsse, quî hoc fiat, dicam tibi. Tu aliquando magnis precibus rem quandam certam postulas, sed simul habes perfectam resignationem, quamvis non satis tibi cognitam, vi cujus id potiùs desideras, quod ille disposuerit, quàm quod ipse petis; & hoc tuum desiderium est occultissima lingua Spiritûs sancti, qui in te loquitur, quia est desiderium, quod totum ab amore procedit: & sic cùm Voluntas Divina contraria tuæ magis tibi prodest, illam contingit adimpleri & non tuam, quam verbis manifestas. Exemplum à Christo sume, de quo scribitur: *Exauditus est pro reverentiâ suâ*. Heb. 5o. Semper ille fuit exauditus, etiam cùm rogavit, ut transiret calix adeò amarus passionis imminentis. quia si non est exauditus secundùm repugnantiam, exauditus est secundùm reverentiam. Repugnantiæ, quam per naturam sensit in gustu calicis, plurimum prævalebat illa reverentia, quam habebat ad Patrem per amorem: & ideo omnino conveniebat illum potiùs secundùm hanc quàm secundùm illam exaudiri. *pro suâ reverentiâ*, non *pro suâ repugnantiâ*. Hæc solùm differentia in Christo fuit, quòd ille verbis etiam expressis significaverit istam suam maximam resignationem: *Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu*. tu verò sæpe non exprimas. sed non est, cur ideo tristeris. quia si reverâ illa cordi insit, Spiritus Domini, qui in te loquitur, eam exprimit: *Postulat pro te gemitibus inenarrabilibus*. & ideo sæpe exaudiris. non secundùm spiritum inferiorē, quo postulas, sed secundùm superiorem, cujus virtute solum illud desideras, quod magis convenit: *Qui autem scru-*

scrutatur corda nempe DEVS, scit, quid desideret Spiritus, nempe Spiritus suus cœlestis, qui in te loquitur, *quia secundùm DEVM postulat pro sanctis*, siquidem iste postulat in favorem Sanctorũ contrarium illi, quod non nunquam ipsi postulant ad propriam perniciem. Ipsi postulant, quod est *secundùm hominem*, & ille postulat, quod est *secundùm DEVM*. Rom. 8. Quod si ita est, vide, quantum conferat hæc perfecta resignatio in Voluntatem Divinam. hæc enim facit, ut semper exaudiaris secundùm id, quod magis tibi prosit.

3. Considera hanc resignationem in Voluntatem Divinam haud dubiè etiam à Christo fuisse traditam in oratione Dominicâ, cùm dicere jussit: *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terrâ*. sed hoc non sufficiebat. nam alia res est resignatio in Voluntatem Divinam, quæ in generalibus consistit, & alia, quæ ad particularia descendit. cùm universim & confusè apprehendis resignationem in voluntatem Divinam, facilè erit, non negaverim, illã exercere. at cùm illam in particulari cogitas, in illâ captivitate, in illâ infirmitate, ignominiâ, mendicitate, ô quàm difficilis accidit! ideo ad hanc habendam opus est Spiritu sancto, quia necessarius est ingens quidam Amor Divinus, qui intus ita disponat animũ, ut, si videres ante oculos posita cuncta mala recensita, nihilominus animosè clamares: *fiat voluntas tua*, hic enim verò effectus est non tantùm sapientiæ, sed amoris Divini. Hinc est, quòd vulgo hominum, ut qui non tantopere DEUM amant, suadeatur, ne p[illegible] laria postulent, quia ista te[illegible] seros. atque ita Christus [illegible] cuit, ut dicerent: *fiat volu*[illegible] Perfectioribus suadetur, ut [illegible] gularia postulent: unde non d[illegible] Christus dicere Apostolis: [illegible] *bibere calicem, quem ego bibitur*[illegible] eos tentando in re adeò mole[illegible] igitur, quid amplius in oratio[illegible] spiritus supra id, quod Chri[illegible] cuit. Ingerit desiderium tam [illegible] mens, tam vivum eorum, qu[illegible] placent, ut homo non formide[illegible] tiam in particulari repræsentare [illegible] etsi non semper sit necesse, ut [illegible] præsentet. Istud verò quid [illegible] *Qui scrutatur corda, scit, quid de*[illegible] *Spiritus*. Quamvis ista resigna[illegible] fecta aliquando etiam illum late[illegible] eam habet, non latet DEUM, qu[illegible] spiritus revelat, tunc scilicet, [illegible] *postulat*, ut audisti, *pro nobis ge*[illegible] *inenarrabilibus*. & sic tu quoq[illegible] audiris *pro tuâ reverentiâ*, non [illegible] *repugnantiâ*. Exaudiris imper[illegible] contrarium illi, non quod vis, sed [illegible] velles. Exaudiris juxta desid[illegible] illud absolutum, quod dicitur V[illegible] tas, & non secundùm alterum [illegible] fectum, quod *Velleitas* appellatur.

4. Considera Spiritum sanctum [illegible] agere hoc modo, quem diximus, [illegible] omnibus, qui faciunt orationem, [illegible] in iis tantùm, qui ex suâ parte stu[illegible] quantum possunt eam benefacere [illegible] de dicitur adjuvare: *Adjuvat* [illegible] *mitatem nostram*. necesse igitur [illegible] ut facias, quidquid potes pro debi[illegible]

se tuâ ad orandum bene, ut te præparet, ut secedas, ut te colligas, ut cum attentione applices. cùm infirmitas nata plùs non potest, tunc ipsius est auxilium præstare: *DEI quippe est adjuvare.* 2. Par. 25. v. 8. non est totum facere. Dici equidem semper potest totum agere, & dici cum veritate potest, quia quantumcunque ex parte tui facias ad orandum bene, parum est in comparatum illi, quod faciet in te spiritus sanctus; & ideo semper dicetur: *Ipse postulat.* ipsi tribuetur oratio tua, ipsi adscribetur, & meritò dicetur ipse demum esse, qui eam pro te facit: *sed ipse Spiritus postulat pro nobis,* hoc est, *loco nostrum gemitibus inenarrabilibus.* sed quid hîc mirum? cùm alias satis constet omnes effectus tribui causæ suæ primariæ. ita Navarchus dicitur in turo navigium collocâsse, quamvis no i solus ipse collocârit: magno nummero concurrerunt nautæ, qui in hunc finem plurimum laborârunt. Unde collige, quanta sit necessitas Divinissimum hunc Spiritũ in te ipso possidendi: tanta scilicet, quanta est necessitas orandi, & orandi bene, non gravis tantùm sed extrema. Ad hunc finem toties illum humilibus precibus invoca, quoties orare statuis. sæpe recita hymnorum aliquem, qui ad ipsum diriguntur: *Veni sancte Spiritus. Veni creator Spiritus.* Dic ipsi, ut tibi assistat, dic, ut illuminet, ut accêdat, vel potiùs ut ipse in te orationem auspicetur: & quantumvis ex tẽporis diuturnitate jam contraxeris consuetudinem orandi, ne credas unquam futurum, ut ejus auxilio non indigeas etiam speciali. non enim dicitur in orando tollere infirmitatem, sed adjuvare. semper supersunt reliquiæ quatuor plagarum, quas initio peccando accepimus, & ita semper remanet Ignorantia, quæ fuit prima infirmitas hinc orta, sed nulla nocentior quàm ignorantia orandi, & tamen ista quodamodo curari potest, at persanari non potest: *nam quid oremus, sicut oportet, ne scimus.*

* * *

XII.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum considere illum faciet. Eccl. 11. v. 10.

1. COnsidera plurimum inter se differre esse humiliatum & esse humilem. quidam humiliantur à DEO variis flagellis, quibus ipsos castigat, infirmitatis, ignominiæ, paupertatis; neque tamen sunt humiles, quia vel sub ipsis flagris perversi fiunt, & insolescunt, prout apparuit in Pharaone, cui Dominus dicere demum debuit: *Usquequò non vis subjici mihi?* Exod. 10. v. 3. Hi nunquam exaltant caput, quia non possunt inducere animum,

ut faciant, quod DEUS ab ipsis exigit, nempe ut humiliati se humilient, *subjiciantur*. qui exaltare illud cupit, necesse est ut in humiliatione suâ se demittat: atque hæc est vera sapientia, humillimè se demittere: *Humilia valde spiritum tuum*. Eccli. 7. v. 19. sic enim *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet*. Quis scit, an non DEUS, ut te humilem redderet, non semel hoc medium usurpaverit? si usurpavit, bene examina te ipsum, & dic, quid videtur? an obtinuit, ut superbiam tuam sibi faceret subjectam?

2. Considera, quamvis verba ista sensum hactenus relatum haud dubiè præseferant, verisimile tamen esse, quòd præterea alium contineant altiorem, magísque reconditum, qui magnos animos facere tibi possit operandi bene. quis ille sensus? si prudenter gubernare te possis post peccata hactenus à te commissa, non solùm nihil allaturum damni, quòd commiseris, sed, si ita fas est dicere, etiam majori tuo lucro serviturum. Et quando cum veritate dici potest, quòd Dominus humiliet tuum spiritum vanâ sui ipsi⁹, virtutis suæ, sensûs & sapientiæ æstimatione inflatum? quando permittit fœdè in peccata gravia prolabi. tunc enimverò, tunc dicere cum rubore potes: *Ego autem humiliatus sum nimis*. Ps. 88. v. 11. quia ita te habes, sicut qui turpiter cessit prælio. O si posses cognoscere, qualis esses, videres te omnino vulneratum à dœmonibus, maléq; constitutum, & vicinum mor-

ti! *Tu humiliâsti sicut vulnera[illegible] perbum*. Ps. 88. v. 11. Jam ver[illegible] istâ humiliatione, quam DEU[illegible] misit, prudenter gerere & mo[illegible] possis, beatum te! *Sapientia hu[illegible] exaltabit caput illius*. nam ista [illegible] lùm faciet, ne moriaris illo mo[illegible] nere miserabili, quod te manebat ut levato de terrâ capite, qu[illegible] jam erat sub ictu securis, muter[illegible] & ex damnato, qualis eras, rebel[illegible] probo evadas ad thronum, & [illegible] sanctorum primos consideas: *& [illegible] dio magnatorum consedere illum* [illegible] sed necesse est, ut dixi, bene gub[illegible] se ipsum: *Sapientia humiliati e[illegible] bit caput illius*. opus est sapienti[illegible] vides, quantus iste sit saltus à [illegible] transire ad solium.

3. Considera, qualis sit ista [illegible] tia, quâ gubernare te ipsum [illegible] post lapsum, ut demum te exalt[illegible] nôsse mediam tenere viam, [illegible] cunctis rebus ista vera est via, [illegible] trita per sapientiam. & sic neq[illegible] contemptum debes præsumere, [illegible] per diffidentiam te ipsum perde[illegible] existimes peccata tua leve malum [illegible] periisti. oportet illa reputare, [illegible] verà sunt, malum gravissimum, [illegible] obstupescas, quòd terra pro eo, [illegible] te nutriat, non dehiscat sub pe[illegible] Ex alia parte necesse est, ut, quand[illegible] nùs te dignum veni a agnoscis, [illegible] magis eam speres, non tuo merito [illegible] ob ejus summam clementiam, qui[illegible] nus est, quia benignus, quia p[illegible] mortuus sicut pro quocunque ca[illegible] mo amico suo. si ita agas, sapiens e[illegible]

quia æstimatio peccati faciet, ut ad pœnitentiam accendaris, atque ita caput de terrâ eleves. Fiducia in DEO faciet, ut non contentus pœnitudine etiam aspires ad gloriam innocentum, atque ita evadas in numerum Magnatum, non aquiescendo vitæ tepidæ, quam fortè ante culpam agebas. Hac autem ratione nonne vides, quantum humiliatio tua tibi profutura sit? *Bonum est, quia humiliâsti me, ut discam justificationes tuas.* Ps. 18. v. 71. Hoc nimirum est cooperari ad finem, ob quem DEUS tanquam sapiens Medicus illam permisit, qui alius non erat, quàm ut è malo permisso eliceret majus bonum, hoc est, vitam, quæ haberet plus Spiritûs, plus sanctitatis, & fervoris. *Non enim humiliavit ex corde Dominus.* Thr. 3. v. 3. si hoc fecit non ex corde, sed ex arte fecit, nempe, *ut disceret justificationes ejus.*

4. Considera fieri omnino posse, ut post gravissima peccata, quæ perpetrâsti, evadas ad gradum *Magnatorum*, seu innocentum, si velis; quia Dominus non spectat peccata præterita, quando sinceris lacrymis sunt deplorata, sed præsentem justitiam: *Peccatorum tuorum non recordabor.* Is. 43. v. 25. & sic quæri non potest, utrum Deus magis amet è duobus, pœnitentem, an innocentem. quia neque innocentem magis amat, quia est innocens, neque pœnitentem, quia est pœnitens, sed magis amat illum, à quo magis ipse nunc amatur. Ego diligentes me diligo. Homines penetrare non possunt ad interiora cordis. *vident ea, quæ parent.* & idcirco quid faciunt? vident facta tua præterita, & ex his conjiciunt futura: unde magis tibi fident, si semper fidelem experti sint, quàm si aliquando deprehenderint perfidum. non sic DEUS: *Dominus autem intuetur cor.* Intimum perspicit cordis tui penetrale, in quod te abdis. & ideo si advertat verè dolentem, motum, mutatum, adeò, ut deinceps seriò famulari illi cupias, illico tibi fidit, te suscipit, tibi blanditur, te amplectitur, & denuo consignat in manus omnes amoris sui thesauros, quasi nunquam à se projecisset: *Miserebor eorum, & erunt, sicut fuerunt, quando non projeceram eos.* Zach. 10. v. 6. An non pœnitens fuit Petrus? an non pœnitens fuit Paulus? & ecce! an non inter Magnates regnent: imò Magnatum sunt maximi, & fortè majores ipsis innocentibus, quibus datum est nomen Magnorum. Nunquam sinas ita te circumveniri ab inimico, ut falsis terriculamentis persuadeat, nullam tibi superesse spem altiùs emergendi. si te solo, & infirmis pedibus incedendum tibi foret, esset, cur ambigeres. sed non ita est, Dominus suis brachiis te sustinebit usque ad vitæ exitum. *Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego feram.* Is. 8. v. 4.

5. Considera, maximum honorem, quem in hac materiâ præstare DEO possis, in eo versari, ut illi omnino credas. quia ista tibi non dicit sine animo exequendi, imò id maximè desiderat. O si scires, quanto studio in hunc

hunc finem te ambiat, omnes aditus inquirat, omnes accessus probet, causas omnes & occasiones benefaciendi indaget: *Inveni, in quo ei propitier.* Job. 33. v. 24. unde cùm te geris hoc modo, quem dixi, penitus illi confidendo, ô quantum se credet à te exaltatum! & hinc ecce! alium sensum hujus sententiæ magis reconditum: *Sapientia humiliati exaltabit caput illius.* vult dicere, sapientiâ illius, qui lapsus in peccatum regere se potest eruendo ex malo majus bonum, hoc est, conversionem ferventem, Christum fore exaltandum. Iste verum tuum caput est, nonne sic est? *Caput illius.* Et hic ad exaltationem suam refert, quòd sibi aperiatur campus, post humiliationem tuam dandi veniam, te ditandi, te deliciis cumulandi, faciendi denique, ut, ubi abundavit delictum, abundet & gratia. Ipse enim est, de quo tam disertè scriptum est: *Exaltabi[illegible] cens vobis.* Is. 30. v. 18. quid ig[illegible] plius quærimus? Ecce grande [illegible] quod facere de præsenti potes[illegible] DEO te permittas, exaltare [illegible] Dominum tuum JESUM. O [illegible] gloriosus erit triumphus, que[illegible] misericordia demum referet [illegible] summâ miseriâ, modò agere [illegible] nas! & cùm ipse adeò se vide[illegible] altatum in eo, quod tantopere [illegible] an dubium esse potest, quin [illegible] at in omnibus, quæ desideras, [illegible] videat considere cum Magnatib[illegible] gni sui? Id quod alterum est [illegible] quod tibi afferet generosum [illegible] tum servitii Divini. *Sapientia [illegible] liati exaltabit caput illius.* En [illegible] bonum, quod est exaltatio Chri[illegible] *in medio Magnatorum conseden[illegible] faciet*: en alterum, quod est [illegible] ria humiliati.

XIII.

Statutum est hominibus semel mori, & post hoc judicium. Heb[illegible]

1. CONsidera legem moriendi in homine dici *statutum*, ad innuendum, hanc legem in ipso non esse naturalem, ut in ceteris animalibus, sed positivam; quia, licet etiam ipse, tanquam è contrariis elementis compositus, ex naturâ suâ tenderet ad corruptionem, & consequenter ad mortem, nihilominus vi originalis Justitiæ à DEO concessæ fuisset immortalis. *Creavit DEUS hominem inexterminabilem.* quia semper vividus, semper hilaris, semper agilis, semper [illegible] multis seculis vixisset in terrâ, [illegible] deinde de terra translatus esset [illegible] lum. Quòd morti sit obnoxius, [illegible] est, quia miser dote suâ excidit, [illegible] to scilicet præcepto, quod illi verb[illegible] deò disertis denunciavit, cùm di[illegible] *In quacunque die comederis, morte [illegible] rieris.* & ideo decretum istud in om[illegible] transivit: *In omnes homines mori [illegible] transiit.* Rom. 9. sicut in omnes tra[illegible] siit talis doni jactura. ita vides, q[illegible]

modò verè sit *statutum*, hoc est, firmũ Decretum, forte, universale, seu quod omnes complectitur. *Quis est homo, qui vivat, & non videbit mortem?* Ps. 88. Verum est, morituros quosdam brevissimo tempore, prout illis contingit, qui vivent ad improvisum Christi Judicis adventum; qui fortè morientur ex mero horrore, & tum illico resurgent. & ideò acutè dicit Psalmista: *Quis est homo, qui vivat, & non videbit mortem?* ut significet omnes denique sensuros mortem, sed non omnes æqualiter. Quidam, vix, ut sic dicam, eam videbunt. Ceterùm si omnibus est resurgendum, juxta illud: *Omnes quidem resurgemus* 1. Cor. 15. quis dubitet omnibus quoque moriendum? *Statutum est omnibus semel mori.*

2. Considera hanc vocem *semel* significare Tandem: *Qui perversis graditur viis, concidit semel.* Prov. 28. v. 28. & ideo noveris, quantascunque adhibeas industriæ & ingenii vires, denique te moriturum. *Statutum est hominibus semel mori.* Non audisti toties dici de Lamech: vixit septingentis annis, & genuit filios & filias, & *mortuus est.* de Malalaël: vixit annis plusquam octingentis, genuit filios & filias, & *mortuus est.* de Mathusalèm: vixit plùs quàm nongentis, genuit filios & filias, & *mortuus est.* & sic de reliquis tot ante secula mortuis. idem tibi accidet eo solùm discrimine, quòd vitæ terminus intra paucos annos constringetur: *Paucitas dierum tuorum finietur brevi.* Quâ igitur ratione potes vivere adeò affixus terræ? cogita migrationẽ tuam, seriò & frequenter cogita illam denique adfuturam. *Statutum est hominibus semel mori.*

3. Considera hoc vocabulum *semel* non solùm significare tandem, sed etiam unâ vice. *Semel locutus est Deus.* Psal. 61. v. 12. & ideo bene attende: quia, si vel semel malè agas hunc actũ moriendi, hoc est, si in peccato moriaris, actum erit semper, non est reparationi, non est remedio locus, nec correctio errori. An nescis nos dilabi instar aquarum, quæ non retro vertunt cursum? *omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* 2. Reg. 14. v. 14. Idcirco bene considera, quem accipias cursum: quippe si terribile est mori, longè est terribilius non posse reverti, ut iterum moriaris. *statutum est hominibus semel mori.* Verum est, in hoc Decreto quantumvis universali hac in parte aliquando fuisse dispensatum: *Jordanis conversus est retrorsum.* hinc est, quòd Apostolus simpliciter dicat: *statutum est hominibus*, & non *omnibus hominibus semel mori. statutum est hominibus*, si particula *semel* sumatur in primo sensu pro Tandem. sed non perinde *statutum est omnibus*, si sumatur in secundo, prout idem est ac unâ vice. & quia Apostolus ad suum propositum in posteriore potiùs quàm priore sensu accepit, uti ex contextu patet, idcirco dixit *Hominibus*, non dixit *Omnibus.* Lazarus à Christo suscitatus dennò est mortuus. sed quis ignorat has esse dispensationes aliquando factas in Decreto

creto non sine grandi miraculo? non credo te fore tam fatuum, ut hoc somnies, ne dum speres, quia ista sunt miracula, quæ monstra vocantur: *In vitâ suâ fecit monstra.* ita Ecclesiasticus de Elisæo dixit, quia puerum ad vitam revocavit, quamvis non absque magni impendio laboris. 4.Reg.4. v. 31. Quid agis igitur, dum nondum satagis illum transitum reddere securum, qui non fit nisi unâ tantùm vice: *semel.* & tamen vide, quò transeas: transis in mundum alterum. quid tergiversamur? transis in domum, quæ dicitur æternitatis: *Ibit homo in domũ æternitatis suæ.*

4. Considera, si omnia cum morte finirentur, non fore illum transitum adeò tremendũ. sed hoc terribile, quod proximè Judicium sequatur: *statutũ est hominibus semel mori: & post hoc judicium.* illud, inquam, judicium, quod vel æterna præmia, vel æterna supplicia decernet. hoc judicium omnino necesse est post mortem fieri, *post hoc.* quia sicut de statuâ ferri nequit sententia, donec elaborata sit, neque de scripturâ, donec sit perlecta: ita neque de homine judicari potest semper vario, donec absolverit vitæ suæ filum. Expende igitur, quid de re futurum sit, quando in eo ipso loco, in quo expirabis, stare videbis illud horrificum tribunal, quod vel eminus conspectum tot sanctos ad sepulchra compulit. Illic solus sine propinquis, sine famulitio, sine comitatu, sine auxilio, imò sine corpore adeò dilecto nudus spiritus apparebis in conspectu Omnipotentis Judicis; qui nullâ habitâ ratione natalium, nullo doct[illegible] dignitatis, opum respectu tale[illegible] dicabit, qualem in illo rerum [illegible] ex merito reperiet. *Judicabo [illegible] vias tuas.* Stipabunt latus duo [illegible] li sed oppidò diversi, unus qui [illegible] pere laboravit, ut te protegeret, [illegible] verò, ut te persequeretur, [illegible] Domini, & Angelus Satanæ, [illegible] uterque expectabit, quæ sit pro[illegible] da sententia remunerationis [illegible] næ, ut illam exequatur. Tu ve[illegible] facies? nulla est spes reliqua [illegible] Judicem placandi, qui forte [illegible] tibi jam monstrat irascentem: non [illegible] cibus, non excusationi est locus, [illegible] nec breve temporis momentum [illegible] perest ad invocandam clemen[illegible] quia illo ipso momento, quo sp[illegible] ris, etiam absolvetur judicium, [illegible] illo liceat provocare. *statutum [illegible] minibus semel mori, & post hoc [illegible] cium.*

5. Considera, etiam postquam [illegible] tuus homo fuerit, in multis reb[illegible] ipsi, ut ita dicam, adhuc fore sup[illegible] tem. Est enim superstes in me[illegible] hominum, qui sæpe delusi illum [illegible] mant bonum, cùm sit malus, aut [illegible] versâ reputant malum, cùm sit bo[illegible] Est superstes in cineribus, qui aliqu[illegible] do honorifico inferuntur tumulo, [illegible] aptiùs jacerent in fimeto. aut jace[illegible] fimeto, cùm honesto tumulo esse[illegible] ferendi. Est superstes in oper[illegible] suis litterariis, quæ continuò pro[illegible] cunt varios effectus, sicut opera C[illegible] vini parturiunt effectus adeò scele[illegible] tos, opera Chrysostomi effectus [illegible] sanctos. Ideo istud Judicium, de [illegible]

hoc loco dicitur, non poterit esse tam perfectum, tam absolutum, quale esse oporteret: quia tunc homo solùm in se vivere desinet. expectandum, dum vivere desinat etiam in eo, quod habuerit extra se. & tunc denuò judicabitur. *Statutum est hominibus semel mori, & post hoc judicium.* hoc Judicium non erit particulare, ut primum fuit, sed Universale: & ideo institui non potest ante finem mundi, hoc est, antè quàm omne genus humanum vivere desinat, & supervivere. Et hoc erit judicium adeò extremũ, ut in illo omnes eximantur errores, tum quos ipse commisit in judicandis aliis, tum quos alii commiserunt in judicando ipso, quando scilicet nondum erat tempus judicandi. Quod si ita est, cur ergo ante tempus judicas? *statutum est hominibus semel mori, & post hoc judicium.*

XIV.

Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ps. 58.

1. Considera, quod hoc loco Psaltes præcipuè de Adam affirmabat, primo homine, pariter intelligi de quovis homine illi simili quoad culpam: *cùm in honore esset, non intellexit.* Quis est honor hominis? est intellectus. iste est, qui reddit DEO similem, capacem donorum gratiæ & gloriæ, aptum iis omnibus participandis, quæ DEUS possidet excellentiâ naturæ. & tamen hic ipse homo constitutus in gradu tam honorifico *non intellexit*: certè ita se gessit, ac si non intelligeret. Sprevit ea bona, quorum erat capax, tanquam omnino spiritualia, & maluit imitatione brutorum adhærere sensibilibus. Comparatus est jumentis insipientibus in discurrendo, & sic etiam *similis factus est illis* in agendo. Hæc est maxima exprobratio, quæ fortè in sacris litteris reperiri possit facta homini: sed quis æstimat? Primus homo saltè post lapsum verecundiam retinebat, quia erubuit, & in hoc brutis se dissimilem ostendit: at ejus filii etiam istam antiserunt. *Erubescere nescierunt.* Jer. 6. v. 15. & ita brutis animantibus omnino sunt similes.

2. Considera, quæ fuerit ratio, cur homo, *cùm in honore esset, non intellexerit.* fuit ista præcipua, quæ hîc memoratur, quia *in honore erat*: non *ad honorem pervenerat.* absque labore suo fuit collocatus in eo gradu honoris: & ideo minùs ejus magnitudinem apprehendit: *cùm in honore esset, non intellexit.* si in eo non fuisset, sed laboris sui, sudoris, sanguinis impendio debuisset adipisci, quis dubitet longè majorem habiturum fuisse æstimationem? at aliunde jam felix nihili fecit, nec curavit. *Non intellexit.* Eadem causa est, ob quam etiam tu non magni facis tanta beneficia cœlitus collata: quia *es in honore*, non *adipisceris.* sed numquid hæc ipsa causa tantò magis te condemnat ut ingratum?

3. Considera quomodo dicatur im-

primis, *homo comparatus esse jumentis insipientibus* in intellectu, quia non capiebat miser, non intelligebat, sed potiùs instar bruti discurrendo non intellectui, sed sensui obsequebatur. Hinc est, quòd non dicatur *comparatus* quibuscunque animalibus, sed *jumentis*, & quidem *insipientibus*. quia inter bruta animalia sunt nonnulla, quæ plus præferunt quàm brutæ mentis, uti sunt Alcyones, sunt Aquilæ: at è jumentis nullum est nisi stolidum. & tamen homo non contentus imitari quodcunque genus jumentorum discursu suo, se demisit ad stolidissima quæque: *Comparatus est jumentis insipientibus.* Et tu quid agis, cùm judicas æquum esse, ut bona temporalia præferas æternis, solùm quia illa sunt præsentia, ista autem futura? certè aliud non agis, quàm quòd discurras ad modum jumenti insipientis.

4. Considera, cùm homo vilibus iumentis intellectu se conformet, mirum non esse, quòd illis etiam voluntate conformetur: & ideo mox adjungitur: *similis factus est illis.* quia nihil jam ad similitudinem deest. Ait *factus*, non ait *natus*, quia si homo jam est similis animalibus, non est per naturam, sed per electionem, & ideo tantò deterior illis, quantò non est, sed vult esse similis, obstinatè in terram dejecto vultu, qui ad cœlum intuendum formatus erat: *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Ps. 16. In quo ergo consistit similitudo tam probrosa cum brutis animalibus? in eo, quòd impetum sequatur omnis cupiditatis effrænis more illorum, q[illegible] hoc unum intentus, ut indul[illegible] cultati suæ Irascibili & Concu[illegible] li. Unde vides quosdam [illegible] instar serpētum ad omnem sen[illegible] juriæ exardescere: *Furor illis [illegible] dùm similitudinem serpentis.* Ps. [illegible] lios audaces instar leonum, [illegible] dos ut lupos, alios sordidos ut p[illegible] & ita de ceteris loquendo, qu[illegible] pturâ sacrâ plurimi recensentur. [illegible] ne hoc est spectaculum miser[illegible] dignum cernere tot homines [illegible] instar continuò agentes? imò [illegible] isti agunt deteriùs! quia inter [illegible] nimalia unum huic, aliud alter[illegible] est obnoxium. Leo non hoc [illegible] quod Ursus, nec Ursus ad mod[illegible] onis agit, itáque de reliquis. [illegible] nem sæpe contingit in se solo [illegible] complecti: *Ursus insidian[illegible] ctus est mihi, Leo in abscondito.* [illegible] 3. 10.

5. Considera ea, quæ bacten[illegible] cta sunt, posse pluribus accidere [illegible] illorum, qui sunt ad dignitates [illegible] *Cùm in honore esset, non intellexit* [illegible] pe cùm priùs esset civilis, man[illegible] modestus, vitæque Angelicæ; [illegible] inde mutatur, ut dici possit: *Co[illegible] ratus est jumentis insipientibus, & [illegible] lis factus est illis.* Talis est magi[illegible] fascinum honoris, dementat an[illegible] ut vix amplius agnoscas esse hum[illegible] & quænam virga magica eam [illegible] morphosin induxit tam fœdam? [illegible] omnibus aliis Adulatio: *Laud[illegible] peccator in desiderijs animæ suæ.* Ps. [illegible] atque sic paulatim amittit pod[illegible]

scelerum, quæ audit quasi præclara facinora extolli. Quàm felices ergo forent illorum aliqui, si haberent, qui illorum oculis quasi speculum objicerent istum versiculum. Davidis, qui tam aptus est ad statum illis suum repræsentandum; sed quomodo habere possunt, si nolunt? Speculum consulere est hominum, non brutorum.

XV.

Fructus autem Spiritûs sunt Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas. Gal. 5. v. 22.

1. Considera duas esse proprietates fructuum. Prima est, quòd sint ultimum, ad quod pertingit potentia arboris: *Ultimum potentiæ.* nam arbor profert ramos, frondes, flores: cùm fructus produxerit, ampliùs nihil potest, & ideo isti sunt gloria arboris. Altera est, quòd sint dulces, suaves, delicati, adeò ut gustus illis mirificè delectetur. Ecce igitur, quam ob causam opera Spiritûs Sancti, hoc est, virtutes Christianæ tam aptè fructus appellentur. Primò, quia ipsa sunt illud ultimum potentiæ, ad quam pertingere potest homo Christianus. Equitare egregiè, digladiari, saltare, pingere quid demum est? nihil prorsus; quia sunt opera, quæ procedunt ab homine juxta potentiam suam naturalem. Id, quod nobis monstrat, quid possit, sunt opera virtutis, quæ ab ipso procedunt non juxta potentiam suam naturalem, sed supernaturalem: & ideo etiam ista ejus sunt gloria. Præterea sunt suavissima, quia, quisquis gustat, novit quantum afferant dulcedinis, delectationis, & gaudij. qui non gustat, reverà nescit. Unde Sponsa dicebat: *Fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cant. 2. quia fortè alieno gutturi talia non erant. Solum hoc est discrimen, quòd ceteri fructus parùm conducant arbori, à quâ pululant: nam eos producit quidem, sed non fruitur: isti verò potiùs hominem, qui eos protulit, quàm alios delectant. Horum igitur fructuum amore capi te oportet: & si audire delectat, quòd adeò sint suaves, etiam audire non pigeat, quòd sint ultimum tuæ potentiæ, seu conatûs. quia ad illos producendos non sufficit languor tuus, sed animare debet suâ gratiâ Spiritus Domini: imò ipse est, qui potiùs totum aget. unde vides illi magis quàm tibi tribui, quia dicuntur fructus Spiritûs, & non fructus hominis spiritualis: *fructus autem Spiritûs sunt &c.*

2. Considera fructus istos sigillatim, ut magis ames. Sunt autem duodecim, pulcherrimo, ut videbis, ordi-

ne adducti. Ponimus imprimis, virtutes esse, quæ te perficiunt. quædam quoad interna, aliæ quoad externa hoc præstant. ab illo faciendo initium, quod est intra te, hoc est, à te ipso, quænam est prima virtus, quæ te perficit? Charitas est: quia sicut rerum naturalium primus est motus, prima inclinatio, primus impetus, quo feruntur ad centrum: ita in supernaturalibus primus motus cordis humani tendere ad DEUM, quod aliud non est, quàm amare verum suum bonum, & ideo primo loco ponitur *Charitas. Super omnia autem charitatem habete.* ista deinde trahit ceteras virtutes, & sic etiam est *vinculum perfectionis*, quia trahit cunctas. Sed quænam illæ, quas primò trahit ut magis proprias? Gaudium, & Pax. nam DEUM quisquis amat, habet, quod amat. si amas pecuniam, voluptates, consanguineos, non habes illico, quod amas. Jacob amore deperibat Rachelem, & tamen quanto fuit opus labore, ut illâ potiretur, at DEUM si ames, illum mox habes: totus est tuus. *Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEUS in eo.* 1. Jo. 4. & ideo statim hinc etiam resultat gaudium, quod est jucunditas ex possessione rei amatæ. & quoad hoc ait *Gaudium. Gaudete in Domino semper, iterum dico: gaudete.* Philip. 4. Porrò hoc gaudium non debet esse fallax, frivolum, falsum, quale illud est mundi, quod non reddit quietum: debet esse perfectum, & ideo etiam Apostolus adjungit *Pax*, quia tunc anima pacem habet, quando bonum, quod possidet, duratu conditiones, nempe esse summ esse securum. has autem habet cùm DEUM amat, quia possid mum bonum, hoc est, tale, qu ximè possit facere, ut *gaudium num.* Jo. 16. v. 24. & possidet b securum, quia nemo illud pos pere invito. *Gaudium vestr tollet à vobis.* Jo. 16. v. 27. & nima, dum hoc perpendit, læt *Facta sum coràm eo quasi pacem riens.* Cant. 8. v. 11. ita ut denotet fruitionem charitatis, perfectionem. Verum est, quemadmodum in terrâ charit quit esse perfecta, ita nec pax es sit. & cur? quia anima semp tuere potest, ne permittat se ab hostibus bono, quo fruitur. sunt turbæ, tot tentationes, tot ut meritò debeat formidare, cumbat. Et ideo ad resistend insultibus succedit *Patientia*, illa, quæ facit, ut omnis toler versitas, quin cedatur. Ecce hîc opus perfectum, quia Patie timam præstat securitatem in fione DEI tui. atque ita his v bus abunde ordinaris interi quoad bona, quàm quoad mal *arma justitiæ à dextris & à sin* 2. Cor. 6. quia tres primæ te p ciunt circa ea, quibus gaudes, Pa tia circa ea, quæ toleras; *Pati autem opus perfectum habet.* Ja

3. Considera virtutibus, qu perficiunt in interioribus anim cedere illas, quæ te perficiunt in teriorib

tetioribus. Sed quæ sunt illa externa? tria sunt genera, quædam supra te, alia circa te, alia infra te. Supra te est DEUS: circa te proximus: infra vel subter te corpus tuum, sensus mi. sensualitas tua. *Subter te erit appetitus tuus.* Igitur supra te est DEUS: hic verò ita est extra te, ut etiam sit intus. unde cùm hactenus de illo locuti simus tanquam de re internâ, supervacaneum erit de illo loqui tanquam de re externâ. Supereſt, ut dicamus de eo, quod est circa nos, & quod infra nos. Quoad proximum, qui est circa te, imprimis te perficit Benignitas, quia oportet habere modum agendi placidum, urbanum, civilem, & ab omni cruditate alienum: *Estote invicem benigni.* Eph. 4. v. 32. idenim maximè necessarium est viruris studioso, ut hujus amorem aspiret illis, quibuscum versatur: & ideo dicitur *Benignitas.* sed quid demum valent hæc benevolentiæ signa sine fructibus? Necesse est insuper proximo benefacere, illi succurrere, illum sublevare, juvare, & ideo subjungitur *Bonitas*, virtus illa, quæ inclinat ad auxilium alijs præstandum. *Bonitas est virtus, quæ prodest.* S. Hier. & hæc maximè DEO similem facit, illi scilicet, de quo scribitur: *Dante te illa colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Ps. 103. v. 28. verùm à beneficio alijs præstando hominem potiùs quàm DEUM avocant. Primum est videre, quòd proximus non proficiat ex bono sibi præsito. exempli causâ, quòd scholaris non discat, ingratus non agnoscat, infirmus non sanetur, malitiosus non convertatur. Alterum est videre, quòd non modò non proficiat, sed potiùs te offendat, injurijs & contumelijs lacessat. Jam verò contra primam difficultatem armabit *Longanimitas*, virtus illa, quæ nunquam desponder animum obtinendi, unde semper vadit conjuncta quasi soror misericordiæ: *Longanimis, & multæ miserationis.* 2. Esd. 9. v. 17. *Longanimis, & multùm misericors.* Ps. 102. Contra secundam difficultatem valet *Mansuetudo*, illa virtus, quæ iram coërcet: *Ego quasi agnus mansuetus.* Jer. 11. v. 19. Porrò omnes istæ virtutes nequidem versus proximum satis ordinant, nisi alia accedat, nempe fidelitas, hæc enim fidem tibi conciliat, hæc securitatem præstat, ut nemo duplicitatis aliquid in te suspicetur: & ista hoc loco dicitur *Fides. Vir fidelis multum laudabitur.* Prov. 28. v. 20. Restat ergo, quod est subter te, corpus scilicet, sensus, vel sensualitas. & quoad hoc primò ponitur *Modestia*, quæ componit omnes motus tuos externos. tum *Continentia*, quæ sensus tuos, visum, auditum, gustum, cetero'sque cohibet à voluptatibus superfluis quantumvis licitis. Denique *Castitas*, quæ sensualitatem coërcet à voluptatibus illicitis: *sub te erit appetitus tuus*, tam sensitivus quàm sensualis, & *tu dominaberis illius.* Gal. 4. Jam verò considera tantisper, quàm speciosi fructus sint isti! an non videntur omnes digni, omnes Divini?

vini ? Tuum hunc est illorum capi amore.

4. Considera S. Joannem jam olim vidisse in Paradiso Arborem vitæ, quæ dulces germinabat fructus : *Lignum vitæ afferens fructus duodecim.* Apoc. 2. v. 22. Et hæc arbor justum repræsentat, qui aspirante gratiâ Divini Spiritûs profert fructus duodecim hactenus explicatos. Ita est, Arbor illa nonnisi singulos singulis mensibus progerminabat : *Per menses singulos producens fructum suum.* tibi producendi sunt quotidie, quia quotidie occasiones occurrunt virtutes istas exercendi. potes tamen mensibus singulis unam eligere sigillatim & specialiter exercendam. Primo statues exercere charitatem, frequentando actus Amoris Divini, nominatim aspirationes & anhelitus ad summum Bonũ : *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ ?* &c. Can. 8. v. 1. Secundo propones Gaudium, exercendo te ipsum circa præsentiam Divinam per viam affectûs, qui faciat quasi cernere, ne dicam habere præsens bonum tuum. *Ecce DEUS Salvator meus : fiducialiter agam, & non timebo.* Is. 12. v. 2. Tertio propones Pacem totum cor tuum in solo DEO positurus abstrahendo illud paulatim à rebus omnibus creatis, ut quæ turbare te possint, nunquam verò satiare. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram ?* Quarto propones Patientiam majore quàm unquam constantiâ omnes superando adversitates tam externas, quàm internas, quæ tibi accidunt : *Patior, sed confundor.* 2. Tim. 1. v. 12. [illegible] quod de virtutibus dictum [illegible] intus te perficiunt, etiam [illegible] cies, quæ te perficiunt exter[illegible] ita quinto mense tibi propo[illegible] gnitatem, sexto Bonitatem, [illegible] Longanimitatem, octavo man[illegible] nem, nono Fidelitatem, deci[illegible] destiam, undecimo Contin[illegible] duodecimo Castitatem, exer[illegible] solito efficaciùs actus pro[illegible] rum omnium virtutum ? [illegible] ni, si sic agis, vide tantisper, [illegible] tas radices egerit hæc arbor [illegible] tuo ; semper aquires plus fa[illegible] faciendi fructus ; & hi fruct[illegible] stea promittent tibi alium long[illegible] rem, æternam nempe beati[illegible] non enim existimare debes [illegible] esse fructus tantùm, fructus sim[illegible] & flores : *Flores mei fructus [illegible] & honestatis.* Eccl. 24. v. 23. q[illegible] ra bona, quatenus à nobis prod[illegible] tur, sunt fructus, quatenus ve[illegible] ponunt ad Beatitudinem, sun[illegible] Imò quemadmodum in flore [illegible] mus quoddam quasi principi[illegible] ctûs, ita in virtutibus sentimu[illegible] principium felicitatis, quam [illegible] promittunt. Itaque insuda fac[illegible] operibus virtutum, in fine d[illegible] advertes verum esse, quod d[illegible] *Bonorum laborum gloriosus est fr[illegible]* Sap. 3.

5. Considera, quantò sit me[illegible] perari juxta spiritum, quàm [illegible] dùm carnem. Caro enim qu[illegible] ctus afferre tibi potest ? nullum

mino. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Rom. 6. Opera carnis, quæ sunt vitia, non sunt fructus: fructus autem sunt opera Spiritûs, quæ sunt virtutes. Primò quia, si virtutes sunt ultimum potentiæ humanæ, vitia sunt ultimum debilitatis ac languoris: nec producuntur secundùm naturam ipsius, sed præter naturam, ita ut sint quidem ejus germina, sed improportionata, spuria, adulterina. Secundò quia, si virtutes sunt dulces, vitia è contrario sunt amarissima. ut idcirco Apostolus, cùm vitia enumerare voluit opposita virtutibus recensitis, vocaverit *opera carnis*, non *fructus carnis*. & tamen tot homines pro majore fructu reputant operari secundùm carnem, quàm secundùm spiritum. Erubesce, si fueris unus ex his, & propone fructus tuos non ampliùs ex tali horto colligere: si tamen sunt fructus, & non potiùs suavitates junctæ doloribus.

* * *

XVI.

Ecce ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus. Is. 9. v. 1.

1. COnsidera, cùm Dominus absconditus sub nube sacræ Humanitatis, quam assumpsit, nube levissimâ, quia vacuâ omni pondere peccati, infans intravit Ægyptum, omnia illa idola, quibus regio abundabat, ad ejus conspectum ita fuisse commota, ut, quacunque incederet, prolaberentur in terram, quia ante faciem veri DEI falsa hæc numina stare non poterant inconcussa. Hoc est, quod Isaias prædicit hoc loco, & quod toties esset renovandum, quoties Dominus advenit in sanctissimo Sacramento. ut adeò ingressus in Ægyptum videatur fuisse typus alterius, quo ipse nunc intrat in cor tuum.

2. Considera, quàm meritò cor tuum semper à te censeri possit Ægyptus, quod tenebrosum interpretamur: quia tot ibi sunt idola, quæ dominantur, quot affectus vitiosi, quos colis: Superbia, Iracundia, Impatientia, Obstinatio, & his similes innumeri alij. nónne igitur res est planè stupenda, quòd Dominus nihilominus dignetur cor ejusmodi intrare, jam non ampliùs infans fugitivus, sed magnus, sed gloriosus, & in cœlo regnans. Adde, quòd Ægyptum illam intrârit jussus à Patre, ad istam venit sponte suâ. illam intravit nonnisi unâ, hanc innumeris vicibus: illam intravit, ut vitam servaret à mille gladijs hostilibus, qui ipsi insidiabantur, hanc subit non ut suam, sed ut tuam conservet vitam. Quantum igitur confundi te oportet, cùm vides ipsum nihilominus eò velle intrare. bene potes jam ad sacram synaxin appropinquans in-

clamare Angelos, Archangelos, & ceteros sublimium illorum spirituum ordines, qui non sunt electi ad DEUM suum hoc modo recipiendum, & dicere, ut aspiciant dignationis prodigium : *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum.*

3. Considera, quæ sit nubes ista levis, super quam venit. Est illa sacrosancta particula, quam sacerdos manu suâ deponit in linguâ. Levis dicitur, quia non componitur nisi meris accidentibus, nulla ibi substantia, nullum fulcimentum, regitur vi ingentis miraculi, quod Sacerdos consecrando patravit. Nubes vocatur, quia nubis instar ordinatur ad operiendum solem gloriæ, cùm ad te venit, ne lux ejus summa repentè te opprimat, scis nubem fuisse necessariam tribus illis famosis discipulis in monte Thabor, ne & ipsi ad tanti solis conspectum exanimarentur : *Facta est nubes obumbrans eos.* Mar. 9. v. 6. Ita nubes necessaria fuit etiam tibi. an verò non etiam nôsti, eum, quem sub hac nube recipis, esse Christum JESUM ? Cogita ergo, quanto cum spiritu humilitatis susscipere illum oporteat, dum cernis ipsum in præsenti statu Majestatis, in quo non dedignatur intrare Ægyptum, qualis est cor tuum. In hanc Ægyptum venit non secus ac in quodam vehiculo, in quod ascendit, ut talem faceret ingressum : & idcirco etiam in ipsum ascendisse dicitur : *Ascendet Dominus super nubem levem,* nisi malis dicere, hanc vocem usurpari ad demonstrandum, quòd vi[illegible] sibi elevari, cùm amore tui m[illegible] demittit : *Ponit nubem ascensu[illegible]* Ps. 103. v. 3. Ut ut sit : hoc[illegible] lo concluſus venit, quis neget ? absconditus, venit solus : [illegible] illum adora profundissimo ob[illegible] quia cùm summus quidam [illegible] venit incognitus, non debet [illegible] obsequium apud eos, quibus e[illegible]

4. Considera, si ad ingressum [illegible] olim Christus infans fecit in Æg[illegible] omnia idola horrore percul[illegible] longè magis nunc percelli o[illegible] Nunc enim venit non ad mod[illegible] gitivi, sed regnantis, & ideo [illegible] tò justius timetur ? Jam andi[illegible] ista esse omnia vitia, quæ intus [illegible] de tuo stabulantur. ista verò [illegible] dejci oportet ? solo conspe[illegible] *facie Domini.* quî enim fieri p[illegible] ut visis exemplis illis adeò D[illegible] quæ Christus in sanctissimo præs[illegible] cramento, ullum tuorum v[illegible] stare audeat, ne dicam contu[illegible] obsistere ? Idolum tuum sole[illegible] mum superbia est, & quomod[illegible] repente cadit *à facie Domini !* [illegible] Dominum sub illâ hostiâ tam[illegible] humiliatum, ut planè dici poss[illegible] nanitus, quia sub illis speciebu[illegible] quidem habet ampliùs formam [illegible] ut olim, cùm *exinanivit semet[illegible] formam servi accipiens.* imò nec [illegible] mam hominis, sed solummodò [illegible] cibi. & tu te demittere dedigna[illegible] *Non apponat ultra magnificari ho[illegible] mo super terram.* Ps. 10. v. 18. Idc[illegible] tuum est Iracundia, Idolum tum[illegible]

Imparientia, Idolum tuum est amor summus honoris proprij, & cuncta illa non simul concidunt *à facie Domini?* dum vides mansuetudinem invictam, quâ Dominus suffert sub illâ hostia injurias, quas quotidie accipit vel à gentilibus, vel ab Hebræis, vel ab Hæreticis, imò ab ipsismet tot Sacerdotibus, qui non distinguunt cibum hunc sacrosanctum à Pane, qui projicitur canibus. Posset miseros illos uno ictu fulminare, sed non facit, imò insuper habitis tantis injurijs adesse pergit sub innumeris particulis, donec omnes destruantur species Sacramentales, adeò est mitis: & tu illico iraſceris? *Omnis injuria proximi ne memineris.* Eccl. 10. v. 6. Idolum tuum præ omnibus est inclinatio & amor summus propriam faciendi voluntatem. & non etiam istud cadit attonitum *à facie Domini?* Vide, quæ sit illa obedientia, quam quovis manè Dominus exercet in tot mundi partibus: dum ad solam vocem non suorum superiorum, sed Ministrorum in aræ comparet, comparaturus in quocunque loco, si vocaretur, modo adsit apta materia consecrationis, & animus consecrandi. & tamen non ignoras, quàm multi sint, qui consecrant indignè. quomodo igitur à facie Domini stare adhuc potest illa tanta propensio obsequendi tuæ voluntati, tuo judicio, tuo genio, tuo gustui & arbitrio agendi? *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter DEVM.* 1. Pet. 2. v. 13. Id verò, quod de his diximus, de cæteris dici velim tot idolis, quæ inte reperiuntur, maximè crudelitatis in pauperes, & adversùs plebeios supercilij, quæ ad Christi benignitatem in Sacramento, demissionem, charitatem, & æqualem erga omnes humanitatem non in frusta tantùm sed in pulverem comminuenda essent. nónne æquum foret omnia hæc idola uno impetu prosterni, ut ne unum quidé supereſſet? *Elevabitur Dominus solus in die illâ, & idolum penitus conteretur.* Is. 2. v. 17. Iste est triumphus, quem Christus reportavit infans in Ægypto, etsi non quæreret. quâ igitur ratione fieri potest, ut illum non reportet nunc adultus, dum quærit? fac, ut etiam de corde tuo cum veritate dici possit, si nondum relatus est triumphus, illum jamjam referendum: *Ecce ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus.*

5. Considera, cur Isaias non dixerit fore, ut simulacra ista cadant, sed solùm ut commoveantur, cùm reverà etiam ceciderint: *Commovebuntur simulacra Ægypti*: Hoc factum est, si bene advertas, ut ostendat, illa cadere debuisse, non ut statuas manimes à cœlo fulminatas, sed ut simulacra viva, quasi cognoscerent Divinitatem, colerentque Numinis præsentis. Idem facere pariter oportet idola tua: non debent expectare, dum Dominus instar fulminantis ipsa dejiciat, sed debent commoveri, hoc est, cadere ex amore: quia non æstimat obsequia violenta. si vellet vi subijcere sibi animos,

mos, utique hoc posset, sed hoc facere non curat. Itaque sicut olim non admittebat in suis sacrificijs victimas, quæ vi pertraherentur, sed quæ sponte ambularent, ita nec in suo servitio admittit obsequia violenta, sed voluntaria: *Bono animo gloriam redde DEO.* Eccl. 35. v. 10. Fac igitur, ut affectus tui monstrent [illegible] quem habent, ad conspectum [illegible] ni, & sic sponte suâ sternantur, [illegible] nisi fiat, dicendum erit, illos [illegible] esse induratos, & indociles [illegible] lis, quæ hanc gloriam illi [illegible] derunt, quam tu negas.

XVII.

Dives, cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, nihil inveniet. Job. 27. v. 19.

1. COnsidera divitem, de quo in præsens est sermo, esse divitem iniquum; & tamen mors ejus somnus vocatur, quæ nomenclatio dari solet morti Justorum: *Lazarus amicus noster dormit.* At si bene advertas, videbis, non ita esse. Tam procul abest eum hîc dici dormiturum in morte, ut etiam contrarium asseratur. Dicitur, cùm finierit somnum: *Dives cùm dormierit*, non *cùm dormiet.* Justi, ut probè nôsti, in vitâ vigilant: hoc enim proprium est illorum decus: *Beati servi illi, quos, cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes.* Luc. 12. v. 37. & idcirco illorum mors somnus vocatur, quia tunc requiescere incipiunt à perpetuis vigiliarum laboribus: *Amodò jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis.* Ap. 14. v. 13. Impij quantum vivunt, tantum dormiunt: *Vsquequò piger dormies?* Prov. 6. v. 9. & ideo illorum mors potiùs vigilia appellatur, quia tunc demum desinunt dormire: [illegible] *ad sepulcha ducetur, & in [illegible] mortuorum vigilabit.* Job. 21. v. [illegible] reverà quàm horrendus est [illegible] quo illi miseri opprimuntur? [illegible] moventur ad tubas prædicationis [illegible] non evigilant ad sonitum [illegible] non produnt sensum vel ad ip[illegible] mina ferientium pœnarum. [illegible] igitur & cum veritate dici [illegible] illorum somnum esse similem [illegible] adeò altè dormiunt. Quod si [illegible] quid mirum, si deinde mors [illegible] in vigiliam, cui nulla ampli[illegible] cedat quies? ô quantò meli[illegible] est, nunc patienter per dies [illegible] vigilare, quàm postea cum his [illegible] ris ad vim tormentorum, in equ[illegible] catastis, rotis per secula. tunc [illegible] cet, cùm impijs omnino somnus [illegible] ciderit: *Recessit somnus ab oculis [illegible]* 1. Mac. 6. v. 10.

2. Considera hunc divitem, cùm [illegible] lethargo suo evigilaverit in morte [illegible]

nihil secum acceptorum de tantis opibus, cujus possidebat in terrâ. quid ajo nihil acceptorum? ne quidem furari quidquam poterit per fraudem, nec rapere per vim: *Dives, cùm dormierit, nihil secum auferet.* Non dicit: *afferet*, sed *auferet*, ut ostendat, omnem conatum, quem adhibet infelix, ut vel minimum secum asportet in orbem alterum de rebus, quibus hîc fruebatur, fore frustraneum. Dives iniquus non est contentus suo: ideo non solùm *affert* infertque ærario suo omnem illam pecuniam, quam è suis proventibus jure accipit, sed etiam quam non accipit. quia dat ad usuram, commutationes facit injustas, census colligit iniquos, sanguinem fugit pauperum, non solvit Ecclesiis, non præstat debita Monasteriis, non implet legata pia, & sic non solùm *affert*, sed *aufert*, quidquid potest vel fraudando proximum, vel iniquè premendo. & quamdiu miser faciet prædas? donec mors omnia ad fiscum trahat. tunc enim nihil illum amplius juvabunt artes tam variæ, quibus nunc circumvenit alios, nihil vis proderit aut fraus, quidquid agat, non poterit vel unum suffurari teruncium. *Nihil secum auferet.* Verum est id omnibus in morte commune esse, *nihil* tunc *secum auferet*, aut si malis dicere, *afferet* etiam dives justus, sed maximo discrimine. Nam iste pecuniam præmisit exponendo ad mensam Paradisi: unde parum illum anget in morte, quòd illam ferre secum non possit. ibit ad eam cum lucro summo tollendam dementsâ. at dives iniquus eò nihil præmisit: & ideo detrusus ad inferni barathrum quid dicturus est, cùm viderit tantum sibi non superesse, ut sufficiat ad parandam pro seculis tot millenis vel unam aquæ guttam? tunc enimverò tunc agnoscet veritatem sententiæ? *Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Eccl. 5. v. 9. quia uterque dives tam justus quàm iniquus æqualiter abundabat divitiis: sed iniquus eas amavit, & ita retinuit: justus non amavit, ideo pauperibus dispersit. atque ita quid contigit? ut justus fructum caperet immensum, iniquus nullum. Tu judica, quis fuerit prudentior: *Beatus vir, qui post aurum non abiit*: sed pro eo, quòd abiret post aurum, quasi vile mancipium, potiùs illud ante se misit more grandium. Eccl. 31. v. 8.

3. Cõsidera, quid interim futurũ sit illi misero diviti in inferno, *quando aperiet oculos suos, & nihil inveniet?* accidet illi quod homini, qui evigilans opes quærit, quas in somno tã copiosas sibi posse dere videbatur, & non invenit. evanuere cum somno. O quis erit tunc mœror, quæ afflictio? maledicet infelix tunc somno, qui finxit divitem, ut deinde majore dolore suspiraret se inopem: maledicet amentiæ, maledicet insaniæ suæ: & tunc quàm vellet bene expendisse pecuniam, quam expendere nesciebat, cùm viveret: siquidem ita expendit, uti dormiens faceret. sed quid juvat? non est amplius tempus expendendi, quia miser equidem aperuit oculos, sed jam redactus ad inferas. & ideo nihil illum juvare potest,

ut discat bene expendere, quod non habet. *Aperiet oculos suos:* sed eodem tempore, *nihil inveniet.* Tu verò pro utilitate tuâ adverte, ubi demum peccatores aperiant oculos: in inferno. Infelix epulo Jerosolymis habebat Lazarum quotidie ad limen palatii, & eum non vidit, adeò erat oppressus à somno, vel certè dissimulabat videre. postea verò quid accidit? præcipitatus est in infernum. *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.* & è barathro tam profundo eum agnoscere potuit in sinu Abrahæ, quamvis, ut constat, ingens interesset Chaos: *vans oculos suos, cùm esset in tor vidit Abraham à longè, & Laz sinu ejus.* Luc. 16. v. 24. En! lis tormentis bene aperuit ocu licior futurus, si denuo licuis dere, non priore somno, sed frustra id speres; quia *dives cùm mierit, aperiet oculos suos, & nihi niet*, quo vel carnificem e interfectorem.

XVIII.

Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmâsti super me manum t
Ps. 33. v. 5.

1. COnsidera, cùm venator consequi desiderat feram aliquam fugitivam, cervam puta, vel capream, varias exonerare sagittas, quarum aliquæ demum infixæ lateribus vel tardent gressum vel inhibeant? & sic imminentem à tergo injicere manus, eámque sistere. Hac uti similitudine videtur David in hoc Psalmi pœnitentialis versiculo. nam cùm ille fugitivus à DEO recederet, DEUS variarum calamitatum sagittis, quas primò intentabat, demum etiam exonerabat, stirit fugã, adeò ut prehenderet manibus, *Confirmavit super eum manum suam*, & totum denique occuparet. Quod fecit DEUS cum Davide, continuò facit cum plurimis, quibus vult bene. Videt frustra se usurpare lenia remedia illos sibi reddendi subditos, tam homines iis inflatos animis, ut *pullos onagri se liberos natos puter* 11. v. 12. Quid igitur facit? promit sagittas acerbas, sagitta tas, & cùm illi liberiùs vagantur, penre ferit. & ubi ferit? ubi ma maximè opportunum. Est em dexteritate venator, ut, ubicu vult, feriat. *Sagitta ejus, quasi vo interfectoris, non revertetur vacua.* 50. v. 9. hunc ferit in renibus sus do atroces calculi dolores: illum culis, afferendo cæcitatem: alia auribus, efficiendo surdum: alium manibus condemnando ad molest Chiragræ, & sic demum obtinet, horum quilibet se victori permitta attentè consideres, innumeros vidi

quos Dominus hac sagittariâ venatione assequitur. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent.* Ps. 44. v. 6. Pro omnibus sit miser ille filius prodigus, qui correctionis impatiens constituit procul fugere à patre: abiit in regionē longinquam. contra istum cœpit Dominus exonerare genus illud sagittarum, quas apud Ezechielem pessimas appellat, hoc est, famis: *quando misero sagittas famis pessimas, quæ erunt mortiferæ.* Ezech. 5. v. 16. & illis eum redegit in potestatem. sagittæ istæ quamvis pessimæ paupertatis, abjectionis, derelictionis, confusionis publicæ, in manu Domini plerumque redduntur salubertimæ, quia efficacissimæ ad domandum fastum eorū, quos fortuna extollit. Tu modò id, quod diximus, ad tuum applica commodū, & vide, an Dominus contra te non depromserit aliquam istarum sagittarū, ut te lucrifaceret. si usus est, gratias illi habe, quia signum est summi amoris. sin minùs, ut eiamnum utatur, roga, quia hinc facilè pendere salus tua potest. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmâsti super me manum tuam.*

1. Considera idcirco dici: *Confirmâsti super me manum tuam.* non solùm *firmâsti*, sed *confirmâsti*, quia cùm Dominus hoc modo lucratur animas, solet eas solidiùs, stabiliùsque lucrari, ita ut non perdat ampliùs, quippe quæ vulneratæ non tam facilè elabuntur. hinc est, quòd tribulationes habeantur pro signis tam certis prædestinationis ad gloriam: quia ut plurimum Dominus istarum ope non *firmat* duntaxat, sed etiam *confirmat* super animas *manum suam.* & ista sæpe est confirmatio in gratiâ, quam audis DEUM fecisse multis, nominatim Apostolorum singulis, nempe multa dedisse toleranda. unde Paulus ajebat: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* non *ut sit* quocunque modo, hoc enim nihil admodum afferret solatij, sed *ut inhabitet*, quod est solatium summum. 2. Cor. 12. v. 9. Accedit, si Dominus animam aliquam hac viâ lucretur, signum id esse benevolentiæ non vulgaris, quia venatu quæsivit, uti eidem Paulo est factum. & si tanto impendio illam obtinuit, quis credat eum facilè perditurum prædam, quam ipse est consecutus, & quidem nonnisi sagittarum vi, quarum usus non est, nisi contra feras longiùs errantes, & à venatore profugas: minùs fugitivæ etiam retibus illaqueantur. Itaque si Dominus tantam ejus animæ curam habuit, etiam cùm tam fœdè profugeret, ut ad illam sistendam volarent sagittæ, certò sperari potest fore, ut, cùm apprehenderit, non solùm *firmet*, sed & *confirmet* super ipsam *manum suam*, ita ut non effugiat deinceps.

3. Considera, ut cuncta hæc fiant, necesse esse sagittas non leviter ferire fugientem, sed configere, aliàs fugitiva fera eas statim excutit, & prosequitur fugam. Idem in adversitatibus accidit à DEO immissis. si leves fuerint, ut ultra cutem non penetrent, quemadmodum dici solet, non sortiuntur

untur effectum. tunc sortiuntur, cùm non affligunt tantùm, sed durant, ita ut nulla spes sit iis se liberandi. tunc enim contingit denique animam se permittere DEO. unde dicebat David: *sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmâsti super me manum tuam.* tunc enim venatori certa est fera, cùm sagittæ altè figuntur: *infixæ sunt.* cùm non altè figuntur; certa non est. quare? quia tunc non domant. ad domandum, necesse est tantum ebibi sanguinis, ut certi spiritus vel nimii vigoris, vel exorbitantis vanitatis elangueant. ad quod allusisse videtur Job, cùm dixit: *Sagittæ Domini in me sunt, quarũ indignatio ebibit spiritum meum.* Job. 6. v. 4. & quis ille spiritus, quem ipsæ ebibunt, nisi is, de quo loquimur? Spiritus vivacitatis, Spiritus vani Spiritus arrogantiæ? ô quàm exugunt spiritum hunc audacem sic homo factus humilior, facilè jicitur Domino suo, & efficitur *Beati pauperes spiritu.* Itaque deras pervenire ad beatitudinem sublimem, quam Christus primo posuit, roga ipsum, ut dignetur adversus te usurpare sagittas suas illas defigere, donec te demittas, sunt equidem sagittæ indignantes sed plenæ amoris. fortè Dominus habet rebus tuis? si te venit id agit pro bono tuo, non pro molumento suo.

* * *

XIX.

Quomodo Cataclysmus aridam inebriavit, sic ira Domini gentes quæ non exquisierunt illum, hæreditabit. Eccl. 39. v. 34.

1. COnsidera nomine Cataclysmi significari quamcunque inundationẽ, in SS. litteris verò nonnisi maximam illam totius orbis in universali diluvio. hinc est, quòd alibi de peccatoribus loquens dicat sapiens: *Propter illos factus est cataclysmus.* Eccl. 40. v. 10. æstima nunc, qualis illa fuerit inundatio, quàm ampla, quàm profunda, quàm vasta, & major, quàm mente possis assequi! non solùm aquæ altissima juga montium, qualia illa erant Armeniæ, superabant, sed omnem terram ita occupabant, ut solæ narentur. in eam se penetrabant, eam se insinuabant, ut nec minima pereesset particula, quam non rent. Nunc mentem transfer templationem inferni, & quod tibi modò in aquâ est, imaginare in igne. Vides, uti aqua dominata sit in omnem partem? ita illic ignis dominatur reprobos, adeò ut penetrando ad animam pertentet intima viscerum, venarum, medullarum,

illi non minùs inebrientur ab igne, quàm terra ab aquâ. *Super eos effundam quasi aquam iram meam.* Os. 5. v. 10. Tum verò an putas à damnatis levari posse in cœlum oculos ad illud convertendum? Ah nunquam hoc illis permittet capitibus incumbens immensum diluvium! O quot cubitis etiam illos superat, qui supremum in inferno locum obtinent. cogita proinde, quid sit in imo desidentibus. O quàm verè exclamans dicere quisque DEO poterit: *Abjectus sum à conspectu oculorum tuorum.* Jon. 2. v. 7. Innatant omnes illi infelices ignis oceano: imò ignis ebibendo illos innatat ipsis. O quàm sunt illi immersi, quàm circumfusi: quid ajo sunt? parùm hoc foret, sed erunt per omnem æternitatem. & hoc est, quod dicere voluit: *Quemadmodum cataclysmus aridam inebriavit, sic vae Domini gentes, quae non exposuerunt illum, hereditabit.*

1. Considera Iram Divinam esse ejus Justitiam, cùm iram aliam non habeat, Justitiam Vindicativam: Iram pacatam, placidam, tranquillam, haud dubiè, sed ideo magis formidandam; quia sicuti tranquilla est, cùm judicat: *cum tranquillitate judicas.* Sap. 12. v. 18. ita est implacabilis, postquam judicaverit. Jam igitur haec est Ira, quae fertur super illud ignis diluvium, uti in principio mundi Spiritus Domini ferebatur super aquas, & illi tribuit vim agendi tam horridam, illum accendat, illum inflammat, haec est, quae nemininùs operatur quàm ignis: *Indignatio ejus effusa est ut ignis.* Nahum. 1. v. 6. Imò ô quantò plus operatur quàm ignis! quia non tantùm omnibus incumbet reprobis urendo, sed cunctis affligendo modis, convenientibus loco, qui est propria sedes & patria tormentorum excogitabilium. *Locus tormentorum.* Enumera, si potes, quae in inferno sentiuntur, tormenta, ferrum, feras, rotas, sitim, furorem, tristitiam, ignominiam, invidiam, rabiem, desperationem, damnum: tot enim modis Ira divina sibi vendicabit reprobos, qui demum ipsi in hæreditatem cesserunt.

3. Considera rationes, ob quas Ira Divina dicatur non utcunque possidere reprobos, sed hæreditare: *hereditabit.* Multiplex est ratio. 1. quia illos perfectè possidere nequit nisi post mortem, dum vivunt, omni momento amittere illos potest, ut quia ipsam non spectant nisi *jure mortis*, uti spectat hæreditas. 2. quia mortui cùm fuerint, nullus amplius erit labor possidendi. aquirit enim titulo, qui excogitari possit, justissimo: *jure suo.* 3. aditâ possessione, nemo erit, qui velit aut possit aliquando eripere: æternum possidebit *jure perpetuo.* 4. denique quemadmodum Misericordia suam habet hæreditarem, ita & Justitia, quae soror est. hæreditas Misericordiæ erunt Electi: hæreditas Justitiæ erunt Reprobi. illa erit nobilior, ita copiosior. unde illa comparatur stellis, ista arenæ: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut*

cut arenam, quæ est in littore maris. Omnimodam hæreditatis divisionem inter duas illas grandes sorores faciet dies Judicii vi supremæ sententiæ, quam Christus feret: atque ita finientur, ut sic dicam, lites tot seculorum. Nunc Misericordia laborat, quantum potest, minuere hæreditatem Justitiæ. Justitia verò non patitur prævalere Misericordiam, nisi salvo quocunque titulo Juris. die illo facta cõpromissio in Christũ, quem jã dudum concordibus votis tanquam supremum causæ arbitrum elegerunt, prorsus aquiescent hæreditatis portioni, quæ cuilibet continget. & sic invicem complexæ perpetui fœderis postremum dabunt osculum: *Justitia & Pax osculatæ sunt.* post hæc enim nulli locus erit contentioni. Justitia Misericordiæ relinquet plenissimam cujusvis electi possessionem. Misericordia vicissim Justitiæ possessionem pacificam omnis Reprobi: & sic utraq; æternũ fruetur eo, quod ad ipsã spectat. Nunc perpende tantisper, in cujus sortem tu aliquando transiturus sis. faxit DEUS, ut illi non contingas, cui major pars non melior tribuetur.

4. Considera, quinam sint, quos, ut dicitur, hæreditabit Justitia, hoc est, Ira Divina. sunt illi, qui Dominum sincero corde non quæsierunt. *Ira Domini gentes, quæ non exquisierunt illum, hæreditabit.* O quem verba ista non impleant, imò non cumulent horrore? adverte, quòd dicatur: *Gentes, quæ non exquisierunt illum.* si diceretur: illi populi, qui DEO verterunt dorsum ut se inclinarent metallis, ma[illegible] bus, Idolis infamibus. si dicer[illegible] illi crudeles, qui cruore huma[illegible] ram inundârunt, qui lanienas [illegible] erunt, qui tot innocentes Marty[illegible] ris suppliciis interemerunt. si d[illegible] tur: illi nefandi, qui vixerunt [illegible] bruta pecora, involuti sordibus [illegible] impuritatum, mille spurcitiarum [illegible] cilè quivis intelligeret. non hoc [illegible] tur, sed dicitur de his, qui non [illegible] verunt, aut certè non ex corde [illegible] runt DEUM: *non exquisierunt* [illegible] & cur ita dicitur? ut intelligas D[illegible] num non solùm plectere peccata [illegible] missionis, sed etiam omissionis. [illegible] constat eos, qui idola colunt, q[illegible] micidia, & latrocinia exercent [illegible] brutis cupiditatibus obsequuntur [illegible] reditandos ab Irâ Divinâ. sed ei[illegible] constet, non perinde constat hoc [illegible] etiam futurum, qui aberrabant à [illegible] quia id cognoscere non satagebant [illegible] isti sunt *gentes, quæ*, ut dicitur, *non* [illegible] *quisierunt illum.* Tu verò hic [illegible] hil ad te ipsum reflecte animum [illegible] perpende, an eam habueris, quam [illegible] portebat, de peccatis omissionis [illegible] mationem. O quàm innumera [illegible] ejusmodi tum à quavis conditione [illegible] minum, tum ab illis præcipuè, qui [illegible] aliorum cura demandata est. [illegible] multa à Principibus, quàm [illegible] Prælatis, à Parochis, à Patribus [illegible] privatæ familiæ! *Delicta quis intel*[illegible] *git?* & ista propriè sunt delicta, si D[illegible] vo Thomæ credimus, notabiles in [illegible] defectus. Tu attende ad propria [illegible] & observa diligenter, an probè dide[illegible]

cis, quæ DEUS à te ratione officii requirit, & an præstes, quod didicisti, illum quærendo, non te ipsum, non tuam gloriam, tuum gustum, tuum lucrum, vel commodum. Nota hîc dici de diluvio: *Aridam inebriavit.* Equidem nomine *Aridæ* in sacris pagginis omnis terra appellatur. *Vocavit DEUS aridam terram.* Genes. 2. v. 11. præcipuè tamen significatur Arenosa, terra sicca & sterilis: *quæ erat arida, erit in stagnum.* Is. 35. v. 7. & isti comparantur hoc loco illi populi, *qui non exquisierunt illum.* ut constet eum non solùm æternis incendiis punire, qui faciunt notabilia peccata commissionis, uti terra sylvestris, quæ profert tribulos, spinas, frutices, & noxia virgulta, sed etiam omissionis, sicut terra arenosa, quæ non fert fructum *in tempore suo. Quomodo Cataclysmus aridam inebriavit, sic ira Domini gentes, quæ non exquisierunt illum, hæreditabit.*

XX.

S. Bernardinus Senensis.

Labora sicut bonus miles Christi. 2. Tim. 2. v. 3.

1. COnsidera tribus modis dici aliquem posse militem Christi. I. quatenus ille pugnat contra Tyrannos, & hoc sensu ipsius miles fuit quilibet Martyrum, & miles quidem fortissimus: *Certamen forte dedit illi.* Sap. 10. v. 12. II. quatenus pugnat contra errores, & sic ejus milites sunt Doctores, Prælati, Præcones Verbi Divini, & alii similes, qui semper sunt intenti, ut vix nata configant monstra, quæ contra fidem in Ecclesiâ continuò consurgunt. *Certa bonum certamen fidei.* 1. Tim. 6. v. 11. III. quatenus pugnat contra proprias cupiditates, atque adeò contra earum tres illos instigatores sollicitos Mundum, Carnem, & Dæmonem. & sic miles Christi omnis est Christianus. *Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem JESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contemptâ.* Hebr. 12. v. 1. Credes fortassis ex his tribus militiæ generibus solum tertium ad te pertinere, quod commune dicitur omnibus. Non sic est. Cuncta hæc tria genera militiæ sunt cuivis propria, etsi non semper occasio occurrat in omni hoc genere militiæ certandi. Ideo sententia ista: *Labora sicut bonus miles Christi*, ita profertur, ut multa includat. qui foret bonus miles in uno genere militiæ, & non in alio, dignus non esset absolutè dici *bonus miles.*

2. Considera hîc non dicere Apostolum: *Certa sicut bonus miles Christi*, sed *labora.* quia non semper est

præsens occasio certandi in quovis genere pugnæ, sed semper præsens est necessitas laborandi. Boni Duces nunquam sinunt otiosum desidere militem, sed etiam durante pace exercent ad pugnam. ita Christus agit. vult ut, si minùs contra illa hostium genera, de quibus diximus, pugnes, saltem te exerceas ad pugnam. Verum est jam non esse Tyrannos, contra quos vires tuas ostentes, *certando certamen forte*. debes tamen tu quoque ut verus Christianus imitari Martyres si non vero certamine, saltem simulacro certaminis. Idcirco oportet assuescere, ut vivam semper conserves fidem, quasi necesse foret illam fortiter sustinere coram publico tribunali. Oportet assuescere, ut vitam contemnas, quasi fortiter esset immolanda pro Christo. Oportet assuescere, ut corpus oderis, malè tractes, mortifices, affligas, quasi tu quoque nudum exponere illud debeas ferocissimæ carnificum lanienæ. ô quàm nobile hoc est præludium, quo si non pertingas ad martyrium, saltem ad id aspiras! at si è contrario totus addictus sis propriis commoditatibus, an etiam videris tibi esse miles Christi? es equidem professione, sed non es ipso opere. *Labora sicut bonus miles Christi.*

3. Considera fortè nunquam futurum, ut contra errores pugnes, quia non es neque Doctor, neque Præsul, nec Præco Verbi Divini, nec alius ejusmodi, qui debeat monstra configere *certando certamen fidei*, nihilominus tu quoque ut verus Christianus imitari debes homines illos bellicos[illegible] diximus, comparando dexter[illegible] refutandi errores tam fœdos, qu[illegible] tidie consurgunt contra prac[illegible] vangelij veritates. numquid v[illegible] quæ dictamina hodie domin[illegible] ipsis cordibus populi Christi[illegible] pudor sit condonare inimicis, [illegible] continere, se demittere, crebr[illegible] teri, vel sacram sumere synaxi[illegible] quentare oratoria secreta pœn[illegible] quasi professio Christiani cum [illegible] tatis gradu nequeat componi. q[illegible] tur ratione excusabis, si in pr[illegible] non habeas scientiam saltem in [illegible] sibus dejiciendi *omnem altitudinem tollentem se adversus scientiam* D[illegible] Cor. 10. v. 4. scientia tamen p[illegible] Evangelii etiam ipsa est scientia [illegible] Christi, non minùs ac illa, quæ [illegible] netur in symbolo circa dogmata [illegible] quâ igitur ratione, miles Christi [illegible] eris, sustinere potes, quod tam [illegible] & tam liberè eam quotidie d[illegible] in suis congressibus insanis? si n[illegible] quomodo eorum erroribus op[illegible] respondere, facilem habes com[illegible] tatem discendi. *Labora sicut bonus [illegible] les Christi.*

4. Considera, quamcunque [illegible] dus, Caro, Dœmon adversarii [illegible] nôsti, adeò molesti, ut pacem [illegible] dulgeant; nihilominus aliquando [illegible] cedere breves inducias. quid? [illegible] circo excubandum non erit ut [illegible] militi armis expeditis *ad propo[illegible] certamen*? imò hanc ipsam ob ca[illegible] illi versuti subinde faciunt induc[illegible] inducendum soporem, ut si non [illegible]

cias, certe manibus excidere arma paratis. Ideo si unquam tempus est standi magis solicitum, illud est, quo te putas maximè securum. tunc enim DEUS illis permittit, ut te magis infestent, ad negligentiam tuam castiganda. *Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: non ostia, nec vectes eis: soli habitant.* Vera igitur militaris est regula, ita tueri arcem, quasi exercitus jam staret ad mœnia, quando constat ne quidem prodisse in campum. *Labora sicut bonus miles Christi.* nullius est militis continuò pugnare, sed cujusque est continuò laborare.

5. Considera, ut sis bonus miles Christi, opus esse, ut non solùm fideliter præstes, quæ hactenus dicta sunt, sed illius amore præstes, tanquam spontaneus miles, non stipendiarius. Stipendiarius non tam Regi militat quàm sibi, quia omnis ejus labor est pro solutione stipendij. Spontaneus soli Regi suo militat. ita si tu certes more martyrum; *labora sicut bonus miles Christi*, hunc solum specta, neque carnem affligere studeas, ut in hac vitâ pœnas redimas graviores, quæ sustinendæ forent in alterâ, sed ad culpas plectendas: *Non parcatis jaculis, quia Domino peccavit.* en causam: *Clamate adversùs eam, quoniam ultio Domini est: ultionem accipite de eâ: sicut fecit, facite ei.* Jer. 50. v. 14. Tunc *Ultio Domini est*, cùm satisfacere pro culpâ studes: cùm delere pœnam cupis, non tam *Domini* sit, quàm *Tui.* quia ultio est, quæ tuam utilitatem spectat. Pari modo si doceas, si præsis, si prædices, si quocunque modo contra errores dimices, vel ad dimicandum te præpares, *Labora sicut bonus miles Christi.* ex Zelo facias, non facias saltem principaliter pro stipendio, quod afferre solet hoc genus militiæ. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis parvulos interficiant.* Is. 13. v. 18. Isti sunt boni milites, qui prædam non spectent, *qui argentum non quærant, nec aurum velint.* nam isti nulli parcunt, sed implacabiles sunt: nec circumeunt per domos ad quærendam pecuniam, specie quærentium hostes absconditos. Jaculis pugnant: *sagittis parvulos interficiunt*, hoc est, eminus certant. ita si tu fueris intentus devincendis peccatis, *Labora sicut bonus miles Christi*, nec intuere vel ipsam gloriam Paradisi. finis tuus esto, ut illi placeas, qui ex alto prospicit, quomodo te geras in conflictu. non vides militem illum generosum, qui in conspectu Regis sui vadit ad obsidionem? non de stipendio, imò ne quidem de vitâ ampliùs cogitat. Vulneretur, quatiatur, laceretur, nihil refert, & cur? *Vt ei placeat, cui se probavit.* 2. Tim. 2. v. 4. hic pariter debet esse finis tuus: si in triplici hoc genere militiæ te ipsum spectes aliquando, tibi militas, non militas JESU Christo: *Labora sicut bonus miles Christi*, imitando glorioſum Bernardinum, qui in omni hoc genere militiæ laboravit ut miles incomparabilis.

XXI.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Isa. 12. v. 3.

1. COnsidera, quanta fuerit lætitia populi Israëlitici, cùm post longum iter per desertum in summâ aquæ penuriâ, denique regionem attigit fontibus irriguam, Elim dictam, ubi quivis se recreare, refocillare, refrigerare potuit, & haurire, quantum voluit, aquæ. & tamen quid sunt fontes Elim, comparati fontibus Calvarij? Eò ascende, ubi JESUS Crucifixus de quinque vulneribus continuos fundit rivos gratiarum, & videbis, quantò majorem habeas causam lætandi. Hos fontes oportet in deserto præsentis vitæ tuas esse delicias. Hîc ergo quiesce, hîc immergere, inebriare, fruere, quia istâ non est melior regio, quam speres in omni deserto. cura verò præcipuè, ut aquæ, quam fundunt, haurias, quantum potes, quia non est alia præstantior aquâ gratiæ Divinæ. & hæc tamen illorum est aqua, sic dicta mille locis scripturæ, ad exprimendum non tantùm copiam, quâ datur, patet, & promptè affluit omnibus, sed admiranda beneficia, quæ affert. Tres sunt qualitates præ alijs beneficæ, quas fontana nobis præstat, quòd lavet, fecundet, sitim extinguat. & ista sunt totidem præstantiora Gratiæ beneficia. Cura, ut penitiùs intelligas, & videbis, num meritò dicatur petendos tibi esse hos fontes Salvatoris, ut lætus inde haurias: *Haurietis aquas in ga[...] fontibus Salvatoris.*

2. Considera, primum fon[...] neficium esse lavare; quia [...] aqua conducit ad maculas [...] & hoc est, quod primò facit [...] animæ maculas abstergit: *E[...] super vos aquam mundam, & m[...] mini ab omnibus inquinamentis [...]* Ezech. 36. v. 25. Sed quantò [...] lavat gratia quàm aqua. Aqu[...] lavat, omnes abluit sordes, q[...] carne tuâ reperit, sed non faci[...] diores, quàm essent antè qu[...] descerent, quia eas nativo suo [...] linquit. Gratia non solùm red[...] lam munditiem, quam possid[...] statu tuo naturali ante peccat[...] auget alio genere puritatis, [...] lis, quam habet Natura Divin[...] prorsus indebitæ: *Lavabis me, [...] per nivem dealbabor.* Ps. 50. v. 1[...] Aqua lavando purgat maculas, [...] est: sed non tribuit ullam spe[...] Si fœdus sis, talem relinquit, qu[...] invenerat: si sis pulcher, non [...] pulchriorem. Gratia addit pul[...] tudini, quam habet anima per d[...] suas naturales, aliam longè præ[...] tiorem, talem scilicet, quæ suffici[...] ingenerandum DEO amorem sui, [...] instar ardentissimi amatoris eam [...] pereat, & ut talem appellet bis pul[...] ram: *Ecce tu pulcra es Amica mea*

ecce tu pulcra es. Cant. 1. v. 12. III. Aqua lavando paulatim atterit, & debilitat, ita ut si semper esses immersus balneo, purgatio degeneraret in tabem. Gratia ita lavat animam, ut illam corroboret, eóque magis, quò lavat frequentiùs: *Tu ergo fili mi confortare in gratiâ.* 2. Tim. 2. v. 1. IV. Aqua lavando mundat, sed non remanet, unà cum sordibus, quas aufert, diffluit. Gratia ita lavat, ut animæ stabiliter inhæreat, sic inhæret, ut, quidquid agis bonum, cogitationes, verba, opera tibi simul & gratiæ tribuantur, imò magis gratiæ, quàm tibi: tam perfecta est unio. *Non ego sed Gratia DEI mecum.* 1. Cor. 15. v. 10. Quodsi ita est, an non vides, quantò meliùs lavet Gratia, quàm aqua limpidissima ex omnibus fontibus Elim? Quis ergo dubitet ad hauriendos fontes Salvatoris cum gaudio esse accedendum? *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

3. Considera alterum beneficium esse fontium fecundare, quia illorum aqua conducit ad plantas irrigandas. & hoc est, quod secundo loco præstat gratia, fecundat animas, ita ut semper sint bonorum operum feraces instar horti aquis irrigui: *Eritque anima eorum quasi Hortus irriguus.* Jer. 33. v. 12. sed quantò meliùs hoc quoque præstat gratia quàm aqua? I. Aqua fecundat plantas nutriendo duntaxat vigorem succi vitalis, sed non fecundat, eum dando, si sint steriles, vel reddendo, si aruerunt. Gratia vitam tribuit cunctis Animabus, quæ fructus capaces non sunt, & amissam quoque reddit: *Salvos vos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritûs Sancti, quem effudit in nos abunde per JESUM Christum Salvatorem nostrum.* Tit. 3. v. 5. II. Aqua fecundat plantas, sed non mutat de malis in bonas, de agrestibus in domesticas, de nocivis in salutares. Gratia facit, ut Anima, quæ priùs producebat fructus Tartareos, nunc germinet Divinos, repentè efficiendo conversiones mirabiles de Saulis in Paulos, ita ut *fructificent DEO*, qui paulò antè *fructificabant morti.* Rom. 7. v. 4. III. Aqua fecundat plantas sed intra limites virtutis suæ naturalis, ita ut malo Citriæ non det virtutem germinandi poma Punica; nec Malo Punicæ virtutem proferendi poma Citria. Gratia fecundando animam talem tribuit vigorem, ut fructus proferat nativæ suæ capacitati longè superiores: *Habetis fructum vestrum in sanctificationem.* Rom. 6. v. 22. IV. Aqua plantas fecundat, sed non dat uni virtutem generandi fructus, quâ pollent reliquæ, quasi omnes haberet sibi insitas, malos aureas, Punicas, Persicas, Cydonias, Cedros, & quidquid arborum fertilium in eodem horto floret undequaque. Gratia virtutem tribuit adeò nullis circumscriptam limitibus, ut exceptionem non admittat: *In omni opere bono fructificantes.* Coloss. 1. v. 10. ita ut non sit genus ullum boni operis, quod tibi polliceri non perinde possis, ac quivis alius. *omnia possum in eo,*

qui

qui me confortat. Philip. 4. v. 13. Quod si ita est, nónne vides, quantò meliùs Gratia fecundet, quàm fontes omnes Elim quantumvis irrigui? quale ergo dubium esse possit ad fontes Salvatoris etiam ex hoc capite veniendum cum jubilo? *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

4. Considera tertium esse beneficium fontium, sedare sitim. & hoc est, quod tertio loco præstat gratia. sed notandum, animam duplici languere siti posse, unâ malâ, alterâ bonâ. Mala sitis est, cujus causa est dispositio mala, & sic non solùm est pernicioſa, pestifera, sed oppidò molesta. & talis est sitis, quam patiuntur Lascivi, Avari, Ambitiosi, Vindicativi. & alij his similes operarij iniquitatis, qui pravis suis cupiditatibus litare desiderant. *Anima impij desiderat malum.* Prov. 21. v. 10. bona sitis est, cujus causa est sanitas, & ideo non solùm est innoxia, sed & suavis, adeò ut nihil afferat doloris, & si afferat, tam gratum efficit, ut cum nullâ mutaretur illecebrâ Mundi. & talis est sitis animarum, quæ anhelant ad summum Bonum. *Sitivit in te anima mea.* Ps. 62. v. 2. Jam igitur Gratia extinguit sitim malam, accendit bonam. Extinguit malam, quia omnia tollit desideria non modò scelerata, sed & superflua, vel certè ita reprimit, ut non inquietent. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.* Phil. 3. v. 7. Accendit bonam, quia semper majus inspirat desiderium videndi DEUM, eum amandi, eum glorificandi fruendi, & æternùm cum illo le jungendi. *Qui bibunt me, adhuc sitient.* Eccli. 24. v. 29. & quæ tantæ virtutis unquam vel utpo veniri possit? Sitis, quam aqua naria sedare potest, nunquam na (ut adeò in hoc nulla fier comparatio) semper est mala, vis minimum mali habeat plus illa, quæ provenit à cibo sto, plurimum denique, quæ mitate procedit. Sed qualiscu sit illa sitis, equidem sedatur sed ad breve tempus. *Qui bi aquâ hac, sitiet iterum.* Jo. facit aliquando, ut redeat vehe tior, prout in cruditate, vel accidit, cùm potatur in æstu non sic gratia facit, ita sitim extinguit, ut non vexet amplius tem graviter. *Qui biberit ex quam ego dabo ei, non sitiet in æt* Jo. 4. nec mirum, quia aqua, sitibundus bibis, subitò evan Gratia stabiliter perseverat cum suâ: *Aqua, quam ego dabo ei, eo fons aquæ salientis in vitam æte* quam sitim pati potest, qui in bet scaturiginem aquæ, & talis quæ fluat è Paradiso? E Paradi quam, quia si tantum ascendat evadat *in vitam æternam*; necess etiam tantum descendisse; hoc est proprium aquæ. nequit ascen re, nisi quantum descendit. Ere quomodo Gratia ad sedandum s longè plus possit, quàm aqua gel sima de fontibus Elim. quodnam

go dubium esse possit, majore etiam licitiâ ad fontes accedendum Salvatoris? *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

5. Considera auditis prærogativis stupendis aquæ tam pretiosæ, qualis est gratia, utique etiam te cum Samaritana dicturum: *Domine da mihi hanc aquam.* sed non est cur hoc dicas; quia si aqua ista non abunde affluat, de nemine nisi de te ipso queri potes. an non audis aquâ hanc esse fontiũ, fontiũ patentium, fontium publicorum? *Fons patens domûs David.* Zach. 13. v. 1. Quam ergo excusationem habes, dum te quidem tantus pro illâ subeundus est labor, quantus, ut è puteo haurias? & idcirco puta etiam dici: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris:* quia aquæ puteales non tam *hauriuntur in gaudio*, quàm *in labore*, *in lassitudine, in defatigatione. in gaudio hauriuntur* illæ, quæ de fontibus facilè scaturiunt: nullo ibi opus labore, nullo sudore: quævis mulercula sufficit ad eam copiosè hauriendam. Quamvis quotupiam invenies similes fontibus Salvatoris? scisne, quid requiratur ad obtinendam aquam etiam abundantem ex hisce fontibus? sufficit eam postulare. totus in hoc consistit hauriendi labor, quod toties audisti, ut petas. *O mulier, si scires donum DEI, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Jo. 4. Ah quantò fontes illi magis te sitiunt, quàm tu ipsos! unde non est quod timeas, ne fortè aquam tibi negent, modò tu eam ex animo requiras. timendum potiùs, ne fortè ad eam requirendam non satis te disponas. quæ causa est, cur Christus Samaritanæ non dixerit: *Tu petisses, & forsitan DEVS dedisset.* sed dixit: *Tu forsitan petisses, & DEVS dedisset.* quia tota dubitandi ratio est ex parte haurientium, non fontium. Isti potiùs perpetuo fluxu continuò te invitant, ut appropinques, *Qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* Apoc. 22. v. 17. Itaque ad illos perpetuò considere statue; cum sint fontes tantæ virturis, semper recum retine JEsum pro te Crucifixum, illum invoca, illum adora, amplectere, exosculare crebro, & quanto potes affectu, quia hinc fluere omne debet bonum tuum. quidquid desiderare bonorum in hoc mundo potes, si sapienter agas, ad tria revocari potest, ut vitia deponas, ut virtutes aquiras, ut præter DEUM in terrâ nihil velis. omnia ista tibi dabunt Plagæ Salvatoris. Lavando facient, ut vitia deponas. secundando efficient, ut virtutes aquiras. sitim extinguendo malam, accendendo bonam, ut aliud nolis nisi solum DEUM. Ergo ad plagam sacrorum pedum primam pete gratiam, rogando, ut te lavet. ad plagam sacrarum manuum, ut te fecundet. ad plagam sacratissimi Lateris, ut omnes extinguat terrenos affectus. neque dubita certò fore, ut cuncta hæc tria consequaris, si ea constanter petas, quia promissum jam fuit,

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

* * *

XXII.

Defecit Manna, postquam comederunt de frugibus terræ, nec usi sunt ultrà cibo illo filij Israël Josuæ. 5. v. 12.

1. COnsidera, quomodo eadem planè proportio, quæ erat inter mãna & fruges terræ, sit inter cœlestes consolationes, & voluptates terrenas. Manna cibus erat, qui ob suam præstantiam dicebatur Panis Angelorum. *Angelorum escâ nutrivisti populum tuum.* Sap. 16. v. 29. & tales sunt Consolationes Cœlestes, fruges cibus sunt communis etiam bestiis: & tales sunt voluptates terrenæ. Manna cibus erat, qui non solùm sustentabat hominem, sed etiam ab infirmitatibus præservabat. unde, quamdiu illo vescebantur Hebræi, è tantâ multitudine non inveniebatur infirmus: *Non erat in tribubus eorum infirmus.* Ps. 104. & tales sunt Consolationes Cœlestes. fruges non solùm infirmitatem admittunt, sed ejus sæpe causa existunt, utpote infectæ. & tales sunt omnes voluptates terrenæ. Manna unum habebat saporem nativum, uti negari non potest. sed is æquivalebat innumeris, imò omnibus: *omne delectamentum in se habentem.* c. 16. v. 20. ita, ut quisquis tanquam Justus dignus erat experiri, alio non haberet opus, quod quæreret. solus ille cibus *deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.* Sap. 16. v. 21. & tales sunt Consolationes Cœlestes. Fruges pro variâ conditione varios habent sapores, sed omnes sim[illegible] parùm aptæ sunt satisfacere pal[illegible] novas semper necesse sit exco[illegible] artes condiendi. & tales quoq[illegible] voluptates terrenæ. sed tot inte[illegible] portionis modos, ille præcipuu[illegible] tur, quod, quemadmodum M[illegible] solùm dabatur in supplementum, [illegible] vis oppidò quæstuosum, ejus se[illegible] tis, quâ privabantur Hebræi, ut D[illegible] suum in Deserto sequerentur [illegible] in Cœlestibus Consolationibus [illegible] dit. Conceduntur in compen[illegible] nem voluptatum terrenarum, q[illegible] homo sponte se privat, ut DEO se[illegible] adeò, ut, quisquis has habet, ill[illegible] rare non possit. vin' hujus rei cl[illegible] mum documentum? Ecce qua[illegible] mùm Hebræi egressi solitudine [illegible] cœperunt de his, quæ in terrâ inv[illegible] rant, defecit manna. *Comederu[illegible] frugibus terræ die altero.* & quid [illegible] *Defecitque manna, postquam com[illegible] runt de frugibus terræ, nec usi sunt [illegible] cibo illo filij Israël.*

2. Considera non dici: *Com[illegible] runt de frugibus, postquam defecit ma[illegible] na.* sed: *defecit manna, postquam [illegible] mederunt de frugibus.* quia DEUS [illegible] plurimum non solet subtrahere an[illegible] Cœlestes consolationes, nisi postq[illegible] illa indignam se reddidit sequendo [illegible] na hominum oblectamenta. Ver[illegible]

est, etiam absque hoc illas subtrahi aliquando ad experimentum patientiæ, relinquendo animam quasi jejunam ab omni cibo, ita ut neque de terrâ habeat, ut sic loquar, neque de cœlo, sed de mari duntaxat suarum ærumnarum: *Replevit me amaritudinibus.* Tr. 3. v. 15. Istud tamen non solet accidere per longum tempus; quia probè scit Dominus, eam vivere sine aliquo solatio non posse. quod si etiam diutiùs aliquando hoc contingat animabus, quæ plus perfectionis & puritatis habent, supplet Dominus interiùs subministrando robur illi simile, quod in deserto habuit Elias, quod equidem suave non fuit, quia panis erat subcinericius, fuit tamen optimæ substantiæ. unde Propheta *ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Oreb. non ambulavit in dulcedine.* sed quid refert? *ambulavit in fortitudine.* quin imò hoc ipsum levamen quantumvis aridum majoris est pretii, quàm omnes recreationes terrenæ, etiam in ratione dulcedinis. unde si quæras ex his animabus, an suam amaritudinem commutarent cum istâ suavitate, concordi voce responderent, quòd non: quia bene cognoscunt, quàm pretiosam amaritudinem sinu suo concludant. *Cor, quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Prov. 14. v. 10. sed extra casus hosce singulares Dominus etiam quoad sensum multò magis remuneratur suos, quàm quivis alius rerum Dominus. sint illi tantummodo contenti mensâ, quàm apponet, quin aliam procurent aliunde, videbunt, quàm ab illo opiparè sint tractandi. At si aliunde emendicent, tunc enimverò hujus facient jacturam. *Defecit manna, postquam comederunt de frugibus terræ.* nôsse cupis, quàm in hac materiâ Domini delicatus sit sensus? sufficit gustare, nedum ad satietatem sumere de voluptatibus terrenis. momento tollit manna: hinc est, quòd non dicat: *Defecit manna, postquam comederunt fruges terræ:* ait: *postquam comederunt de frugibus.* porrò si hoc faciat, non sine ratione facit: est enim plus quàm Regia ejus conditio. & tu istam repudiabis, ut alteram consequaris, quam tibi bruti sensus tui pollicentur? ô quantam injuriam Deo facis! discrimen inter terrenas, & cœlestes voluptates nôsti? *inter manna & fruges?* hoc est, quod inter Terram & Cœlum.

3. Considera Israëlitas, ubi semel amiserunt manna, id non ampliùs recuperâsse. *nec usi sunt ultra cibo illo filii Israël.* quia quàm facile est, ut amissâ aliquando consolatione Divinâ, modũ non reperias illam recuperandi, etsi in hunc finem multùm te mortifices. Cave igitur, ne amittas. aliàs tempus veniet, quo nihil ejus consolationis supererit præter meram memoriam, quæ plus amaritudinis afferat quàm levaminis. Ita etiam filiis Israël evenit, quibus equidem mansit reliquum vas unum mannæ, quod diu in arcâ servatum est; non pro usu, sed pro solâ memoriâ. quæ fortè causa fuit dicendi:

nec usi sunt ampliùs cibo illo filij Israel, ut indicaret, etsi haberent ejus specimen, modo, quo diximus, non habuisse usum. vas servabat manna in Arcâ, & mens vivas habet species ejus consolationis, quas experiebatur, cùm reverâ studeret famulari DEO feliciter avulsa ab omni mundi consortio. sed quid illi prodest, si hoc efficere non possit, ut adhuc nutriatur *cibo illo*? non potest nunc ille desolatus agere aliud, quàm cum Job memorare dies antiquos, tanti plenos solatii, & ipsi quoque dicere: *Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundùm dies, quibus DEVS custodiebat me* [illegible] *do lavabã pedes meos butyro*, [illegible] *fundebat mihi rivos olei?* Job. 13. Cave ergo, ne ad statum illum [illegible] garis. & hoc posito, dum man[illegible] conceditur, ne spernas. sine [illegible] oblectamenta iis, qui volent, [illegible] ad Cœlestia anhela: nisi malis [illegible] sta corde magnanimo immolar[illegible] mino, atque illi dicere, ut in [illegible] solùm tribuat, quod sufficiat ad [illegible] non ad delicias. *Mendicitatem* [illegible] *vitias ne dederis mihi. tribue tan*[illegible] *ctui meo necessaria.* Prov. 4[illegible] v. 8.

XXIII.

Stipendia peccati mors. Gratia autem DEi vita æterna. Rom. [illegible]

1. CONsidera duos esse potentissimos Reges, DEUM, & Dœmonem, quorum quisque ardenter desiderat, ut sub signis suis milites. & ideo uterque se promptissimum ostendit ad solvenda tibi stipendia. *Quis enim militavit suis stipendiis unquam?* 1. Cor. 9. DEUS ad solvenda stipendia pro bonis operibus. Dœmon ad solvenda stipendia pro malis. sed ô quàm diversa stipendia! cura primò benè cognoscere, ut in electione non erres.

2. Considera stipendium, quod Dœmon tibi constituit, si ad ejus obsequia milites, subministrando membra tua quasi totidem arma iniquitatis, linguam detractionibus, oculos lascivis obtutibus, aures vanitati, manus avarè cumulandis opibus, aliud demum non fore quàm mortem. [illegible] *pendia peccati mors.* nec sanè [illegible] na, sed gemina, temporalis & [illegible] quia dœmon vult esse liberalis. [illegible] omni peccato, quod facis, [illegible] plicatum dabit stipendium, sed [illegible] tis, ut idcirco fortè noluerit dic[illegible] postolus: *stipendium peccati mor*[illegible] *stipendia.* O liberalitatem damn[illegible] cave tibi, si de eâ acceptandâ [illegible] beres.

3. Considera, quomodo pecc[illegible] afferat tibi mortem corporis. [illegible] quia illam introduxit in mundum [illegible] *peccatum mors.* Rom. 5. deinde [illegible] sicut illam introduxit, ita deinde [illegible] nuit potestatem istam planè terri[illegible] eam accelerandi, anticipandi, & [illegible] maturè accersendi. *Ne impie* [illegible]

malèdùm, ne moriaris in tempore non tuo. Eccl. 7. v. 18. *Iniqui sublati sunt ante tempus suum.* Job. 22. v. 16. *Impius, antequam dies ejus impleantur, peribit.* Job. 15. v. 32. *Anni impiorum brevientur.* Prov. 10. v. 27. & sic pluribus locis alijs. Ita est, sacræ paginæ etiam Justum dicunt aliquando sublatum ante tempus, nempe ante illud tempus, quod alioquin tulisset naturalis ejus conditio. sed audi, cur. videlicet ne, si viveret, peccaret: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ ejus.* Sap. 4. v. 11. ut adeò semper verum sit peccatum esse id, cui debeat adscribi acceleratio mortis, in quibusdam peccatum, quod est factum, in aliis peccatum, quod fieret, quamvis in illis ea acceleratio fiat in pœnam, in his verò sit pro remedio. ceterum vides, quis sit fructus peccati? *stipendia peccati mors.* Hæc deinde appellatur ejus stipendium, quia non est debita merotitulo donationis gratuitæ, sed veri meriti. Omnis Justitiæ ratio exigit, ut peccatum quocunque casu plectatur morte, quia actus est rebellionis. *In quacunque die comederis, morte morieris.* Gen. 2. v. 15. si in multis casibus morte non punitur, opus est misericordiæ. O quoties ista etiam ergà te fuit usurpata! nisi fortè malimus dicere, mortem vocari stipendiũ peccati ad significandum, peccatum esse opus maximi laboris: *ut iniquè agerent, laboraverunt.* Jer. 9. v. 5. quis satis explicet, quantæ sint curæ, quibus plerumque sunt obnoxii peccatores, quæ solicitudines, molestiæ, infirmitates? & his omnibus quid demum obtinent? ut mortem ante tempus accersant. mirum igitur esse non debet, quòd mors eorum dicatur esse stipendium. *stipendia peccati mors.* O stipendium verè dignum tali labore! & tu libenter illum sustines? *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque aquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.* Sap. 1. v. 12.

4. Considera, quomodo peccatum mortem tibi afferat non solùm corporis sed & animæ. quid enim est mori? est perdere vitam. Jam ergo sicut dicitur corpus mori, cùm perdit animam, quia anima est vita corporis, ita pariter dicitur mori anima, cùm perdit DEUM, quia DEUS longè magis est vita animæ: *Ego sum vita.* Jo. 14. & hoc est, quod facit peccatum, nempe ut DEUM perdas. O jacturam deplorandam! *Mors peccatorum pessima.* quia mors pejor esse nequit, quàm quâ vita perditur optima. & hæc quoque mors dici potest stipendium, quia datur ex merito. quid enim æquius quàm ut anima DEUM suum perdat, quem aspernatur? Nunc tibi relinquo ponderandas sequelas, quæ ex istâ jacturâ deducuntur. hanc solam tibi repræsento. quemadmodum cùm corpus separatur ab animâ, fit intolerabile etiam proximis agnatis, fit putridum & plenum tabe, ut necesse sit quam primùm inferre tumulo, ita animæ accidit, cùm separatur à DEO. ab eâ res omnes creatæ abhorreant oportet, eam abominentur, eam aspicere dedignentur, dum videant projici in sepulchrum

chrum ipsi debitum, quod est infernus. Ecce igitur, quantâ DEUS sit usus erga te clementiâ, cùm animam tuam quantumvis mortuam tam diu sustinuit in terrâ, expectans, num fortè reditura esset ad vitam. numquid meritò non semel sepelienda erat in illo profundissimo barathro? hoc est sepulchrum animarum, quæ sunt separatæ à DEO. *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.* Luc. 16. v. 22. & istud debebat esse etiam tuum.

5. Considera, quantò meliora stipendia è contrario DEUS tibi numeret, si ad ejus milites obsequium. *stipendia peccati mors: gratia autem DEI vita æterna.* Porrò quid tibi dabit, si vitam hanc dederit, nisi se ipsum, vitâ animæ tuæ? *Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum.* Deut. 30. v. 20. Ille se dabit duobus fruendum modis, ut duplex sit vita tua (sicut duplex est mors militantis sub signis inimici) in terrâ per gratiam, & in cœlo per gloriam. utraque hæc vita erit pariter æterna. quia nullum est nec in terrâ periculum, ut DEUS te destituat, nisi illum expellas, æternum erit tecum: *non deserit, nisi deseratur.* tu verò an intelligis, quid sit DEO frui non solùm in terrâ per gratiam, sed in cœlo per gloriam? non possim id ego tibi demonstrare. tu solùm observa, cùm posset Apostolus æternam felicitatem tuam mille appellare nominibus, voluptatum, divitiarum, risûs, deliciarũ, victoriarum, triumphorum, principatûs, unicè voluisse vocare vitam, ut hac ratione opponeret morti, quam dat Satanas, & quia vita desi- origo omnis boni, si sit perfecta terrâ vivis, sed ut mortalis. solo demum victurus es vitam Illic vivent modo quodam sub mnes animæ facultates. vivet ria, quam nulla per omnem tem minuet oblivio. Vivet in tio, quæ nulli erit obnoxia Vivet Intellectus, qui nunquam gabitur. Vivet Voluntas, quam cessabit anhelare ad Bonum, quamvis illo integrè fru Vivent oculi, aures, &c etenim corporis, quos nulla delectatio tundet, licet illic omnis voluptas æterna. numquid vita ejusmodi dubiè videtur eligenda præ mor Infelices impii, de quibus scriben *Eligent magis mortem, quàm vi* Jer. 8. v. 3.

6. Considera, cùm dixisset Apostolus, mortem esse stipendium pec hoc est, operum, quæ fiunt à pecto re, *stipendia peccati mors*: videri sim fuisse dicendum, vitam æter esse stipendium operum, quæ fac stus: *stipendia autem bonorum oper vita æterna.* Verùm non sic dixit: dixit esse Gratiam. *Gratia DEI.* istud? fortè ut indicaret vitam æ nam non deberi ut mercedem bene perantibus? haud sanè, nam ipse alibi confessus est, illam ex Judi reddi: *Quam reddet mihi Dom justus Judex.* sed hoc dixit, quia, sive mine vitæ æternæ illam intelligo, quam DEUS dat animæ in terrâ, cùm sit vita gratiæ, quo modo pecca

nominari potuit quàm gratia? sive intelligas etiam illam vitam, quam Deus in cœlo tribuit, hoc est, vitam gloriæ; & ista equidem debetur tibi ut merces operum: at si rite perpendas, hoc ipsum est gratiæ, quòd ejus mercedis factus sis capax. sicut est gratiæ, & quidem maximæ, rusticellum ab aliquo Monarchâ adoptari in filium, itáque capacem reddi referendi tributa populorum, obsequia, & officia honoris: quamcunque eâ factâ adoptione ista jure sint debita. & quando unquam cuncta bona opera, quæ facis, eleemosynæ, flagellationes, jejunia, Psalmodiæ, digna aliàs forent bono tam immenso, quale est gloria Paradisi? si digna fuerint, inde est, quia DEUS liberaliter te extulit ad dignitatem sui filii adoptivi. Idcirco majori proprietate verborum dicitur Paradisus dari per gratiam, quàm ex Justitiâ, quia, si primam ejus originem & quasi incunabula spectes, hæc ipsa Justitia est mera gratia. præterquam quòd ipsa opera, quibus Paradisum mereris, summa sunt gratia, quam DEUS tibi facit, cùm ex re ipso aliud non possis quàm peccare, & sic promereri mortem. si vitam mereris operando bene, æstimandus est meus favor, & gratia ejus Domini, qui tibi assistit, te roborat, te juvat, & ad operandum concurrit, & tamen modo, qui tibi conveniat, hoc est, liberè. *Gratia autem DEI vita æterna.* & sic pura DEUM agere tecum instar Regis, qui quidem velit, ut ipse tibi emas liberè quendam suum clypeum, sed ad emendum etiam pecuniam subministrat. *Gratiam & Gloriam dabit Dominus.*

7. Considera peccatum ultra mortem animæ etiam afferre, ut diximus, mortem corporis. atque ita è contrario probitas vitam dat utramque. *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.* 1. Timoth. 4. v. 8. nihilominus de exiguâ vitâ corporis, *quæ nunc est,* quæ tantillum durat, quæ numeratur minutis, ponderatur momentis, noluisse hoc loco Apostolum facere mentionem, quia hoc non est stipendium primariũ, quod DEUS tibi tribuit, solum est auctarium, & appendix, primarium est vita æterna. Unde sapiens dicebat: *Timor Domini apponet dies.* Prov. 10. v. 27. Dies tam breves solùm *apponuntur,* jure verò dantur secula æterna. Dominus, qualis est DEUS noster, non reddit ex merito & pro mercede operum bona tam vilia, quæ sint etiam equis & canibus communia. dat illa ad modum congiarii ordinarii: *Quærite primùm Regnum DEI, & hæc omnia adjicientur vobis.* Itaque æterna vita principalis est. Temporalis Accessoria. at si ita est, quâ ratione tu, cùm tantopere labores pro servandâ Accessoriâ, non satagis multò magis pro Principali? Certus sum, si tibi DEUS sponderet pro mercede vitam temporalem decem seculorum, te illico ad ejus signa convolaturum. & eò convolare dubitas, dum vitam promittit tantò meliorem, qualis est æterna?

XXIV.

XXIV.

DEVS, qui dives est in Misericordiâ, propter nimiam charitatem [illegible]am, quâ dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo. Eph. 2.

1. CONsidera te propter peccata, quæ patrâsti, fuisse mortuum, ita ut aliud non superesset, quàm ut esses inferendus in sepulcrum, hoc est, detrudendus in infernum. Dominus te suscitavit, ut pono, revocando ad vitam. Capisne igitur, ut par est, quantum tibi beneficium præstiterit? si caperes, ô quàm incederes quasi extaticus stupore, quasi attonitus, & absorptus, magis, quàm incederet olim Lazarus, cùm iterum pedem in terrâ figeret reversus ad vitam, quamvis longè inferiorem tuâ. fortè DEUS indigebat tui? non erat sat magnus? non erat sat gloriosus? non erat tam beatus sine te, quàm modò tecum? & tamen cùm *esses mortuus peccatis*, hoc est, *pro peccatis, convivificavit te in Christo.* noluit in eo statu te relinquere, in quo merebaris esse æternùm, propter perfidiam, propter ingratitudinem tuam, & quòd, mortuus cùm sis, sponte tuâ sis mortuus. sed revocavit ad vitam, eámque geminam, gratiæ scilicet & gloriæ, verbo revocavit ad vitam eandem cum Christo, unde non simpliciter ait Apostolus: *Vivificavit in Christo*, sed *convivificavit*. & quo modo revocavit ad vitam? fortè, ut cum Lazaro factum, jubendo? nequaquam, sed rogando. *Laboravit rogans.* Jer. 15. v. 6. quia mille modis allic[illegible] buit, ut redires ad se, talibus [illegible] rationibus, illicijs, modis age[illegible] demissis, ne violaret libertatem [illegible] ut meritò rogâsse dici possit. ô [illegible] infinitum! ô charitatem inex[illegible] lem! an non meritò nimiam [illegible] vit? *Propter nimiam charitatem [illegible] quâ dilexit nos.*

2. Considera aliam dari ra[illegible] non posse ejus Charitatis, quâ [illegible] erga te usus est, nisi quia *Dives [illegible] misericordiâ.* non dicitur: *in [illegible]* dicitur *in misericordiâ.* quia si [illegible] quod ex Justitiâ potuit, væ tibi! [illegible] fecit, quod secundùm Misericor[illegible] potuit. hoc enim est facere sec[illegible] divitias suas, dare dona non [illegible] ti, sed danti proportionata. Id[illegible] charitas nimia fuit, non nego, re[illegible] tui. at nimia non fuit respectu [illegible] & quam ob causam? quia non [illegible] per misericordiam, non amat per [illegible] tiam. ille per justitiam amat, qu[illegible] mato invenit meritum, propter [illegible] amat: & ille per misericordiam [illegible] qui non invenit meritum, sed tri[illegible] & hoc omnino modo DEUS egi[illegible] cum. *Largitus est ei secundùm [illegible] gentiam suam.* Is. 63, v. 7. *Indulgentiâ suâ redemit eos.* v. 9. Hinc est, q[illegible] Apostolus misericordiam adduc[illegible]

DE[illegible]

DEo tanquã radicem ejus amoris, quo decernit te facere justum. Non ait: *DEVS, qui dives est in charitate, propter nimiam Misericordiam suam convivificavit nos.* sed ait: *DEVS, qui dives est in misericordiâ, propter nimiam charitatem suam convivificavit nos.* Misericordia facit, ut Dominus nos amet, & amor facit, ut misericordiam exerceat. En igitur cui debeas in accepris vitam tuam. primò Misericordiæ, tum Charitati. Justitia ejus partem non habuit, nisi quatenus exigebat, ut ad vitam istam etiam tu ipse aliquid conferres. ceterùm cùm agitur de animâ eruendâ de peccato, ipsa se non ingerit, non miscet, non operatur, sed permittit. num in sacris paginis reperies aliquando DEUM in justitiâ dici divitem? *Dives in justitiâ.* non reperies. Laudantur divitiæ Longanimitatis, laudantur divitiæ gratiæ, divitiæ gloriæ, divitiæ sapientiæ infinitæ, de divitiis justitiæ altum siletur. si etiam fuerint, non reperiuntur. vel enim agitur de Justitiâ, quam exercet in remunerando, vel de Justitiâ in puniendo. dum remuneratur, non est dives in justitiâ, quia dat supra omne meritũ. nec dũ punit, dives est in Justitiâ, quia dat infra condignum. & necdum ardes amore in DEUM, qui ad nihil propendermagis, quàm ut faciat tibi gratiã?

3. Considera, quæ sit causa tribuendi DEO titulum tam præclarum non modò misericordis, sed divitis in misericordiâ. *Dives est in misericordiâ.* ut designetur ejus differentia ab hominibus, quibus ejusmodi encomium aptari nequit. Dici equidem potest, quòd *sint misericordes*, cùm donant. sed dici non potest, quòd *sint divites in misericordiâ.* nonne vides, quàm in donando oporteat esse limitatos? *quomodo potueris, ita esto misericors*, ajebat filiolo Tobias c. 4. si nimium uni donent, non habent, quod alteri largiantur. DEUS solus est, qui donare potest omnibus, & sic donare, quasi nihil cuiquam alteri dedisset. *Dives in omnes, qui invocant illũ.* & hoc est verè esse divitẽ in donando, si dives esse non desinat, quantumcunque dederit. Deinde, si homines etiam plurimum donaverint, erunt *divites*, sed non *divites in misericordiâ*, quia semper habent aliquam obligationem donandi, saltem charitatis, & sic dant potiùs quàm donant. solus DEUS obligationem non habet, quia nulli est subditus legi. *Quis ei dicere potest, cur ita facis?* Job. 9. v. 11. Præterea etsi nulla foret obligatio hominum, donando semper plus lucrantur, quàm largiantur. quia largiuntur exempli causâ pecunias, largiuntur solia, sceptra, coronas, & lucrantur actum illum, quem exercent, virtutis, qui longè excedit pretium rei datæ. hinc est, quòd iis dixerit Dominus: *Beatius est magis dare, quàm accipere.* nam quòd alii accipiant, te non facit beatum, sed quòd des. DEUS autem ne quidem actum istum lucratur, quia perinde est dives, sive dederit, sive dare omiserit. Dic ergo, quid lucratur? fortè adorationis obsequia, fortè applausus? at isthæc est gloria extrinse-

cus adventans, quæ DEUM nihilo facit ditiorem. deinde quis nescit omnes adorationes, plausus, encomia mundi eatenus esse æstimanda, quatenus demonstrant merita laudati? at DEUS non minus meretur laudis, cùm omittit, quàm cùm exercet misericordiam. Denique si nôsse cupis, quàm sit dives in misericordiâ: vide, quousque procedat, cùm thesauros suos effundit in terram. Homines effundere non possunt nisi spatio oppidò vicino, quia semper effundunt in proximos. DEUS proximum non habet, & ita effundere non potest nisi in res à se conditas, quæ infinito distant intervallo. quod si ita est, numquid bene locutus est Apostolus, cùm dixit de Domino tuo: *dives est in misericordiâ?* quanquam, ut mihi videtur, non sunt hæ causæ principales, ob quas dixit. Præcipua fuit, ut ostenderet, ad opus Justificationis, quale hoc est, de quo agit præsens sententia, non sufficere misericordiam ordinariam, requiri abundantem. quia, cùm esses *mortuus peccatis*, non solùm nullum habebas meritum nec condignum, nec congruum, ut te Dominus *vivificaret*, sed eras per culpam summè indignus. ut adeò Deus spectatâ tantâ inæqualitate proportionis plus faciat, cùm scelerato reddit gratiam, quàm cùm gloriam sancto largitur. & tu nec dum capis excellentiam favoris, quem accepisti?

4. Considera, fieri posse, ut fortè minùs æstimes misericordiam tibi exhibitam ob hanc ipsam causam, quia *Dives est*. sic enim in eâ exhibendâ nullus est labor. *subest illi*, cùm [illegible] *posse*. Sap. 12. v. 18. an tu ergo [illegible] labore, quo stetit, beneficium [illegible] capis? si ita est, magis eris ob[illegible] fossori, qui sudans in vinea [illegible] pastinat, quàm Principi, qui ord[illegible] bilitatis Equestris te inserit, qua[illegible] dico, Magistro, imò & proprio p[illegible] ti sis obligatus. non ignoro cete[illegible] tibus magis æstimandum, qu[illegible] sibi detrahit, ut tibi largiatur, u[illegible] bias facere solebat, ut daret p[illegible] bus. sed cur hoc æstimandum [illegible] quia indicium est majoris cha[illegible] cùm is, qui regnum tibi dat, e[illegible] dat affectu, quo ille panè, nonne [illegible] tò magis ipsi obligaris? Jam vo[illegible] noster est casus. Deinde, ne [illegible] esset excusationi tam crudæ, vol[illegible] mnino, ut revocare ad vitam [illegible] staret impendio. Audi, ut loq[illegible] Apostolus. non solùm ait: *Con[illegible] ficavit nos*, sed: *convivificavit no[illegible] sto*. ut te salvum faceret, en quò[illegible] processerit DEUS tuus: *Proprio [illegible] suo non pepercit*. & dum filio non [illegible] percit, dici potest, nec peperci[illegible] & tu dices salutem tuam illi nihil [illegible] tisse? Aspice illam faciem livo[illegible] deformem, exangues oculos, lacer[illegible] humeros, latus crudelissimâ lan[illegible] perforatum, aspice illas manus, [illegible] pedes, illud pectus, illud caput [illegible] coronatum: adeò doloriferis, & cr[illegible] terum dicas, si potes, salutem tuam [illegible] nihilo stetisse, quia *dives est in mise[illegible] cordiâ*. ne unquam amplius aude[illegible] dicere hoc posses, ecce è divite fac[illegible] est pauper: *cùm dives esset, pro nob[illegible] fact[illegible]*

factus est egenus. quanquam nunquam magis ostendit, quàm dives esset in misericordiâ, quàm ubi amore tui factus est pauper, dum denique in cruce inter duos latrones nudus expiraret. Hinc denuo conclude, charitatem à DEO tibi exhibitam planè nimiam fuisse: sed jam non solùm respectu tui, sed etiam ipsius. nam ille dici potest nimium amare, qui plùs facit, quàm necesse sit, ad obtinendum bonum, quod amato desiderat. & tamen ita fecit DEUS. potuit te vivificare simpliciter, & nihilominus facere id voluit *in Christo.* & in Christo tam malè habito, in Christo tam barbarè tractato. Magna proin fuit ejus charitas in te creando, major in elevando ad statum gratiæ, maxima in reparando, cùm tali statu excidisses. quid ergo restat, quando tanto majore te reparavit impendio, quàm necesse foret? restat, ut dicamus fuisse *nimiam.* in hoc monstravit majorem tui amorem, quàm sui ipsius, quoniam *tradidit se ipsum pro te.* Eph. 5. v. 2. & sic quis dubitet, plus fecisse, quàm deberet? mentem igitur adverte ad id, quod ait Apostolus: *Propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos.* non satis erat dicere: *propter nimiam charitatem, quâ dilexit me.* adjungere voluit *suam*, ut scias eodem amore, quo DEUS seipsum amat, etiam amasse te, quia magis se ipso amavit.

XXV.

S. Magdalena de Pazzi.

Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Job. 6. v. 10.

1. COnsidera eum, qui consolationē petit, indicare se esse afflictum. quia gaudium non necessariò antecedit afflictio, antecedit autem consolationem. Vide ergo, quàm rarum hoc sit genus consolationis, quod sanctus Job petit à Domino isto modo precandi, nempe afflictionem majorem præteritā, quæ illi sine commiseratione contingat in dies. *Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.* Verum est, cum simul cum afflictione etiam petere patientiam, & ideo subjungit: *nec contradicam sermonibus sancti.* Non solùm petit, ne contradicat *sermonibus sancti*, neque solùm, ut *sanctus affligens eum dolore non parcat*, sed utrumque simul. Consentire cum voluntate DEI, quando is potiùs prospera quàm adversa immittit, consolationis est exiguæ, quia admodum facile est, & ideo nō est tibi dicēdū duntaxat. *Hæc mihi sit consolatio, ut non contradicam sermonibus sancti.* Habere multum

tum consolationis, quando ille in tribulationibus manum tibi premit, impossibile est, sine maximâ conformitate cum Domino: ideo non est dicendum duntaxat: *hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.* Ambo simul juncta mixtum illud conficiunt, è quo resultat perfecta consolario hominis Christiani in adversis continuis. O te beatum, si consequaris hunc statum adeò excellum, ut petas sequentem afflictionem, pro merâ consolatione præcedentis! & tamen necesse est, ut hunc consequi satagas. quia in hac miserâ terrâ non versaris, ut gaudeas, sed ut patiaris, & ideo nunquam bene tibi erit, donec omne tuum solatium in patiendo constituas.

2. Considera cupiditatem patiendi, quâ S. Job flagrabat, non tantùm effeciſſe, ut universim peteret aliquid adversi, sed ut speciatim dolorem postularet; *affligens me dolore non parcat.* hic enim est, qui ad affligendum acutissimus est. mala cetera tam corporis quàm animi faciliùs tolerantur. dolor verò ô quàm ex genere suo acerbè cruciat! hinc scriptum est: *Dolor consumet illos, antequam moriantur.* Eccl. 27. v. 32. quia dolor priùs te vertit in cadaver, quàm vitam adimat. & tamen vir sanctus non solùm petebat à DEO dolorem, qui ipsum consumeret, sed qui affligendo consumeret, *Affligens.* quamvis vocabulum istud linguâ nostrâ mitiorem habet sensum. si in origine suâ vocem quæras, quam ipse proprio usurpavit idiomate, videbis, quàm sit atrox: quia non significat qualemcunque afflictionem, sed onem. *Urens me dolore non* volebat ergo, ut DEUS ad Chirurgi ageret, qui, ubi ferrum sufficit, ignem adhibet, & sine tione adhibet: unde adjungit: *parcat*, metuebat, ne DEUS bonus, si illum cerneret in tam pliciis, teneriore moveretur affe ideo quasi animabat ad rigorem: *parcat* humanitati meæ, meis gemitibus, *non parcat* bus, *non parcat* sensibus naturæ prodit in ardore ignis, sed pergu stanter eum usurpare, donec d conflagrem in cinerem redactus *rens me dolore non parcat.* Dolor do ita affligit, ut instar ignis inc patet, quàm sit terribilis. at si pr sit continuus, si animatus, si assi tribus, ut nunquam cesset, quis sæ plicet, quò denique reducat hom mum quemque? quia ad cetera la sensus longiore assuetudine de stupet, sed non ad dolorem, & m minus ad dolorem ignis. iste sem est vivacior, & tamen ecce quòm pertingere possit homo è carne co positus, qualis tu es, nempe ut pro DEO ceu summam gratiam dolo adeò acerbum. *Ut urens eum d non parcat.* Adeò rigor spiritûs p re potest infirmitatem carnis, non reddendo stupidam, sed subjec *Domine, qui habes sanctam scientia manifestè tu scis, quàm duros cru sustineo dolores. secundùm animam* rò propter timorem tuum libenter patior. 2. Mac. 6. v. 30. vide, qu

quelera sit hæc oratio, si eâ uti noveris in doloribus tuis.

3. Considera sanctum Job, dum dolores petit, eodem tempore etiam petere, ne illis se opponat, cùm venerint, sed integrâ cum resignatione suscipiat. tam parùm se fidere ostendit etiam ipsi desiderio patiendi, quod in se agnoscit. & hoc est humilibus proprium, quod autem notatu dignissimum, est modus ipse petendi, quo utitur, sanè mirabilis, quia dicit: *Nec contradicam sermonibus sancti.* Videtur petendum fuisse, ne contradicat voluntati Divinæ, non dispositioni, non decretis ipsius. sed non hoc petit, petit, *ne contradicat sermonibus.* quippe intelligebat, hanc esse linguam, quâ DEUS facit se exaudiri à peccatoribus maximè obstinatis, afflictiones insignes, quas immittit. unde vides, istas in scripturis Divinis increpationes dici: *Increpat quoque per dolorem in lectulo.* Job. 33. v. 19. *Increpationibus non sunt correcti.* Sap. 12. v. 26. *Increpationem non sustinet.* Prov. 13. v. 8. *Defeci in increpationibus.* Ps. 38. v. 12. quippe cùm DEUS affligit, quid, nisi vitam tibi exprobrat, quam ducis, vel laxatam vel remissam? quid igitur facies in his increpationibus? non excusabis te ipsum, quasi eas non sis promeritus. aliquando calamitates acceptas, quas DEUS immittit, sed simul excusas, quòd videantur graviores tuis defectibus, quòd videantur importunæ, videantur minùs proportionatæ. Hæc non est illa perfecta conformitas, quam habere decet cum voluntate Divinâ. ut istam habeas, increpationes illæ judicandæ sunt longè inferiores meritis, judicandæ opportunæ, commensæ, adeò ut nullâ ex parte dissentiant nec à tempore, quo degitur, nec ab officio, nec à corde, imò nec à viribus, cùm sint ad mensuram. & hæc est illa conformitas, quam omnino desiderabat vir ille magnus paucis quidem sed significantibus verbis: *nec contradicam sermonibus sancti.*

4. Considera denique nomen hoc loco daturum Domino, ex omnibus elegisse titulum, quem toties audisti, dum sanctum vocat. & quam ob rem? non solùm quia hic est titulus ille acceptus DEO, quem præ omni alio illi in cœlo tribuunt Seraphini, cùm repetito concentu clamant: *Sanctus, sanctus, sanctus:* sed quia idem titulus facit, ut promptiore animo acceptentur calamitates, quas immittit. Calamitates, ut diximus, sunt *Increpationes Domini.* 2. Reg. 22. v. 16. quis autem ignorat, increpationes majore patientiâ non admitti, quàm ab ore viri sancti. quia tantò majorem habere censetur reprehensionis causam, quantò magis abest à malo, quod arguit. Assuesce igitur sæpe reputare tecum, eum, qui te affligit, esse Dominum sanctiorem, quàm cogitare possis, adeò, ut, si affligendo vitam tibi exprobrat, quam ducis, causam habeat hoc faciendi, cùm sit tam diversa ab eâ, quam in ipso cernis. Tu sine dubio illius es subditus, illius servus, imò & filius, quibus omnibus no-

nominibus pariter ad eum imitandum obligaris. *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* quàm justam ergo habet rationem omni genere flagellorum te castigandi, qui tam parùm studes illi esse similis.

5. Considera verba ista Jobi hactenus expensa illa ipsa fuisse, quæ suo modo continuò hærebant in linguâ illius Seraphicæ Virginis, cujus hodie Natalis agitur, sanctæ Magdalenæ Pazziæ. hæc enim inijt pactum istud stupendum cum Sponso suo, ut cum ipso viveret in ærumnâ non solùm prolixâ, non solùm continuâ, sed purâ. Unde cùm vel eminus cæpit advertere, quòd iste quasi mis[...] motus subinde recreare ipsam [...] aliquid impertiendo solatij, [...] clamabat, quòd non staret pa[...] specie quadam crudissimæ [...] nisi nasceretur ex amore, eam [...] sere jubebat: *Fuge dilecte mi* [...] 8. v. 14. & solam suis permitte[...] nibus, qui certatim ejus viscera [...] rabant. Quodnam erat ergo [...] tium innocentissimæ Virginis [...] meras afflictiones suas? quòd [...] ipsa diceret animando se ipsam [...] *mihi sit consolatio, ut affligens me* [...] *non parcat: nec contradicam se*[...] *bus sancti.*

XXVI.

Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus [...] *ut sit sapiens. sapientia enim hujus mundi stultitia est* [...] *DEUM.* 1. Cor. 3.

1. COnsidera, quàm Mundus, etiam Christianus, etiam Catholicus, in mente suâ perverterit genuinam sapientiæ Ideam. Sapientia est illa, quam JESUS Christus de cœlo attulit, hoc est indubitatum; quia ipse est *plenus sapientiâ.* Luc. 2. v. 40. imò ipse est, qui eam dispensat, qui eam derivat: *Fons sapientiæ Verbum DEI.* Eccl. 1. v. 5. & Mundus sapientiâ putat illi agere contrarium, quod Christus docuit. Christus docuit amare crucem, & Mundus docet illam esse fugiendam, & potiùs procurandas recreationes etiam immodicas. Christus docuit amare Paupertatem, & Mundus [...] cet illam declinandam, & potiùs [...] curandas opes etiam superfluas. Christus docuit diligere abjectionem, [...] Mundus docet ab illâ maximè abhorrendum, & quærendos potiùs [...] res, quærendas acclamationes, [...] rendos applausus, & vindicandas quamcunque minimam, quæ [...] tur, injuriam: ut adeò vel Christus fallatur in suis dictaminibus, [...] Mundus. At Christus falli nequit [...] qui est fons sapientiæ: *Fons sapientiæ est Verbum DEI.* necesse igitur est nimium quantum falli Mundum, [...]

qui superbè dedignatur bibere ex fonte tam limpido. *Dereliquisti fontem sapientiæ.* Baruch. 3. v. 12. Hoc est argumentum, quod solvere fidelium nemo potest. nunc da operam sapientiæ, quæ tam clarè falsa esse convincitur. huic studе, hanc sequere, hanc satage cumulare quoad potes. quid demum obtinebis? doctrinam penitùs contrariam doctrinæ Christi, hoc est, Veritati. Miseri filij Agar, qui tantopere laborant, ut addiscant scientiam adeò mendacem: *Filij Agar, qui exquisierunt prudentiam, quæ de terrâ est.* Baruc. 3. v. 23. non erit mirum, si ut tales aliquando ejicientur domo cum Ismaële fratre suo majore, & contenti donis, quæ sunt vilissima terræ bona, aspirare non poterunt ad hæreditatem. Scisne, quid sit coram DEO omnium illorum sapientia, qui non reverâ sunt, sed *videntur esse sapientes*? est stultitia: *Sapientia hujus mundi stultitia est apud DEUM.*

1. Considera, quare sapientia hujus mundi apud DEUM stultitia potiùs quàm ignorantia, imprudentia, malignitas nominetur. ad majus probrum; quia illa inflata æstimatione sui, sibi admodum sagax & provida videtur, cùm sit stultissima, quia semper agit contrarium illi, quod cupit. Et qui sunt stulti? sunt illi, qui consequi finem aliquem volunt, & tamen ad eum obtinendum contraria adhibent media. *Stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient.* Prov. 1. v. 22. Stultus est, qui agrum cupit fertilem, & eum fundat in petra. Stultus est, qui palatium cupit firmum, & hoc struit in arena. sic mundus facit. vult consequi suum finem, qui est beatitudo, & utitur medijs non tantùm inutilibus, non tantùm ineptis, sed & noxijs. *sibi noxia cupit.* quia indubitatum est, beatitudinem inveniri non posse nisi in DEO, in cognitione DEI, in amore DEI, in adhæsione, & unione continuâ cum DEO, hoc est, cum summo bono. & Mundus sequitur ea media, quæ ipsum omnino avertunt à DEO, sequitur voluptatem, sequitur pecuniam, sequitur gloriam. Voluptas ejus cognitionem impedit, quia reddit stupidum; pecunia ejus cognitionem impedit, quia reddit solicitum. gloria ejus cognitionem impedit, quia semper involvit fumo ambitionis. & si mundus DEUM suum non cognoscit, quî fieri potest, ut amet, ut illi adhæreat, ut quærat illi esse conjunctus, & sic beatitudinem consequatur? Itaque sapientia mundi, si rite consideres, aliud non est, quàm solennis quædam stultitia, quia ex una parte ardentissimam habet sitim beatitudinis, parte aliâ fontem fugit, & rivos quærit, cisternas quærit: & quales cisternas? cisternas desolatas, destructas, imò & dissiparas, ut nec aquam continere possint sed lutum. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissiparas, quæ continere non valent aquas.* Jer. 2. v. 13.

3. Considera, si ita est, deponendam esse hanc mundi sapientiam, quæ

in

in ſtultitiâ ſuâ tanto faſtu incedit, & totis viribus amplectendam illam Chriſti, quantumvis vilis appareat: nam *ubi humilitas, ibi eſt ſapientia.* Prov. 3. v. 35. Dices, ita te à mundo habendum pro ſtulto. ſed habearis ſanè: ſtultè habeberis. & quid refert tuâ, quòd ſtultus pro ſtulto te habeat? Ita meliùs eſt, quàm ſi acclamet, ſi applaudat, quia *ſtultorum exaltatio ignominia.* Prov. 3. v. 35. ſufficit te ſapientem apud DEUM reputari. porrò ſi hoc velis conſequi, non eſt remedium, quàm ut altos Spiritus demittas, ut te humilies, ut vileſcas, ut non horreas apparere ſtultus coram mundo. Noli ſeducere te ipſum: *Nemo ſe ſeducat*, ut ſperet ſe poſſe ſimul placere DEO & Mundo, quemadmodum illi faciunt, *qui jurant in Domino, & jurant in Melchom.* Soph. 1. v. 5. hoc impoſſibile eſt: ſi velis fieri ſapiens coram DEO, neceſſe eſt fieri ſtultum coram mundo. *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens*, hoc eſt, *ſtultus fiat* coram mundo, *ut ſit ſapiens* coram DEO. Hæc enim eſt vera regula ſanctitatis, & ſynopſis agendi contra omnia mundi dictamina, amare, quod ille horret, horrere, quod amat.

4. Conſidera, non ſemper, quoties contra mundi dictamina operaris, illico te à mundo pro ſtulto habitum iri: ſed tunc ſolùm, cùm contra illa vehementer agis, nempe totis viribus quærendo patiendi materiam, quærendo paupertatem, quærendo ignominiam, tunc enim diff… nullo modo potes mentem … non ſolùm *ſtultè aliquid agi … rus ſis.* tunc mundus te vide… ludit, tunc ſpernit, quia vid… clarè te illa media apprehen… credit omnino contraria … ſed tu viciſſim etiam videre … bes: *Reſponde ſtulto juxta … ſuam.* Prov. 26. v. 5. quia … tantùm apparent eſſe contra… ideo ſolùm dicit, quòd … cùm reverâ ſis ſapiens: *… ut ſit ſapiens.* At ipſius … reipſâ contraria, unde etiam … pientia abſolutè ſtultitia voca… *pientia hujus mundi ſtultitia … DEUM.* Sic eſt, gradum … limem glorioſæ ſtultitiæ conſe… potes ſine magno DEI auxilio … quis ſit conſecutus: magnus … ctus, cujus hodie natalem cel… Philippus Nerius: *Vir, qui DE… cum morante confortatus ut: … mus ſum virorum, & ſcientia … num non eſt mecum.* Prov. 30. v. …

5. Conſidera magnum hanc … ctum non quæſiviſſe aliud, … reverâ coram mundo ſtultus … tur. unde reſpuebat delicias, … bat pecunias, & in publicis vicis … cæpit ſaltare, bibere, & alia age… dicula, ut magis ſe confunderet. … ctè igitur dicere potuit: *ſtulto … ſum virorum, & ſcientia … non eſt mecum*: quia modo quo… pluſquam humano ſatagebat … ſanctos illos eximios, & præcel… quique maximè ſtuduiſſent non …

rum esse contemptores mundi, sed à mundo contempti. scire cupis, qua ratione hoc sit consecutus? semper DEUM habendo secum, qui illum confortabat. *DEO secum morante confortatus ait: stultissimus sum virorum &c.* Erat intimè familiaris DEO; semper cogitabat DEUM: semper loquebatur de DEO: semper agebat pro DEO: unde mirum non est, tantùm inde accepisse robur. Qui semper est conjunctus veritati, facilè falsitatem contemnit. ut ut sit, sanctum tam grandem advocatum elige, ad obtinendum vel modicum de hoc contemptu mundi tam necessario sanctitati, in quâ solâ vera sapientia consistit. Jam audisti: si sapiens coram DEO fieri velis; modus alius non superest: necesse est fieri stultum coram mundo. quid ajo fieri? necesse est, ut te ipsum facias: stultus fias, talem te tractando, etsi mundus non faceret. Ita fecit magnus hic sanctus. non potuit non ipse mundus agnoscere virtutem ejus singularem, non potuit non acclamare, non applaudere, non consectari. & ipse tamen in contemptum mundi, cùm is quasi conjuratis studijs illum pro sapiente coleret, aliud non curavit, quàm ut stultus fieret, sed ita verè sapiens extitit.

* *
*

XXVII.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Gal. 6.

1. COnsidera hoc unum esse ex præceptis maximè necessarijs, quæ sint in mundo, utilissimis & æquissimis, supportare invicem: & hoc tamen esse, quod minimè impletur. Sed mirum non est. ad onus portandum, præcipuè si gravius fuerit, bonis opus est viribus, quibus plerique carent. Pauci sunt in mundo perfectionis robustæ, plerique Spiritûs infirmi, Spiritûs delicati, ideo statim cedunt. *Divertunt ab oneribus dorsum suum.* Ps. 80. v. 7. Itaque si nôsse cupis, quàm robustus existas, vide quantum ferre possis onera aliena. si facilè feras, robustus es. secùs non es. & si non sis, numquid vides, quantum tibi meriti decedat? *Robusti habebunt divitias.* Prov. 11. v. 16.

2. Considera, quæ sint illa onera aliorum, quæ tibi sunt portanda. tria sunt. Primùm defectus, tum necessitates, demique pœnæ. primò ferendi sunt aliorum defectus naturales, uti sunt melancholia, fœditates, squallores, infirmitates, & alij ejusmodi. deinde & longè ampliùs defectus etiam morales, uti sunt incivilitas, ingratitudo, ira, verba arrogantia, contradictiones, cavilli. Hi sine dubio

bio sunt gravissimi, & tamen portandi sunt. & quomodo portantur? miserando eos proximi defectus. Post hæc portandæ quoque sunt necessitates proximi, tam spirituales, ferendo exempli causâ incommodum ad audiendam confessionem alicujus ad te accedentis, ad dandum consilium dubitanti, ad animandum tentatum, consolandum afflictum, quàm temporales, subveniendo pauperibus. Tertiò portandæ sunt etiam pœnæ, nempe quæ illi ob delicta sua parantur, pro ipso orando, jejunando, sustinendo flagra, & partem in te derivando operum pœnitentiæ, quæ ille oneratus peccatis malè adimplet. Hæc tria sunt onera, in quorum primo, ut dixi, miserandus est proximus: in altero illi succurrendum: in tertio minuendum pondus. Verum est, primum esse præcipuum, & de hoc maximè agebat Apostolus, cùm dixit: *Alter alterius onera portate.* adeò, ut si à ceteris aliquando te eximendi justam causam invenias, nunquam subducere te possis primo. Sufficit proprios considerare defectus, & hoc vires tibi dabit ad ferendos alienos, numquid desideras omnes tui miserescere? quomodo ergo tu alijs crudelem te exhibebis? *Dimittite, & dimittemini.* Mat. 5.

3. Considera, cur dicatur hunc esse modum adimplendi legem Christi, supportare invicem. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Ratio est, quia lex Cristi tota in Charitate fundatur, nec in Charitate qualicunque, sed in Charitate sublimi, in Charitate [illegible] quæ sit illi similis, quâ Christus [illegible] nos est usus. *Hoc est præceptum [illegible] ut diligatis invicem, sicut dilexi* [illegible] Sed ista est Charitas, quâ ipse [illegible] usus, miserari nostros defectus, [illegible] vis ipse ab his esset immunis, [illegible] nire necessitatibus, satisfacere [illegible] pœnis. Solùm observandum [illegible] Apostolum voluisse Legem [illegible] quod Christus præceptum [illegible] Sed cur ita locutus est? ut [illegible] ret, nî fallor, hoc esse præcep[illegible] quod ita nos ligat, ut ab illo [illegible] vere possimus nunquam. Præc[illegible] est quoad vim obligandi, sed [illegible] quoad perpetuitatem. Unde [illegible] alibi scriptum esse: *Nemini quid [illegible] debeatis, nisi ut invicem dil[illegible]* Rom. 13. quia alijs debitis [illegible] liquis liberare se potest. Si [illegible] rium debes famulo, mercedem [illegible] ci, quamprimum è loculis pec[illegible] dederis, liberatus es debito. [illegible] bito amandi proximum tuum [illegible] ri nunquam potes: quippe si [illegible] venias ampliùs, quomodo illum [illegible] opere, amare saltem necesse [illegible] de, illi desiderando bonum, [illegible] præstare non potes. Adeò lex [illegible] ritatis omnibus debet durare [illegible] *Charitas nunquam excidit.*

4. Considera omnem Christi [illegible] gem in charitate fundari: & [illegible] defectus, qui quotidie contra ch[illegible] tem committuntur, etiam inter Ch[illegible] stianos, esse innumeros. Pauci [illegible] qui fortiter sustinent onera proxi[illegible]

quò plerique student eos gravare, affligere, opprimere modis etiam crudelibus. *Oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.* Luc. 11. v. 46. Sed hoc ipsum incitamento debet esse, ut crebriores exerceas actus Charitatis: sic enim adimplebis legem Christi. Porrò quid est adimplere legem Christi? est eam perficere, est restaurare, est supplere, quòd obtinendum esset à tot aliis: *adimplere, quæ desunt.* & ideo fortè etiam dixit Apostolus: *Adimplebitis legem Christi.* nec satis illi fuit dicere *servabitis*, prout de alio loquens dixit alibi. *Serves mandatum.* 1. Tim. 6. v. 14. Scio ipsum meritò dixisse *Adimplebitis*, quia qui proximum amat amore Charitatis, hoc est, quia DEUS vult, ut ametur. *Qui diligit proximum*, simul DEUM diligit, & consequenter *legem adimplevit.* quia satisfecit toti legi, quæ in hoc duplici cardine vertitur: *In his duobus mandatis universa lex pendet.* Matth. 22. v. 40. Sed non minùs etiam hoc meritò dixit ob rationem antecedentem, quam dedimus. & sic pluribus sanctis interpretari placuit. an non vides, quantum præstares obsequium JESU Christo, si omni studio satageres reparare damna legis, quam ille tanto affectu suam vocavit, & tamen toties violatæ, conculcatæ, laceratæ? adde, quòd proximi defectus onus sunt portatu gravissimum: numquid ita est? jam verò, si observes, hi defectus proximi graviores tibi sunt defectus Charitatis, quibus contra te delinquit verbis arrogantibus, contradicendo, cavillando, & alias irrogando molestias. Proinde si tunc illi superbè respondeas: væ legi Charitatis! jam enim à te & ab illo discerpitur quasi pari consensu. ubi è contrario, si dissimules, si tolleres, si taceas, aut respondeas placidè, aliâ ex parte obducas vulneræ, quæ ex alterâ accepit. & sic efficaciùs obtines amorem Christi: quia tunc non utcunque observas legem illi adeò dilectam, sed adimples, redintegrando simul jacturam, quam patitur. & hoc est, quod dicitur: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

* * *

XXVIII.

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Job. 14. v. 3.

1. CONsidera, quòd debeas spectare te ipsum quasi militem, qui in hoc mundo comparuit, ut certaret, & idcirco sæpe etiam refricare memoriam suggerendo tibi, nunc esse tempus militiæ. *Nunc milito.* Tres sunt inimici, contra quos hæc ordinatur militia. Mundus, Caro & Dæmon. Verum est, te ab illis non semper eodem modo impugnari. Subinde, ita disponente Providentiâ Numinis, permittunt in illius obsequio pace tantisper frui. unde non dicitur vita hominis super terram pugna esse, sed militia: *Militia est vita hominis super terram*, non *certamen*, non *prælium*, non *pugna*, sed *militia*. quia in militiâ aliquando ad hyberna conceditur, non autem in pugnâ. at negari non potest tempus istud breve esse, quia inimici hominis sunt molesti, sunt insidiosi, versuti, ita ut, si videntur inducias dedisse, repentè majore, quàm unquam aliàs, impetu aggrediantur. & ideo necesse est, ut saltem semper excubes armatâ manu, quasi jamjam immineret prælium, etsi fortè non quotidie sit dimicandum. Sed quid refert? quotidie est militandum. *Cunctis diebus, quibus nunc milito.*

2. Considera meritò plus animi sumendum, quòd non agatur, nisi de diebus duntaxat. *Cunctis diebus*, non *Cunctis seculis.* imò nec *Cunctis* [illegible] Ideo fortassis tibi gravior [illegible] militia videtur, quia, ut plerumque solent homines, credis te longiores [illegible] tæ spatia habiturum. noli hoc [illegible] crede potiùs semper contra [illegible] prout hîc fecisse vides sanctum [illegible] qui aliàs tam animosus erat [illegible] gnam. neque hic tantùm, sed [illegible] ne quacunque computabat [illegible] tem vitæ, eam comparans [illegible] locitati cursoris, nunc folio, [illegible] flori, nunc vento, sibique sugge[illegible] *Numquid non paucitas dierum* [illegible] *finietur brevi?* Job. 70. v. 20. [illegible] enim est regula usurpanda ab [illegible] in ærumnis versatur, ut [illegible] ipsum ad eas invictâ patientiâ [illegible] das, cogitare, brevi finem fortitudinis. tu fortè contrarium facis [illegible] ideo pliùs æquo trepidas. ô [illegible] brevior etiam fortassis erit vita [illegible] quàm ipse cogites! *Ecce, venio* [illegible] *tene, quod habes, ut nemo accipiat* [illegible] *ronam tuam.* Apoc. 3. v. 21.

3. Considera tantò efficaciùs [illegible] nimandum, si memineris [illegible] mutatum iri statum, ita ut de [illegible] transeas ad principatum, ad [illegible] ad sceptrum, quibus per [illegible] es potitus. & hoc est, quod [illegible] *Cunctis diebus, quibus nunc milito* [illegible] *pecto, donec veniat immutatio* [illegible]

quia mutatio est contraria statui, qui erat ante mutationem. & idcirco si status erat laboris, timoris, tædii, subjectionis, qualis erat status militiæ, necesse est mutationem fieri in statum quietis, securitatis, hilaritatis, atque etiâ imperij, qualis erit gloria paradisi. saltem illud est certum, vocem istam *Immutatio*, cùm agitur de vitâ futurâ, semper in sacris paginis accipi felici sensu. & ideo dixit Apostolus: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* quia transire de malo in pejus, uti facient damnati corpora resumendo jam plurimis subjecta morbis non erit propriè mutare statum, sed reddere deteriorem graviorum accessione malorum. Mutare statum solùm erit transire de malo in bonum, uti facient beati. Unde mutatio, quæ facienda erit in illâ resurrectione universali justorum, semper exprimitur ijs similitudinibus, quæ designant ejusmodi optatum transitum, nempe exprimitur tritico, quod ex putri transit in vividum, viride, plenum pompâ: exprimitur plantis, exprimitur pratis, exprimitur sinu terræ, quæ velut exanimis languebat per hyemem, & vere novo jucundiùs efflorescit. exprimitur erucâ, quæ è vili vermiculo fit papilio mille variegatus coloribus: exprimitur Phœnice, quæ tam gloriosè è suis cineribus renascitur. Hujus mutationis spe te quoque solari debes, uti Job faciebat, siquidem miles fueris æquè ut ille generosus. Atque ut meliùs advertas, quàm optabilis hæc sit futura mutatio, nota, ubi textus noster dicit: *Expecto, donec veniat immutatio mea*, septuaginta vertere: *sustinebo, donec rursus fiam.* quia tanta erit illa mutatio, ut sit quædam renovatio, iterata creatio, vel potiùs regressus ad eum statum, sed cum incredibili augmento, in quo DEUS hominem constituit, cùm illum primò in terrestri paradiso creavit, ad statum incorruptionis, statum immortalitatis, statum impassibilitatis, sed tantò nobilioris, quantò nobilior est paradisus, quo fruemur in cœlo, quàm quem Adamus pauculis diebus in terrâ gustavit. numquid putas, ut hoc statu potiaris, posse militiæ non solùm dies, sed integra secula impendi?

4. Considera, licèt probè intelligas felicitatem statûs adeò beati, non visurum te horam, quâ adveniat. sed quid ages? oportet cum Jobo patienter expectare: *Expecto, donec veniat immutatio mea.* non potes illum accelerare ullo modo. ipse veniat necesse est. *Donec veniat.* tibi verò expectandum duntaxat, dum appropinquet. Expectatio ipsa plurimum affert solatii. *Expectatio justorum lætitia.* Prov. 16. v. 28. Miseros illos, qui expectare non possunt, tanquam homines, quorum vita talis non est, ut mereantur. ut dicere possis: *Expecto.* O quàm bene vivere oportet *Cunctis diebus!* quia quotidie venire mors potest, & improvisò te evocare. & quid fiet, si eo die non vivas, ut dicere cum veritate possis te expectare immutationem tuam? non obtinebis: quia datur expectanti: *Apparebit expectantibus se.*

Hebr. 9. v. 28. hoc est illis, qui jam præparati in horas expectant. Cogita parumper vivendi modum, quem tenes, & tunc videbis, an tu quoque verè dicere possis cum Job verba ista significa. *Cunctis diebus, quibus militio, expecto, donec veniat immutatio mea.*

XXIX.

DEUS hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Evangelii, gloriæ Christi, quæ est Imago DEI. 2. Cor. 4. v. 4.

1. COnsidera nomine DEI intelligi summum quoddam bonum, quod ut tale rationem habet ultimi finis, sufficientissimi ad exsatiandum omne desiderium nostrum. & sic quod quisq; sibi statuit pro ultimo fine, in quo tanquam suo bono quiescat, per similitudinem ipsi Deus appellatur. scire ergo desideras, quis juxta veram litteram sit iste Deus seculi, de quo in præsenti est sermo? Hoc est, quod seculum pro DEO sibi statuit. Pecunia, voluptas, honor. Hic est finis ejus ultimus, cui aquiescit: & hic est ipsius DEUS unus certo modo & Trinus etiam ipse. Unus, quia quoad substantiam idem est finis, nempe explere cupiditatem inordinatam. Trinus, quia in tria bona distinguitur valoris adeò similis, ut dicere nequeas, quodnam in æstimatione seculi majus existat. tanti sunt omnia. Jam ergo DEUS tam falsus, *DEUS hujus seculi*, ipse est, qui infidelium animos tam densâ caligine offudit, ut non viderent lucem alias manifestissimam, qualis per se ipsam est Veritas Evangelii. *Excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat*, hoc est, *ne fulgeret eis illuminatio JESU Christi*. & quomodo excæcavit? illorum rendo oculis, quidquid hujus curioni finis aptissimum inventu tuit: avaris pulverem, luxuriosis tum, superbis fumum. quia si observas, videbis, quotquot infidelium repugnarunt Doctrinæ Evangeliæ, repugnâsse non ob mysteriorum sublimitatem: quippe non credebantes sibi propositas non tam, quia essent sublimes, uti sunt nostræ, quòd vellent prosternere idolum monstrosum, *DEUM hujus seculi*, abstrahendo à quæstu sordido, à moribus, à vanitatibus suis. *In hoc apparuit Filius DEI, ut dissolvat opera Diaboli.* Jo. 3. v. 8. numquid comparatione digna videtur tanta pompa mundi, quæ ad interitum properat? idolum istud maledictum? quid agis ergo, quòd non movearis ad succumbendum, non sudore tantùm, sed & sanguine profuso?

2. Considera ad inveniendos hodie infideles opus non esse, ut ad Indos usque

usque penetres. nimium quantum non solùm nidulantur, sed palàm prodeunt in sinu Ecclesiæ, & tales sunt illi fideles, qui fidem habent operibus vacuam. *fidem sine operibus.* Adhærent isti sublimitati articulorum, quos nobis Evangelium revelat, sed non adhærent sanctitati principiorum: imò tam sunt effrontes, ut illis repugnare audeant non operibus tantùm, quæ sunt muta quædam locutio, sed verbis quoque: quia sæpe dicentes audies illos esse beatos, qui vivunt hilaria, qui omnimis crumenas implent, qui cupiditatibus indulgent, qui lætantur, qui in altum familiam suam attollunt. quod revera aliud non est, quàm facere mendacem Christum. Jam ergo infideles isti Ecclesiæ, & alii his similes, *qui confitentur se nôsse DEVM, factis autem negant.* Tit. 1. v. 16. quid est, quòd non videant tantam lucem, qualis ista est Evangelicæ veritatis, quantumvis habeant quotidie non tantùm eminus fulgentem, uti plurimis Barbaris accidit, sed præsentem? quia & ipsi sunt excæcati à DEO seculi. tanto feruntur affectu ad illa sua lucra quæstuosa, ad illas brutas voluptates, ad vanitates suas, ut non modò ipsi non amplectantur consilia data à Christo, sed stultos dicturi sint suos socios, qui ea promptè suscipiunt. *Verbum Crucis pereuntibus stultitia est.* 1. Cor. 1. v. 16. si non moveris ad succurrendum his miseris commiseratione, moveat saltem indignatio, si videas DEUM seculi plus Christo posse in tot hominum animis non solùm apud Indos, sed ubi Christus etiam Regnum suum fundavit.

3. Considera, unde colligi possit, infideles istos infaustos, de quibus agimus, non tantùm sopitos à DEO seculi sed excæcatos. *DEVS hujus sæculi excæcavit mentes infidelium*: ex eo, quòd videre sit istos resistere tantæ virtuti luminis, quanta in Evangelio refulget. nam quid est *Evangelium gloriæ Christi*? est manifestatio Divinitatis Christi, quæ est illa gloria, vel si dicere lubet, claritas, quam habet ut DEI Filius. *Imago DEI.* quippe non ignoras Patrem Cœlestem fontem esse omnis luminis: *DEVS lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.* 1. Jo. 1. & ab hac luce Archetypâ procedit imago tam propria dicti luminis, ut ejus sit filius naturalis, & vocetur Verbum æternum. Jam Verbum istud de cœlo in terram descendit ad hos miseros illuminandos: & quamvis humanam carnem induerit, ut nonnihil temperaret splendorem immodicum, non ita abscondit, ut non sineret tralucere etiam manifestè in mille operibus prodigiosis sapientiæ, sanctitatis, miraculorum, maximè verò in Evangelio suo, & idcirco istud imprimis nominatur Notitia claritatis Christi. quæ verò istius propria est virtus? illustrandi, quia quisquis illi attentè studet, non potest non cognoscere lucem adeò exundantem, qualis est illa gloriæ Christi DEI filii, quæ ibi invenitur operta sed non abscondita. & tamen, quis credat? Virtus ista illuminandi tam potens, quæ inest Evangelio: *Illumi-*

natio

natio Evangelii, obtinere non potuit ab his miseris, ut ejus amplectantur dictamina, ut ea ament, ut æstiment, ut præferant stultis suis persuasionibus. hinc est, quòd hæc illuminatio pro ipsis non fulgeat: & si non fulger, quantumvis perpetuò illorum feriat oculos, quid dicemus? eos dormire? haud sanè, sed esse excæcatos. Qui habet oculos somno clausos quantumvis profundo, minùs facere non potest, quàm ut ad lucem valde copiosam, illos aperiat. at qui oculos habet cæcitate clausos, nunquam aperit, si vel ipse sol ad eum invisendum cœlitus descendat. ut aperiat, miraculo opus est manifesto, quod DEUS per omnipotentiam suam faciat. ita tu pro indubitato habeas miraculo opus fore, ut ij verè Evangelio credant, quibus DEUS seculi clausit oculos, quia non tantùm somno sunt occupati, sed cæcitate oppressi. *DEUS hujus sæculi excæcavit mentes infidelium &c.*

4. Considera, ob quam ca. sam DEI Filius singulari quodam modo nominetur *Imago DEI.* quia omnes proprietates habet imaginis perfectissimæ. Imò alia imago perfecta inveniri nequit in mundo præter hanc solam. Prima proprietas est similitudo cum Patre. altera est origo, quam habet ab ipso. tertia æqualitas. signum Regis cusum in monetâ non est vera imago Regis, quia præter similitudinē nihil habet. Vera ipsius imago est Filius ille Regius, quem genuit: quia iste non solùm habet similitudinem, sed & originem, nihilominus etsi Filius iste Regis ejus vera imago sit, non e[illegible] men perfecta. quia habet equi[illegible] riginem à patre, sed non talem, q[illegible] lum patri omni ex parte reddat [illegible] lem. Filius in quocunque [illegible] Patri æqualis solus est Filius DEI, [illegible] deo solus est imago perfecta. [illegible] *Dei.* & hæc est imago, cui te [illegible] conformari necesse est, aliàs [illegible] non potes te fore Filium DEI [illegible] per gratiam, ut ille est per na[illegible] Quos Pater prædestinavit ad gl[illegible] Paradisi, hoc intuitu speciali pr[illegible] navit, quòd essent futuri con[illegible] imagini dilecti Filij sui. *Prædes[illegible] conformes fieri imagini Filij sui, [illegible] pse primogenitus in multis fra[illegible]* Rom. 8. v. 29. ut adeò, si han[illegible] formitatem non habeas, imò te [illegible] aquirendæ allabores, sperare no[illegible] sis, te fore de numero prædestin[illegible] & qualis est ista conformitas? [illegible] rare, ut similitudinem exprimas [illegible] Cœlestis in cunctis perfectionib[illegible] cut ille expressit. *Estote perfect[illegible] cut Pater vester cœlestis perfect[illegible]* Mat. 6. Verum est hanc simil[illegible] nem à te exprimi ad æqualitatem [illegible] posse, sic enim fores Filius natu[illegible] potes tamen illam exprimere pro[illegible] tione servatâ, quod sufficit ad red[illegible] dam veram quodamodo hanc par[illegible] lam *sicut.* tu verò fortè nullatenu[illegible] primis, quia es inhumanus in pa[illegible] res, injustus, iniquus, cupidus vi[illegible] ctæ, luxuriosus, superbus, solius va[illegible] tatis amator, & si ita est, quomodo p[illegible] destinationem tibi spondebis? [illegible] quàm vereor, ne aliam beatitudi[illegible]

in diebus tuis habiturus non sis, nisi quam dare possit DEUS seculi, cui similior es quàm DEO vero, nempe beatitudinem cæcorum.

XXX.

Existimo, quòd non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. 2. Cor. 8.

1. COnsidera, quàm modestè sit locutus Apostolus, cùm dixit: *Existimo*, de re, de quâ meritò dicere potuit: *Scio*. nonne fuit ille in tertio cœlo ad videndam gloriam, de quâ agebat? & tamen ait: *Existimo*, ut significet, etsi plus non foret quàm probabilis opinio, quòd illa gloria sit adeò excelsa, adeò eximia, qualem ille designat, omnem adhibendum conatum, ut eâ potiaris. an non vides, quid illi faciant, qui dant operam thesauris inquirendis? fieri sæpe potest, ut pro auro, quod quærunt, aliud non reperiant, quàm flavæ cretæ frusta. & tamen laborant, sudant, & quasi damnati vivunt, imò moriuntur in specubus, quia spem habent probabilem auri eruendi. quanquam non est existimandum dicere hîc Apostolum: *Existimo*, quasi vel minimum dubiter de eo, quod dicit. ait potiùs *Existimo*, ut te sedibrio habeat, qui ita te geris, quasi dubites de re adeò certâ. minus dicit, sed plùs significat, quàm si diceret: *Scio*.

2. Considera, quæ sit demum illa moneta, quâ emitur gloria Paradisi, non alia, quàm præsentis vitæ dolores: *Passiones hujus temporis*, paupertas, ignominia, infirmitates, persecutiones, labores, sudores, variæ ærumnæ, quas tibi DEUS immittit. adeò ut quoties eas respuis, illam respuas monetam, quam DEUS tibi ut pauperculo largitur pro tanto lucro. ubi vidisti aliquando, non omnes currere solicitè, certare, contendere, luctari, cùm Princeps occasione celebritatis festivæ in pauperem plebem pecunias proiicit? & tu nec gradum moveres ad colligendas calamitates, quas DEUS spargit, ut te faciat divitem. *Renuerunt accipere disciplinam.* Jer. 5. v. 3.

3. Considera, calamitates illas, quas pateris pro DEO, esse quidem totidem monetas, quibus tu nundinari possis gloriam illam cœlestem, sed non ideirco monetas esse condignas. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* nam ut ut dignæ sint quoad pretium, non sunt dignæ quoad materiã. & hoc ipsum, quòd sint condignæ quoad pretium tribuendum est gratiæ, quæ tales facit. ceterùm si se solis spectentur, quid habent pretij? nihil omnino. an ergo putas cuncta, quæ pateris, vel minimam habere proportionem cum Paradiso? si aliud non foret, quidquid pateris, alligatur tempori. *Passiones hujus temporis.* &

gloria illa est futura: *ad futuram gloriam*, hoc est, post tempus. quis autem nescit aliud non remanere post tempus, nisi æternitatem? nunc vide tantisper, quàm possint invicem habere proportionem Temporale & æternum? quam habent centrum, & circumferentia, hoc est, nullam. *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te: & in misericordiâ sempiternâ misertus sum tui.* Is. 54. v. 8.

4. Considera, si adhuc durum tibi videatur pati pro tantâ gloriâ, hoc inde accidere, quia illa tibi absconditur. sed ne timeas, apparebit quantocyus. *Revelabitur.* O si DEUS tantisper removeret velum, quo tegitur, & vel modicum indulgeret aspectum: beatum te! jam te continere non posses, quin exclamares, patiamur, laboremus, fatigemur, etiam ad mortem usque pro tanto lucro. *Vidimus terram valde opulentam & uberem, nolite gligere, nolite cessare.* Judic. 18. v. [illegible] demum gloria ista in præsens [illegible] potest tibi, quod facilè admitti [illegible] non in te. ut reveletur in te, [illegible] est expectare, ut præsens transeat [illegible] futura est. porrò nòstine, quam [illegible] mè ob causam de hac gloriâ dicat [illegible] stolus: *Revelabitur in nobis*? [illegible] dat differentiam, quæ est inter [illegible] terrenam, cujus tam avidus es, [illegible] stem. Terrena tota est extra te. [illegible] res, approbationes, applausus [illegible] equidem te gloriosum. sed nunc [illegible] vides, quæ demum ista sit gloria [illegible] gloria, quæ solùm est circa te, [illegible] te: & ideo in morte necesse est [illegible] linquere. *Non descendet cum eo gloria jus.* Ps. 48. v. 18. at illa gloria cœlestis [illegible] ta erit in animo tuo, *Regnum Dei [illegible] vos est.* Luc. 17. & ideo, quamdiu [illegible] ris, hoc est, æternum est duratura.

XXXI.

Visâ itaque turbâ de retro, & ab antè adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine. Baruch 3. v. 5.

1. Considera, sub idem tempus, quo Deus permisit populum suum captivum duci in Babylonem, commiseratione motum esse ob gravia pericula, quæ occurrere illi poterant, prævaricandi: & ideò statim sequi jussit epistolam, in quâ legitur documentum tam eximium, quod hoc loco tibi porrigo. Vos, inquit Deus, intrabitis civitatem, quæ tota est dedita cultui idolorum. quodnam igitur genus esse potest falsorum numinum, quod ibi non occurrat? dij è ligno, metallo, marmore, vili cretâ compositi. & tales cùm sint, eos videbitis per vias publicas [illegible] insanâ quasi in triumpho circum[illegible] Cavete ergo, ne vos exempli pra[illegible] corrumpi patiamini, ut illos habe[illegible] in pretio: sed illico mei recordam[illegible] qui sum verus Deus, dicite ven[illegible] bundi in corde vestro, quòd me [illegible] oporteat adorare. *Visâ itaque turbâ de retro & ab antè adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.* Hæc est praxis uti è pulcherrimis, [illegible] maximè necessariis una in vitâ spiritu[illegible] ali. quæ enim potissima est difficultas [illegible] quam imprimis experitur, qui exch[illegible]

ritate, ex officio, ex obedientiâ adigitur, ut agar cum multitudine? ea est, ut fortiter teneat principia fidei, visis tot aliis, qui contra ea loquuntur, aut aguat, adhærentes vanitati. Hic pro idolo colit voluptatem, ille pecuniam, alius gloriam. quid igitur te agere oportet, ut stes inconcussus ad spectaculam nociva? Corrigere intra teipsum debes illorum errores, & dicere tibi, omnes, quotquot sunt, falli, & te solum ratione uti, si Christum adores, & si illum amplectaris in cruce nudum pro te in summo dolore, in summâ paupertate, in sumo opprobrio. Quoties hoc agere omittis, vicinus es ruinæ, quia popularis opinio fascinum est maximè tremendum. ô quàm repentè tibi pervertet intellectum, nisi in promptu sit antidotum. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona.* quia facit, ut æterna bona contemptu digna videantur, quæ tamen unicè vocari bona possunt. Sap. 4. v. 12.

2. Considera, si pauci forent, qui in hac miserâ terrâ vanitatem adorant, non incurreres in his videndis tam grave periculum, pessimum est, quòd sint plurimi. *Visâ turbâ.* & ideo hoc primum est, quod facere oportet, contemnere numerum. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Ex. 23. v. 2. si non essent multi tantùm, qui alia sectantur, quàm Evangelium doceat, sed essent innumeri, essent infiniti, imò omnes, tu solus adversari deberes errori communi. *Cùm irent omnes* (ecce quanta fuerit generositas Tobiæ etiam in juventute, atque in ipsâ terrâ servitutis) *cùm irent omnes*, non *plurimi*, non *plures*, sed *omnes: cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat Rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Jerusalem ad Templum Domini.* Tob. 1. v. 7. Quid prodest tibi, si multi sint errantes? idcirco multi etiam sunt qui pereunt: & ob hanc ipsam causam pereunt, quia unus alterum sequitur sine respectu. *sicut oves in inferno positi sunt.* Ps. 48. 15.

3. Considera istorum Idololatrarum non solùm curandum non esse numerum, sed neque authoritatem, siquidè frequenter videbis inter eos, non solùm qui sequantur, sed etiam qui te præcedant. & ideo facile est, fateor, contemnere opinionem eorum, qui sunt retrò, hoc est, qui ætate, functione, magistratu, æstimatione sunt inferiores: sed non ita facile est negligere opinionem eorum, qui sunt antè. imò probabilissimum est fore, ut te ab iis seduci patiaris tanquam majoribus tenunquam hoc fiat. *Visâ turbâ de retro, & ab ante.* non solùm *de retro*, sed etiam *ab ante*: dicite in cordibus vestris. *Te oportet adorari Domine.* ô quoties accidet illos ipsos esse tibi incitamento ad peccandum, qui deberent esse obstaculo. *Grex perditus factus est populus meus.* & unde tanta ruina? *Pastores seduxerunt eos*, non *lupi*, non, sed *Pastores.* Jer. 5. v. 6. maximum damnum, quod plerumque accidit tot gregibus Christianis, non est à lupis sed à pastoribus, qui seducunt pravo exemplo: quippe à lupis facilè fugiunt pecora, sed à pastoribus facilè se duci patiuntur

tur etiam ad præcipitia. tu verò nec ab istis quidem deberes sinere te seduci. iterum dico: *Licet nos*, hoc est, *nos Apostoli, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Gal. 1. Itaque sive antecedant, quos vides adhærere vanitati, sive sequantur, æqualiter eos contemnere oportet, quia omnes pariter turbam faciunt, & turbam etiam vilem. *Visâ turbâ de retrò & ab antè.*

4. Considera, quâ ratione ad praxin à te reducendum sit hoc tam utile documentum, quod DEUS dedit. fortè stringenda lingua contra impios, qui longè secus agunt, quàm oporteret? an objurgandi? an reprehendendi? an facienda professio fidei, & professio publica in facie tot Idololatrarum? nequaquam: quia istud neque Deus à suo populo requirebat in Babyloniâ, ubi erant idololatriæ tam horrendæ. solùm in se ipso colligendus est animus, & ibi piè in Deo defixis oculis tacitè renovandum homagium, quod jam olim fecisti. *Visâ turbâ de retro & ab ante, adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.* notâsti verba illa plena moderationis, *in cordibus vestris?* ista tibi normam præscribunt. nimis difficile tibi foret arguere multitudinem personarum tam inferiorũ quàm superiorum. tibi ergo sufficiat, cùm aliud non possis, intus illis contradicere in spiritu, & eorum miseratione tangi. sed cave ne semel duntaxat id facias, sed quoties contingit vi-

dere, vel audire aliquid, quod [illegible] ad vanitatem possit. in hoc [illegible] profectus; quia tanta vis est, [illegible] vulgi opiniones in mentem [illegible] exercent, ut, nisi semper in [illegible] sint arma ad eas rejiciendas, [illegible] das, facillimè dominentur. & [illegible] aliquando possederint animum, [illegible] inde expellet? paucissimi. Ide[illegible] per vicos ambulas, & aspicis tan[illegible] xum adeò simplicitati Christi[illegible] trarium, tot profanitates, tot po[illegible] die intra te ipsum: *Te oportet a[illegible] Domine.* cùm ex necessitate sub[illegible] lam aliquam, & ibi cernis tam [illegible] inter quas vita exigitur, delicia[illegible] servitia, tantum comitatum, tan[illegible] nores, dic intra te ipsum: *Te opor[illegible] dorari Domine.* cùm versaris in [illegible] ari comercio, & audis è paribus [illegible] celebrari laudibus, quia amen[illegible] hominibus, extollitur à populis, [illegible] minis sui famâ jam jam omnem [illegible] literabit memoriam: dic intra te [illegible] *Te oportet adorari Domine.* ò qu[illegible] te juvabit, si in ejusmodi mille [illegible] onibus ista promptè occurrat re[illegible] tio! hæc satis virium habebit te [illegible] servandi ab illa pessima voluntate [illegible] suscitari in te quoque possit, pro [illegible] relinquendi Deum verum. No[illegible] stud tibi sit mirum, quia Deus ipse [illegible] proprio suggessit. & ideo quis dub[illegible] eum obligari ad assistendum illi [illegible] modo quodam speciali, qui habe[illegible] let in usu hoc documentum.

* * *

JUNIU[illegible]

JUNIUS.

I.

Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. Jo. 4. v. 34.

1. COnsidera, quæ sit illa voluntas, quam Christus hoc loco vocat Voluntatem Patris sui, & quod sit opus. Opus erat salus totius generis humani: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facerem.* Jo. 17. voluntas erant cuncta illa media, quæ Christus debebat adhibere pro tali salute, peregrinando, prædicando, patiendo usque ad mortem, & mortem quidem Crucis. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: DEUS meus volui.* Ps. 39. Hujus impletionem cibum suum vocat: *Meus cibus est.* non quòd ut homo verus non etiam cibo uteretur corporeo, sed quòd istum nihili faceret respectu alterius: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Joh. 4. v. 32. Si bene intelligeres, quid Christus voluerit indicare, cùm cibum suum appellavit impletionem hujus voluntatis Paternæ, quantumvis in se duræ & difficilis, ô quantam haberes causam erubescendi!

2. Considera cujuscunque hominis justi cibum dici posse adimplectionē sanctæ voluntatis Divinæ: *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Joh. 6. v. 27. quia sicut cibus sustentat viram corporis, ita ista adimplerio sustenrat vitam animæ, quæ est gratia. Sed cum eo emolumento sustentat, ut lapsu temporis, quantumcunque comedas, corpori tuo sit moriendum, at si è contrario semper facias voluntatem Divinam, anima tua in æternum mori non possit. *Audite, & vivet anima vestra,* Is. 55. v. 3. In hoc sensu dicere Christus non potuit cibum suum esse facere voluntatem Patris, quia omnia ejus opera tam perfecta, tam pura, quæ patrabat, nihil poterant ad servandam illi gratiam. Et ratio est, quia ista in ipso non pendebat ab operibus, sed ab unione Hypostaticâ, quæ sola impeccabilem reddebat. & ideo quantumvis ipse ut talis non posset operari nisi sanctissimè, nihilominus hæc ejus operatio tam sancta non conservabat in ipso vitam animæ, prout in alijs justis accidit, sed potiùs vita animæ conservabat in ipso operationem sanctissimam. atque ideirco hoc sen-

ſu dicere non potuit. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.*

3. Conſidera de quocunque juſto etiam dici ejus cibum eſſe, ut impleat voluntatem Divinam, quia, ſicut cibus corporeus non ſolùm corpus conſervat, ſed & roborat, cùm langueſcit, confortat, animat, vires auget, ita facit cibus ejus ſpiritualis reſpectu animæ. Sed eo diſcrimine, quòd cibus corporeus aliquando non augeat vires, ſed opprimat, prout ijs contingit, qui eum copiosè ſolent ingerere. *In multis eſcis erit infirmitas.* Eccl. 37. v. 32. non ita cibus ſpiritualis. quò plùs operaris boni, eò plùs accipis vigoris. Hoc quoque ſenſu Chriſtus dicere non potuit cibum ſuum eſſe facere voluntatem Patris. quia ipſe non erat operando bene roborandus in ſpiritu, uti nos, ſed naſcebatur robuſtus. imò illud ipſum robur, quod habuit, donec tam animosè evaſit in Crucem, quaſi in verticem ſublimis palmæ: *Aſcendit in palmam, & apprehendit fructus ejus.* Cant. 7. v. 8. illud ipſum, inquam, habuit primo momento, quo fuit conceptus tener infantulus in ſinu materno: ſumendo cibum non auxit. & idcirco etiam hoc ſenſu dicere non potuit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.*

4. Conſidera de quocunque Juſto dici etiam poſſe cibum ejus eſſe adimplere voluntatem Divinam, quia, quemadmodum cibus corporeus non ſolùm confortat corpus, ſed facit creſcere, & ad illam magnitudi[illegible] ſtaturam debitam perducit, [illegible] non attingeret, ſi parciùs [illegible] ita facit ſpiritui cibus ſpiritual[illegible] ber & iſte magnitudinis me[illegible] ad quam paulatim promove[illegible] tranſeundo à ſtatu incipientium [illegible] terum proficientium, & ab hoc [illegible] ad ſtatum perfectorum. & [illegible] plurimum conducit operari [illegible] quamvis adhuc eo diſcrimine [illegible] ſi ætatem certam attigeris, [illegible] virilis, quantumcunque co[illegible] corpus non creſcat ampliùs: [illegible] ritus ſemper creſcit. *Qui Sanc[illegible] ſanctificetur adhuc.* & iſto [illegible] ſenſu Chriſtus dicere non po[illegible] bum ſuum eſſe adimplere volu[illegible] Paternam, quia ille nunquam [illegible] Crevit equidem in æſtimatio[illegible] minum, qui de die in diem [illegible] magis illam ſcientiam, illam [illegible] tiam, illam gratiam ſtupendam [illegible] in ſinu ſuo concluſerat, atreve[illegible] crevit niſi quoad corpus: [illegible] ſemper erat Gigas. & licet co[illegible] creſceret meritis, quæ paula[illegible] mulabat per actus tam excelſos [illegible] idcirco creſcebat ſanctitate: [illegible] runt merita, ſed non crevit [illegible] idcirco nec iſto quidem ſenſu [illegible] cum veritate potuit: *Meus cibus [illegible] ut faciam voluntatem ejus, qui [illegible] me, ut perficiam opus ejus.*

5. Conſidera, quis igitur ſit [illegible] ille legitimus, quo dicere hoc po[illegible] ſenſus erat, ut ſignificaret in eo [illegible] eſſe delicias. Scis hoc eſſe propri[illegible] cibi corporei, ut abſens exciret [illegible] petitu[illegible]

ocitum, præsens illi satisfaciat, & satisfaciendo recreet, reficiat, delectet. & hoc omnino spiritui præstat cibus suus, eo insuper accedente commodo, quòd cibus corporeus, si copiosiùs sumatur, non desideretur amplius, sed potiùs nauseetur, cibus vero spiritualis tunc appetatur magis, quia satisfacit equidem; sed non satiat: *Qui edunt me, adhuc esurient.* En igitur, quid indicare Christus voluerit, cùm dixit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus*, indicare voluit hos suas summas esse delicias. Numquid ista te reddunt attonitum? nôsine, quàm fuerit opus dolore plenum, de quo agebatur? nempe Mundi Redemptio. & in hoc tamen suas Christus delicias constituit, sua gaudia, sua solatia, adeò ut ejus causâ sæpiùs necessarium corpori alimentum negaret: & cùm dare illud aliquando cuperet, ideo cuperet, quia futurum erat vitæ suæ postremum. *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* non quodlibet Pascha, sed *hoc*, quia ab illo transiturus erat ad Crucem. & tu non sentis inde te commoveri saltem ad ruborem, ad compunctionem, ad tenerum gratitudinis affectum? quis es tu, ut Christus pro salute tua obliviscatur sui? ille sæpiùs ne cibo quidem corpus curabat, ut tibi attenderet servo suo vilissimo. tu pro ejus servitio quoties neglexisti non inquam nutrire te ipsum, sed satiare prolibitu?

6. Considera eum dixisse faciendam sibi voluntatem ejus, qui misit, & opus perficiendum. *Ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, & perficiam opus ejus.* Voluntas Patris erat, ut Christus pateretur summo rigore, quidquid erat necessarium pro salute mundi: opus erat hæc ipsa salus. Itaque quoad voluntatem Patris, Christi erat totam facere, & sic dixit: *ut faciam voluntatem ejus.* quoad opus, non erat ipsius totum facere, sed solùm perficere, & sic dixit: *ut perficiam.* Christi solius erat facere voluntatem Patris, quia Pater non venit in partem passionis. *Torcular calcavi solus.* Is. 3. v. 3. sed non perinde solius Christi erat facere omne opus, quia hoc illi commune fuit cum Patre. Decrevit Pater salvum facere mundum. *DEVS vult omnes homines salvos fieri.* & re ipsâ etiam salvum fecit, & ideo Christo ut homini solum erat reliquum opus illud salutis perficere. & quia hîc loquebatur ut homo, prout ex eo poterat colligi, quòd sibi dicat esse mandarum, ideo, inquam, istis usus est vocibus: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Si solùm dixisset, *ut faciam voluntatem ejus*, non expressisset, Passionem suam esse efficacem ad salutem mundi. Si solùm dixisset: *ut perficiam opus ejus*, non expressisset passionem suam pro salute mundi esse ex mandato Patris: ideo utrumque conjunxit. Cetertùm duo

ista

ista inter se esse distincta manifestissimum est. Dic enim, Apostoli, & tot eorum successores missi à DEO in utilitatem generis humani numquid & ipsi perfectè impleverunt voluntatem mittentis? omnino: *fecerunt voluntatem DEI.* Sed non fecerunt ejus opus, imò nec in illo faciendo juverunt: *Non perfecerunt opus ejus*, quia nemo alius *operatus est salutem in medio terræ.* Ps. 73. nisi JESUS Christus Servator tuus. & sic in isto quoque sensu verè dixit: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.* quia Apostoli equidem mundo manifestârunt salutem suam: *Isti homines servi DEI excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis.* Act. 16. v. 17. Sed eâ nõ sunt operati. Quid ampliùs potissimum fecerunt? hortati sunt homines, ut eâ salute opportunè uterentur. & hoc sensu ipsi de se dixerunt: *DEI adjutores sumus.* 1. Cor. 3. v. 7. quemadmodum, si tu apùd Barbaros omnem exolveres pecuniam, quæ petitur pro lytro tot Christianorum, qui ibi gemunt constricti vinculis, & catenis onerati, tu certè solus esses, qui illorum ageres Redemptorem. Omnes servi, qui nomine tuo eò convolarent, ad animanda illa mancipia, ut id acceptarent, revera non operarentur redemptionem, sed solumodo ejus acceptationem. Idem in casu nostro accidit. Redemptio Mundi perfecta est, quia Christus amore expendit pretium non integrè sed & copiosè. *Copiosa eum redemptio*, aliud non [illegible] quàm ut excitentur homines ad amplectendam, ut instruantur, tur, animentur, aliquando etiam pellantur tanquam insani, [illegible] sunt libertatem servituti præ[illegible] quid dices Christo JESU? [illegible] eodem omnino modo illi [illegible] tus, sive consequaris salutem, non consequaris? hoc opus [illegible] nino perfecit, *ut perficiam opus* Si excidas salute, tua est culpa.

7. Considera Christum non sapientia singulari dixisse: *Meus bus est, ut faciam voluntatem [illegible] misit me.* Dicere potuit, meus est laborare, meus cibus est [illegible] nari, prædicare, pati pro homin[illegible] nam ad hoc reducitur quoad [illegible] tiam voluntas illa, cujus adim[illegible] adeò jucunda illi fuit. Nihilo[illegible] solùm dixit, meus cibus est [illegible] voluntatem ejus, qui me misit, hinc mirè conditur cibus ille [illegible] tam inamœnus, & insuavis, qui[illegible] pati. Vis pati libenter? hoc age, cogita te pati, sed facere volun[illegible] dilecti Patris tui Cœlestis: *ut faci[illegible] voluntatem ejus*, & hoc eum [illegible] tibi faciet tam sapidum, ut [illegible] tiari non possis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II.

Ubi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in avibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis aquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solliciti sunt; nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, & ad Inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. Baruc. 3. v. 16.

1. COnsidera seriò, quanta sit vanitas vitæ hujus mortalis, & intra te ipsum quære: *Ubi sunt Principes gentium?* ubi sunt modò tot Principes terræ? ubi Augusti? ubi Tiberij? ubi Trajani? ubi Caligolæ? ubi tot alij Cæsares olim regnantes? *Exterminati sunt.* non solùm egressi sunt hoc mundo, sed exterminati, adeò ut neque cineres supersint. Vade rursùm, vade ad illorum sepulcra, quære illos, inclama: nec unum invenies, qui respondeat. O quale istud illorum fuit exterminium! amiserunt parentes, amiserunt amicos, adulatores, Palatia Regiæ, sceptra, thronos, Posteros, &, ut verbo dicam, amiserunt cuncta mundi bona. Hoc est exterminium, hæc jactura omnimoda. & erit tamen, qui tanti faciat dignitatem aliquam vel gloriam, quæ tota instar fumi evanescit? ô te stultum, si cures!

2. Considera me non sine causâ dixisse illos egressos hoc mundo: quia in altero nimium quantum reperiuntur. Et ubi reperiuntur miseri? in Inferno. *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Exterminati sunt* quoad corpus. *& ad Inferos descenderunt* quoad spiritum. Enimverò nôstíne, cur miseri propriè exterminati dicantur? *exterminati sunt.* quia sunt extra suos terminos ejecti. Illorum termini in hac vita erant isti, versari semper in recreationibus & pompis, in pompis & recreationibus, nec passum quidem egredi ex his poterant. jam verò ita illis exiverunt, ut non possent longiùs: *exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Ecce! quò pervenerint: ad ipsum infernum, illam scilicet terram, quæ potiori jure, quàm olim Ægyptus dici possit *Terra exterminij.* Sap. 18. v. 15. Miserum te, qui hæc legis, si aliquando periculum adeas exulandi in terrâ tam funestâ? inde non ampliùs reverteris. *Qui descendit ad inferos, non ascendet, nec revertetur ultrà in domum suam.* Job. 7. v. 9. hoc enim est, quod præterea significat grande istud nomen Exterminij, malum scilicet desperatum, irreparabile, & absque remedio

dio. & ejusmodi est, quod hi Grandes nunc patiuntur in inferno. *Non est in illis medicamentum exterminij.* Sap. 1. v. 14.

3. Considera pensiculatiùs, quanta sit oppositio terminorum, quæ est inter eum statum, quo fruebantur in hoc mundo, & alterum, quem modò experiuntur in inferno. ut efficaciùs apprehendas ingens exterminium, quo usque *ad inferos descenderunt.* Illorum voluptas erat dominari in cuncta animalia, quæ discurrunt super terram. *Dominantur super bestias, quæ sunt super terram.* continuò venando feras, nutriendo canes, alendo equos. & nunc in inferno non modò istis bestijs non dominantur ampliùs, quæ sunt super terram, sed ipsis dominantur bestiæ, quæ sunt infra terram, quia sunt dati in prædam fœdissimis vermibus, qui eos devorant, scorpionibus, serpentibus: *Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.* Deut. 32. v. 24. Illorum voluptas hîc erat ludere cum avibus, quæ in aëre volitant: *In avibus cœli ludunt*, & in inferno ipsi facti sunt ludus tot ferocium volucrum, quot sunt dœmones, quibus perpetuò velut ab Harpyis circumsidentur. *Devorabunt eos morsu amarissimo.* Deut. 32. v. 24. Illorum voluptas hîc erat non tantùm opes colligere, sed cumulare thesauros. *Argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis aquisitionis eorum.* Servando pecuniam in arcâ potiùs sine usu, quàm dando subditis, dando servis, & [illegible] tibus. & in inferno nihil illis [illegible] est de cunctis thesauris, præter [illegible] æruginem ad eos urendos [illegible] *Argentum vestrum & aurum [illegible] æruginavit: & ærugo eorum [illegible] cabit carnes vestras sicut ignis.* [illegible] v. 3. Ceterùm ô quanta [illegible] infelix epulo frustra aquæ [illegible] quirebat. & si obtinuisset, [illegible] futurum erat in tantis ardoribus [illegible] mentum? potiùs servisset ad [illegible] cendendos magis, prout aqua [illegible] candenti ferro aspersa. Illorum [illegible] luptas erat hîc fabricare vasa [illegible] sa, sumptuosa scrinia, statuas [illegible] bas, & raræ artis musæa, in [illegible] omnis materia cederet labori. [illegible] *gentum fabricant, & solicitus [illegible] est inventio operum illorum*, [illegible] *nec est inventio similis illi operum [illegible] rum.* in inferno non est opus [illegible] se solicitos. Sine laboriosâ in[illegible] quotidie novæ consurgunt [illegible] gacissimæ ad excogitandas artes [illegible] quendi, ita ut nunquam sit finis [illegible] perpetuus pœnarum processus [illegible] nem æternitatem. *Est processus [illegible] lis viro indisciplinato; & est [illegible] in detrimentum.* Eccl. 20. v. 9. [illegible] nunc, quàm contrarij sint hi [illegible] bene dici potest dominantes [illegible] faustos esse exterminatos de [illegible] quo super terram versabantur, [illegible] alium adeò oppositum tram[illegible] Sed quid ampliùs quærimus? [illegible] *feros descenderunt.* Sufficiat hoc [illegible] ut in ijs pessima quæque imagine[illegible] & tu eris adeò demens, ut illis [illegible]

tiam felicitatem invideas, nec ad præsentem miseriam exhorrescas ? Vide etiam, quàm facilè sit eos damnari. non dicitur illos exorbitasse per effrenes libidines, homicidia & latrocinia exercuisse, fudisse innocentem sanguinem ad se vindicandos, solùm dicitur eos operam dedisse rebus, quarum nemo ferè in eo statu conscientiam sibi facit, nimium scilicet indulsisse recreationibus & pompis. numquid illorum status summè periculosus est ? *Va qui opulenti estis in Sion* ! Amos 1. v. 6.

4. Considera rem maximè stupendam, postquam isti è thronis suis dejecti sunt in abyssos, inveniri tamen, qui velint illorum thronos occupare. Debebant potiùs, ut videtur, omnes properare ad antra, ad silvas, ad tumulos. & tamen non sic est. imò certatim hodie contendunt eò ascendere mundani. *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, alij loco eorum surrexerunt.* Hoc est miraculum adeò portentosum, ut vel solum faciat te toto die stare attonitum, & penitus sideratum. Verùm ista verba pariter demonstrant maximam bonorũ mortalium vanitatem, de quâ principio dixi. Dum vides Dominantes istos, quorum felicitati mundus invidet, undarum instar trudi & pelli ab invicem, vix unus conscendit thronum, cùm successor instat, urgétque, ut inde citiùs descendat. Talis est magnitudo humana, nunquam est stabilis. *Transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.* Os. 10. v. 7. Sed hoc ipsum est, quod admirationem auget. quia humana magnitudo tam fluxa est, quî fieri potest, ut tanto studio à quoquam quæratur ? & sic tamen est. *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt.*

III.

Abundantiùs oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne fortè perefluamus. Heb. 2. v. 1.

1. Considera dictum istud primariò pertinere ad omnes Christianos cujuscunque etiam humilis conditionis, in quorum turbâ ex animi demissione etiam ipse se numerat Apostolus, & ait : *Nos.* Omnes isti tenentur observare legem suam Evangelicam majori accuratione & perfectione, quàm olim Hebræi tenerentur observare suam : aliàs quis dubitet ruinam incursuros irreparabilem ? I. quia illa lex fuit non nisi per os Angeli promulgata : *Ecce, ego mitto Angelum meum, qui præcedat te. Observa eum, & audi vocem ejus.* Exod. 23. v. 21. Ista verò per os Christi DEI filij : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite.*

dite. II. quia illa erat ordinata ad obtinenda mera bona terrena, tanquam præmium ſuum: *ſi collueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis.* Iſ. 1. v. 19. Iſta verò ad obtinenda Cœleſtia. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Jo. 6. III. quia illa reſpectu hujus onus erat intolerabile humeris etiam robuſtis, tum ob molem multò majorem præceptorum, quæ continebat, tum ob auxilia multò minora gratiæ: *Jugum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* Act. 15. v. 10. Iſta verò reſpectu illius onus eſt tolerabile humeris etiam infirmis. *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Mat. 11. unde vides, an non Apoſtolus juſtam habuerit cauſam dicendi: *Abundantiùs oportet obſervare nos ea, quæ audivimus*, à Legislatore tam nobili, tam proficuo & moderato, *ne fortè pereffluamus.* Quid eſt *effluere*? eſt damnari. quia fluit, qui morte moritur temporali: *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* 2. Reg. 14. Effluit, qui inſuper morte moritur æternâ. Itaque ſi tu Chriſtiane legem tuam non ſerves perfectiùs, quàm Hebræi ſuam, non ſolùm *efflues*, ut illis accidit, ſed *perefflues*, quia damnatio tantò erit major, quantò major extitit culpa.

2. Conſidera hunc locum pertinere ſecundariò ad eos Chriſtianos digniores, qui ſupra turbam elati imò etiam ſejuncti à turba in ſolitudine auſcultant voci Divinæ per exercitium contemplationis, quibus meritò ſe ipſum accenſet Apoſtolus, & ait: [illegible] in hoc exercitio pertingebat [illegible] tium uſque Cœlum: *Audiv[illegible] verba, quæ non licet homini* [illegible] igitur omnes tenentur perfectiùs ſervare, quod audierant in col[illegible] cum ſuo Domino privatis: *[illegible] tiùs oportet obſervare ea, [illegible] runt.* quia niſi obſervent, [illegible] dunt: *ne fortè pereffluant.* perf[illegible] eſt vas eſſe pertuſum, pertu[illegible] quod continere non poſſit [illegible] quia Dominus eatenus cum[illegible] mam tuam ijs donis, quæ ac[illegible] oratione, ijs luminibus, ij[illegible] tionibus, & ſenſibus tam pul[illegible] tenus deſiderat te evadere peri[illegible] Id ergo ſi negligas, non ſolùm [illegible] ſenſus tibi non concedet, ſed [illegible] illos tollet, quos dedit habere[illegible] que deferet. *Erudire Jeruſale[illegible] fortè recedat anima mea à te.* Je[illegible] 8. Credis fortaſſe ſufficere ti[illegible] nitatem ordinariam, qualis [illegible] poſſit Chriſtianis ordinariis, q[illegible] ſunt admiſſi ad tam frequens [illegible] miliare commercium: multum [illegible] ris: quia ſemper verſaris in [illegible] & ſic pariter magis obligaris ad [illegible] dum profectum. adverte prop[illegible] dicere Apoſtolum: *oportet nos [illegible] vare*, id eſt, *cuſtodire ea, quæ au[illegible] mus, ne fortè ea pereffluant*, ſed [illegible] *pereffluamus.* quia tantundem [illegible] teſt perdere hæc dona, quæ tam [illegible] volè accipis à DEO, quantum [illegible] re reipſum. hoc verò numquid [illegible] cum aquâ vas perdere? *Comminu[illegible] ſicut comminuitur lagena figuli* [illegible]

tione pervalidâ, nec invenietur de fragmentis ejus, in quâ hauriatur parum aquæ de foveâ. Is. 30. v. 14.

3. Considera dictum istud pertinere denique ad eos Christianos etiam excelsiores, qui non contenti exercitio contemplationis, ad quod per intervalla se recipiunt, etiam proximorum salutem per actionem procurant prædicando, absolvendo, consulendo, docendo, quibus meritò seipsum quoque annumerat Apostolus Prædicator gentium & Doctor maximus, aitque *Nos.* hi sunt, qui *audierunt in aure* præcepta sui Domini, & deinde *prædicant super tecta.* ideo oportet multum esse solicitos, ut alijs perfectiùs observent id, quod audierunt: *Abundantiùs oportet observare ea, quæ audierunt:* aliàs periculum incurrunt perdendi seipsos, dum aliosquærunt: *ne fortè perefluant.* Oportet ergo, si tu ex illis es, ad utilitatem aliorum talem permittere fluxum donorum, quibus te Dominus instruxit, ut magnam partem serves ad proprium profectum. *Fluunt* illi, qui non contenti sibi solis vivere, benevolè se impendunt obsequio proximorum. *Effluunt*, qui se impendunt copiosè. *Pereffluunt*, qui se totos impendunt: & si totum te alijs dederis, quid tibi ipsi de te remanebit? *Totum spiritum suum profert stultus*, & hoc ipso demonstrat, quis sit, demonstrat se stultum, quoniam de aliis cogitat, non de se: *Sapiens differt, & reservat inposterum.* Prov. 29. v. 11. & per hoc se prudentem esse ostendit, quia facit ad modum illarum Virginum, quæ tantum olei servare noverant pro Lampadibus propriis, ut necesse non esset versari in tenebris. an non vides eandem eleemosynam corporalem mensurandam juxta statum, in quo versaris? multò magis id in spirituali faciendum, quia in bonis spectantibus ad corpus non sine merito multis in casibus magis amare potes proximum quàm te ipsum, nunquã verò in bonis ad spiritum pertinentibus. Amare oportet sicut te, non plusquàm te. *Dilige proximum tuum sicut te ipsum.* Quid ergo ages, si beatâ sorte fueris de numero illorum, qui *fluunt* in obsequium populorum, vel etiam *effluunt*? pulcrum sumes à fluminibus exemplum, quæ cùm justum absolverint cursum, revertuntur ad mare, *ut iterum fluant.* Ecc. 1. v. 7. debes subinde colligere animum, & attendere tibi: quia quid demum prodest tibi lucrari universum, si cum hoc lucro propria conjuncta sit perditio: *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Matth. 16. v. 26.

* * *

IV.

Confiteor tibi Pater, Domine Cœli & Terræ, quòd abscondisti h[illegible] sapientibus & prudentibus, & revelâsti ea parvulis. Luc. [illegible] v. 22.

1. COnsidera voluisse Dominum, ut, quotquot sacrificia illi offerebantur per victimas, totidem offerri possent per labia: quia illa rarò, ista momentis quasi singulis reddi poterant. *Tollite vobiscum verba, & convertimini ad Dominum, & dicite ei: reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Os. 14. v. 3. Jam verò quatuor erant genera sacrificiorum juxta finem quadruplicem, quo poterant offerri: nempe Professionis, Expiationis, Laudis & Gratitudinis. Et ad hæc ipsa offerenda labijs una hæc surrogata vox est: *Confiteor*; ut adeò non sit necesse *tollere nobiscum verba*, sed *verbum*. Habet igitur hoc verbum *Confiteor* in sacris paginis quatuor significationes, quarum exempla capere possumus à solo Davide, qui eam toties usurpavit. In sensu profitentis fidem suam DEO: *Deus meus es tu & confitebor tibi.* Ps. 21. v. 28. In sensu accusantis proprias iniquitates: *Confitebor adversum me injustitiam meam Domino.* Ps. 31. In sensu laudantis DEUM: *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es.* Ps. 138. v. 14. & in sensu gratias agentis: *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Ps. 117. v. 21. Christus Dominus noster non fuit viator in terrâ, fuit Comprehensor, quia non credebat, sed vi[illegible] & idcirco dicere non potuit: Co[illegible]or, fidem contestando. non fu[illegible]cator, sed destructor peccati, & [illegible]co dicere non potuit *Confiteor*, se [illegible] arguendo de culpis. superest er[illegible] quoties ille hac voce est usus, al[illegible]retur duplici sensu, atque ut [illegible] redderet DEO sacrificium lau[illegible] gratitudinis. quo sensu credib[illegible] fuisse locutum, cùm conversus [illegible]trem suum dilectum dixit: Co[illegible] *tibi Pater &c.* Ad te quod attinet [illegible]lus profectò istorum sensuum est, [illegible] tibi non conveniat. Ama igitur [illegible] petuò labris terere verbum me[illegible] excelsi, quia quot illi sensus insu[illegible] pariter offerre sacrificia potes. [illegible] *vitulos labiorum tuorum.*

2. Considera, quæ sit materia [illegible]fessionis hujus, quam Christus [illegible] loquens Patri. materia fuit, quòd [illegible] perbis absconderit veritates fide[illegible]pendas, & eas aperuerit humilib[illegible] *Quòd abscondisti hæc à sapientibus, [illegible] prudentibus, & revelâsti ea parv[illegible]* Jam nôsti veritates istas partim p[illegible]nere ad doctrinam speculativam, [illegible]tim ad practicam. Ad speculati[illegible] pertinent tot mysteria ineffabilia, [illegible] Christus nobis revelavit: *DEUM [illegible]nim nemo vidit unquam. Unigenitus [illegible]*

Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Jo. 1. v. 18. Ad practicam pertinent tot documenta, quæ Christus reliquit mundo, tantò salubriora, quantò minùs hactenus cognita. Jam verò sapientes superbi cum fastu contempserunt veritates, quæ spectabant ad intellectum, quia illorum capacitatem superabant. Prudentes arrogantes deriserunt audacter documenta, quæ pertinebant ad voluntatem, quia illorum principiis prorsus adversabantur. at humiles promptè amplexi sunt ambo. & ea propter Christus reddit Deo bo. & ea propter Christus reddit Deo duplex sacrificium, nempe laudis ob illas tenebras, quibus tot superbi adhuc involvebâtur: & non laudis duntaxat sed & gratitudinis ob eam lucé, quæ tam clarè fulgebat in oculis humilium. Ecce quantum in scholâ Christi prosit humilitas, obsit superbia. In hac scholâ plus discunt parvuli, non quòd homines sublimis ingeniì, acuminis, perspicacitatis, eruditionis non etiam in illâ evaserint discipuli præstantes (cùm non reperiatur in mundo schola alia, quæ gloriari possit tantis viris: quanti erant Augustinus, Albertus, Thomas & alij similes) sed quia grandes isti facti sunt parvuli, & sic evaserunt Maximi. & hi sunt parvuli dilecti Christo: *sinite parvulos venire ad me.* Marc. 19. v. 14. non sunt illi parvuli, qui sensu carent, sed qui sunt expertes malitiæ: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ parvuli estote, sensibus autem perfecti.* 1. Cor. 15. v. 10. Hæc est vera sapientia, & vera prudentia pertingere ad humilitatem Christianam. Ita bona anicula Catholica agnoscetur in cœlo sapuisse supra Aristotelem in speculativis, super Tacitum in practicis, quia nôsse didicit finem suum, & eundem adipisci. Interim vides in discipulo Christi non requiri eam simplicitatem, quæ cuicunque generi scientiæ opponatur, sed illam solam, quæ opponitur vanæ æstimationi sui ipsius, quæ procedit ex ignorantiâ maximè vesanâ, & noxiâ. hac quisquis caret, in scholâ Christi parvul⁹ vocatur. *& revelâsti ea parvulis*

3. Considera, quàm verè dicatur Pater abscondisse superbis eas doctrinas, & humilibus revelâsse. si priùs intelliges, quomodo revelârit humilibus, etiam cognosces, quomodo absconderit superbis. Humilibus revelavit dando lumen supernaturale ad eas cognoscendas, & sic abscondit superbis lumen ejusmodi negando. Hoc solùm modo abscondit DEUS, non velum oculis prætendit, quia id necesse non est: relinquit te in conditione tuâ naturali, atque adeò in cœcitate. Verum est etiam superbis istis tantum dedisse luminis supernaturalis, quantum sufficeret, si depositio fumo, quo involvebantur, voluissent adhibere plus applicationis, attentionis, studii ad res pervidendas: aliàs non dicerentur inexcusabiles, prout illos quondam vocavit Apostolus: *Ita ut sint inexcusabiles.* Rom. 1. v. 20. sed tantum luminis non dedit, quantum humilibus. quod his dedit amplius, fuit gratiæ: quod istis dedit minus, fuit Justitiæ. & idcirco Christus meritissimò laudavit

Patrem

Patrem, quòd veritates suas absconderit superbis, quia Justitia meretur laudem. nec laudavit solùm, sed & gratias illi egit, quòd eas revelaverit humilibus, quia misericordia non tantùm laudem sed & gratias meretur. *Confiteor tibi Pater &c.* Interim tu vides, quàm facili negotio DEUS te puniat, nempe relinquendo in statu, qui tibi per naturam convenit, puri arbitrij liberi. Cùm nos dici audimus Deum indurare cor alicujus, quemadmodum *Induravit Dominus cor Pharaonis*, obturare aures, excœcare oculos, his auditis vocabulis exhorrescimus, quia superbè nobis imaginamur, nos habere teneritudinem cordis, habere auditum, habere visum, & ideo DEUM impedire per actum, ut ajunt, positivum id, quod in nostrâ potestate versatur. non est ita. nos per nos ipsos non sumus apti facere quidquã proficuum, non emolliri, non audire, nõ videre, & ideo Deus, ut nos puniat, alio nõ habet opus, quàm ut nos relinquat in hoc nostro statu miserabili. Unde omnes istæ voces Indurationis, obturationis, occæcationis non habent respectu DEI sensum illum positivum, quo nos illas usurpamus, dum invicem loquimur: sed habent solùm negativum, hoc est, significant solam beneficii negationem. respectu aliorum hominum, habemus teneritudinem, habemus auditum, habemus visum, & ideo inter nos illa vocabula sensum quoque habent positivum. Respectu DEI nihil habemus: *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo.* Isa. 40. v. 17.

atque idcirco illum inter & no[illegible] sensum non habent, nec habe[illegible] sunt, saltem in rigore, quia [illegible] tivè indurat, ponit esse molli[illegible] teneritudinem in indurato, q[illegible] surdum, ponit auditum, qui [illegible] ponit visum, & in nobis mise[illegible] poni potest boni respectu illius [illegible] nobis provenit omne bonum. [illegible] *tia mea tanquam nihilum ante* [illegible] v. 6. ô quàm modestè sentiu[illegible] nobis, si verè cognosceremu[illegible] nihilum!

4. Considera Christum in [illegible] fessione, quam Patri suo fecit, [illegible] lùm vocare Patrem, sed & Do[illegible] & universorũ Dominũ. Co[illegible] *Pater Domine cœli & terræ.* [illegible] ostendit in misericordiâ usurp[illegible] parvulis, & Dominum in justi[illegible] patâ cum superbis. ut DEUS [illegible] vocavit, ut homo Dominum. [illegible] bus hisce titulis te quoque ut [illegible] nit continuò ad excitandam [illegible] duciam & tremorem respectu [illegible] quamvis, cùm ab illo aliquid po[illegible] potiùs appellare Patrem debeas [illegible] Dominum, quia tunc majore[illegible] pus est fiduciâ. & hinc vides, [illegible] stum, qui hoc loco etiam Do[illegible] appellavit, cùm in cœnaculo [illegible] nonnisi Patrem vocâsse, uti [illegible] horto & cruce, & cùm in oratio[illegible] minica nos doceret modum [illegible] eum nobis proposuit sub solo [illegible] nomine, ut intelligeremus [illegible] accedendum ad orandum, qui [illegible] ad Patrem accedunt amanti[illegible] Adde quòd nomen Patris [illegible]

glorioſius DEO noſtro quàm Domini, & ideo multò etiam acceptius. Dominus eſſe cœpit primùm à creatione mundi; at Pater extitit ab omni æternitate. & ideo potuit equidem is eſſe, qui eſt, nempe beatiſſimus, quin eſſet Dominus, non autem, quin eſſet Pater, hoc eſt, quin haberet comprehenſionem ſui tam perfectam, tam vivam, tam exactam, ut formaret imaginem parem ſibi. Hinc eſt, quòd nos eliciamus actum fidei magis meritorium, cùm ipſum appellamus Patrem, quàm ſi Dominum vocemus. Eſſe ipſum Dominum res eſt adeò nota, ut etiam in lege veteri omnibus fuerit revelata: ſed non perinde omnibus fuit revelata Paternitas. & ideo ſperare poſſumus, ſi ipſi denus hoc nomen eo fidei ſenſu, quo oportet, illi etiam præſtaturos obſequium valde idoneum ad ejus gratiam nobis conciliandam. Porrò ſicut ad excitandam fiduciâ recordari debes illum eſſe Patrem, ita ad excitandum timorem recordari debes illum eſſe Dominum, & Dominum univerſorum: *Dominum cœli & terræ*, & ideo in cunctis facere, quod vult: *Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terrâ.* nonne vides, quid inter Angelos fecerit tanquam *Dominus cœli*? inde expulit ſuperbos, & elegit humiles: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles.* & tanquam *Dominus terræ* quid egit etiam inter homines? revelavit humilibus, quod abſcondit ſuperbis, & ſic illos elegit, iſtos roprobavit. & tu non revereberis ſaltem ut Dominum, quando nondum didiciſti amare ut Patrem?

V.

Melior eſt patiens viro forti, Et qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium. Prov. 16. v. 32.

1. COnſidera latè loquendo Patientem ſimul eſſe fortem, & fortem ſimul eſſe Patientem. at ſi ſtrictiùs uſurpemus vocabula, nomine Patientis intelligitur, qui fortiter ſuſtinet malum aliquod notabile, Fortis verò, qui occurrit. Jam verò prima facie putabis occurrere, & obviam ire malo aliquid majus eſſe quàm ſuſtinere. ſed non eſt ita: *Melior eſt patiens viro forti.* & ratio eſt I. quia cùm malum ſuſtines, ipſum eſt id, quod te aggreditur, & ideo illud ſpectas ut aliquid ſuperius. at cùm illi occurris, tu es, qui aggrederis, & ideo ſpectas ut inferius. Eſt autem longè difficilius dimicare cum aliquo, quem viribus ſuperiorem putas, quàm cum alio, quem inferiorem credis, atque idcirco etiam difficilius eſt ſuſtinere malum, quàm illi occurrere. II. quia cùm malum ſuſtines, iſtud eſt præſens, cùm illi occurris, eſt futurum. Eſt ergo etiam difficilius ſuſtinere quàm occurrere, quia

cùm præsens est, jam experiris malum, cùm futurum est, nondum experiris, sed apprehendis. III. quia sustinere naturâ suâ dicit actum diuturnum per modum habitûs, occurrere plus non dicit quàm unum actum solum, & aliquando repentinum. & ob hanc ipsam causam difficilius est sustinere malum, quàm eidem occurrere, quia majus est stare diu immobilem ad ea, quæ habent aliquid ardui, quàm adversus ea moveri. unde fit, ut in bello multi libenter veniant ad pugnandum cum hoste, sed pauci durent: *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conversi sunt in die belli.* Psal. 77. v. 9. Hinc vides, quanto cum fundamento dixerit sapiens: *Melior est patiens viro forti.* quia virtus solida magis spectatur in patientiâ, quàm in fortitudine, hoc est, in tolerandis adversis quàm lacessendis. Tibi verò hæc doctrina non admodum placet. quare? quia amas pati sed tuo arbitrio. *In die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.* Is. 58. Jejunabis interdum etiam in pane & aquâ, macerabis te ciliciis, affliges catenis, flagris te cruentabis: at si deinde DEUS modicam immittat adversitatem, subitò turbaris. si sic agas, eris fortassè fortis, sed non patiens, atque adeò minus virtutis habes, quàm putes, quia malo potiùs occurris, quàm id sustineas. Porrò bene advertas, Patientiam esse, quæ cœlo te inferat, non fortitudinem. *In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras.* Luc. 21. v. 19. Ita Christus dixit: non dixit: *In fortitudine vestrâ.* Rarò continget, ut obligeris obviam ire [illegible] at semper obligatus es maxime [illegible] stinere cum omnimodâ refig[illegible] in voluntatem Divinam. unde [illegible] est, ut etiam huic actui assuesc[illegible] gis quàm alteri, libenter ampl[illegible] illas occasiones patiendi, quæ [illegible] occurrunt potiùs, quàm alias [illegible] do. sanctos considera infinities [illegible] antes, quòd toleraverint mala [illegible] sibi immissa, fortè ne semel qu[illegible] quòd iis processerint obviam: [illegible] est, quod dicebat Apostolus: [illegible] *mihi in infirmitatibus meis, in con[illegible] liis, in necessitatibus, in persecu[illegible] in angustiis pro Christo.* 1. Cor. 12. [illegible] quare dicebat *Placeo mihi?* qu[illegible] cta hæc erant mala, quæ aliunde [illegible] nerant. si ipse elegisset sponte [illegible] cilè dubitâsset, an in iis sibi placer[illegible] tamen tu in istis potiùs placere [illegible] les, quàm in illis. O quantopere [illegible] te ipsum! *Melior est patiens viro [illegible]*

2. Considera in secundâ p[illegible] versiculi explicare sapientem, q[illegible] telligat per Patientem, quid per [illegible] tem: quia Patienti correspondet [illegible] *dominatur animo suo,* Forti verò [illegible] *expugnat urbes.* & hinc clarè app[illegible] nomine Patientis eum intelligi [illegible] non cedit insultibus, nomine Fo[illegible] qui eosdem facit. ceterum si hinc [illegible] tientiam velis adipisci, ecce qu[illegible] porteat, scilicet dominari tibi ip[illegible] hoc dominium obtines, beatum te [illegible] est quod invideas vel ipsis expug[illegible] ribus urbium, quia *Melior est pa[illegible] viro forti, & qui dominatur animo [illegible] expugnatore urbium.* Qui sunt ex[illegible]

gnatores urbium? hi, qui eas magnâ virium ostentatione ferro & igne subigunt. quis neget? his autem facilè quisque judicat meliorem esse, qui propriis dominatur affectibus. quale dubium esse potest, Davidem juvenem inde magis æstimandum, quòd, cùm Saulem Regem occidere in spelunca posset, coartauerit se ipsum, quàm cùm Goliam interfecit, imò cùm de Syriâ & tot ejus urbibus triumphavit, Ammonitas, Amelicitas, & Moabitas vicit? Per expugnatores urbium subtiliore sensu intelligas velim fervidos illos Divini Verbi Præcones, qui tantâ cum gloriâ eas Christo subjiciunt, qui eas movent ad dolorem, convertunt ad pœnitentiam, ut funibus de collo pendentibus in signum subjectionis misericordiam inclament. Jam verò his etiam urbium expugnatoribus (nisi etiam ipsi suas edomuerint cupiditates, vanitatem, quæstum, iram, invidiam, maledicentiam) longè magis æstimandus est simplex ille fraterculus, quamvis idiota, qui domuit. *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Neque mirum id esse debet, quia haud paulò plus requiritur ad vincendum vel unum vitium proprium, quàm multa aliena. Cùm aliena aggrederis, quid magni præstas? sine miseratione totis viribus allaboras contra id, quod est extra te: & ideo mirum non est, sæpe contingere, ut victoriam referas. at cùm tuis te opponis, non potes integrè eò totus incumbere. parte unâ certas, & parte aliâ sustines certamen. Compateris tibi, adularis, blandiris, connives, & in ipso actu resistendi vitiis, quæ te impugnant, mille modis excusando defendis. quis ergo dubitare possit, si ea nihilominus debelles, te magis esse glorioſum? nam in primo casu vincis alium te toto, in secundo vincis te ipsum dimidio tui. Ita est, sæpe putabis te tua vitia debellâsse, magis, quàm illi, qui se applicant vincendis alienis: & hoc erit falsum. Id verò inde accidet, quia non habes occasiones tam frequentes incidendi in varios defectus, sicut illi habent, qui cùm continuò inter homines versentur, minus facere non possunt, quàm ut subinde ipsi quoque appareant humani. Ceterùm recordare eum, qui dixit: *Melior est Patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium*, etiam dixisse: *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Eccl. 42. v. 14. scio equidem verbis istis, si germanus illorum sensus spectetur, significari, magis tibi prodesse virum, qui malefaciat, quàm feminam, quæ faciat bene; quia vir dum malè tibi facit, à se avertit, mulier autem, dum bene facit, ad se attrahit: tibi verò expedit potiùs procul esse à viro, quàm prope feminam. scio tamen plurimos sanctorum ea sensu nostro accipere intelligendo per virum, qui foras prodit, per mulierem, eum, qui domi desidet. siis, qui pro Christo ad dimicandum exivit, vesperi redeat oppletus pulvere, & nonnihil sordidus, an idcirco illum alteri postponas, qui toto die domi suæ hæsit mundus à pulvere

vere? si postponas, nimis inhumanè sentis. præsertim quòd ille noctu excutiat pulverem, & palmas numeret pulcherrimas. Ita est, pulverem non habet, sed nèque palmas. porro ut ad propositum revertamur, quivis habet necessitatem aquirendi præclarum illud dominium sui ipsius, quod demum patienti est opus & Forti: quippe hoc posito facile tunc erit uti Patienti, ut etiam sit Fortis, ita Forti, ut etiam sit Patiens. absque eo, si absolutè loquamur, negari non potest, quòd *melior sit Patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.*

3. Considera Paradoxum videri, quòd, cùm tuus sit animus, nihilominus tanti sit illi dominari: *Dominatur animo suo.* Deberet id meritò nobis esse facillimum, sed quàm difficile sit, quotidie experiris. hoc nempe est appetitum habere rebellem. hic est animus tuus, cui jubetis dominari: *sub te erit appetitus, & tu dominaris illius.* Gen. 4. v. 7. & idem si nari illi velis, pro eo habere qui est, id est, pro rebelli. an eri potest, ut nihilominus concedas? Vide, quid non agat ceps, ut ad obsequium cogat subditos. non ferro parcit, omne ærarium insumit ad infer illis bellum. & tu modo proceder diverso? Porrò cùm appetitus rebellis, ut integrè subjici possit, debilitandus est crebris riis, quas de illo reportas. Sol est via ejus aquirendi dominium cete ipsum. Id si negligas, frustra sunt cetera.

* * *

VI.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam Aquilæ in cœlo, viam Colubri super petram, viam Navis in medio mari, & viam viri in adolescentiâ. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum. Prov. 30 v. 18.

1. COnsidera gratissimum meditationis tuæ pabulum esse oportere opera Christi Domini nostri, quæ sunt adeò profunda, adeò prodigiosa, ut mysteria vocentur, & ideo in illa demergere te potes absque periculo hærendi aliquando in sicco, si in his te detineas. Ecce igitur Salomonem, qui uno versiculo quasi brevi totam Christi vitam complexus est, am in quatuor omnino mysteria endo. nec dubites illum in Prophetico ad ista allusisse etiam litterali, quamvis allegorico, ille fuit, quem Christus usurpavit, sub nomine spinarum divitias

gere voluit. Talis est doctissimorum sententia interpretum, & hinc maximè confirmatur, quòd dicat Salomon, res istas captu esse difficiles non solùm alijs sed & sibi: *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro.* at quomodo cum veritate dicere hoc potuit, si de rebus disseruisset, quæ naturæ ordinem non transcendunt? numquid ipse fuit in mundo oraculum sapientiæ, adeò ut nullum audiret proponi Ænygma tam implexum, tam arduum, quod non illicò explicaret. *Non fuit sermo, qui Regem posset latere.* 3. Reg. 10. v. 9. ita de ipso loquitur sacer historicus. non ait, *qui lateret*, sed *qui posset latere*, ut designet, cum plura potuisse respondere, quàm alij possent quærere. Quâ igitur ratione in his solis quatuor arcanis hæsitavit, imò se ignorare confessus est, si nihil in se plusquàm humanum continebant? Verum est, quantùm ista eminus monstrata Salomoni, in illo excitare poterant desiderij ea integrè cognoscendi, possidendi, penetrandi, tantum debere tibi elicere roboris, dum eo tempore es natus, quo hæc omnia sunt in lucem prolata. Ecce impletum, quod Christus ajebat: *Dico vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt.* Luc. 10. v. 24. Certè Salomon Rex simul & Propheta fuit mundi maximus, & tamen fors ista tua illi non contigit.

2. Considera primum horum Arcanorum, de quibus hic sermo est, esse *Viam Aquilæ in cœlo.* certè via ista difficilis est spectando volatum incertissimum, quem facit Aquila, quin vestigium relinquat in aëre, quem transit. At nisi sapiens ad majus aliquid alluisset, dixisset aliquid, quod est commune etiam vulturi & accipitri, ceterisque avibus, quæ sublime volant. Illa Aquila est Christus JESUS, *Aquila grandis magnarum alarum.* Ezech. 10. v. 3. qui in sua glorioſa ad cœlos ascensione volatus dedit, qui non modò priùs visi non sunt, sed neque fieri posse credebantur. Elias equidem etiam ipse ferebatur in cœlum sed quadrigâ vectus ignitâ, hoc est alienâ virtute non propriâ: Christus eò sine curru evolavit. Aspice tantisper summos ejus volatus, sed etiam ad imitandum exardesce, hic enim est ille tuus suavissimus Dominus, qui *sicut Aquila provocat ad volandum pullos suos.* Deut. 38. v. 11. & cur ad Paradisum vadit, nisi ut tù quoque illum eò sequaris? *Vado parare vobis locum.* Jo. 14. 2. Nec dicas ampliùs viam istam ut Aquilæ propriam cognitu esse difficilem: quia Christus illam planè monstravit: *Quò ego vado, scitis, & viam scitis.* Jo. 14. Sequere exemplum Christi, patere cum ipso, obedientiam & humilitatem amplectere cum ipso, neque dubita ita te perventurum ad Paradisum, atque adeò reperturum *Viam Aquilæ in Cœlo.*

3. Considera alterum quatuor secretorum esse *Viam colubri super petram.* hæc quoque via difficilis est, considerando motus minimè expecta-

tos, quos serpens facit, quin vestigium aliquod relinquat in petrâ, quam strinxit lubricus. Verùm si sapiens non ad majus aliquid allusisset, dixisset aliquid commune etiam ceteris insectis. Serpens iste admirabilis est Christus JESUS (*sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Jo. 3.) qui de Cruce depositus, & postea sepultus splendidioribus indutus exuvijs, & resurgens exijt sepulcro intactâ petrâ, quæ eum tegebat. Motus tam rari omnino novi erant mundo, quia suscitari de somno, qualis mors est, etiam alijs contigit, sed vi alienæ vocis: nemo unquam se ipso fuit experrectus. Tu attentiùs hunc serpentem contemplare, qui priùs mortuus ut vitam daret omnibus, denuo cæpit vivere, ut jam mortem non timeret. An nescis neminem cum Christo posse resurgere, qui non priùs voluerit mori cum Christo? *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & convivemus, si sustinebimus, & conregnabimus.* 2. Tim. 2. v. 11. Age igitur gratias, quòd dignatus sit monstrare tibi modum, quem servare debes, ut tu quoq; possis resurgere ad vitam meliorem. *Notas mihi fecisti vias vitæ.* Ps. 15. v. 11. hic est mori tibi ipsi: quod si facias, certò tibi persuade fore aliquando diem, quo tu quoque gloriosè surgas è tumulo, ut servatoris tui insistas vestigijs, & sic videbis, quæ sit *Via Colubri super petram.*

4. Considera tertium quatuor secretorum esse *Viam navis in medio Maris.* Ista via difficilis [illegible] spectato velocissimo cursu, [illegible] cit navis, quin vestigium [illegible] undis, quas sulcavit. Verùm [illegible] piens non ad majus aliquid [illegible] dixisset aliquid, quod est [illegible] etiam piscibus, qui tot modis [illegible] quas labuntur. Navis ista [illegible] lis est Christus JESUS, *Navis [illegible] toris de longè portans panem [illegible]* Prov. 31. v. 14. Navis, quæ [illegible] de regione tam longinquâ [illegible] tem de Cœlo ad terram attulit, [illegible] manitatem de terra ad Cœlum [illegible] ferret. quis verò satis exprimat [illegible] mirabilem, quam navis tanti [illegible] ter procellas tenuit? Innumeri [illegible] casus inter se contrarij, quos Ch[illegible] percurrit in vita sua mortali, [illegible] altatus, jam depressus, nunc [illegible] tus, nunc derisus, nunc amatus, [illegible] dio habitus. nemo alius, quàm [illegible] cũ veritate poterit, *Tentatus per [illegible]* Vide navem istam fluctuantem [illegible] dis, donec denique delata in [illegible] amarissimæ passionis ibi subm[illegible] & dispone te ipsum, ut nolis [illegible] quemadmodum illi discipuli, [illegible] star timidarum naviculatum [illegible] tempestate eum destituerunt: [illegible] *relicto eo fugerunt.* Tu verò [illegible] ti animo, quia sic cognoscitur [illegible] tas. Sequere exemplum Christi, [illegible] pro salute proximi exponi [illegible] quibuscunque casibus sive [illegible] sive adversis. *In mari via tua.* [illegible] 76. v. 20. & sic pariter cognosces [illegible] fuerit via navis in undoso mari. *Via navis in medio mari.*

5. Considera quartum secretorum esse *Viam viri in adolescentiâ.* hæc est via, quam Salomon ajebat à se prorsus ignorari : *Quartum penitus ignoro.* Sed quomodo, cùm tot locis tam accuratè descripserit vias Juvenum? quàm ergo verosimile, eum per hoc designasse viam illam occultissimam, quam Christus tenuit in vita sua abscondita. Hæc enimverò erat *via viri in adolescentiâ*, quia Christus non solùm adolescens, sed & infans *vir* fuit : *femina circumdabit virum.* Jer. 31. v. 22. Ita est, non dicit Salomon : *via viri in adolescentiâ suâ*, sed *in adolescentiâ.* & sic nomen adolescentia non solùm Christi, sed & Matris suæ adolescentiam significare potest. Et hoc sensu ecce tibi altissimum mysterium ineffabilis Incarnationis Christi intra purissima viscera Mariæ, eóque magis, quòd ibi Latinus interpres dicat *in adolescentiâ*, phrasis Hebræa dicat *in Almâ*, hoc est, *in adolescentulâ*, & *in adolescentulâ clausâ*, *in adolescentulâ custoditâ.* Agnosco equidem meritò servari versionem vulgatam, quæ ait *in adolescentiâ* : sed id nihil obest proposito nostro, quia novum non est, sed potiùs usitatum scripturæ Abstractum pro concreto sumi. *Uxorem adolescentiæ tuæ noli despicere.* Mat. 2. v. 11. Si tu adolescentiam in abstracto accipias, quam illi dabis uxorem? oportet ergo sumi in concreto, & tunc sensus est, non despiciendam in senectute quasi ex fastidio quodam, Sponsam illam, quam quis accepit adolescens. Bene igitur eadem phrasi affirmare Salomon potuit, *se penitus ignorare viam viri*, hoc est, hominis perfecti, qualis erat Christus infans, *in Adolescentiâ*, hoc est, in Adolescentiâ tam illibatâ, tam integrâ, qualis fuit illa Virginis Mariæ. quo posito rectè dixit, id à se nesciri : *penitus ignoro* : quia Incarnationis mysterium tam sublime est, ut nimium superet omnem cognitionem creatam : *Novum faciet Dominus super terram.* Jer. 31. v. 22. Ut ut sit, *via viri in adolescentiâ*, omnis via reliqua, quam Christus tenuit, donec post suum de Cœlo descensum juventutem suam complevit, usque ad annum scilicet ætatis suæ trigesimum, quàm gratum, quàm salutare animæ tuæ pabulum præbebit, si illo uti possis! præcipuè verò ejus obedientiam mirare, quæ bene dici potest eo tempore omnis ipsius fuisse via. O quomodo per hanc non modò cucurrit, sed etiam exultavit puer simul & Gigas, *Exultavit ut Gigas ad currendam viam.* Ps. 58. v. 6. Illum imitari si studeas, ne dubites, certò cognosces, quæ sit via, ut magnus esse possis in parvitate : *viam viri in adolescentiâ.*

9. Considera Salomonem, cùm uno suo versu omnem Christi Domini nostri vitam concluderet, ordine fuisse usum, ut dici solet, retrogrado : quia pro eo, quod ab Incarnatione gradum faceret ad Ascensionem, potius ab Ascensione ad Incarnationem processit. Sed mirari non debes, quia id fecit, ut ordinem servaret in gradu difficultatis,

tis, quam adverrebat his ineſſe myſterijs tam ſtupendis. Difficulter capitur Chriſti in cœlum aſcenſio: major eſt in Reſurrectione, major in Paſſione, Maxima verò in Incarnatione difficultas. *Myſterium, quod abſconditum fuit à ſeculis.* Coloſſ. 1. v. 26. Poſitâ hujus cognitione myſterij, faciliùs paulatim cetera capiuntur, ut in te ipſo experiri pores. Eadem difficultatis quaſi gradatio in ipſis Allegorijs apparet, quia mirabile eſt videre Aquilam, cùm volat, tam dextrè ſuis ſe librare pennis, ut nullum ſit cadendi periculum. Mirabilius videre colubrum tam ſecurum ſui ſerpere in petrâ præcipiti, ut inſtar ſagittæ tranſeat, etſi alis, imò & pedibus careat. Adhuc mirabiliùs videre navem corpore tam vaſto, licet non pennis tantùm, & pedibus, ſed & animâ deſtituta ſit, volare ſuper aquas, & ſimul ſerpere tantâ arte, ut etiam contrarijs ſibi ventis uti poſſit. Sed illud maximè mirandum, videre juvenem in ætatis flore ita ſe moderantem, ut ſit juvenis ſimul & perfectus. *Sit vir & ſit adoleſcens.* quia ſi illa ſunt miracula naturæ, iſtud etiam eſt ſummum miraculum gratiæ. Ordinaria via eſt, ut quiſque in perfectione paulatim procedat, non ad eam ſubitò pertingat. *Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem.* Prov. 14. v. 18. Quamvis hæc ita ſint, an non vides, res iſtas non adeò in ſe eſſe inſcrutabiles, ut terrere debeant intellectum tam illuſtrem, qualis ille fuit Salomonis, niſi ſub cortice allegorico [illegible] myſteria tam ſublimia, quæ [illegible] plicavimus, ad Chriſtum per[illegible] nota proinde, quàm ingenue, [illegible] greſſus marerias, ſe faſſus ſit [illegible] tem. *Triæ ſunt difficilia*, vel [illegible] bræo dicitur, *abſcondita mihi, [illegible] tum penitus ignoro.* Tu, quæ[illegible] nùs poſſunt percipi myſteria [illegible] crede digniora Domino, qui [illegible] operatus. quid magni foret, [illegible] plus facere non poſſet, quàm [illegible] tatione comprehendere: *Ecce [illegible] magnus, vincens ſcientiam [illegible]* Job. 36. v. 26.

7. Conſidera notam difficul[illegible] de qua hactenus diſcurrebamus [illegible] noviſſe Salomonem etiam in [illegible] da muliere adultera, quæ [illegible] bis illis fœdiſſimis ſordidiſſi[illegible] quos illi amaſius furtivè appo[illegible] ſtea tam bene novit lavare facie[illegible] pures eſſe etiam jejunam. *Ita [illegible] via mulieris adulteræ, quæ comedit, [illegible] tergens os ſuum dicit; non ſum [illegible] ta malum.* Si ad corticem [illegible] non videtur iſta eſſe tam mal[illegible] malitiæ, at monſtroſiſſima eſt, ſ[illegible] ce relicto ad ſenſum tranſeas [illegible] ticum, quem tegit, & repe[illegible] dullam. Hæc infamis adulte[illegible] goga eſt, quæ coram Pilato repo[illegible] verum ſuum Sponſum, qui erat [illegible] ſtus, ut ſequeretur ſceleratos, [illegible] propheras mendaces, & cùm [illegible] morti denique dediſſet ea facie[illegible] qua Lupa devorat Agnellum, [illegible] eum oppreſſiſſet, diſpoliaſſet, [illegible] vult innocens, & corrumpendo [illegible]

turas, pejerando, garriendo, & fallendo simplices, qui in ipsa inveniuntur, vadit, & quantum potest, tergit labra, ne appareant maculæ diræ nefas & stragis, quam exercuit in Deum hominem. Sed hoc demum est malorum ejus postremum, quia si doluisset perfida delictum suum, consequi veniam potuit: sed quia iniquitatem suum excusat, intolerabilis est. *Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tuâ coram me, dicit Dominus. quomodo dicis: non sum polluta?* Jer. 2. v. 22. Vah impudentiam insolentem, cum tanta junctam ingratitudine, tanta injustitia, immanitate, & excessu furoris, quanta nunquam in mundo extitit, nec unquam existet ampliùs: & ideò si intimè perpendatur, omnem superat capacitatem intellectûs humani. Cave, ne hæc adultera maledicta non adumbret tuam Animam, quæ cùm toties dorsum Christo obverterit, etiam in Confessione facinus suum abscondere prætendit. *Ecce ego judicio contendam tecum*, exclamat Dominus, *eò quòd dixeris: non peccavi.* Jer. 2. v. 35.

* *
*

VII.

Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere.
Eccli. 17. v. 26.

1. COnsidera, qualis sit hic error, qui per antonomasiam dicitur Error impiorum. *Non demoreris in errore impiorum.* Est differre pœnitentiam ad mortem. Non invenies peccatorem tam perfidum, támque perditum, qui ex proposito ire velit ad inferos: quisque dicit, examinabo, discutiam me ipsum, confitebor. Sed quando? ne quæras, quia pudebit illum respondere syncerè. Lingua dicit id se facturum proximâ solennitate, sed non etiam hoc corde dicit. corde dicit, in morte. fortè verum est, quòd proximâ solennitate velit. sed non vult id facere studiosè, sed superficie tenus, quæ sufficiat, ut fallat se ipsum, sibique persuadeat se fuisse confessum. Ceterùm ad enodanda intricata negotia, evolvendam telam, excutiendum sinum tempus aptius expectat. ô maximam istorum dementiam! noli imitari. *Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confitere.* Iste est ex sententia S. Augustini, S. Ambrosij, & aliorum ætatis hujus interpretum sensus hujus loci. qui proinde intelligunt nomine Confessionis isthic memoratæ à sapiente Confessionem, quam nos Sacramentalem vocamus, cujus in antiqua Lege saltem typus existebat, ut idcirco Ecclesiasticus alibi dixerit: *Nō confundaris confiteri peccata tua.* Eccli. 4. v. 31. Verum est idiomate scripturæ sacræ nomine Confessionis DEI

laudem intelligi. Sed hæc prima laus est, quam quisque dare DEO debet, ut accuset seipsum, secus quæ laus erit illa? erit fœda, erit ingrata: *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Eccli. 15. v. 9.

2. Considera eum non dicere, ne incidas in hunc errorem impiorum, sed ne in eo demoreris. quia malum non consistit in cadendo, sed immorando. Si incidas in hunc errorem, ut credas te in morte satis posse rationes tuas componere, lustrare te ipsum, discutere te ipsum, & pro arbitrio compungi, & non adhæreas errori, & consequenter in eo non demoreris, nihil facis mali, quia hucusque solùm est error intellectûs. Malum est, quòd in eo demoreris, quia tunc acceptas errorem, & sic facis, ut ab intellectu transeat ad voluntatem. Verum est, incidere in errorem eiusmodi, & in eo demorari ut plurimum idem esse. quoniam, ubi peccator aliquando credere incipit fore, ut in morte satis possit rebus suis consulere, non potest ampliùs induci ad difficultatem illam superandam, quâ opus foret, ut sibi in tempore prospiceret. Differt de die in diem prorogando, procrastinando, adeò ut etiam annos integros demoretur in errore tam gravi. Unde hic error plerumque non est ex ijs, qui transeunt, est permanens, est perpetuus, & tamdiu durat in nonnullis, quamdiu vivunt. Imò tunc primùm agnoscunt errorem, cùm non est ampliùs tempus corrigendi, sed luendi. *Cùm reddiderit, tunc sciet.* Job. 21. v. 19. Agnoscun[illegible] ferno. si sorte malâ talem inc[illegible] errorem ut homo, vel per ignora[illegible] vel per inconsiderationem, cr[illegible] tem, ne illi immoreris cum [illegible] excute illum, abijce, agnos[illegible] errore, hic enim primus est [illegible] quem necessariò facere oportet [illegible] te liberes.

3. Considera omnem error[illegible] ti falso, adeóque & istum. qu[illegible] peccator, qui differt confessio[illegible] que ad mortem, tria persuasa [illegible] cuncta tam erronea quàm fal[illegible] mum est, quòd sit confessi[illegible] cundum, quòd sit confessi[illegible] tertium, quòd, si bene fuerit [illegible] sus, etiam sit futurus salvus. [illegible] rò an non vides, quæ sit ista im[illegible] errorum? unde mirum non e[illegible] satanas tot impios ita fortiter [illegible] captivétque, ut ipsi non effugi[illegible] pliùs: *Funiculus triplex difficile [illegible] pitur.* Eccl. 4. v. 12. primum [illegible] sum habetur, quod est, te co[illegible] rum. Sed dic, quæso, quis [illegible] promittit? an non occupare te [illegible] casus fortuitus ex lapsu, ferro, [illegible] apoplexiâ, qui te repente vitâ [illegible] bet instar prædonis. *Ecce venit [illegible] fur.* Apoc. 16. v. 15. Sed esto [illegible] proprio strato mori, unde scis [illegible] morbi, quod mortem tibi [illegible] *Nescit homo finem suum.* Eccle. [illegible] 12. nónne esse potest letargus, [illegible] stupore totum obtundat, vel car[illegible] suffocativus, vel cordis oppressio [illegible] febris tã violenta, quæ etiã sensũ [illegible] ripiat? Vade igitur nunc, & confi[illegible]

dum potes. Tu facis instar Amasæ, qui Joabo credidit, quia inermem putabat: *Porrò Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab.* 2. Reg. 20. v. 10. Bene excute pallium mali tui supremi, & videbis, quot possit recondere pugiones, ad quos non attendis, quia clausis oculis ambulas.

4. Considera alteram persuasionem, in qua se fundat error impiorum, esse, quòd, si in extremis confiteri contingat, confessuri sint bene. Sed quid possit esse difficilius? Bona confessio exigit imprimis examen accuratum, at si in eo faciendo tantopere laboras, cùm vales, quid æger facies? *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus.* Os. 13. v. 13. Iniquitates, quæ sunt culpæ commissæ contra proximum tuum, plenæ sunt nodis ob onus gravium restiturionum, quod imponunt, vel honoris, vel facultatum. *Colligata est iniquitas Ephraim.* Peccata, quæ in te desinunt, sunt profundissima ob tantam varietatem pravorum consensuum, quos dedisti, quin deinde amplius cogitares. *Absconditum peccatum ejus.* quâ igitur ratione poteris jam languidus vel evolvere iniquitates colligatas, vel detegere absconditas? & tamen si in hoc finiretur difficultas, nihil admodum esset. pessimum est, quòd ad faciendam confessionem bonam non sufficiat examen bonum, opus est pœnitudine, opus est proposito, illâ, inquam, mutatione cordis tam perfectâ, quæ non solùm à te, sed à te simul & DEO dependet. & tamen utroque ex capite difficillimè obtinebitur. nam ad te quod attinet, numquid vitium tunc magis possidebit cor tuum, quàm modò? numquid erit robustum magis & radicatum? qua igitur ratione tibi promittis plus virium ad vincendum, quàm nunc habeas? Agis instar illius viatoris, qui cùm in origine sua viderit torrentem, non ausus tentare saltum progrediendo dicit: inferiùs transibo, inferiùs, & sic eò demùm descendit, transitumque molitur, ubi impetum non ferret, hauritur ab unda. *Torrentem pertransivit anima nostra*, cùm illa fuit solicita: ita est, quid porrò? an idcirco *pertransisset anima nostra aquam intolerabilem?* Ps. 103. v. 5. O quantum est dubium! *forsitan pertransisset.* & tu è filo tam debili unius forsitan salutem tuam suspendes? næ istud non tantùm est errare, sed insanire. Jam verò quoad DEUM, quomodo sperabis habere illum propitium, postquam tantò amplius irritaveris ad iram? Est equidem summè misericors, sed etsi adeò misericors numquid permittit quotidie tot ire ad inferos animas damnatorum Turcarum, Judæorum, gentilium, hæreticorum, & malorum Catholicorum omnis generis? & has inter perire sinet etiam tuam, negando gratiam illam efficacem, quæ requiritur in confessione perfectâ ad veram pœnitudinem, ad verum propositum, seu ad faciendum id, quod tam citò non præstatur ab illo, qui pro joco habuit peccatum. DEUS misericors est, sed & Justus: *Dulcis & rectus*

Dominus. Ps. 24. v. 8. Itaque si manè misericordiâ erga te usus est tam longâ, quâ tu abutebaris perdendo tot horas vitæ tuæ meliores, nocte aliud non expecta, quàm eum usurũ Justitiâ. *Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.* Ps. 91. v. 3.

5. Considera tertium, cui denique innititur error impiorum, esse, quòd, si in illo postremo mortis articulo bene confiteantur, hoc ipso sint etiam futuri salvi. Sed hoc quoque oppidò est incertum; nam ad securitatem præstandam necesse foret illico expirare, confessione peractâ. at si adhuc aliqua supersint momenta vitæ, numquid facillimum est, ut dæmones per eos insultus terribiles, quorum habent potestatem in illa ultima lucta, denuò te expugnent? *Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in tempore consumationis effundent virtutem.* Eccl. 39. v. 34. Nosti, cùm adest decretorium certamen, omnes milites extremum adhibere conatum: *Effundunt virtutem*, de toto agitur. Si perdatur victoria, nulla spes superest recuperandi: si recuperetur, nullus ampliùs est metus perdendi. ne mireris ergo, dæmones in morte adeò esse furiosos: *Descendit ad vos diabolus habens iram magnam.* & quam ob causam? *sciens, quòd modicum tempus habet.* Apoc. 12. v. 12. Quamquam non est putandum magno illis opus fore impendio, ut illum recuperent, quem tamdiu possederunt. Cognoscunt illum, comprehendunt illum, & sciunt, ubi debilior sit ad in[illegible] tum verò quo labore sit opus, [illegible] stolidus citò redeat ad amand[illegible] quitatem, quam equidem od[illegible] pit, sed paulò antè? materia [illegible] disposita, ut denuò concipiat [illegible] atque idcirco dæmones non [illegible] aliud, quod agant, quàm [illegible] *faciem ignis in fœno.* Zach. [illegible] & tum illum sinant agere. Vid[illegible] an non tria ista fulcra, quibus [illegible] error impiorum, qui ad mort[illegible] confessionem differunt; malè [illegible] data? ne sinas ab inimicis tuis [illegible] circumveniri promissis. hæc et[illegible] est *repromissio nequissima*, quæ [illegible] Ecclesiasticus, *multos perdidit.* [illegible] 24. v. 9. Dæmones in præsen[illegible] petunt, ut animam tuam illis do[illegible] linquas, solùm postulant, ut re[illegible] per modum depositi, dum ad [illegible] vitam hinc migras. I sanè, & [illegible] lis, videbis, an non perinde sit, [illegible] illam dare, vel deponere. Ab[illegible] hoc aliud est, quàm ovem depon[illegible] ore lupi! at *Lupi vespere non [illegible] quebant in manè.* Sap. 3. v. 3. [illegible] gitur consilij? ut quamprim[illegible] eas ad faciendam confessio[illegible] quam tantopere speras te deni[illegible] morte facturum. *Vivus & sanus [illegible] fiteberis.* Eccl. 17. v. 27. non sol[illegible] vus, qualis etiam est omnis mor[illegible] dus, sed & sanus. & hoc est, quo[illegible] citur: *Non demoreris in errore imp[illegible] ante mortem confitere.* quia cùm [illegible] quando necesse sit mori; si certò [illegible] ante mortem confiteri, oportet qu[illegible] primùm fieri potest, confiteri.

VIII.

Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Abac. 3. v. 2.

1. COnsidera primum sensum horum verborum, qui est, Dominum, cùm summum attigit sui furoris, *cùm iratus fuerit*, recordari se esse misericordem, *misericordiæ recordatur*, & sic incipit placari. hoc enim est, in quo suam ille gloriam ponere constituit. voluit in eo ponere, quòd sit misericors, noluit in eo ponere, quòd sit justus. *Diligit misericordiam & judicium.* hoc verissimum est, & tamen *misericordiæ Domini plena est terra.* Psal. 32. v. 5. non *plena judicio*, sed *plena misericordiæ.* Hinc est, quòd Patres antiqui eum placaturi aliud non agerent, quàm illi revocare in memoriam hanc ipsam misericordiam, de quâ tantoperè complacebat. nisi quòd nomen istud Misericordiæ olim habebat sensum adhuc magis arcanum, in quo illud usurpabant nonnulli, quibus major & sublimior inerat spiritus, nempe ad exprimendum Messiam futurum, qui erat summa Misericordia generi humanò à DEO promissa. Unde verosimillimum est, quando David dicebat DEO: *Miserere mei DEUS secundùm magnam misericordiam tuam*, eum intellexisse per hanc Misericordiam JESUm Christum Dominum nostrum, ita ut ejus intuitu veniam peteret sui peccati. Illud certum, pluribus locis veteris Testamenti id significari hoc nomine. Hoc erat exultare in Misericordiâ Domini, hoc sperare, suspirare, postulare tam ardentibus votis: *Ostende nobis misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Ps. 84. v. 7. & haud dubiè DEUS ipse id intellexit, cùm dixit de Davide loquens, quantacunque ejus filij peccata committerent, nunquam fore, ut auferat misericordiam promissam. *Visitabo in virgâ iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Ps. 88. v. 34. Ecce igitur, quid intellexerit Propheta, cùm dixit DEO: *Cùm iratus fueris, Misericordiæ recordaberis.* dixit illi, cùm futurus esset in summo furoris æstu, recordaturum JESU Christi, sibi adeò dilecti, & ita necessitate quadam placatum iri. ô quantopere placat DEUM Misericordia JESU Christi! Hæc est Iris illa, cujus aspectu diluvia suspendit, quæ meritò quotidie inundarent ad demergendum hunc mundû. Itaque si placare illum velis pro peccatis tuis, continuò, ut sic dicam, refricanda est memoria JESU. ideo est datus, ut illo tanquam servatore tuo utaris. Olim hæc Misericordia tota erat in sinu Patris. *Apud Dominum Misericordia.* Ps. 129. v. 7. nunc etiam est in tuo. Quoties communicas, toties Misericordia est apud te, & non est solùm apud Dominum.

2. Considera alterum sensum horum

rum verborum, qui est, Dominum adeò esse pronum ad exercendam misericordiam, ut in cunctis operibus etiã severissimis, quæ facit, eam exercere meminerit. *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Communiter plus sine dubio facit, quàm ejus recordari duntaxat: sed recordatur saltem. ita in inferno contingit, ubi licèt omnes reprobos tantopere puniat, punit tamen *citra condignũ*. In terrâ verò comuniter ita ejus recordatur, ut nimia videatur. quia hinc multi sumũt audaciam graviùs illũ offendendi. *Indulsisti genti Domine: indulsisti genti. numquid glorificatus es: elongàsti omnes terminos terræ.* Isa. 26. v. 15. Misericordia est, quæ ubique dominium obtinet: *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* Ps. 144. v. 9. quia miscet se etiam operibus Justitiæ, ita ut illam se solâ nihil facere permittat, sed eam præcedat, comitetur, & sequatur, quasi solicita, ne excedat. Præcedit, inquam, quia vel in ipso inferno DEUS non punit ullum impium, cui non priùs exhibuerit mille signa amoris benevoli, imò cui non subministraverit etiam gratiam peculiarem eas ipsas culpas evitandi, propter quas illum plectere necesse est, atque easdem agnoscendi. Comitatur, quia in ipso exercitio plectendi minore utitur vigore, quàm justè posset. eo discrimine, quòd inferno plus misceat Justitiæ quàm Misericordiæ, & ideo severus dicatur, in Terrâ verò plus Misericordiæ quàm Justitiæ, & ideo vocetur Benignus. sequitur denique, quia neminem punit unquam eo solum fine, ut hunc plectat, prosit saltem alii, qui eo suppl- mendetur. hinc est, quòd etiam ipso inferno, ut prosit Electis, Reprobos, quorum desperata sa. & sic vides nimium quàm ei posse de Domino, cum, *cùm fuerit*, quamcunque vehem- scatur, *misericordiæ recordari.* proinde, istam misericordiæ tionem non facere, ut Justitiæ tatur, sed ne utatur tam gravi- gitur ratione prætendis, ut ergo nisi Misericordiâ utatur aliqua Dici audis illum habere viscera miserationis, ut sit bonus, ut sit cus, ut sit promptissimus ad omn- vandos, & hinc sumis animum illum offendendi, dicendo intra ipsum: *Cùm iratus fuerit, mis- diæ recordabitur.* Ne hoc dicis: enim satis intelligere videris id dicis. *Cùm iratus fuerit, mis- recordabitur.* Itaque ut huic dict- constet veritas, sufficit, ut ge- miseratione puniat. id autem tiam, cùm punit damnatos. *M- cordiæ recordabitur*, ita est. sed non ab irâ cessabit. *Misericordia cum Iræ est cum illo.* quin vel Ira Misc- diæ repugnet, vel Misericordi- excludat. Aliud est illam præc- aliud comitari, aliud sequi, aliud cul amandare. Eccli. 16. v. 12.

3. Considera tertium sensum rum verborum, qui est, Dom- *cùm iratus fuerit*, recordaturum ricordiæ suæ infinitæ. *Miseri- recordabitur*, & hoc est, quod ex-

magis accendet. & quodnam erit hoc tempus ? Dies Judicii. Nunc ejus temporis respectu propriè dici non potest, quòd unquam irascatur. *Nunc non infert furorem suum.* Job. 35. v. 15. Tunc enimverò irascetur : *viam faciet semita iræ suæ.* Ps. 77. v. 55. ampliando viam, in qua decurrat indignatio sua, quâ nunc stringit tam arctè. adeò, ut dies illa per antonomasiam dies iræ à sacris paginis vocetur : *Dies iræ, dies illa.* Soph. 2. v. 2. & ideo hìc rectè dicit Propheta : *Cùm iratus fueris,* quia tunc monstrabit DEUS, ut sic dicam, septimâ vice iratum. Quo posito tu ipse nosti, cùm in iram contra aliquem exarsisti, ut fieri assolet, illico redire in memoriam beneficia ipsi præstita, & hoc facit, ut illa maxima sumat incrementa. Ita fiet die illo terribili, *cùm iratus fuerit,* occurrent ingentes, quibus erga te usus est, Misericordiæ excessus : *Misericordiæ recordabitur,* & hoc faciet illum deinceps implacabilem. Itaque imaginare tibi te stare tantisper coram ejus Tribunali, eum videre, eum audire, cùm demum *Loquetur in irâ suâ.* Ps. 2. v. 5. & tecum ipso perpende, qualis circa tuam personam maximè futura sit recordatio. Recordabitur, quòd te absque ullâ suâ necessitate vel indigentiâ miseratione tantâ produxerit ex abysso nihili, ut te admitteret in partem gloriæ, te conservârit, te custodierit, continuò suis quasi impensis sustentaverit, assignando pro custodiâ tutorem Angelum semper lateri assistentem. Recordabitur, quòd favore prorsus eximio te nasci voluerit in Orbe Christiano, Regione cultâ, commodis parentibus, tempore tanti luminis ad inveniendam viam Cœli aliàs neglectam. Recordabitur, quomodo semper te sit consectatus, quasi te perdito timeret aliquam suæ beatitudinis jacturam. Recordabitur, quoties te vocaverit, invitaverit, impulerit. Recordabitur tot auxiliorũ gratiæ, quæ tibi quamvis sine fructu largitus est. Recordabitur, quoties carne suâ te cibaverit in sanctissimo Sacramento, visceribus nutriverit, venis & sanguine lactaverit. Recordabitur tot aliorum beneficiorum sine numero præstitorum, quæ soli tibi sunt nota, imò non sunt nota, sive quia non cognoscis, sive quia non consideras. maximè verò recordabitur se inter duos Latrones tui causâ mortuum in Cruce, nudum, derelictum, derisum, laniatum, & ad hanc recordationem quis explicet, quantopere accendendus sit ejus furor ? *Exardescet sicut ignis ira ejus.* Ps. 88. v. 45. & ideo hæc erit ira illa, ad quam attoniti Reprobi montes inclamabunt, ut ipsorum capitibus incumbant, feras, ut devorent, flammas, ut consumant, infernum ipsum, ut sine morâ deglutiat, *quoniam venit dies magnus iræ ipsorum.* hanc verò sustinere deinceps quis poterit ? *& quis poterit stare ?* Apoc. 6. v. 17. atque ut hujus furoris causam significaret, & explicaret, dicebat Propheta loquens cum Domino suo: *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Hæc faciet, ut longè severius in omnes impios exerceatur judicium. & sic tunc pariter

pariter innoteſcat, quàm verè ſcripſerit S. Jacobus : *Miſericordia ſuperexaltat judicium.* quia Miſericordia faciet, ut judicium longè eos terminos excedat, ad quos aliàs ſola illud exaltare poſſet Juſtitia. Et ideo ſcito Miſericordiam illam, quæ nunc tuetur, eo die contrate magis curam quàm ipſam Juſtitiam quotidie ſoles illâ abuti tam dacter. O quanto decipi errore!

IX.

Quàm magnus, qui invenit ſapientiam, & ſcientiam! ſed non eſt ſuper timentem Dominum. Timor DEI ſuper omnia perpoſuit. Eccli. 25. 13.

1. COnſidera nomine ſapientiæ hoc loco intelligi ſublimem notitiam Veritatum Divinarum, qualem habent Theologi, nomine ſcientiæ notitiam perfectam veritatum humanarum, qualem habent Phyſici, Mathematici, Ethici, Politici, & ſic de reliquis loquendo. *Sapientia Divinis, ſcientia humanis attributa eſt. D. Aug. l. 13. de Trin. c. 19.* Jam verò res hæ duæ, ſapientia ſcilicet & ſcientia, duo ſunt theſauri, qui omnes alios tranſcendunt, in terræ viſceribus abditos. quia maximum, quod à ceteris hauriri poteſt, bonum eſt, ut eorum ſubſidio ſapientiam & ſcientiam conſequaris. ceterùm ſi cunctis tuis opibus eò non pertingas, ut doctus evadas, quid quæſo proſunt tibi? *Quid prodeſt ſtulto habere divitias, cùm ſapientiam emere non poſſit?* Prov. 17. v. 16. neceſſe eſt te docto paupere deteriorem eſſe; quia doctus demum is eſt, qui imperat univerſo. *Intelligens gubernacula poſſidebit.* Prov. 1. v. 5. Imaginare magnum aliquem Monarcham, ſcirantem, oportet, ſi gerere bellit, obedire militi perito, ſiguler ſapienti Miniſtro, ſi convaleſcen cto Medico, ſi ædificare, boon tecto, & ſic de ceteris. *Qu eſt, ſerviet ſapienti.* Prov. 12. è contrario doctus quantumv per ſubjicere ſibi poſſit etiam M chas, & eorum vivere expenſi *ſenſato liberi ſervient.* Eccl. & ideo ô quàm bene hîc Eccle loquitur, cùm dicit: *Quàm m eſt, qui invenit ſapientiam, & ſcien* qua doctus major eſt ipſis m bus indoctis. & tamen doctus t ſublimis, ut exclamare neceſſe de illo loquimur: *Quàm magn* uni debet cedere etiam ipſe. cui illi, qui vivit in ſancto Domini *Quam magnus eſt, qui invenit ſa tiam & ſcientiam! ſed non eſt ſap mentem Dominum.* & ratio eſt, Doctrina magnum facit coram nibus. vitæ probitas magnum

DEO: adeò, ut, si tu bene vivas, quantumvis rudissimus, ad Cœlum evoles: si malè vivas, etsi Salomon fueris, non eò possis evolare, sed necesse sit cum omni speculatione tuâ tam pulchrâ præcipitari in infernum. Tunc verò quid juvat esse doctum, si finem ultimum consequi nescias? in hoc vera sapientia & scientia consistit. *Divitiæ salutis sapientia & scientia.* Is. 43.

2. Considera hac sententiâ Ecclesiastici non damnari sapientiam & scientiam, quæ duo sunt thesauri aliàs utilissimi, sed timori Domini postponi, hoc est, observantiæ sanctissimæ suæ legis, ut omnes intelligant, timorē Domini non esse ordinandum tanquā medium ad sapientiæ & scientiæ adeptionem, verùm sapientiam & scientiam ordinandas ad obtinendum timorem Domini tanquam finem suum. *Corona sapientiæ timor Domini.* Eccl. 1. v. 22. & idcirco quando studes eo proposito, ut te reddas idoneum servitio Divino, rectissimè facis, quia medium ordinas ad finem. At si, ut studeas, servitium negligis Divinum, jam stultescis, quia finem ordinas ad medium, & es similis illi, qui coronam de capite detrahit, ut ad eam obtinendam se reddat idoneum. si ita facias, aliud dici nequit, nisi te vivere deceptum. *Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te.* Is. 47. 10.

3. Considera hac sententiâ pariter reddi manifestum Timorem Domini debere dominari sapientiæ & scientiæ, at vice versâ sapientiam & scientiam non debere dominari sed obsequi Timori. Et ideo hic subjungit Ecclesiasticus: *Timor Dei super omnia se superposuit.* quia ipsius est præsidere. Proinde cogita doctrinam esse currum pulcherrimum, in quo operâ tuâ triumphare possit Christi gloria inter fideles suos, uti faciunt tot celebres Divini Verbi præcones. at in hoc curru præsidere debet Timor DEI quasi attentissimus auriga. aliàs in ipso exercitio promovendi triumphum Christi, ire potes in præceps. Cogita Doctrinam navem esse pulcherrimam, quâ transferri possit gloria Christi ab uno mundo Christiano ad alium idololatram, uti faciunt tot magnanimi Missionarii. sed huic navi præsidere oportet Timorem DEI instar vigilis Naucleri; aliàs in ipso exercitio dilatandi fidem Christi, naufragari & illidi potes in mille scopulos. Cogita Doctrinam esse quasi Turrim fortissimam, in qua, te agente, Gloria Christi non formidet tela hæresis rebellis, prout faciunt tot eruditi Polemici scriptores. sed in hac quoque Turri præsidere oportet Timorem DEI velut providas excubias; aliàs hæc ipsa Turris, quæ tam bene tuetur Christi gloriam, te non servabit. & quænam ratio tanti mali? Ratio est, quia sapientia & scientia, quas sine probitate possides, alios reddunt bonos, sed non faciunt bonum te ipsum, imò faciunt pejorem. *Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi.* Jac. 4. v. 17.

4. Considera, in quo potissimum istud regimen consistat, quod semper

retinere debet Timor DEI in sapientiâ & scientiam. consistere debet in præservando illas à vitiis, quibus sunt obnoxiæ, vel ab his liberando. ita ut sit instar Regis, qui in throno suo considens uno aspectu malum omne dissipet. *Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Prov. 20. v. 8. Vitia ista sunt septem, Vana gloria, Præsumptio, Pertinacia, Æmulatio, Fraus, Cupiditas, Arrogantia. Omnia ista procul à te arcere debet Timor DEI, si doctus fueris. Vana Gloria facit, ut intra te ipsum ob scientiam tam stultè intumescas. *Scientia inflat.* 1. Cor. 8. & huic Timor Domini debet superponi per Humilitatẽ, quæ vanam gloriâ dejiciat in profundũ suggerendo, quidquid habes ingenii, totum esse à DEO. *Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* Job. 32. v. 8. Præsumptio facit, ut supra conditionẽ tuam velis sapere: & huic Timor Domini debet superponi per sobrietatem, quæ in discendo requiritur. *Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Rom. 12. v. 3. Pertinacia facit, ut velis nimium propriis adhærere sensibus: & huic Timor Domini debet supponi per charitatem, quæ omnes superat triumphos. *si habuero omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* 1. Cor. 13. vers. 2. Fraus facit, ut scientiâ utaris ad imponendum simplicibus. & huic T... Domini debet superponi per ... tem, quæ rationes tuas mo... *Cum sapientiâ proferens res...* Eccl. 5. v. 3. Cupiditas facit, ... entiâ utaris ad parandam pec... huic Timor Domini debet ... per Liberalitatem, quæ tibi per... communicationem ipsius ... *Ponam in lucem sapientiam ejus,* ... Arrogantia facit, ut in conv... spernas proximum, ita ut in te ... appareat illa plaga, quæ in ... cernebatur repræsentantibus ... litteratos, *Vesicæ*, inquam, ... Ex. 9. & huic Timor Domini ... superponi per modestiam, ... cunctos te ordinat: *Quis sapi... disciplinatus inter vos? ostendat ex ... conversatione operationem ... mansuetudine sapientiæ.* Jac. 3. ... Quando Timor DEI his dom... vitiis, quæ facillimè litteratis acc... dici poterit dominari omnibus, ... septem ista sunt quasi Capitalia ... quæ cetera reducuntur. & sic ver... poterit: *Timor Domini super ... superposuit*, non *superpositus est*, ... *superposuit.* quia ipse Rex est per ... non per electionem, & ideo con... dere thronum suum debet, qui ... ctet cujusquam suffragium, ... authoritate in eo collo... cetur.

X.

Omne quod natum est ex DEO, vincit mundum, & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. 1. Jo. 5. v. 4.

1. COnsidera, cùm hîc dicit Apostolus: *Omne, quod natum est ex DEO, vincit mundum*, per *omne* non intelligi omnem hominem fidelem, sed *omne genus hominum*. non ait: Omnis, *qui natus est ex DEO*: hoc enim verum non esset. Infantes, ubi acceperunt Baptismum, jam sunt DEI filij, ita, ut, si moriantur, quamprimùm etiam ipsi ad Cœlum tendant fruituri hæreditate filiis debitâ, & hi tamen non vincunt mundum, imò nec ad eum vincendum in hoc statu sunt idonei, quia nondum apti ad pugnandum. Ideirco non dicit Apostolus: *Omnis, qui natus est ex DEO, non peccat.* sicut alibi duobus in locis dicit: *Omnis, qui natus est ex DEO, non peccat.* sed dicit *Omne*, quia hoc patet esse verissimum. Vide quodcunque genus hominum etiam vilissimorum, aptum id est ad vincendum mundum: & verò etiam vincit. Sacerdotes, Laici, Litterati, Indocti, Principes, Plebei, Bubulci, Servi, Milites, Aulici, Virgines, Viduæ, Maritati, numquid omnes hi vincunt? non vincunt omnes sigillatim, seu individua, quæ in his generibus continentur, *Omnes homines horum generum*, sed vincunt omnia genera, in quibus ista individua continentur: *Omne genus horum omnium.* quia non est ulla hominum conditio, in quâ non numerentur etiam sancti, qui gloriosè mundum subegerint, & conculcaverint. Quæ igitur excusatio tua esse potest, si sanctus non fias? an statui tuo culpam tribues? tibi ipsi tribue. voluit Dominus, ut Noë immenso labore colligeret in Arcâ omne genus animalium, quamvis plura unius quàm alterius generis, ad denotandũ, nullum hominum genus excludi à salute, quamvis non omnia æquali numero illam consequantur.

2. Considera, quæ sit causa, cur omne genus hominum Christianorum vicerit mundum, & etiamnum vincat maximâ gloriâ. Causa est, quia id, quod vincit mundum, commune est omnibus, nempe Fides. *Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Particula *Et* æquivalet hoc loco voci *quia*, prout contingit in aliis scripturæ locis passim occurrentibus. ceu dicat: *Omne genus hominum, quod natum est ex DEO, vincit mundum, quia hæc est victoria, quæ vincit mundũ, Fides nostra.* Id quod vincit mundum, non est sexus, non indoles, non propensio naturæ, non doctrina, non animus, non intellectus, sed fides, quâ armari quisque potest. hac fide deinde vincunt mundum fideles duplici ratione. Vincunt aliqui subjiciendo: *Conculca anima mea robustos.* Jud. 5. v. 21. & ad hanc victoriam tenentur omnes, quia omnes debent mundum

habere subditum honori Divino. quicunque sit cursus rerum, cùm agitur de offensâ DEI, non est curandus etiã mundus universus, sed illico terendus pedibus. Alij vincunt relinquendo, ut Dominum sequantur, qui illos vocat ad altius vitæ genus. *Sustollam te super altitudines terræ.* Is. 58. v. 14. & ad hanc victoriam non omnes obligãtur, quia hæc est perfectiorum, atque adeò non victoria tantùm, sed etiam triumphus. quo modo tu vincis? faxit DEUS, ut non potiùs ab illo crebrò & turpiter te vinci patiaris.

3. Considera, quid sit iste mundus, quem tot vincunt fidei virtute. Est cumulus trium illorum infamium malorum, quæ tantopere hominum cordibus dominantur, amor scilicet voluptatis, amor pecuniæ, amor falsi honoris. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Jo. 2. v. 16. qui vincit triplicem hunc amorem, jam vicit mundum, hos autem vincit fides. Vide, quomodo in quocunque genere hominum Christianorum reperire sit innumeros, qui de his retulerunt victorias non modò eximias, sed prodigiosas. quis status longiùs abesse creditur à victoria voluptatis, quàm conjugalis: & tamen etiam in isto reperiuntur multi, qui puritate Angelos superârunt. quia Angeli *neque nubunt, neque nubuntur.* Matt. 22. v. 30. Isti *nupserunt,* & tamen Angeli extiterunt. quis status longius abest à victoria amoris pecuniæ quàm ille divitum? & tamen inter divites, quod vaticinatus est Isaias, inventi sunt, qui [illegible] instar mendicorum. *Leo quasi [illegible] medet paleas.* Isa. 11. v. 7. non [illegible] augeant, quod avari faciunt, [illegible] piosiùs profundant. Quis status [illegible] giùs abest à vincenda superbia [illegible] quàm ille litteratorum. & [illegible] illo litteratorum fuerunt plurimi [illegible] positi super candelabrum inde [illegible] derunt, & se ipsos abscondent [illegible] modio. Id verò quomodo effe[illegible] vi fidei. fides docet bona, quæ [illegible] tur, non esse vera bona, vera est [illegible] non videntur: *quæ enim vide[illegible] temporalia sunt, quæ non videntur [illegible] terna.* & sic illi contemptis his, [illegible] videntur, ad illa anhelârunt, quæ [illegible] videntur, & per hoc vicerunt [illegible] concupiscentias, quæ sunt bono[illegible] sensibus subjectorum. Vincere [illegible] cupis? hoc age, fide te arma. [illegible] *fortis in fide.* 2. Pet. 5. v. 9. Alias [illegible] facile erit, ut tu potius ab illis [illegible] Istæ sunt tres lanceæ, quibus infe[illegible] Joab cor trajicit incauto cui [illegible] loni, ut eum interficiat. si ab his [illegible] te velis. semper incede armatus [illegible] unquam depone loricam. quam [illegible] fidem. *Induti loricam fidei.* 1. [illegible] 5. v. 8.

4. Considera non quamcunque [illegible] dem sufficere reportandæ victoriæ [illegible] quâ Apostolus loquitur, sed [illegible] erat fides ipsius, *fides nostra,* hoc [illegible] fides vera, & viva. Omnes hæ[illegible] fidem jactant, sed qualis illa est [illegible] fides est, quæ infidelitatem non [illegible] sed tegit, & ideo non est vera [illegible] certè hæc fides non vincit. atque [illegible]

vide tantisper, quos de perfido mundo triumphos hæresis reportaverit. nullum omnino. imò semper ipsa fuit triumphata. quippe, si ritè observes, non est ulla hæresis, quæ non sit genita ab uno hujus triplicis amoris, quandoque ab omnibus, tanquam partus penitus monstrosus. Talis erat hisce seculis illa Henrici VIII. Regis Angliæ, in quo simul jungebantur ad expugnandum cor Regium Concupiscentia carnis per nuptias incestuosas, quas non dubitavit solenni ritu celebrare cum illa sua Amasia. Concupiscentia oculorum, per spoliationem Abbatiarum, templorum, monasteriorum, sacrorum Altarium. Superbia vitæ per prærogativam, quam sibi arrogabat in Vaticanum. & de tali fide dici possit, quòd vincat mundum? vincere illum nequit, quia vera non est. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Sed etiam hæc ipsa nostra, licet vera, non poterit illum vincere, nisi etiam sit viva, hoc est, operans. talis autem esse nequit sine spe, & charitate. hic enim est ordo. Fides facit, ut cognoscamus solum DEUM esse bonum nostrum. Spes facit, ut etiam ad illud assurgamus: Charitas, ut adhæreamus. & cùm aliquis vero suo bono adhæret, quomodo fieri potest, ut adhuc curet falsum? Necesse igitur est tres istas virtutes concurrere ad victoriam de tribus supra memoratis amoribus referendam. ista verò nihilominus fidei tribuitur; *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra,* quia ipsa dux est, quæ trahit ceteras, ut signa sua sequantur. Fides Spem generat, Spes Charitatem gignit. *Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob.* Mat. 1. Abraham typus erat Fidei, Isaac Spei, quis ignorat? & ita Jacob pariter Charitatis, tanquam is, qui fortis extitit ad luctandum cum Domino, & prævalendum, tam arctè illi uniebatur. Ita est, Jacob deinde fuit, qui ceteros gigneret minores Patriarchas tanto numero, quemadmodum Charitas ceteras producit virtutes, Theologicis inferiores. omnes tamen istæ præcipuè tribuuntur Fidei, uti Abrahamo omnes illi Patriarchæ, quamvis essent progenies ipsius Jacob. & sic *Pater multitudinis* non vocatus est Jacob sed Abraham. Cogita proinde à Fide pariter derivandû omne genus virtutum tam superioris ordinis quàm inferioris. & ideo sine istam altas in corde tuo agere radices, quia Fides Spem dabit, Spes Charitatem, Charitas ceteras, quas desiderare possis, virtutes. hoc verò instructus exercitu quid times? quis dubitet te fore totius mundi victorem? & sic in hoc quoque sensu verissimum est: *Omne, quod natum est ex DEO, vincit mundum:* quia omnis virtus Christiana, si bene ponderes, vincit mundum; & tamen *hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra,* quia victoria præcipuè adscribitur Fidei.

XI.

Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam.
Eccl. 29. v. 20.

1. COnsidera hunc amantissimum Fidejussorem, de quo hoc loco fit mentio, communi devotissimorum & doctissimorum interpretum consensu, alium non esse quàm JESUM Christum Dominum tuum. Si ipse non foret, quid modò te fieret? æternum perires. Ipse, cùm cerneret te non esse solvendis debitis, quæ apud DEUM contraxisti, in rigore Justitiæ, ultro illa in se recepit, & satisfacere decrevit tam liberali demissionis, sudoris, sanguinis impendio, uti jam nôsti. Unde si vel tantillum in corde retineas humanitatis sensum, si non sis fera bellua, non furia, non unum è monstris, quæ subinde Lucifer humanâ specie emittit in hunc mundum, obsecro, noli amplius esse ingratus. Capisne, quale beneficium illud fuerit? si omnes simul Angeli, Principatus, Potestates, Seraphinorum primi descendissent in terram, ut humanam induti carnem paterentur, torquerentur, morerêtur pro te, condignè satisfacere non potuissent pro tuo debito: quia omnis cultus, quem exhibuissent DEO, omnis honor, omne obsequium longè erat inferius offensâ quacunque minimâ ex innumeris, quas fecisti, tu, inquam, vilissimus terræ vermiculus. Opus erat in hunc finem personâ multò digniore, hoc est, æqualis cum [illegible] sto JESU dignitatis. & ideo [illegible] suo dilecto sese repræsentans [illegible] fieri dignatus est, ut causam [illegible] præcipitem, donec adveniret [illegible] tudine temporis, quod erat [illegible] ut ita loquar, perempt[illegible] DEUS solutioni præstituit, [illegible] te solveret. ut spondentem [illegible] Apostolus, cùm dixit: *Novi* [illegible] *menti Sponsor factus est JESUS* [illegible] 7. v. 22. ut solventem David [illegible] ravit, cùm dixit: *Omnes gentes* [illegible] *ei, quia liberabit pauperem a* [illegible] *pauperem, cui non erat* [illegible] Ps. 69. v. 6.

2. Considera, Dominum [illegible] do fuisse obstrictum ad bene[illegible] tam præclarum, quale istud est [illegible] placuit exhibere tibi. *Oblat[illegible] quia ipse voluit.* Isa. 53. v. 7. [illegible] eo tale beneficium gratia [illegible] quippe quod beneficium fuit [illegible] sum, beneficium gratuitum, quia [illegible] turâ suâ est omnis fidejussio. *[illegible] fidejussoris ne obliviscaris.* Inò [illegible] reperies, qui aliquando in hoc [illegible] do fidejussionem fecerit illi [illegible] quam Christus fecit? Judas, [illegible] peret Beniaminum secum abla[illegible] Ægyptum, fidejussionem fecit [illegible] dubiè Jacob Patri suo illum re[illegible]

di, reddendique dicens magno animo : *Ego susceipio puerum, de manu meâ require illum. nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* Gen. 43. v. 9. Sed quare fecit ? quia credebat certò se immunem fore ab illis imprecationibus funestis, quas sibi imponebat, nisi eum adimpleret. Et sic quotquot fiunt fidejussores pro amico, ideo fiunt, quia sperant fore, ut amicus industriâ & ingenio utatur, quàm potest maximo ad solvendum, aut saltem postea sibi compensetur. unde volunt potiùs spondere quàm solvere. Si certò scirent sibi solvendum id, pro quo cautionem præstiterunt, nunquam præstarent. At Christus, cùm tua sibi debita imposuit, certò sciebat illa etiam à se solvenda, quia spondebat pro debitore pauperrimo, infirmo, inepto, & incapaci, ut ullâ ratione damna sua compenset : & tamen ea suscipere non dubitavit *Sponsor factus*, in favorem non tantùm pauperis, sed ingrati. & non videtur hæc pura puta fuisse gratia ? quomodo ergo ejus poteris oblivisci ? *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris.*

3. Considera, quemadmodũ super terrã non fuit fidejussor similis Christo, ita minùs fuisse, qui solveret ut Christus. nam ubi reperies, qui compulsus ad solvendum id, pro quo fidejussit, plus solvat, quàm debeat ? imò quivis detrahere laborat, quantum potest : *Solidi vix reddet dimidium.* Eccl. 29. v. 7. Jam enim nôsti ad satisfaciendum rigori Justitiæ suffecisse, ut pro te fieret supplex, ut unum pro te ederet suspirium, tantum erat pretium cujuscunque etiam minimi operis. & ipse tamen, ut tantò magis tibi conciliaret affectum Patris, ut te erudiret, ut animaret, ut complanaret ad cœlum viam, tantas fecit expensas, ut non tam liberalis videri posset quàm prodigus. *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.* Rom. 5. v. 10. numquid credis te obligatum, ut pro solutione tam liberali gratus existas ? sed parùm abest, ut credas te minùs illi obligatum, quia pro te tantò fecit amplius, quàm deberet. Id verò numquid summæ esset ingratitudinis ?

4. Considera, quid agere te oporteat, ut gratum te exhibeas illi, cui tantopere obligaris. Hoc agere debes, quod pauper quisque debitor, in cujus favorem locuples amicus fidejussit, imò & exolvit. primò debes cognoscere beneficium, de illo cogitare, de illo loqui, & gratias referre : deindè adhibere operam, ut è tuo nihilo tantum, ut ita loquar, exprimas censum, qui quocunque modo compenset grandem illam summam Capitalem, quam Christus in eo genere pro te exposuit. ita, ut, si ille dederit mare lacrymarum, sudoris, sanguinis, tu pro illo saltem stillam unam effundas : si ille toleraverit tot horrendas injurias, tu saltem levem sustinere velis offensam : si ille tot & tam probrosas tulit ignominias ; tu saltem modicam patiaris derisionem. Si ille pro te etiam mori in Cruce voluit, tu saltem

velis

velis non dico mori pro ipso, quo fortè dignus non es, sed vivere ipsi: *Anima mea illi vivet.* Vivere ad dandum illi gustum, vivere ad procurandam gloriam, vivere ad quærendum aliquid pro modulo paupertatis tuæ, unde appareas nolle esse ingratus. Et fieri potest, ut illi neges etiam censum tam exiguum? Imò verò utinam non sis ex numero illorum, qui ipsi omnino verterunt dorsum. ita fit: *Repromissorem fugit peccator, & immundus.* Eccl. 29. v. 21. *Peccator*, sive ille, qui est oneratus peccatis spiritualibus Invidiæ, ambitionis, avaritiæ, præsumptionis. *Et immundus*, seu qui est oneratus peccatis carnalibus, *fugit repromissorem*, dedignatur videre faciem Domini, pro se in Cruce mortui, ne sit necesse recordari, quantum illi debeat. Absit, ut unquam ita procedas. imò dies non abeat, quo non tantisper deditâ operâ oculos in Crucifixum defigas, ut saltem movearis ad desistendum ab offensa. *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris, dedit enim pro te animam suam.*

5. Considera, quàm meritò hoc facere te deceat, quod requirebam: quia cautio, quam Christus pro te fecit, non fuit qualiscunque vulgo usitata. alij communiter non faciunt nisi cautionem pecuniæ, & hanc dùm solvunt, quid demum dant? *dant pecuniam.* Non ita Christus. Christus se toto cautionem præstitit, & sic solvendo *dedit animam suam*, & dedit in potestatem crudelissimorum hostium. *Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.* Jer. 12. v. 7. Ide[illegible] cludere ex hoc ipso potes, Ch[illegible] esse fidejussorem illum singula[illegible] quo agitur hoc loco etiam qu[illegible] teram, quia ipse est, *qui dedit an[illegible] suam redemptionem pro multis*, [illegible] dicit Evangelista. Mar. 10. v. [illegible] etiam *pro omnibus*, uti loquitur [illegible] stolus. 1. Tim. 2. v. 6. *Pro* [illegible] quoad efficaciam, *pro omnibus* [illegible] sufficientiam. Verum est, [illegible] capiendum profectum, quem [illegible] tet, beneficium istud factum [illegible] considerandum sit non ut adeò [illegible] versale, sed ut particulare, sed [illegible] prium: unde dicit sapiens: *Gra[illegible] fidejussoris ne obliviscaris: dedit [illegible] pro te animam suam.* non dic[illegible] *pro omnibus*, nec *pro multis*, dic[illegible] *te*; quia revera Christus ita est [illegible] tuus pro te, ut etiam esset mor[illegible] si alius præter te non fuisset red[illegible] dus. *Dilexit me, & tradidit [illegible] ipsum pro me.* Gal. 2. v. 20. [illegible] si velis recordationem hujus be[illegible] tibi non solum esse suaviorem [illegible] utiliorem, perpende eum *dedisse [illegible] mam suam redemptionem pro te*, [illegible] est loco tui, vel causâ tui. *Ded[illegible] te.* quo si velis significari loco tu[illegible] gita æquum fuisse te pati, qui[illegible] Christus est passus: tibi fuisse [illegible] illa flagra, quæ suscepit, illa ver[illegible] plagas, vincula tam pænosa, illa[illegible] nas, contumelias, sputa, violentas [illegible] vorum extensiones, alapas, & cl[illegible] tam acutos, qui eum transfixe[illegible] adeò ut perinde sis obligatus ad gra[illegible] tudinem, quasi cuncta hæc mala [illegible]

fus non fuisset pro ullo alio nisi pro te solo. *Dedit enim pro te animam suam.* Quodsi altero sensu usurpare velis, nempe ut pro te idem sit ac amore tui, omnino *dedit pro te*, quia & exonerare te peccatis, & liberare à pœnis voluit, quæ te specialiter concernabant. an erat fortassis alia civitas refugij, in quam cum pauperibus debitoribus confugeres, & servares te ipsum, nisi Christus latus suum apetuisset? Non erat alia uspiam, damnandus eras ad carcerem perpetuum, imò ad rogum, ad ignes æternos, eundum ad internum. ut adeò sis obligatus ad gratitudinem, quasi bona ista hactenus enumerata nulli alteri contulisset nisi tibi soli; quia reverà pro te applicavit omnem fructum acerbissimæ passionis suæ, quasi tu solus in hoc mundo existeres. Et adhuc tam ingratus eris, ut neque respondeas pro malis, quæ suscepit, quando *dedit animam suam pro te*, id est loco tui: neque respondeas pro bonis, quæ tibi exhibuit, quando *dedit animam suam pro te*, id est, amore tui? est sanè, cur de utroque vehementer dubitemus; quia *Bona repromissoris sibi adscribit peccator, & ingratus sensu derelinquet liberantem se.* Eccli. 29. v. 21. *Derelinquet liberantem se*, dum mala non cogitat, quæ succedanea illa victima ferre voluit, ut ipsum servaret. *& bona Repromissoris sibi adscribit.* Dum non veretur hæc ipsa bona adscribere sibi, quæ suus ipsi fidejussor contulit. an ignoras, quidquid in præsens operaris boni, totum JESU Christo deberi? quî igitur fieri potest, ut vanè inde complaceas, imò etiam inflectis, & glorieris, quasi tuum esset meritum, quod unicè fuit ejus donum? *Gratiam fidejussoris tui ne obliviscaris.* ne obliscaris meram esse gratiam Christi, si quid agis boni, quia ipse *dedit pro te animam suam*, sustinendo cuncta illa mala, quæ tibi erant debita.

* * *

XII.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Prov. 3. v. 5.

1. COnsidera, dum sapiens tibi dicit, ut toto corde confidas DEO, non prohiberi, quò minùs utaris etiam prudentiâ à DEO tibi concessâ: non ait: *ne utaris prudentiâ tuâ.* Sed solùm: *ne innitaris.* imò cùm admonet, ne innitaris, hoc ipso indicat eâ tibi utendum. aliàs jam non esset fiducia, sed temeritas. & sanè DEO perinde displicent tam temerarij, quàm nimiùm prudentes, illi quidem, quia videntur velle ipsum obligare; isti

isti verò, quia videntur nolle esse obligati. Itaque *Estote prudentes*, inquit Petrus, sed quid subjungit? & *vigilate in orationibus*. Videntur hæc duo oppidò diversa, Prudentia, & Oratio; & tamen continuò invicem conjungi volunt. Si prudenter agas prævidendo & providendo quoad potes, ostendis te nolle obligare ad facienda in favorem tui miracula, uti facit temerarius, cùm exempli causâ *sine consilio exit ad prælium*. 1. Macb. 5. & si eodem tempore solicitè studeas illum invocare, ostendis, te non dedignari illi esse obligatum, uti facit nimium prudens, qui sibi persuadet, præter se nemine alio sibi opus esse: *Manus nostra fecit hæc omnia*.

2. Considera, quæ sit causa, ob quam tuæ inniti prudentiæ non debeas. *Ne innitaris prudentiæ tuæ*. hæc ipsa causa est, quia est tua, atque adeò fallax: *baculus arundineus*, cùm neque prævidere possis eventus omnes, & si etiam prævideas, nequeas providere. Quid ergo faciendum? statuendum, quod prudentia dictat, seu recta ratio: in hac verò non aquiescendum, sed recurrendum ad DEUM, & in eo reponenda spes omnis boni eventûs. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo*. hoc est agere prudenter, non fidere sibi, non sapientiæ, sensui, vel virtuti suæ, sed soli DEO. *Benedictus vir, qui confidit in Domino*. Jer. 17. v. 7.

3. Considera sapientem non esse contentum, quòd speres in DEO: sed insuper requirit, ut confidas. Ideo dicit: *Habe fiduciam in Do*[illegible] dicit: *Habe spem*. Omnis [illegible] spes est: sed non omnis spes [illegible] est. Spes admittit in corde q[illegible] que metum contrarium rei [illegible] fiducia non admittit. & ideo [illegible] equidem & ipsa spes est, sed [illegible] ma, spes fortis, qualis etiam [illegible] sto extitit juxta illud: *Ego* [illegible] *in eum*. Hebr. 2. Cùm in C[illegible] propriè loquendo, spes non fu[illegible] hæc est, quam sapiens in te de[illegible] Vult, ut DEO fidas moderat[illegible] miam illam solicitudinem, [illegible] subinde prudentia degenerat. [illegible] *dentiæ tuæ pone modum*. Prov. [illegible] an times, ne rebus tuis det min[illegible] sperum exitum, si tibi expedia[illegible] est te protegere tanquam suum, [illegible] nec facultas illi, nec volunta[illegible] quid times? *Habe fiduciam in* [illegible] *no ex toto corde tuo*. *Si ex toto* [illegible] fac, ut spes totum cor tuum [illegible] pet, ne locus pateat timori, [illegible] spe fiet fiducia.

4. Considera ad hoc, ut DE[illegible] protegat, modo jam dicto, [illegible] re peti. videlicet ut illius viva[illegible] memoriam. *In omnibus vijs* [illegible] *gita illum*. cogitandum, quòd te [illegible] cogitandum, quòd assistat, co[illegible] dum, quòd te observet; præ [illegible] autem renovanda in omni op[illegible] quam quotidie soles facere, [illegible] tentio illi soli placendi: ita, [illegible] solus sit finis, propter quem ag[illegible] non dicit: *cogita de illo*: sed: *cogi*[illegible] *lum*, quia proponere Deum tibi [illegible] tanquam scopum operis, & sic p[illegible]

mò in ipso defigere obtutum. Quando *in omnibus vijs* ita *cogitabis illum*, nihil metue, quia ipsius deinde erit commissus tuos dirigere gressus: *Ipse diriget gressus tuos.* nostine, quid sint quotidiana illa opera, quæ facis? sunt totidem viæ, quod planè formidandum, viæ, quæ sensim te possunt ducere ad infernum, vel ducere ad cœlum, *Viæ vitæ, & viæ mortis.* Jer. 21. v. 8. quantopere ergo indiges, ut *Dominus dirigat gressus tuos.* ne pro eo, quòd ad cœlum vadas, incautè iter ineas ad infernum. hic verò unicus est modus securum sepræstandi in tanto periculo, continuò renovare intentionem rectam, recurrere ad DEUM, commendare se DEO, habere illum semper præsentem, *cogitare illum.* qui hoc agit, certus sit se non periturum.

5. Considera videri tibi admodum difficile id tam continuò præstare, *in omnibus vijs*: & ego haud negaverim, id esse difficile. Sed unde nascitur difficultas? quia *non habes fiduciam in Domino ex toto corde tuo.* quia non unicè confidis illi, sed etiam tibi: *inniteris prudentiæ tuæ.* Si caperes grandem istam veritatem, te ex te ipso nihil posse, sed quovis momento cum omni tua prudentia periturum, nisi DEUS manum porrigat, & te dirigat, an credis te adhuc tantum difficultatis habiturum illum quovis etiam momento cogitandi? si nocte viam ambules ignotam cum summo periculo ad singulos passus ruendi in præceps, an fortè ullam sentis difficultatem etiam passibus singulis cogitandi ducem viæ peritum, qui te ducat? imò difficilè est non cogitare, etsi noctem totam ambules. Idem accidet, si intimè penetres, quantopere indigeas Deo in omni viâ tuâ, hoc est, in omni opere, quod te potest, etiam cùm minimè cogitas, ducere ad interitum. sed tu hanc indigentiam nondum agnoscis, quia etiam de te confidis, *inniteris prudentiæ tuæ.* Scis te aliquam contraxisse facilitatem operandi bene, & hinc tibi fidis. Sed ô quàm superbè! qualiscunque sit facilitas, quam contraxisti per exercitium virtutum sive infusarum, sive aquisitarum, efficere non potest, ut non in omni opere novo, quod aggrederis, præsertim si alicujus momenti fuerit, novâ indigeas gratiâ. necesse est, ut DEUS novo actualis auxilij concursu voluntatē firmet: id nimirum tibi, quod parvulo accidit, qui, licet totâ horâ priori fortiter sustentatus sit manu Matris, non idcirco minùs indiget sustentari etiam posteriore, cùm ipse de se nihil possit, nisi cadere. & si rite penetres te quovis momento adeò indigere DEO, quî fieri potest, ut satis tibi sit eum invocâsse principio diei, quasi difficile sit illum invocare sæpiùs? Hoc ergo age, quod tibi dico: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo*, & bene intellige, te per te ipsum aliud non posse, quàm perire, *ne innitaris prudentiæ tuæ.* & tum promitto tibi, te non ampliùs tantum habiturum difficultatis ipsum cogitandi etiam *in omnibus vijs tuis.*

XIII.

S. Antonius de Padua.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre fluent aquæ vivæ. hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Joan. 7.

¶. COnsidera, quis sit proprius Spiritus Christi fidelium, curare, ut non tantùm ipsi sint per se boni, sed satagere, ut tales etiam sint alij. & ita verum est hos cœlitus accepturos flumina aquæ vivæ, hoc est, aquæ sinceræ, aquæ salubris, quæ illos inundabit; sed intra se non continebunt, fluere illa sinent etiam ex se in utilitatem proximi. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* ita DEUS ipse pronunciavit. atque ut intelligeres id omnino voluisse inferre, quod dixi, nempe hunc fore Spiritum suorum fidelium, Evangelista subjungit: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* non quòd vox *Spiritus* hîc non exprimat Spiritum sanctum, sed quia Spiritus sanctus est hic ipse Spiritus, de quo loquimur, Spiritus diffundens se ipsum: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, quia totus est bonitas, totus benignitas, totus amor, & hic est proprius fidelium Spiritus, qui sunt verè Christi, velle auxilium præstare etiam Universo. O te beatum, si hunc Spiritum jam possideas! miserum, si illo careas. quia deest tibi dos pulcherrima Chri… hac igitur occasione in te acce… fiderium illum aquirendi: il… hoc loco à te DEUS poscit, n… soli attendas.

2. Considera hæc flumina a… væ, de quibus hîc sermo est, e… Spiritûs sancti. Ipse est aqu… dona sunt *flumina*. Si scire co… cur ita vocentur, & non potiù… seu rivi, triplex causa est, nem… aquarum copiam, impetum, &… nem fluxum denotandum. Pri… larum dos est copia, quia no… sed pleno alveo effunduntur in h… *Non enim ad mensuram dat DE… ritum.* Jo. 3. v. 34. atque hinc … Apostolos omnes die Pentecost… tantùm visos esse inundatos, sed … Altera earum dos est impetus, … fluunt. *Sicut aquæ, quæ fluunt … de Libano.* Cant. 4. v. 15. ita … coërceri possint ripis quantumv… mis & altis. nonne recordaris … Judæos Jerosolymis collectos … non potuisse resistere uni Stephan… *Non poterant resistere Spiritui, … quebatur.* Act. 6. v. 11. Terti… est perennitas, quia illarum …

illarum impetus non est sicut torrentium, qui statim cessat: semper est plenior, semper vehementior. & hinc discuntur esse flumina aquæ vivæ. Fluvius *de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, quas non sunt flumina aquæ deficientes. *Eris sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.* Is.18.v.11. Omnes illi fideles, qui ista in se habent flumina, ideo habent, quia in se habent venam, unde illa scaturiunt. habent Spiritum sanctum, de quo scribitur: *fit in eis fons aquæ salientis in vitam æternam.* Joh.4. & quamdiu hanc venam in se habent, non est, quòd timeant defectum aquæ. & ubi, quæso, reperies flumina his similia? ista sunt apta, ut virtute suâ te deportent usque ad Paradisum, *in vitam æternam.* Omnes alii fluvii deorsum fluunt. isti verò deorsum simul & sursum. deorsum quidē, quatenus per actionem eos quærunt, qui versantur in terrâ: sursum verò, quatenus per contemplationem illis se miscent, qui in cœlo habitant. & tamen ex eodem fonte promanant: quia tam dona, quæ ad vitam pertinent activam, quàm quæ spectant ad contemplativam, ab eodem procedunt Spiritu, qui ea dispensat, ut vult: *Hæc omnia operatur unus, atq; idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.* 1.Cor.12.11.

3. Considera Spiritum sanctum non dare hæc flumina, qualiacunque sunt, tam copiosa, violenta, perpetua, ut ea in sinu tuo abscondas. dat illa tibi, ut in utilitatem proximi transfundas. Ideo non adducitur pro signo veræ sequentis Christum influxus gratiæ, quem facit Spiritus, sed refluxus, qui inde reciprocat. non dicitur: *Flumina in ventrem ejus fluent aquæ vivæ.* sed: *flumina de ventre ejus fluent.* oportet ergo non solùm esse per se bonum, sed etiam procurare, ut sint alii, non exemplo duntaxat, quod necessariò præcedit, sed insuper linguâ, exhortando ad bonum, confortando, suadendo, admonendo, & si fueris idoneus, etiam calamo, ita, ut ipsa contemplatio, cui das operam, conducat actioni. *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Prov.5. v.15. & hæc videtur esse scriptura, quam hîc Dominus allegavit, quin ulterius exprimat, qualis illa sit. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, *flumina de ventre ejus fluent, aquæ.* Quidam existimabant verba ista *sicut dicit Scriptura* referenda esse ad præcedentia: *qui credit in me*: ceu dicat Dominus: *Qui credit in me, sicut scriptura dicit esse credendū.* sed hic sensus satis est frigidus. rectius verba illa ad sequentia referuntur: *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ:* & sic non invenitur in totâ scripturâ testimonium aptius ad sensum Christi, quàm locus ille pulcherrimus Proverbiorum. Ecce, quid velit Dominus, cùm tibi præcipit, ut ex te fluere sinas ad utilitatem aliorum omnia illa dona, quæ cœlitus accepisti. Vult à te adimpleri documentum sapientis, cùm dixit: *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* an non vides, quanta hominum turba inveniatur

atur in plateis egentissima omnis generis auxiliorum spiritualium? Rudes pueri, Usurarii, Vindictæ cupidi, Lascivi, Mulieres vanæ. itaque ne omittas opem præstare singulis, quantum potes dividendo aquas, imitatione Apostolorum, pro cujuslibet necessitate. *Dividebant singulis, prout cuique opus erat.* Act. 4. v. 36. Quodsi satagere debeas, ut illa fluat *in plateis*, hoc est, iis, cum quibus nulla tibi necessitudo, quanto magis domi tuæ familiaribus, filiis, fratribus, famulis, & ut verbo dicam, omnibus, quorum specialis cura tibi demandata est. & tamen si bene discutias te ipsum, videbis, quàm parùm ea res tibi cordi sit.

4. Considera hæc flumina, quæ in aliorum utilitatem derivantur, debere, ut ait Dominus, è sinu prodire. *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* non ait de ore, sed de ventre. quia nisi de ventre manent, parùm proderit illa profluere ab ore. *Cor sapientis erudiet os ejus.* Prov. 16. v. 23. sunt nonnulli, qui non solùm privatim exhortantur, confirmant, aut consulunt, sed publicè concionantur, & tamen nullum in alijs faciunt profectum. quare? quia dona, quæ prædicando exercent, non sunt flumina hactenus recensita, cùm tres istæ dotes illis desint. non inundant corda ubertate gratiæ, quia tam sicca & arida relinquunt, quàm prius erant. non habent impetum, quia non movent quidquam, non evertunt, non dejiciunt, non adimunt vitio vires suas. & demum citò exsiccantur, ab ipsis non fluunt motu sponte, sed solùm per impulsum vanæ [illegible] quæstûs, vel alterius rationis [illegible] Oportet igitur in sinu habere [illegible] & tunc erunt flumina, quæ ab [illegible] manant, aliàs solùm erunt aquæ [illegible] tuæ. *Siccitas super aquas ejus erit [illegible] rescent.* Jer. 50. v. 38.

5. Considera, quid agere op[illegible] ut obtineas hûc fontem in ventre [illegible] nempe ad eum recipiendum [illegible] nere. Unde scribit Evangelista: *autem dixit de Spiritu, quam [illegible] erant credentes in eum.* Spiritu[illegible] mini nulli fuit unquam obtin[illegible] vim. ut velis necesse est. [illegible] *Spiritum sanctum.* Jo. 20. v. [illegible] quis credat te velle, si nullam [illegible] earum dispositionum, quæ [illegible] recipiendum sunt necessariæ? [illegible] istæ dispositiones? hæ ipsæ, [illegible] usi sunt Apostoli, nempe [illegible] illum, postulare, & recedere à [illegible] tio rerum creatarum, quæ [illegible] ita occupant, ut non relinquant [illegible] Spiritui Domini, qui certè plen[illegible] se illi non infundet, nisi totum [illegible] *Spiritus Domini replevit totam [illegible] ubi erant sedentes.* Act. 2. v. 2. [illegible] quam alia quoque est ratio, [illegible] Spiritum non recipias, hæc ipsa [illegible] cet, quia aliorum obsequio te [illegible] pendis. Cura totum te dar[illegible] tati proximi ex puro zelo Glori[illegible] vinæ, prout fecit Magnus ille [illegible] de toto genere humano tam ben[illegible] ritus, Antonius Paduanus, & [illegible]

quàm copiosè in te quoque descensura sint alla flumina, quorum vix nomen intelligis, ipse verò tantam sensit efficaciam. O quanta fuit ejus ubertas donorum! quanta vis, & perennitas! nonne totus in ipsum transfusus erat cum gratia sua Spiritus Domini? nempe quia Dives iste credebat se non sibi soli sed toti mundo natum, erga quem non cessat esse beneficus.

* * *

XIV.

Si vos cùm sitis mali, nôstis bona data dare filijs vestris, quantò magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se. Luc. 11. v. 13.

1. COnsidera unam esse de maximis injuriis, quas facere DEO tuo possis, si quæstus fueris te ab illo non exaudiri. siquidem ille pronior est ad dandum, quàm tu ad recipiendum, modò id petas, quod tibi prosit. *Præoccupat, qui se concupiscunt.* Sap. 6. v. 14. Jam verò ad vindicandum se ipsum de tanta calumnia, quam illi irrogas, ecce quousque se demittat tanta Majestas! Tribunal tuum appellat, & ideo aliud non petit, quàm ut cor ipsius æstimes ex tuo. an esse potes tam crudus, ut unus filiorum id neges, quod à te postulat, si scias hoc illi profuturum? quâ ergo ratione suspicari potes id DEUM tibi negaturum? Hoc argumentum maximi est roboris, quia *Ad hominem*, ut vocant: ideo mox dicit: *si vos*, aliũ non petens Judicem, quàm te ipsum, sui accusatorem. & ô quanta deberet hinc argumento inesse vis ad dissipandas omnes nebulas pusillanimitatis, hæsitationis, diffidentiæ, si id intimè penetrares, adeò omnia ejus verba stringunt arguendo *à minori ad majus*, id est, à Patribus terrenis ad cœlestem, *si vos, quantò magis Pater vester de cœlo.*

2. Considera primò dicere Dominum: *cùm sitis mali*, id est, maligni, & propensi ad negandum, ad nocendum, ideo dicit: *cùm sitis*, ponendo hanc veritatem, non probando, quia loquitur de propensione naturæ. malum non debet præsumi de ullo hominum, nisi ejus dederit indicium, at inclinatio ad malum præsumi potest in omnibus. & hoc proposito ajebat Christus: *Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* volebat nos esse similes Columbis bene judicando de omnibus: sed & serpentibus nobis ab illis cavendo: *Cavete autem ab hominibus.* Marc. 10. v. 17. non à malis duntaxat, sed ab omnibus: *ab hominibus.* quia sicut cuncti sunt homines, ita pariter sunt proni ad malum, quantum scilicet sufficit ad cavendum. quod si verum est, uti est verissimum,

mum, facilè advertis, quanta in casu nostro vis insit argumento Christi. quippe si quivis naturâ suâ propensus ad malum, qualis tu es, quando negotium illi est cum filiis, eam inclinationem coërcet, cogit, superat, adeò ut non modò malè illis non faciat, sed bene; quid DEUS faciet, qui ut talis aliam inclinationem habere nequit, nisi omnes juvandi? & ecce id, quod primò stabiliendum erat, velle DEum tibi facere bene.

3. Considera, illico adjungi: *nôstis*, non ait, *datis*, sed *nôstis dare*. quia filijs nemo facit bene casu fortuito, sed cum consilio. imò adeò hæc doctrina est indita naturæ, ut non contingat illam discì, sed sciri ab omnibus. an non vides eam etiam assequi bruta animalia; Aspice aquilas, columbas, canes, ipsásque tygrides, quid non agunt in commodum prolis? quare? quia benefacere propriæ soboli est scientia universalis, quæ non addiscitur, non aquiritur, sed in corde nascitur cujusque per instinctum insitum à naturâ. Itaque si homo cetera stolidus instar bruti, novit tamen benefacere filiis, solùm quia DEUS intimum illi dedit instinctum benefaciendi, quantò magis DEUS ipse author talis instinctûs? & ecce stabilitum quoque alterum, nempe DEUM non solùm velle, sed & nôsse tibi benefacere.

4. Considera cum porrò dicere non *bona* absolutè sed *bona data*, vel accepta ab alio: quia homo pauperrimus est, nihil ex se, totum habet à DEO. necesse est, ut, etsi summo studio procuret, labore, & quandoque etiam sudore maximo: *In sudore vultus tui fœres panem tuo*, ori suo aliquando ducat panem, ut eum largiatur; quid ergo DEUS faciet, qui possidet, & si dederit, dicitur negare *data* sed *propria*? in se fontem eorum, quæ dat: & sic quantumque dederit, nihil perdit. Dat *in misericordiâ*. & ecce primum bilitum, DEUM non tantùm velle nôsse sed & posse dare facilimâ, quo posito quid times? potest, & scit, & vult benefacere quidquid desiderari potest tuendum beneficium.

5. Considera eum dicere *filijs*, non purè *filijs*, sed *vestris*, hîc fit adjunctum diminutivum filij hominum longè minùs respectu hominum quàm filii DEI. clariùs hoc edisseram. sit illud esse, quod homo suis dat materiale, quod minus carnem, dat musculos, ossa, dat omne id, quod ad corpus pertinet, sed non dat hæc tota à DEO est, citra medium ideo ipse potiùs eorum pater *Patrem nolite vobis vocare super unus est enim Pater vester, qui est*. at si ipse magis est Pater, do amare minùs potest? Pater nus non est nisi unius tantum pater, & ideo si perfectè non amorum esse non debet: at Celeter est pater totius *Pater vester* dat animam ut causa unica, & ut causa primaria. Itaque Cœlo

ter amare magis debet, quàm terrenus. Adde, quòd Pater terrenus solùm sit naturalis, Cœlestis verò naturalis simul & supernaturalis, quia est Pater tum in ordine naturæ, quàm in ordine gratiæ. quantò igitur magis convenit amare illos, quos ad sortem filiorum extulit tam gloriosam, tam splendidã, & sublimem? & si magis eos amat, quis dubitet magis fore benevolum in eos audiendis?

6. Considera dici: *Pater de cœlo:* quia non solùm est *Pater in cœlo*, sed *Pater de cœlo*. *Pater in Cœlis DEVS*, & *Pater de Cœlis DEVS*. dicitur *Pater de cœlo* intuitu beatitudinis, quam dat illis, quos sursùm vocavit in Regnum suum. dicitur *Pater de cœlo* intuitu bonorum, quæ inde transmittit illis, qui hic remanent deorsùm. Ideo sive *in cœlo*, sive *de cœlo*, ut voles, Pater erit longè beneficentior patribus, qui sunt in terrâ. quia qui beatus existit, aliâ re nullâ gaudere magis potest, quàm quòd & alios faciat beatos. quemadmodum Nilus si abundet, ut etiam exundet necesse est; at è contrario, qui non modò beatus non est, sed miser, & miserabilis potius instar exigui fluvioli pro se ipso retinere vult illud paululum boni, quod habet, quàm dare alteri. & tamen terrenus pater non retinet, sed dat lubens proprijs filijs: quid igitur faciet cœlestis?

7. Considera, quòd dicat *Petentibus se*, quia Pater terrenus ita est affectus ad filios, ut bene illis faciat, etiam cùm non petunt. eorum necessitates divinat, providet, prævertit, & tu credes Cœlestem id non facturum etiam rogatum? imò nulla lingua exponere satis potest, quanta sint beneficia, quæ DEUS præstat hominibus, quando illi neque ea se accipere advertunt, quando illum offendunt, quando injuriâ afficiunt, & adeò tractant malè: id quod nullus in terrâ pater facit. *Solem suum facit oriri super bonos & malos.* Cogita nunc, fierine possit, ut illis non benefaciat, cùm ad eum supplices accedunt? *Quis invocavit, & despexit illum?* Eccli. 1. v. 12.

8. Considera his perpensis rationibus dubium non esse, quin illi facias injuriam, cùm quereris te à DEO non exaudiri. quia penes ipsum culpa esse non potest. tua est culpa; & ideo omissis querelis te ipsum accusa, quòd non petas à DEO, quod tibi prosit. *Spiritum bonum.* hic solus est, quem DEUS dare tibi tenetur tanquam Pater amantissimus: aliud si daret, jàm non esset Pater. & quis est Spiritus hic bonus? non ignoras. Spiritus est, qui afflatu benigno evehere te debet ad portum Paradisi. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Ps. 142. v. 10. Spiritus charitatis, Spiritus humilitatis, Spiritus obedientiæ, Spiritus pietatis, & ita de ceteris loquendo. verbo debet esse Spiritus similis illi Patris tui Cœlestis, qui est *unicus & multiplex.* Sap. 7. v. 22. *unicus* in substantiâ, *multiplex* in attributis. hunc solum si petas, dandum tibi ne dubita. alia si postules, uti sunt terrena bona, dabit tibi, sed solùm quatenus ad hunc conferunt. Dixi dandum tibi, quia

ita ipse pronunciat : *Quantò magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum, petentibus se.* non dicit: *dat*, sed *dabit*. ut significet, si non quamprimùm accipias, non idcirco putandum te esse neglectum, quia vult Dominus ut pergas postulare, ut perseveres, ut persistas : *Orationi instate.* Coloss. 4. v.2. solus ipse novit tempus opportunum, quo spirare faciat Spiritum faventem. sed esto securus, si *non dat, dabit* denique, non morieris, quin priùs obtineas Spiritum, quem constanter petis, *Spiritum bonum.* imò fieri potest, ut fortè consecutus jam sis, nec advertas. quam ob causam? ob hanc ipsam, quia Spiritus est. an nescis Spiritum rem esse occultam, invisibilem, imperceptibilem? *Nescis, unde veniat, aut quò vadat.* Jo. 3. si cognos[illegible] se dederit, cognosces, si cogn[illegible] subtrahat, quantumvis sequa[illegible] assequeris. Quoties accidere [illegible] ut exaudiaris, & tamen non [illegible] vertas? Quidquid sit, confide[illegible] no, si Pater est, & talis Pater, [illegible] descripsimus, fieri nequit, ut [illegible] supplices. ideo de ipso non dix[illegible] stus : *noscet dare*, sicut dixit de [illegible] bus : *nôstis dare*, sed dixit: *dabit* [illegible] inter homines nôsse dare, quod [illegible] est, & dare res sunt oppidò dive[illegible] numeris vicibus illi dare nôcum[illegible] datur, sed non dant. In D[illegible] idem planè est, semper da[illegible] quod novit.

XV.

Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. [illegible] qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in la[illegible] Diaboli, & in multa desideria inutilia & nociva, qua[illegible] gunt homines in interitum & perditionem. 1. Timoth. vers. 8.

1. CONsidera humanam felicitatem, si bene perpendas, in eo consistere, quòd possis vivere plenè contentus eo solo, quod sustentationi necessarium sit. quia quisquis secundùm necessitatem vivit, semper est dives; qui secundùm voluptatem, semper mendicus. Et hæc felicitas adeò est manifesta, ut ab ipsis gentilibus sit agnita, laudata, desiderata, sed non ideo obtenta. Eorum affectus nimis [illegible] incompositi, & ideo etsi scirent [illegible] quod est melius, nempe secundum [illegible] cessitatem vivere, faciebant, quo[illegible] deterius, & ita secundum volup[illegible] vivebant. Ad Christum per[illegible] omne genus felicitatis inferre [illegible] sive humana foret, sive Divina. [illegible] circo vides post ejus adventum [illegible] numeros, qui ad imitationem [illegible]

non solùm vivant secundùm necessitatem, sed secundùm mortificationem, eo contenti, quod vix sufficiat potiùs ad mortem vitandam, quàm vitam conservandam. si tu esse non possis ex numero eorum, qui sunt tam perfecti, esto saltem ex iis, qui potiùs ex necessitate, quàm voluptate vivunt. & sic amplectere documentum, quod hìc præbet Apostolus, dum ait: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Duo sunt homini ad vitam necessaria. quædam serviunt ad ea avertenda, quæ intus possunt corrumpere, & talia sunt *Alimenta.* alia ad arcenda ea, quæ possunt corrumpere foris, & talia sunt *ea, quibus tegimur*, sive tegant ut vestes, sive tegant ut domus. & idcirco non dixit Apostolus, *quibus induamur*, quia id solum non sufficit, sed *quibus tegamur.* Cetertùm *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* quia felices essemus, si tis essemus contenti. saltem non essemus subjecti tot malis, quibus illi sunt obnoxij, qui dum juxta suas volunt vivere cupiditates, nunquam satis sunt divites, & ideo semper *volunt divites fieri*, quia, ut fiant, semper est necesse.

1. Considera, si fueris immunis à malo illorum, *qui volunt divites fieri*, te fore immunem à malorum maximo, quod invenitur in terrâ, scilicet à manifesto periculo damnationis. Periculum damnationis duplici ex capite procedit, ab hoste scilicet interno, & ab hoste externo. Externus est Dæmon, internus propria Concupiscentia. Jam si dives fieri allabores, uterque vires in te maximas aquirit. quia quod ad dæmonem attinet, imprimis facillimum erit, ut te capiat: & ubi te ceperit, facillimum erit, ut te retineat, quo deterius accidere nihil tibi potest, respectu ipsius. facillimum erit, ut te capiat. quia mille offert occasiones lucri illiciti, quo te velut escâ aviculam alliciat. & erit facillimum, ut te retineat, quia ubi inescaverit, non erit amplius tenendi labor, prout in avibus contingere videmus. ipse noles effugere, quia debitam noles facere restitutionem. & idcirco dicit Apostolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* non *in tentationes*, sed *in tentationem*, quia unum tantùm est, quo tentare Diabolus illos debeat, nempe ut pecuniam accipiant malè partam. ad eos retinendos nullâ opus est tentatione. illa ipsa pecunia, quæ primò fuit, instar escæ, *tentatio* ob alliciendi virtutem, deinde fit *laqueus* ob vim tenendi. quod si ita est, numquid actum de te est, quantum est ex parte dæmonis? Quoad Concupiscentiam, quæ erat alter hostis, de quo diximus, nempe internus, facillimum est, ut ista quoque te captivet, quia tot brachiis tenebit, quot sunt desideria non tantùm inutilia, sed nociva. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueũ Diaboli, & in multa desideria inutilia & nociva.* Habent ergo ista desideria tres pessimas conditiones, quòd sint multa, quòd sint inutilia, & quòd nociva. sunt *multa*, quia qui habet pecuniam,

cuniam, rerum plurimarum amore capitur, & hic pessimus est effectus. quia perfectio cordis nostri in eo consistit, quòd uni bono se impendat omnia complectenti. *Unam petij à Domino, hanc requiram.* Ps. 26. v. 4. qui multa bona desiderat inter se distincta, cor habet divisum, dissipatum, lacerũ, & ideo ecce in quo statu versetur. *Divisum est cor eorum, nunc interibunt.* Os. 10. v. 2. sunt desideria *inutilia*, quia non conducunt ad finem intentum, qui est felicitas. *Desiderium peccatorum peribit.* Ps. 111. v. 10. nec felicitatem promovent æternam nec temporalem. non æternam, quia non sunt desideria Cœlestium, sed terrenorum. Nec temporalem, quia in terrâ non inveniuntur bona, quæ illis satisfaciant. *Comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati.* Ag. 1. v. 6. & sic quovis ex capite sunt inutilia. Et demum sunt non inutilia tantùm sed *nociva*: quia totus, quem tibi afferunt, fructus est, quòd te reddant inquietum tum pro eo, quod desideras obtinere, tum pro eo, quod obtentum times perdere. *Labor stultorum affligit eos.* Eccl. 10. v. 15. Cùm igitur Concupiscentia tua tot brachijs te stringet, quot diximus, quid facies? Gemes equidem sub jugo servitutis molestæ, sed non ideo excuties. & si non excutias, clarè utique agnoscis te æternum esse damnandum. Hic demum est terminus, ad quem immoderata cupiditas habendi te perduxit, videlicet infernus. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in multa desideria inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Mergunt homines in interitum* per [illegible] æternam culpæ, quam illis afferunt. *Mergunt in perditionem*, per [illegible] æternam pœnæ, quæ non solùm [illegible] tur *interitus* sed *perditio*, quia [illegible] culpæ, quantumvis naturâ [illegible] quoque sit æterna, multi tamen [illegible] ratione Divinâ resurgunt, [illegible] pœnæ nullus resurgit. hæc [illegible] ra est perditio, damnatio. [illegible] *via est, quæ ducit ad perditionem.* [illegible] 7. v. 15.

3. Considera istud periculum [illegible] nationis, quod omnibus imminet [illegible] *volunt divites fieri*, adeò difficultatem [illegible] vitari posse, ut Apostolus de illo [illegible] ut probabili tantùm sed indubitato locutus sit. Ideo non ait, *incidunt in tentationem*, tanquam de re [illegible] quæ sæpe est incerta, sed *incidunt* tanquam de re præsenti, de qua [illegible] bigi non potest. Neque dicas [illegible] fore, ut tibi caveas ab hoc malo, [illegible] cedendo cautè, incedendo circumspectè: quia ad hoc eripiendum effugium dixit Apostolus: *incidunt*. an nescis [illegible] *dere* proprium esse tam illius, qui [illegible] vet, quàm qui non cavet? *Aliquando incidam unâ die in manus* [illegible] ajebat David 1. Reg. 17. quamvis [illegible] tera tam cautus esset, ne incideret [illegible] non sufficit te quoque cautissimè [illegible] cedere, ne incidas in tam grave periculum, de quo locuti sumus. [illegible] *des*, etsi nolis. Tot sunt occasiones prævaricandi, quas habet, qui [illegible] mum adijcit ad cumulandas divitias

ut non sit necesse illas quærere, ultro possim occurunt. & tot si fuerint, quomodo ab omnibus te segvabis? ante ergo optimum sequi consilium, quod Apostolus suggerit, hoc est contentum esse necessarijs, non quærere servitura voluptati. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Quodsi hoc ipsum consilium nimis videtur rigidum, etsi plurimis, qui secundùm mortificationem vivunt, nimium indulgere videatur: sic age: contentus esto statu, in quo DEUS te posuit; noli illum augere, noli extollere, quia in eo versatur pars maxima periculi. ideo fortassis non dixit Apostolus: *Qui divites sunt, incidunt in tentationem &c.* sed, *qui volunt divites fieri.* quia periculum gravissimum non est esse divitem (quamvis id quoque grave sit: *Si dives fueris, non eris immunis à delicto.* Eccl. 11. v. 10.) Sed velle fieri divitem. Idcirco contentus esto his, quæ DEUS tibi dedit: *sint mores sine avaritiâ, contenti præsentibus.* Hebr. 13. hoc est esse contentum præsentibus, contentum esse proprio statu. Si DEUS judicasset profuturum tibi statum magis floridum, magis opulentum, an dare illum non potuisset? Doctrina valde probabilis est, DEUM concedere Electis, quidquid opum ad salutem illis prodest. Unde scriptum est: *Divites*, illi scilicet, de quibus hoc loco Apostolus loquitur, *egverunt, & esvrierunt. egverunt*, quia nunquam se divites reputabant: & *esvrierunt*, quia ditescere semper desiderabant. *Inquirentes autem Dominum*, hoc est, electi, *non minuentur omni bono.* Ps. 33. v. 11. non ait *omni re*, sed *omni bono*, quia DEUS istis tantum largitur opum, quantum illis habere bonum est, hoc est, quantum videt illis profuturum ad obtinendum DEUM, quem inquirunt, ad obtinendam ejus gratiam, ad obtinendam gloriam, & felicitatem æternam. Hæ divitiæ verissimum illorum bonum sunt, si non in ratione finis, certè in ratione medij, & ideo dat DEUS. Amplius autem dare renuit, quia id non foret tunc bonum, sed malum, imò malum gravissimum. Sine ergo DEUM de te pro libitu disponere: sic enim ipsum potiùs quæres, quàm te: *Inquires Dominum, non inquires te ipsum.* & consequenter certissimus eris nihil omnino tibi defuturum, quòd verè sit bonum. *Non minueris omni bono.* Nonne, ut desint alia, verosimilius est secundum omnes regulas etiam humanas meliorem tibi esse eum statum, in quo DEUS te posuit, quàm illum, ad quem ipse arbitratu tuo aspiras. *Qui confidit in cogitationibus suis, impiè agit.* Prov. 12. v. 2. quia gravibus sese erroribus exponit.

XVI.

Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati. Joan. 8.

1. CONsidera vocem Peccati gemi-nos in Divinis scripturis habere sensus. Aliquando actum significat peccaminosum, qui committitur, & aliquando potentiam rationi repugnantem, quæ ad actum inducit. & hoc sensu sæpiùs loquebatur Apostolus, cùm dixit: *Si autem, quod nolo, illud facio; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Rom. 7. 17. Jam verò sapientissimè ajebat Christus: *qui facit peccatum, servus est peccati.* quia *qui facit peccatum*, ex libero fit servus propriæ obsequendo Concupiscentiæ, illi scilicet parti animæ, cujus est obedire: *servus est peccati.* nonne hæc est monstrosa perversio? eam removere cupiebat Apostolus, cùm exclamavit: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Rom. 6. Sed quàm parùm obtinuit? & tamen non dixit: *non sit peccatum in vestro mortali corpore*, sed *non regnet.* quippe sciebat probè, dum fuerit corpus nostrum mortale, non posse nos inde proscribere Concupiscentiam, ita ut in eo non habitet. at si proscribere non possumus, saltem facere possumus, ut non regnet, & verò etiam debemus, quia hæc est prima inordinatio, ob quam dixit sapiens universam terram perturbatum iri *per servum, cùm regnaverit.* Prov. 30. 20.

2. Considera eum, qui pecc... actu non solùm servire propriæ ... cupiscentiæ, sed fieri, imò esse ... illius, sicut victus est servus ... unde Christo non sufficit dicere: ... *facit peccatum, servit peccati*, ... cit: *servus est.* quoniam illa ... *à quo quis superatus est*, inquit ... ad propositum nostrum, *a quo ... peratus est, hujus & servus ...* Pet. 2. v. 19. quidquid agas, ... nunquam excuties servitutem ... feram, si quando in illam ... opus est Gratiâ Divinâ. & qui ... opus est gratiâ, quam DEUS ... lo modo tenetur, hoc est effica... *Dominus vester, qui confregit ... cervicum vestrarum, ut ... recti.* Lev. 26. 13. quo posito ... gabis in tali statu te verè esse ... vum?

3. Considera non modò hinc ... posse, ut reipso excutias servi... tam miseram, sed necesse esse ... etiam semper magis aggraves ... lo eundo in deterius. Proprium ... est peccatoris. nisi in prompto ... xilium Gratiæ, aliud agere non ... quàm cumulare peccata. *Peccator ... ticiet ad peccandum.* Eccl. 3. v. ... tum verò quid sequitur. Sequitur ... vitutem transire in Mancipatum. ... quid audisti dici de multis, ... *sint venumdati, ut faciant malum?*

Mac. 1.16. qui sunt isti? sunt illi, qui malè consuetudinem traxerunt. Sunt quidam adeò dati in prædam suæ Concupiscentiæ, ut non habeant amplius vires resistendi. imò si illa instigare desinat, quid faciunt miseri? ipsi eam ad instigandum urgent: *Concupierunt concupiscentiam.* Ps.105.v.14. eam excreant, stimulant, sectantur: *abierunt post pravitatem cordis sui.* Jer.9.v.14. volendo peccare, etsi non possint. *Vt iniquè agerent, laboraverunt.* Jer.9.v.5. & ideo quàm bene dixit Dominus: *Qui facit peccatum, servus est peccati,* quia qui peccat, non solùm ipse per se est servus inordinatæ Concupiscentiæ, sed etiam mancipium. *Carnalis est venumdatus sub peccato.* Rom.7.v.14. & ideo semper de malo declinat in pejus.

4. Considera, quanta sit infelicitas hominis, qui deducitur ad hunc statum. Satis sit dicere: *Servus est,* atque adeò destituitur omni genere boni, Honesti, Utilis, Delectabilis. Boni Honesti, quia maxima, quæ interra invenirí possit, ignobilitas est mancipatus: *Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.* ajebat mœsta Jerosolyma, cùm videret se servituti subjectam. Thr.2.v.11. Boni Utilis, quia mancipium naturâ suâ non habet dominium rei cujusquam, nec sui quidem, & ita laborandum illi est absque lucro. *Servies inimico tuo in omni penuriâ.* Deut.28.v.48. Boni delectabilis, quia vita ejus aliud non est, quàm in laboribus versari & verberibus, prout Hebræis sub Pharaone accidit: *flagellatique sunt ab exactoribus Pharaonis dicentibus: quare non impletis mensuram laterum, sicut priùs, nec heri, nec hodie?* Exod.5.v.14. nunc bene considera, & videbis, talem omnino esse statum peccatoris, imò longè deteriorem. Primò, quia servus tantò vilior est, quantò vilior est dominus, cui subest. quem autem habere potest homo dominum viliorem quàm propriam Concupiscentiam? hoc enim est servire bruto, hoc est illi parti, quam habet in se homo brutis similem. *Carnalibus desiderijs.* 1.Pet. 2.v.11. Secundò quia servus fidelitate, quam præstat Domino, sperare potest aliquando consequi libertatem, prout Josepho, Esdræ, Danieli accidit. at peccator, quantò fideliùs suæ servit Concupiscentiæ, tantò securior est retinendæ servitutis, & ita aliud lucrari nequit præter catenas, quæ magnopere illum premant: *servies inimico tuo in omni penuriâ,* prout antè dicebam. & hoc tamen nihil est. nam deinde quid erit? *Et ponet jugum ferreum super cervicem, donec te conterat.* Deut.28.v.48. Tertiò, quia servus, cùm patitur quoad corpus, potest denique auxilio virtutis, quæ nulli subjacet servituti, gaudere animo. at peccator longè plùs animo quàm corpore patitur. quia à sua mala conscientia aliud continuò non recipit, nisi exprobrationes, reprehensiones, flagella. *Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te.* Jer.2.19. Cuicunque peccato insunt duo, Aversio à bono, & conversio ad malum: & hæ sunt

duæ

duæ crudeliſſimæ furiæ, quæ certant in eo flagellando, qui peccat. Vide igitur, verúmne ſit peccantem eſſe ſervum ſeu mancipium: *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Siquidem ille non duntaxat eſt ſervus ſervorum miſerrimus, qui [illegible] poſſit in terra, ſervus non quoad pus, ſed animam: *Anima eorum captivitatem ibit.* Iſ. 46. v. 2.

XVII.

Siquis aliter docet, & non aquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri JESU Chriſti, & ei, quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ verbis eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum. 1. Tim. 6.

1. COnſidera, qui ſint illi, de quibus meritò dici poſſit: *Non aquieſcunt ſanis ſermonibus Domini noſtri JESU Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ.* An Infideles: neutiquam. quia hi non ſolùm *non aquieſcunt* illi, quod Chriſtus docuit, ſed etiam apertè repugnant, *aliter docent.* Illi, qui, propriè loquendo, *non aquieſcunt*, ſunt ii fideles, quos mundi vocamus: porro hos inter, ſi rite perpendas, maximè ſunt, qui offenſi credunt integrè reſarciri non poſſe honorem læſum, niſi per vindictam. non reperies rem aliam magis, in quâ fideles Chriſti *non acquieſcunt* ejus doctrinæ, quàm iſtam de dandâ veniâ. quia multis quidem alijs in rebus diſcedunt à Doctrinâ ipſius, ſed voluntate potiùs quàm intellectu. & ideo non aquieſcunt voluntate iis, quæ Chriſtus docuit, quia dura putant: aquieſcunt tamen intellectu, quia nihilominus reputant honeſta. at in eo puncto, quod diximus, aſſerendi honoris nec voluntate acquieſcunt, nec intellectu, abſolutè *non acquieſcunt*, quamvis lùm durum eſſe judicant ſed obedire Chriſto. nec juvat, quo tendunt, dum dicunt, id ſe infame juxta mundi ſenſum. quis iſte eſt mundus? vel mundus fidelis, vel infidelis. Si fidelis habere ſenſum non poteſt, qua ſum haberet contrarium Chriſti, & ſic foret infidelis. cunque Chriſto credit, illi parendum eſt, ignoſcere actum neſtiſſimum. numquid enim ille hoc eſſe fieri DEI Filium? *inimicos veſtros, & eritis filij* Luc. 6. Dixit ergo ignoſcere actum eſſe ſummæ gloriæ. rò mundus ſit infidelis, quid cuſationi ſuæ prætendere nec ſequi illum poſſunt, nec quantur, oſtendere. ahàs quidam committunt actum infidelitatis ſum. quia quiſquis fidelis eſt, onus iſtud, ſine omni ſpe diſpen-

nis, impositum ; neque potest tenere opinionem contrariam sententiæ Christi, neque fingere, quòd teneat. & hi tamen non solùm tenere fingunt, sed & profitentur. Vide ergo an non revera infera sit istorum conditio, qui putant infame esse, nisi se vindicent. *Non acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ.* parum abest, quin sint infideles. Unde video conjunxisse Apostolum eos, qui *non acquiescunt*, cum his, qui *aliter docent*, quia si inter illos differentia est, adeò est exigua, ut potiùs nulla dicenda sit. *Quasi scelus Idololatriæ est nolle acquiescere.* 1. Reg. 15. v. 21. quanquam isti quoque nimium quantum *aliter docent*, quia internum errorem linguâ produnt quotidie. hunc scripto sustinent, typo, imò & ferro tuentur. Lege tantisper illorum schedas provocatorias, & illico eorum sensus perspicies. an non istud est etiam transgredi limites eorum, qui *non acquiescunt*? hoc enim verò est non jam suspectum esse de infidelitate sed convictum.

1. Considera eorum infidelitatem tanto esse fœdiorem, quanto pulchrior est doctrina, cui contradicunt. & quænam ista? doctrina est pijssima. nam si nulla alia, hæc certè doctrina Christi de condonando ex omni capite est *secundùm pietatem*. Pietas duo respicit, primò DEUM, deinde proximum. DEUM ut Patrem, proximum ut fratrem. DEO vult exhiberi cultum, proximo charitatem. & hoc est, quod tibi doctrina mirificè adimplet. primò cultum suum DEO servat, quia DEO tanquam Patri vult permitti, ut castiget filios errantes : *Mea est ultio, & ego retribuam in tempore.* Deut. 32. v. 25. Secundò servat proximo charitatem illam summam, quæ quidem illi exhiberi tanquam fratri possit, reddendo bonum pro malo. & & ideo manifestum est, si omnis doctrina Christi pia est, hanc esse pijssimam. sed est, quod præterea perpendamus. nam quo loco Evangelij istam tradidit doctrinâ? tradidit in sermonibus, quos in monte fecit, sermonibus eximijs, sermonibus excelsis, ita est, maximè verò *sermonibus sanis*, quia præcipuè erant ordinati ad persanandas plagas, quas humanum genus contraxit in geminis facultatibus Irascibili & Cõcupiscibili: & ideo continẽt saluberrimos aphorismos, qui unquam exiverint de ore Christi. Unde, *cùm consumâsset omnia verba hæc*, concludit Evangelista, *admirabantur turbæ super doctrinâ ejus.* Mat. 7. v. 28. & huic doctrinæ tam piæ datæ à Christo; his sermonibus tam salutaribus *non acquiescunt*, qui tam impudenter impugnant legem ignoscendi. fortè plus habet pietatis doctrina vindictæ, quæ adeò impietatis est plena, impietatis erga DEUM, impietatis erga proximum? aut forrè saniores sunt omni aliâ ex parte discursus illi, quos habent, qui ejusmodi doctrinam profitentur? Imò verò discursus sunt maximè insani, quia eò deducunt hominem, ut instar bestiæ procedat. Sani sunt sermones JESU Christi : *Justi sunt omnes sermones*

mones mei, non est in eis pravum quid, vel perversum: recti sunt intelligentibus, & aqui invenientibus scientiam. Prov. 8. v. 9. Felicem te, si istorum sermonum desiderio flagraveris. nunquam audiveris aptiores, ut te disponant in ordine ad DEUM cum debita Justitia, ad te ipsum cum debita rectitudine, ad proximum cum debita æquitate.

3. Considera neminem eorum, qui *non aquieſcunt* huic doctrinæ tam piæ de condonando promulgatæ à Christo, posse perstringi graviore censurâ, quàm fuerit illa Apostoli, cùm dixit, quòd sit *superbus, & nihil sciens.* nonne superbus, qui de puncto honoris plus vult nôsse quàm DEI Filius cum tot maximis Doctoribus, qui illum sectari sunt, tot personis principibus, tot illustribus Monarchis? nonne intellectûs est debilissimi, qui non capit veritates tam claras, tam manifestas, tam palpabiles, quales sunt illæ de gloria condonantis, quam tot alij, vel inter ipsos gentiles agnoverunt? sed hæc demum est in hominibus omnium radix errorum, nimia sui æstimatio, maximè quando illa jungitur debilitati intellectûs. nimia sui æstimatio facit, ut quis incidat in errorem duabus ex causis. Primò quia facit, ut facilè judicium ferat de re, quam ignorat. Secundò quia facit pariter, ut is, qui ignorat, dedignetur se submittere illorum judicio, qui intelligunt. unde scriptum est: *Ubi humilitas, ibi & sapientia.* Prov. 11. v. 2. Debilitas intellectûs deinde magnopere exanget hunc lapsum, ut infir- mi quovis impulsu cadat. *sunt, & ceciderunt.* Pſ. 26. ita cidit, quibus debilis est ratio, quemlibet impulsum, quem a fectus, errori se permittunt. rò forsitan aves intelligere, q ista infirmitas intellectûs, caveas. Est judicare de rebu semper, ut revera sunt, sed ut renr. Quid est infirmitas corp est inæqualitas humorum: qua isti rite temperantur, saniſſim corpus. talis ferè est infirmitas lectûs. Est inæqualitas inter reipsâ inest rebus, & judicium, de ijs intellectus format. & sanitas intellectûs demum alia est, quàm conformitas nunc di ter judicium & res ipsas. quem mihi exhibeas, qui huju formitatis capax non sit, debili est, *nihil sciens*, quia dici non ſcire, qui neſcit, quod res sun ipsis. Quodsi etiam superbia serit, adeò ut non modò sit sed & *superbus*, cogita, in quæ pitia pronus pendeat. & rales sun psus illius, *qui non aquieſcit sanis monibus Domini noſtri* JESU *& ei, quæ ſecundùm pietatem ſ trinæ.* Lapsus sunt hominis lapsus sunt hominis nihil ſci Adde, quòd, quisquis hoc neſcit spectat ad consecutionem ultim ut ut cetera sciat omnia, reve hil sciat: *non judicavi me aliquid inter vos, niſi* JESU *Chriſtum, & hunc Crucifixum.*

v. 2. Porrò talis est omnino status horum miserorum. Id nesciunt, quod unum scire necessarium est, & ideo quid faciunt?

4. Considera, quàm bene denique concludat Apostolus, cùm ait de quovis eorum, de quibus locuti sumus; *superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum.* quis ut intellectûs est tam infirmi, ut dicimus, utique est *Languens. Homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum judicii & legum.* Sap. 9. v. 5. Sed visu mirabile est, circa quid hi languidi sese occupent. *Circa quæstiones & pugnas verborum. Quæstiones* sunt controversiæ, quas habent de rebus, & quæ demum ad duo capita reducuntur, ad honorem, & facultates. *Pugnæ verborum* sunt lites de titulis. ob res tantillas ecce quàm intellectu sunt languidi, ut aliquando ad mutuas cædes proruant! Hæc sunt argumenta provocationum, quas faciunt, certaminum, duellorum. Hinc nota, quàm bene priores illæ, *quæstiones* appellentur, nam ijs controversijs, quibus pro honore, & facultatibus dimicant, quid faciunt? felicitatem quærunt, sed semper quærunt, quia ad eam nunquam pertingunt: *quærunt, & non inveniunt.* perinde, ac quibusdam in scientijs accidit, qui nonnisi quæstiones movent, & nihil unquã concludũt: *semper discẽtes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* 2. Tim. 3. Posteriores verò vocantur *pugnæ verborum*, quia sunt meræ disputationes, ut ajunt, de nomine, & ideo non tam quæstiones quàm contentiones existunt; provano titulo integrum impenderent dominium, si necesse foret. & tamen cùm hunc titulum obtinent, dic quæso, quid habent? nihil planè. *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit.* Prov. 19. numquid hæc est incredibilis imbecillitas intellectûs? De his miseris agere tecum volui, ut si fortè malo tuo unus eorum sis, providere tibi satagas, relinquendo vanas hasce mundi minutias. Esto sanè Eques, sed Eques Christianus. cùm ergo te quis provocat, respondere non dubita, prout faciunt alij pares tibi viri sapientes: ego neminem offendo, sed me ipsum defendo: vado continuò accinctus gladio, quisquis me aggredirur, sentiet eum in se stringi posse. Hoc responsum non est contrarium doctrinæ Christi, aliâ verò ex parte plusquam satis tuetur omnem honorem humanum. *Honor est homini, qui separat se à contentionibus.* Prov. 20. v. 3. Quodsi ex eorum numero non sis, agere de eo volui, ne illorum invidiâ, ut fieri forsan possit, sed commiseratione potiùs tangaris, considerans, quàm sint miseri, qui elegerunt servire Mundo. DEUM ardenter precare, ut eos illuminet. Vide enim, quò sint deducti. Christiani sunt, & tamen *non aquiescunt sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ.* imò aliquando *aliter docent* etiam ipsi, quasi essent inimici Christi. & ideo quis explicet,

plicet, quàm formidabilis sit pœna, quæ illis imminet? *His, qui sunt in contentione*, uti sunt hi, tam avidi litium, *& qui non acquiescunt veritati*, quæ est doctrina Christi, *credunt autem iniquitati*, quæ est doctrina mundi: *ira & indignatio. ira* ex parte DEI, qui illos damnabit, *indig* ex parte ipsorum, qui damnati se ipsos odio exardescent mag placabili, quàm unquam hab adversus ullum inimicorum. Rom. 2.

XVIII.

Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & con bit triticum in horreum suum, paleas autem comburet ig extinguibili. Luc. 3.

1. COnsidera Dominum, quem hoc loco vides in habitu tam peregrino, & qui ruri magis quàm civitati conveniat, alium non esse quàm JESUM Christum in personâ Judicis. Ventilabrum, quod manu præfert, instrumentum est oppidò vile, quis neget, quia revera aliud non est quàm pala, quâ ventilatur granum, cùm in areâ est. Sed etiam instrumentum, quod plurimum significat. Indicat enim potestatem Judicialem, quam habet separandi Electos à Reprobis, atque adeò instrumentum, quod plus valet, quàm sceptrum quodcunque Regium. Adora humili reverentiâ tuum Dominum, dum is tibi sub tali habitu se repræsentat, & illi te commenda; quia si unquam non reverentiâ duntaxat sed horrore impleri te oportet, tunc est, cùm illum aspicis in formâ Judicis. *Quis poterit cogitare diem adventûs ejus?* Mal. 3. v. 3.

2. Considera rationem, ob dicitur esse *Ventilabrum in ma* Ratio est, ut significer Judiciari testatem ad se pertinere, sibi em venire. *Pater omne judicium ded lio.* Jo. 5. v. 22. ad eum perti DEUM, illi convenit ut homi eum pertinet ut DEUM ob butum proprium sapientiæ. q licet ad constituendum Judicem fectum etiam requiratur Potent quæ necessaria sit ad tenendos dos, & puniendos reos, & requ etiam Bonitas, ut quæ omnem onem excludit de studio partium ritudine, fraude, injustitiâ; istæ dotes geminæ potiùs supponendæ in judice ante judicium. sapientia quæ denominat actum judicandi mam, ut sic dicam, tribuendo form *Judex sapiens judicabit populum* Eccl. 10. Et ipsi convenit ut homi vel, ut meliùs dicam, ut hominum

simo tribus ex capitibus. primò ob affinitatem, quam habet cum his, qui sunt judicandi. cùm videatur debere hominibus gratias accidere, & tolerabilius judicium, si judicentur ab homine ipsis simili, & ideo aptiore ad usurpandam misericordiam, ubi usurpari illa possit. Secundò quia in Judicio universali interevenire debet universalis resurrectio corporum, quæ ipsi tanquam homini servatur: siquidem uti Pater agente Christo ut DEO quotidie per gratiam suscitat animas, ita eodem agente ut homine illo supremo die etiam corpora suscitaturus est. Tertiò quia æquum esse videtur, ut, quotquot judicandi sunt, Judicem suum cernant oculis. horum verò plurimi illam cernere non poterunt in formâ DEI, cùm mali futuri sint, restat ergo ut illum videant in formâ hominis. & hoc est, quod Christus ipse indicare voluit, cùm dixit: *Pater dedit ei potestatem judicium facere, quia filius hominis est.* Jo. 5. Adde, quòd etsi propria esset hæc potestas tot alijs titulis, eam tamen meruit, quasi propria non esset, tunc maximè, cùm tantâ humilitate se in terrâ instar Rei haberi voluit. & ideo æquum est eum ab omnibus videri glorioſum considere in Tribunali supremo Universi magnum illum Dominum, qui modis tam probrosis tractus fuit ad tribunalia infima, & condemnatus à tribunalibus iniquissimis. Gaude cum ipso ob honorem tam sublimem, quem referet illo die ultimo, & quia tunc frustra erit ante illius thronum prosterni ad imploran-

dam clementiam, id nunc age, quando non est Judex sed Advocatus. noli cunctari, vides enim ut jam est *Ventilabrum in manu ejus.* quod quid aliud designat, quàm ejus usum propediem futurum? *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Apoc. 22. v. 12.

3. Considera, quo fine Dominus ventilabrum jam manu teneat, nempe ad purgandam aream. *Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam.* Hæc Area ejus est Ecclesia, Area, quia in eâ boni miscentur malis, quemadmodum in areâ triticum cum paleâ reperitur. Sua est, quia probè nôsti, quanti ipsi steterit: nempe omni suo sanguine: *Acquisivit sanguine suo.* Act. 20. v. 28. Ne putes proinde, cùm aream dici audis, Ecclesiam rem esse modicam. Vastissima est, & majora sumet incrementa in fine mundi, quia toto orbe diffundetur. Non idcirco omnes homines complectetur, sed eos tantùm, qui professi sunt veram fidem, hoc est, fidem Christi. Idolorum cultores, Tartari, Turcæ, Hebræi protervi non spectant ad aream, & idcirco propriè dici nequit pro illis esse ventilabrum. Verum equidem est omnes pariter coram Judice apparituros: *Congregabuntur ante eum omnes gentes,* Mat. 25. v. 32. sed non omnes pari modo ab illo judicabuntur. Omnes pariter apparebunt coram Judice, quia cùm ille pro omnibus sanguinè suum fuderit, æquum est, eum ab omnibus videri, cognosci, coli, & adorari, velint, nolint. *Omnes gentes venient, &*

adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt. Apoc. 15. v. 4. sed non omnes pari modo judicabuntur, quia contra Infideles, qui non spectant ad aream, procedetur, uti more militari fit cum hostibus manifestis, viâ summariâ, non disceptando mortis sententiam, tanquam notissimam cuuctis, sed fulminando. *Qui non credit, jam judicatus est.* Jo. 3. Processus plenus, accuratus, & ex formâ judicii instituetur circa eos, qui spectãt ad aream. *Purgabit aream suam.* & hoc erit ventilare paleas: quippe infideles non tam paleæ sunt, quàm spinæ, quæ rectà & quamprimum damnantur ad ignem. *Lignum aridum in eremo.* Eccl. 6. v. 1. Tibi verò quid proderit non fuisse spinam, si palea fueris? te quoque expectat ignis tanquam pabulum suum.

4. Considera, quam ob causam boni fideles à Christo comparati sunt tritico, mali verò paleis. Boni comparati sunt tritico ob copiam fructûs, quem producunt, reddendo aliquando centum pro uno, ob substantiam, soliditatem, salubritatem, quia ab ipsis, si rite perpendas, dependet conservatio Universi. Mali comparati sunt paleis ob pallorem, qui in ipsos redundat è livore suo interno, ob siccitatem avaritiæ, ob sterilitatem acediæ, ob inconstantiam levitatis, quæ illos ad omnem auræ flatum facit flexiles. Isti in præsens miscentur cum illis, quia Dominus potuit equidem facere, ut triticum in agro suo sine paleâ cresceret, sed noluit. Voluit potiùs tanquam summus artifex eruere de mal[illegible] quàm illud non permittere. [illegible] ne malos non plurimum prode[illegible] nis hoc ipso, quòd illis esse vel[illegible] ri. Imò prosunt maximè. qu[illegible] sint alia, occasionem illis præ[illegible] tantò sint magis humiles, mor[illegible] modesti, quæ est magna pro[illegible] tas, quam palea affert tritico [illegible] gravat. Cùm finis iste cess[illegible] tunc enimverò erunt miseri illi[illegible] pati, divisi, in auram dispersi. [illegible] *gam eos in ventilabro in porta* [illegible] Jer. 15. v. 9. Quàm horrend[illegible] igitur illa separatio, quam Ch[illegible] faciet, cùm vi hujus ventila[illegible] ciet, ut mali procul abeant à b[illegible] quemadmodum à tritico procul [illegible] lant paleæ, cùm ventus impe[illegible] tollit ex areâ. Ita fiet omn[illegible] maligno, quia in illâ separatio[illegible] cietur inter ipsos infideles, ut [illegible] eodem igne concremetur. [illegible] *eum, partémque ejus cum in[illegible] ponet.* Luc. 12. v. 47. Hea[illegible] quàm ventilatio ista erit instar [illegible] nis, tantus erit illius impetus! [illegible] non cogitas, quid te fieret, si [illegible] geret hoc modo tolli à vento? [illegible] quis nunc sis. Si palea fueri[illegible] quantum tibi timendum, quia [illegible] speciatim Christus habet ventila[illegible] quò te tam procul excutiat, ut [illegible] ad abyssos pergas. *Ventilabit e[illegible] ventus tollet, & turbo disperget e[illegible]* 41. v. 16.

5. Considera factâ ventilatio[illegible] tali cum sententia divisionis pale[illegible] à tritico, effecturum Dominum [illegible]

Angeli omne triticum in suo horreo reponant. *Congregabit triticum in horreum suum.* & quodnam est horreum istud tam præclarum? Est paradisus, ita appellatus ad denotandum florum, quo illic beati omnes fruentur. Erunt uti triticum in horreo suo securi, salvi, & ab omni tempestatis injuriâ exempti. Transierunt imbres, transierunt frigora, glacies, turbines, tempus est fruendi requie sempiternâ. Id autem, quod electis majoris causa erit voluptatis, erit cernere se eò simul omnes deductos, ut non amplius cogantur versari inter impios, qui pravis suis operibus eorum animos tantopere affligebant. *Qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.* 2. Pet. 2. v. 8. Nulla ibi est palea, sed merum & purum triticum: omnes DEUM laudant, omnes adorant, omnes amant, omnes benedicunt, nec quisquam est, ut hic, qui illum vel minimùm offendat. & hoc est, quòd insinuat verbum illud suavissimum: *Congregabo.* nunc Justi coguntur pro majore gloriâ Divinâ ab invicem disjungi, hic in septentrione laborat, alius ad ortum, alius ad occasum solis, alius etiam inter Barbaros, qui ad Austrum habitant præ ceteris inculti. Sed demum die illo magno Dominus congregabit universos: *Dispersiones Israël congregabit.* Ps. 146. v. 2. eximendo etiam ignibus purgatorij eos, qui ibi versabantur ad expiandos tam diu præteritos errores. Et ideo quis explicet ingens gaudium Electorum, cùm se viderint è partibus tam diversis, ut aliud deinceps non agant, quàm ut DEUM laudent? O quanto impendio illuc oporteret eniti, si etiam ibi nihil aliud esset boni, præter societatem tam dignam omnium justorum, hoc est, hominum tantâ præditorum scientiâ, tantâ affabilitate, amabilitate, pulchritudine, ut unusquisque longo superet intervallo Salomonem in throno suæ gloriæ considentem! Ecquid erit, si tu inde excluderis? ô luctum! ô lacrymas! ô stridorem! *Ibi erit fletus & stridor dentium, cùm videritis Abraham & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in Regno DEI, vos autem expelli foras.* Luc. 13. v. 28.

6. Considera quàm diversa futura sit sors palearum ab illa tritici, quia ubi in fascem aliquem magnum collectæ fuerint, in ignem proijcientur. *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Dum audis paleas, illico intelligis, quàm aptæ futuræ sint incendio. sunt aridæ, siccæ, non inest ipsis vel gutta succosi humoris, quæ vel minimum resistat igni. atque ita quantum inde exardescet incendium! at forsitan tantò citiùs istæ paleæ redigentur in cineres? ne unquam in mentem tibi veniat persuasio tam falsa: nam providè dicit Dominus: *Paleas autem comburet igne inextinguibili:* ne is, qui audit esse paleas, quæ injiciuntur igni, existimet incendium illud demum aliud non fore, quàm palearum, ut dicimus. Ah nunquam illud finietur! erit perpetuum, erit perenne, & sic equidem *comburet*, sed non

non *consumet* : quia hæc est ejus ignis conditio planè tremenda, cui similis in terrâ inveniri alius non potest. Habet hoc mali ab igne, ut urat, non habet hoc boni, ut occidat. *Devorabit eum ignis, qui non succenditur.* Job. 20. v. 26. & quare non succenditur, nisi quia nunquam illi alimentum deest? Devorat, sed non destruit. an ergo seriò cogitâsti aliquando, quid sit damnari ad talem ignem? etsi non esset ardentior nostro, non esse tior, acerbior, penetrantior, sufficit esse inextinguibilem. te denique Dominum vocâsse illud horreum, *in horreum suum* non perinde suum vocavit nem, in quo ardebunt paleæ: ab ipso est salus hominum, ab ipso perditio. *Perditio tua tantumodo in me auxilium tuum* Os. 13. v. 9.

XIX.

Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos; & ad hæc amor diet. Eccli. 29. v. 32.

1. CONsidera per hunc hospitem, de quo sermo est præsenti loco, meritò intelligi Christum JESUM, cùm ad te venit in sanctissimo Sacramento. *Hospes eram, & collegistis me.* Matt. 25. v. 35. tunc enim, si unquam aliàs, verus est hospes animæ tuæ. sed ecce quàm diversus ab alijs. Hospites alij, cùm in domum tuam divertunt, non veniunt, ut te pascant, sed ut à te pascantur. Unde ipse Abrahamus, cùm tres illos peregrinos Angelos recepit, illicò agnovit non ipsorum sed sui esse officij prospicere de cibo, & ideo celeriter cucurrit ad armentum, *& tulit inde vitulum tenerrimum.* Gen. 18. v. 5. hæc enim est hospitalitas hominum, qui recipit, pascit, non qui recipitur. At tuus Dominus hospes est prorsus diversus, quia, ceu veniendo tantùm parùm tibi, qui es vilissimus terræ vermis præstaret honoris, vult insuper venit, mensæ suæ te adhibere: *pitabitur, & pascet, & potabit* verò genere ciborum? non alio de se ipso. O rem summo stupore! quia matres equidem suos lacte nutriunt, qui simul *pastus & potus*, nunquam autem nis, & visceribus proprijs. matres invenies, quæ suis cibatur liberis, juxta illud: *Comedes fructum uteri tui.* Deut. 28. v. 13. quàm se ipsas obtulerint in cibum, men nescio quâ misericodiâ & te gloriantur? *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.* 4. v. 10. Vide igitur, quæ sit misericordia Domini tui.

2. Considera non dici solùm *Pa* sed etiam *Potabit.* nec dici dant

Potab

Potabit, sed etiam *Pascet*, ut significet, vim in sanctissimo Sacramento se tibi donat, perfectam dare refectionem. Cibus sine potu, & potus sine cibo, sunt equidem refectio aliqua, at non sunt refectio perfecta, sed tunc solum, cùm junguntur simul. Itaq; Dominus utrumq; conjungit, *Pascet, & Potabit*, non quòd gustare carnem ejus non sit etiam gustare sanguinem, & gustare sanguinem non sit gustare carnem, sed ut intelligas, eum tibi dare perfectissimum epulum, quali scilicet opus est ad vitam perfectè servandam. Verum est, ut id etiam rudioribus planum faciamus, quemadmodum in Sacramento seipsum relinquere voluit sub duplici specie panis scilicet & vini, panis quidem, ut se cibum esse significet, vini verò, ut se potum esse demonstret; ita tibi quoque res istas cogitatione distinguendas, ut earum saporem meliùs assequaris. & quis iste sapor? Recordatio eorum, quæ Christus pro te passus est. non ignoras Sacramentum istud ab ipso præcipuè relictum pro mortis suæ memoriâ: *Mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* 1. Cor. 11. v. 26. At mors ista non fuit mors ordinaria, fuit violenta, acerba, atrox, cruenta, & ideo ut illius omni istâ ratione memineris, dum recipis, cogita illud corpus à te recipi, quod pro te factum est præda mortis: cogita illum sanguinem à te recipi, qui ab illo corpore totus & tam copiosus pro te fluxit. ita perfecta erit refectio tua.

R. P. Pauli Segneri Manna Anima.

3. Considera rem esse sine dubio stupendam, quòd Dominus se ipsum præbeat in alimentum perfectum, prout modò dicebam, sed stupendum magis, quòd se præbeat ingratis: *Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos*, & sic tamen est. quàm pauci grati sunt Domino ob beneficium tam ineffabile, quale hoc est, quòd se ipsum nobis reliquerit in sanctissimo Sacramento? imò sunt ingratissimi, quia quotidiè contingit, ut multi hoc modo recipiant, & deinde paucis interjectis diebus illum à se expellant, ut hospitium in corde suo præbeant dæmoni. Hæc est ingratitudo tam barbara, quâ major alia excogitari vix possit. & tamen cùm Dominus ad te venit, eam prævidet: quid ajo? prævidet: certò scit illam: *sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum.* Jo. 13. v. 11. & tamen non omittit venire, quasi æternum futurus esses illi fidelissimus. O inusitata prodigia! Ingratitudo sufficiens causa est tollendi beneficium alicui, cui factum est; quantò major est causa illud antea negandi. & tamen non solùm hoc facit ingratis, sed factum millies repetit: *Pascet & potabit*: non solùm *Pascit & potat.*

4. Considera tum omne genus ingratitudinis videri durissimum, tum illud imprimis, quod ab eo recipis, quem quotidianum habuisti mensæ tuæ convivam. *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Ps. 40. v. 41. nam ut ingrato aliquando beneficium præstes, facilè induci

potes : induci, inquam, ut illi impetres aliquem Principis favorem, ut annulum dones aut vestem, aut aliud simile obsequium exhibeas. ut autem illum sumptu tuo alas continuò, æternùm induci non poteris, quia videris in sinu tuo alere serpentem. Et hoc tamen est, quod continuò fieri vides à Christo JESU : *Pascet & potabit ingratos.* Miraculi instar maximi habebatur, quando S. Ambrosius etiam victum subministravit proditori, qui illi mortem machinabatur. porrò hoc miraculum à Christo fit quotidie, isto discrimine, quòd sanctus illud fecerit ei, qui prodere ipsum voluit, Christus autem illi faciat, à quo scit se iterum prodendum. *Qui manducat meum panem, levabit contra me calcaneum suum.* Jo. 13. v. 19. non solùm *levavit*, sed etiam *levabit.*

5. Considera ad cumulum stuporis, postquam Dominus tantâ erga homines benignitate est usus, eum cogi, ut talia dici audiat, quæ sint apta ad pariendam amaritudinem : *Et ad hæc amara audiet.* & quæ sunt ista audit ? sunt querelæ hominum si parùm ab ipso amentur. *vos, dicit Dominus, & dixistis quo dilexisti nos ?* Mal. 1. v. 1. sunt jam antiquæ in mundo. At cùm semper fuerint intolerabiles, nunc certè ex quo Dominus tanto more se nobis in Sacramento nicat, non sunt intolerabiles: sed nec excusationis aliquid tunt. quantum enim amoris monstravit, qui etiam cibum se voluit? tantum fecit desid intimè conjungendi, & quasi liquid efficiendi nobiscum. igitur non dabit, qui se ipsum quidquid aliud dederit, minus non ergo meritò amarè scare deat te dubitare, an acceperis quod minus est, siquidem ad cipiendum rite te disponas, p tanto amore dedit, quod est *Pereat Samaria, quæ ad amaritu concitavit DEUM suum.* Os. 14. v. 1.

XX.

Scimus, quoniam diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti. Rom.

1. Considera felicem eorum conditionem, qui seriò student amare DEUM. illorum bono omnia serviunt : *Diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum.* ita constitutum est Universum, ut partes ignobilioribus serviant. *Qui est, serviet Sapienti.* Prov. 11. & sic omnia demum debent obsequium illorum felicium,

qui student amare DEUM, hoc est, qui sunt veri terræ nobiles, sunt grandes, sunt gloriosi, Prædestinati ad beatitudinem æternam : *Qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.* haud dubiè, nam quid demum est illorum prædestinatio ? an aliud fortassis, quàm illa absolutissima voluntas eos ad beatitudinem provehendi ! Non est aliud : *Propositum miserandi*, ita variis locis D. Augustinus appellat. Hanc igitur voluntatem impleri necesse est : *Omnis voluntas mea fiet.* Is. 46. v. 10. hoc enim significat vox proposiri, voluntatem firmam, voluntatem fortem, voluntatem deliberatam : & ut ista adimpleatur, DEUS specialissimam habet curam electorum. *Oculi Domini super justos.* eos dirigit, gubernat, protegit, ut omnia, quæ illis accidunt, ipsorum bono serviant, hoc est, saluti animæ. *Diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum.*

2. Considera *omnia*, quæ accidere possunt homini, ad duo capita reduci, bona scilicet, & mala. De bonis facilè intelligimus, quomodo electis cooperentur in bonum, quia faciunt, ut electi magis benedicant DEO, qui ipsis bene facit, & gratias agant, & adorent, & ament ardentiùs : *Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.* Ps. 112. v. 6. non tam facilè id intelligitur de malis : & tamen certissimum est : quia cuncta mala vel sunt tribulationes, vel tentationes, vel peccata : & omnia Electis *cooperantur in bonum.* Cooperantur tribulationes, quia electis campum aperiunt vastissimum exercendi virtutes. in infirmitate patientiam, in persecutione mansuetudinem, in paupertate modestiam, in depressione humilitatem, & in cunctis simul exactam resignationem in voluntatem Divinam. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* *Cooperantur* tentationes, quia sunt electis instar scholæ, in qua quotidie addiscunt dexteritatem pugnandi contra hostes infernales, superandi eorum vires, cavendi fraudes, & ita perpetuos reportandi triumphos. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* *Cooperantur* ipsa etiam peccata : quia hæc amplam illis materiam subministrant doloris, compunctionis, pudoris, maximè verò providæ in futurum cautelæ, ne de virtute sua præsumant. *Ego vir videns paupertatem meam in virgâ indignationis ejus.* Thr. 3. v. 1. Tres sunt virgæ, quibus DEUS percutit Electos, virga correctionis, virga probationis, virga indignationis. Virga Correctionis sunt tribulationes, probationis tentationes, indignationis permissio peccatorum. Sub quavis istarum virgarum homo certò cognoscit suum nihilum, seséque demittit : sed sub nullâ cognoscit magis, quàm sub postremâ : sub hac virgâ tremendâ indignationis. *Ego vir videns paupertatem meam in virgâ indignationis ejus.* Scio quartam quoque numerari virgam, quæ furoris dicitur, & est derelictio post peccatum. Porrò ista non spectat ad Electos, & ideo nulla hîc ejus est facta

cta mentio specialis. Ceterùm vide tantisper, quàm verè dicatur : *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* talis enim quisquis est, non habet, qui ipsi noceat. *Quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis ?* 1. Pet. 3. Contrarium circa impios contingit. nam si justis malum quoque vertitur in bonum, impijs etiam bonum vertitur in malum, usque adeò, ut abutantur ipsâ Clementiâ Divinâ ad peccandum audentiùs : *Peccavi, & quid accidit mihi triste?* Eccl 5. v. 4. Ex quorum numero tu es, capisne è malo bonum, an è bono malum ? hoc unum est è clarioribus signis, unde cognoscas, an sis de numero prædestinatorum an Reproborum. hæc quippe lex est : Prædestinatis mala quoque debent cedere in bonum : *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundùm propositum vocati sunt sancti.*

3. Considera hanc sententiam fortè tibi scopulum esse, in quem impingas. dices enim, si sis de numero Electorum, te salvum fore, quin admodum curæ tibi sit, quia demum cuncta quantumvis aliàs noxia tibi commodum allatura sunt. Sed vehementer hallucinaris. Cuncta ut ut aliàs noxia tibi commodum afferent, concedo : sed quando afferent ? quando curabis, ut afferant. Audis, quomodo loquatur Apostolus : *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* non ait, *Operantur*, sed *cooperantur.* Itaque si mala ista debent operari tecum hoc bonum (hoc enim est *cooperari*) aliter non potest, quàm ut tu eis opereris. hoc nisi facias, nec illa rantur, quia ipsorum non est ut *perari. Diligentibus DEVM cooperantur in bonum.* deinde putas tam disertè dixisse Apost *Diligentibus DEVM* ? aequè potuit *Dilectis à DEO*, sed maluit *Diligentibus* : ne magna causa esset erroris fortè exist ad salutem tuam sufficere amor lum, quo DEUS te diligit : qu etiam amore, quo tu diligis DE *Ego diligentes me diligo.* Si DEU elegit ad gloriam, elegit, ut tu respondendo salvus fias : si tu respondes, signum est, te non e lectum. an credis te salvandu vim ? Electi sunt illi, *qui secu propositum vocati sunt sancti, hos vocati sunt, ut sint inter sanctos.* que electus es, vocatus es : qua *prædestinavit, hos & vocavit.* Re & si vocatus es, ut respondeas, catus. porrò quid hinc consequ sequitur, tuum esse ut respondeas non respondeas. nam quæ ista vocatio, quæ te cogeret ? non hoc vocari, sed compelli, sed cog Dominus vocat Electos ad sanc tem, sicut haud dubiè vocat, qu vocat, ut velut jumenta post se sed vocat, ut eum velut subdit servi sequantur. *Vocavit eum, q queretur se.* Is. 41. v. 2. Quod si go vis eligi, cura, ut cooperetur facere omittas, certus esto, te non re de numero electorum, hoc est,

lorum, *qui secundùm propositum vocati sunt sancti.*

4. Considera, si fortè non capias, quomodo cum his, quæ diximus, conciliari possit immutabilitas Divini Decreti, quod ob suam firmitatem summam & vim maximam, vocatur *Propositum miserandi*; alio opus non esse, quàm ut subijcias superbum intellectum doctrinæ fidei, stabiliendo in te ipso principia ista simplicissima: nempe te salvum futurum, si bene agas, secus non futurum. hoc modo signum dabis te esse de numero electorum, quia sic ipsa ignorantia, & incapacitas tua *cooperabitur in bonum.* O quantùm est meritum illius, qui cùm videat se quacunque ex causa plura assequi non posse, contentus est, quòd servire DEO possit in sancta simplicitate, & ijs, ad quos pertinet, altissima mysteria speculanda & explicanda permittit. Totum, quod à nobis Dominus exigit, est, ut amemus. *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum:* non *contemplantibus*, non *celebrantibus*, non *prædicantibus*, sed *diligentibus*, quia hoc fieri potest ab omnibus. Quid ergo amplius quæramus? cura, ut ames DEUM, hoc est, ut illi juxta conditionem status tui fidele præstes servitium, ejus mandatis obtemperes, consilia sequaris: & si plus nescias, nihil refert. non equidem dicere poteris cum Apostolo: *Scimus, quia diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundùm propositum vocati sunt sancti.* Sed dicere poteris: *Experimur.* quia in praxi ejus rei veritatem intelliges, quam intellectu non penetras. quanquam quæ certior possit esse scientia, quàm practica? hæc est scientia sanctorum. *Dedit illi scientiā sanctorum*, quia operando capiunt mysteria, quæ alius studendo non percipit.

XXI.

B. Aloysius Gonzaga.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Ps. 24. v. 15.

1. COnsidera mundum istum esse laqueis plenum, qui à dæmonibus tenduntur, adeò, ut gloriosus Antonius eorum intuitu totus cohorruerit. Quacunque incedas, *In medio laqueorum ingredieris.* Eccli. 9. v. 20. Quid igitur faciendum, ne cadas? fortè pedes aspiciendi? prorsus oppositum. potius sursum levandi sunt oculi, & convertendi ad Dominum: *Lux vultus mei non cadebat in terram.* Job. 29. v. 24. ita securior eris ab interitu, quia si tu de illo cogites, ipsius erit cogitare de te. *Convertimini ad me*, & ego

ego convertar ad vos. Zach. 1. v. 3. & si ipse de te cogitet, salvus eris. Hoc est, quod sibi certò promisit Rex David, cùm dixit : *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* atque hoc est, quod etiam certò polliceri tibi potes, si placeat experiri. Sed nota non sufficere, si oculos subinde tantùm erigas ad DEUM, sunt stabiliter defigendi: *oculi mei semper ad Dominum.* & ideo necesse est oculos semper habere conversos ad ipsum, quemadmodum servi solent. *Ad Dominum.* Hoc si facias, nunquam, uti certò spondere tibi potes, incides in laqueum; quia quantumvis dici hîc audias : *Ipse evellet de laqueo pedes tuos*, non est existimandum, fore, ut Dominus priùs permittat te incidere in laqueos, deinde rursus eximat. non, sed ab ijs te præservabit. Dicitur autem. *Evellet*, ad demonstrandum tam multos esse laqueos, tam arctos & intricatos, ut tantâ opus sit virtute ad præservandum te ab istis, quantâ ad liberandum.

2. Considera primò tenere servos oculos intentos ad Dominum, ut promptè ejus exequantur imperia. quia, si boni sint servi, nolunt expectare vocem, viso nutu illam prævertunt. Et hoc est, quod te quoque facere oportet : *Oculi mei semper ad Dominum :* nempe ut advertas, quem tibi nutum insinuet. *Mens justi meditabitur sapientiam.* Prov. 15 v. 28. Si expectes imperium, præstas quidem obedientiam, sed non meditaris. tunc illam meditaris, quando di... prævertis, & obedis, si Domi... cere rem aliquam vel levi pru... dicio, etsi non mandet : *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* 118. v. 4.

3. Considera secundò tenere vos oculos intentos ad Domin... quocunque vadat, eum sequa... enim illorum est officium, q... non serviunt, nisi ad sequelam. ... hoc est, quod pariter te facere ... tet, respectu DEI : *Oculi tui ... ad Dominum.* ut ejus vestigijs ... insistas : *vestigia ejus secutus ... meus.* Job. 23. v. 11. hæc tua est ... gatio. hanc verò quomodo pe... implebis, nisi semper teneas ad... conversos oculos, expendendo ... ipso, quomodo in simili casu ... gesserit, cùm in carne mortali ... batur super terram. an nescis ... esse maximam, quam consequi ... gloriam, ipsum sequi? *Magnalia est sequi Dominum.* Eccl. 43. ...

4. Considera tertiò tenere ... oculos intentos ad Dominum, ... eo petant sive veniam, cùm ... castigantur ut pigri, vel alimenta ... egeant, vel patrocinium, si pendi... tur, vel promotionem, si in ejus ... ad majorem eniti possint fo... atque hoc est, quod denique ... te oportet respectu DEI. *Oculi ... semper ad Dominum.* Reus es, ... nus, in periculis positus, capax ... gloriæ, quanta est illa Paradisi. ... igitur fieri potest, ut unquam ... oculos ab illis manibus, à quibus ...

ebet, quidquid in mundo potest sperari boni? *Sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum DEUM nostrum, donec misereatur nostri.* Psal. 122. v. 2. an non vides, quàm indefessè servi supplices respiciant Dominum suum, *donec misereatur*? quod & faciant, postquam *est misertus*: id quod ingrati multi facere negligunt. Atque hoc est, quod plurimum valet, ut promptiùs exaudiat. secus si fiat, DEUS gratias suas differet, vel omnino negabit. & quare? quia ubi eas acceperis, eum amplius non respicies. *Saturati sunt, & levaverunt cor suum, & oblitisunt mei.* Os. 13. v. 6.

3. Considera, si tenueris eo modo, quem diximus, oculos tuos semper intentos ad Dominũ, te salvum fore à laqueis. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo*, hoc est, *de omni laqueo pedes meos.* Itaque vidisti, quomodo tribus ex causis tanquã verus servus oculis indefessis respicere debeas Dominum tuum, nempe ut ejus nutui obtemperes, ut sequaris, ut supplices. si modò dicto obtemperes, certus es, fore, ut ipse te laqueis eruat: *Evellet de laqueo pedes tuos.* quia qui obedit, præsertim si tantâ accuratione obediat, nullum habet periculum cadendi, imò nec offendendi. Hoc est felix obedientiæ privilegium ibi posse securè incedere, ubi quivis alius periret. *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali.* Eccl. 8. v. 5. si cum respicias ad imitandum. iterum securus es, quòd te laqueis subtrahat. *Evellet de laqueo pedes tuos.* quippe si quisquam securus est, ne pede exerret, is sanè est, qui in eâ actione, quam habet præ manibus, in eo negotio, quod suscepit, in exercitio, quo occupatur, considerat, qualem in eo se Christus gesserit. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.* Gal. 6. v. 16. Hæc regula est imitatio Christi: hanc quisquis sequitur, pacem habet, quia certus est illi placere, quod agit. si denique illum respicias supplicando, itidem securus eris à laqueis, si unquam aliàs. *Evellet de laqueo pedes tuos.* quia obedire Domino, ut ejus impleas voluntatem, eum imitari, ut te ipsius vitæ conformes, sanctum facit, sed non te reddit de eo statu securum. Omnimoda securitas inde nasci debet, quòd nihilominus continuum petas auxilium, quasi nihil ageres boni: *Videte, vigilate, & orate.* Quamprimum cessaveris postulare auxilium, parùm aberit, ut neque voluntatem ejus impleas, nec vitæ te conformes, & ideo semper oportet postulare, hoc est, etiam quando jam es consecutus, quia sicut consecutus es, ita pari ratione amittere potes. *Oculi mei semper ad Dominum.* & tamen quot sunt, quibus integri prætereunt dies, quin aliquando oculos ad cœlum levent? *Oculi stultorum in finibus terræ.* Prov. 17. v. 24. Isti furantur DEO, quod tot támque justis titulis prætendit (si quidem servi sumus) nempe dominari oculis nostris: *Domini est oculus hominis* Zach. 9. v. 1. Hoc neutiquam fecit beatus ille juvenis, cujus

cujus hodie agimus natalem, Aloysius, inquam, Gonzaga. omnem ejus vitam percurre, & videbis, quomodo in triplici hoc sensu, quem meditati sumus, perfectè DEO suos oculos consecraverit. Quid igitur mirum ipsum ... que fuisse præservatum à DE... tot inter laqueos, quibus victor exivit?

* * *

XXII.

Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Eccli. 5. 4.

1. COnsidera, unde sit, quòd multi in dies audaciores fiant ad peccandum. inde est, quòd DEUS non statim plectat. si quoties aliquis in blasphemiam prorumpit, repentè linguam à vermibus lacerari sentiret: si is, qui furtum committit, illico referret manus aridas, qui fraude decipit, hebesceret animo, qui carne delinquit, fœdissimâ aspergeretur leprâ; credisne tot futuros in mundo blasphemos, tot fures, fraudulentos, lascivos? at quia DEUS lentè procedit in castigando, quia tolerat, quia tacet, dissimulat, semper fiunt audaciores homines: *Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala.* Eccl. 8. v. 11. O monstrosam malitiam filiorum non DEI sed hominum, ideo velle esse impium, quia DEUS est bonus! Constat sanè tales filios non pertinere ad DEum, à quo sunt penitus diversi. sunt filii perditionis, hoc enim significant verba illa filij hominum. quia *filius hominis* à scripturâ semper sumitur in sensu optimo: porrò *filii hominum* semper aut ferè semper usurpatur in ... *Filii hominum usquequò gravi* ... Ps. 4. v. 3. *Vani filii hominum.* Ps. ... *Mendaces filii hominum.* Ps. 89. v. ... & hinc vides abuti Misericordiâ ... vinâ ad peccandum audaciùs, ... esse planè ac esse de numero Præ... rum.

2. Considera, quid de te fore ... trahi te sineres ad exorbitantiam ... gravem? Ne dicas ergo, ne dic... *Peccavi*, & tamen *nihil mihi accidit triste.* sum viribus vegetus: habeo ... ros, & hi sunt incolumes: habeo ... cultates, & istæ augentur; habeo ... cos, quotquot desidero, & omnes ... nevolos. & quamvis nec in ... sint, illi me timent. Non ita ... infelix, non ita. quia lingua ... mium est odiosa DEO, imò intolerabilis. *Non est iste sermo, qui mi... diam provocet, sed potiùs, qui ... citet*, cùm corde servatur, & *furor accendat*, cùm etiam prorumpit ... bra. Judith. 8. v. 12. Enimverò ... putas, cum peccas impunè? ... non esse in mundo, aut si sit, esse ...

esse stupidum, nec advertere ad malitiam, quod agis? Ah nimium iniquum est verbum illud *Accidit*. quia illo te credere demonstras, DEUM depositâ omni Providentiâ casu regi. O quantum falleris! *Altissimus enim est patiens redditor*. ita est, sæpe cunctatur, sed venit tamen. Cunctatur sæpe, quia *Patiens* est, sed semper pervenit, quia etiam est *Redditor*. & si ipse est *Redditor*, quomodo casu & temerè procedit? casu dare potest, qui dat, quia non tenetur huic dare potiùs, quàm illi, sed casu dare non potest, qui reddit.

3. Considera, cur specialiter sapiens voluerit hoc loco DEUM appellare nomine *Altissimi*. Ita appellavit, ut insinuaret DEUM, uti bonus est tolerando, tantâ patientiâ malum, quod agis, ita sapientem quoque & potentem esse. Sapientem, ut advertat. Potentem, ut puniat. Nonne Altissimus est? igitur cuncta videt, quæ tu agis super terram, quia stat sublimis, imò sublimior ipso sole. Nonne Altissimus est? igitur comprehendere te semper potest, quia semper capiti tuo imminet. & cùm ista ita se habeant, tu non times ipsum, imò excidere tibi finis verba tam sacrilega, ut sunt ista: *Peccavi, & quid mihi accidit triste: ne temerè quid loquaris; DEUS enim in cœlo & tu super terram*. Eccl. 5. v. 1. Ecce igitur, cur DEUS hoc loco vocetur Altissimus: nempe ut eum incipias timere, etsi sit bonus? *Da locum timori Altissimi*. Eccli. 19. v. 18.

4. Considera majorem fore timorem tuum, si memineris, quòd etiam sit *Patiens redditor*. Verum est, verba ista primâ fronte non adeò propria videri, quia patientia potiùs ad eum pertinet, qui debet recipere solutionem, quàm qui debet reddere, unde debitor ille Evangelicus creditori suo dixit: *Patientiâ habe in me, & omnia reddâ tibi*. Mat. 18. 26. Videtur ergo aut nō debuisse dici *Redditor*, sed *Ultor*, (cui nomini rectè adjūgi potest adjectivū patiēs) aut nō debuisse dici *Patiens*, sed *Fidelis*, adjectivum, quod rectè jungitur nomini *Redditoris*. sed si penitius expendas, adverres vim dicti, quæ sapienti fuit proposita, dicere voluit DEUM non habere pruritum puniendi quemquam, ut qui non ex irâ, sed Justitiâ punit. Quid ergo fecit? dicere noluit, quòd DEUS sit *ultor*, quia vox ista iram significat. dicere solùm voluit, quòd sit *Redditor*, quæ vox à præmio præscindit & pœnâ. Jam verò cùm de præmio agitur, patientia in ejus dilatione penes illum est, cui solvitur: sed non ita, cùm agitur de pœnâ: tunc enim patientia est ex parte solventis. hîc autem de pœna agitur, & ideo mirum esse non debet, quòd sapiens dicat DEUM esse patientem, quamvis ipse sit, qui solvit: *Patiens redditor*.

5. Considera Dominum, cùm punit, *Redditorem* dici, quia non solùm peccatori pœnam reddit, quam meruit, sed etiam sibi reddit gloriam, quam ille sustulit. imò hic est finis præcipuus, quem Dominus habere debet, & habet in puniendo quocunque: Unde sceleratæ Sidoni, cùm agit de plagis, quas illaturus erat: *Ecce*, in-

inquit, *ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui.* Ezech. 28. v. 22. & idcirco propriè loquendo, semper magis DEO convenit nomen istud *Redditor*, quàm *Ultor*, quia magis exprimit propositum, quod habet DEUS in te puniendo, quod non est tua pœna, sed sua gloria. & si ita res habeat, nonne etiã vides, cur potiùs dicatur patiens redditor, quàm fidelis. Non dicitur Fidelis, quia non omni utitur rigore, cùm reddit sibi hoc genus gloriæ. si bene notes, multum, imò totum sæpe remittit. sed è contrario Patiens vocatur, quia plerumque non festinat in eâ sibi reddendâ, quando etiam non advertis: procedit tardè, procedit placidè, nec habet difficultatem etiam diutiùs expectandi. Quum igitur vides te non puniri quantumvis obstinatum in malo, ne dicas DEUM non esse redditorem, uti forsan tu putas, quippe cùm sit *Patiens redditor*.

6. Considera, quare Dominus difficultatem non habeat expectandi etiã diu illam gloriam tam justam, quæ reddi debet in te puniendo quantumvis contumace. Non habet difficultatem tribus ex causis. prima est, quia etiam absque ea, tantum habet gloriæ, quantum sufficit: *Plena est omnis terra gloriâ ejus.* Is. 6. v. 3. secunda, quia securus est, quòd possit eam gloriam sibi reddere, cùm voluerit, quia à nemine dependet. *Mea est ultio, & ego retribuam.* Deut. 32. neque periculum est, ne tu interim evadas, aut te subducas. Tertia, quia quantò diutius expectat in ea sibi redde[illegible] tò accipiet majorem. unde fac[illegible] oleæ, quæ non profert fruct[illegible] singulis, ut deinde uberior[illegible] *Erit quasi olivæ gloria ejus.* Os[illegible] Si Dominus differat reddere [illegible] riam suam, illam duplicabit, [illegible] patientiam magis in tolerand[illegible] stratam, tum quia tantò grav[illegible] runt pœnæ, quantò tardiores. [illegible] igitur etiam diu differre potest. [illegible] scis eum, qui expectando aug[illegible] tum, prout in usuris contingit, [illegible] habere patientiam expectandi [illegible] DEo est. & si ita est, facilè [illegible] quàm meritò dicatur *Patiens* [illegible] cùm agitur de pœna irroganda. [illegible] autem, quando non sit *patien*[illegible] *tor?* cùm de præmio agitur; [illegible] mam habet propensionem [illegible] bene. Malum facit ex necessit[illegible] reddat sibi gloriam, quam ill[illegible] sti, & ideo lentè facit: *Heu co*[illegible] *super hostibus meis.* Is. 1. v. 24. [illegible] facit ex voluntate faciendi, [illegible] & quasi genio suo, & ideo [illegible] promptitudine facit. Ceteri[illegible] telligis, etiam malum quantò [illegible] tantò gravius venturum, & [illegible] quod ait sapiens: *DEVS* [illegible] *vindicabit.* & cur hoc ait? an [illegible] perfluitate verborum? ne hoc [illegible] sed ita dicit, quia *vindicans* [illegible] commissionis, quæ jam fecisti, [illegible] *vindicabit* peccatum omissionis, [illegible] nunc facis, cùm ille dat tibi spa[illegible] pœnitentiæ, & tu abuteris.

* * *

XXIII.

Frustra conflavit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. Jer. 6. v. 10.

1. COnsidera Chimistam, de quo sermo est hoc loco, esse Dominũ, qui in pluribus scripturæ locis isto habitu se repræsentat, ut ostendat eâ industriâ se laborare in repurgandis hominibus à malitia sua, eâ curâ & studio, quale adhibet Chymicus ad argentum in crucibulo suo purgandum. *Convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam.* Isa. 1. v. 25. si nôsse velis, quodnam sit illud Crucibulum, quo utitur Dominus; Tribulatio est, *Caminus humiliationis.* Eccl. 2. v. 5. cùm nihil sanè sit aptius ad reformandos mores jam depravatos. *Cùm feceris judicia tua in terrâ, justitiam discent habitatores orbis.* Is. 26. v. 9. sine cilla juvet, irritus est labor, & ideo hoc est, quod verbis adeò tremendis hoc loco queritur Dominus, nempe frustra consumpsisse artem suâ maximam in favorem reproborum. *Frustra conflavit conflator.* quibus nec ardor foci profuit, medium facilè fortissimum. *Vane fortitudinem meam consumpsi.* Is. 49. v. 4. O quantam habes tutam timendi, si fortè videas te esse de numero illorum, qui in pœnis propter peccata sua inflictis à DEO, in ignominiis, in infirmitatibus, in casibus infaustis non modò non emendantur, sed perversuntur magis. Hoc signum est probabilissimum reprobationis, quia Dominus fortitudinem suam sine utilitate consumpsit: *Frustra conflavit conflator.*

2. Considera hoc summum planè esse prodigium, priùs consumi, ut sic loquar, fortitudinem Divinam, quæ hominem percutit, quàm malitiam hominis, qui percutitur. & ita tamen est. *Malitiæ eorum non sunt consumptæ.* unde apparet, quanta sit vis arbitrij tui liberi, quia fatigare demum DEUM potes, totum intentum in purgandâ illâ scoriâ, quæ te depravat. & ideo nota, quomodo loquatur Propheta: *malitiæ eorum*, inquit, *non sunt consumptæ.* non ait: *rubigo eorum*: quia rubigo magnum est malum argenti, sed prorsus extrinsecus adhærens, & ideo demum aufertur, & ita aufertur, ut argentum fiat purissimum: *Auferrubiginem de argento, & egreditur vas purissimum.* Prov. 25. v. 4. sed non ita malitia. Malitia est defectus ille internus, quem in venis suis habet argentum: & hic nunquam tollitur, quia vitium est argenti non solùm rubiginosi sed mali. Idem puta accidere in casu nostro. si peccatum quasi foris nascitur, provenit ex vi illiciorum ex-

trinsecus advenientium, nempe à malis socijs, pravis commerciis, molestis suggestionibus inimici. tunc instar rubiginis est, adest quidem, sed quasi foris adhærens, ut adeò spes sit tollendi. quamvis ista quoque aliquando tanta sit, ut nec ipsa tollatur: *Multo labore sudatum est; & non exivit de eâ nimia rubigo ejus, neque per ignem.* Ezech. 24. v. 12. sed hic casus admodum rarus est. ordinariè rubigo cedit igni. & idcirco si DEUS te instar argenti ponat in crucibulo tribulationis sat magnæ, purgaberis. non ita, cùm peccatum oritur potiùs ex interioribus cordis, hoc est, cùm peccas ex prava dispositione voluntatis, quia peccare libet, quia delectat, quia placet tantopere, ut, si in promptu non sit occasio peccandi, eam quæras. Tunc enimverò peccatum non est jam sola rubigo, sed malitia, visceribus insita: *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Ps. 72. v. 7. & ideo instar argenti rubiginosi te purgari perquam difficile est; quia vitium est voluntatis propensæ ad malum. quis autem ignorat *Perversos difficile corrigi?* Eccl. 1. v. 15. Oportet ergo hinc inchoare, deponendo scilicèt affectum illum ad iniquitatem perversum, eam odio habendo, eam abominando. tunc etiam pro te spes erit salutis. aliàs ô quàm difficile accidet te emendari etiam in medio castigationis Divinæ. *Percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Jer. 5. v. 3. advertisti vocem illam terribilem; *Renuerunt?* hæc est vis liberi tui arbitrii, resistere potest etiam pœnis gravibus immissis à DEO. *Malina non sunt consumpta.*

3. Considera ad id probandum Propheram contra istos obstinatos pertam pronunciare damnatoriam ternæ sententiam, & ideo condo *Argentum reprobum vocate eos, Dominus projecit illos.* Argentum probum hoc est, quod purgatum etiam per ignem. & hinc fit, ut denique desinat affligere hos impios qui non emendantur nec quidem probra, inter morbos, inter cumitates, quæ propè sufficerent oni domando. Desinit affligere quia videt ignem fore inutilem dando argento tam pravo. est, quod dicitur: *Projecit illos,* est, non amplius haberi cum solicitam, illud studium, quod habebatur cùm illico omnia lapsus plectebatur. Ponùs illos suo vivere permittit: *Dimisi eos cundùm desideria cordis eorum.* v. 13. Et ideo vide, quanti refert pretio haberi tribulationes, quas immittit, eas vertendo ad emendationem tui: secus omnino illas immittere desinet: *Erudire Jerusalem, fortè recedat anima mea à te.* quàm tremendum hoc est genus tionis non punire! hoc est maximum quod DEUS in hoc mundo impium possit peccatori. hoc sævissimum nissimum furoris, quia signum manifestum illum esse projectum à mino. *Auferetur zelus meus, & irascar amplius.* Ezech. 16.

diu DEUS te castigat, Zelum habet tui, hoc est, tui studiosus & solicitus est, & consequenter demonstrat non-dum deposuisse spem te lucrandi. at contrario cùm castigare desinit, ersi pergas peccare, *Non irascitur amplius*, signum est te servari deteriori incendio, nempe inferni, quò proiicitur argentum reprobum per modum scoriæ, non ut purgetur, sed ut ardeat tantùm: *Excoxi te sed non quasi argentum.* Is. 48. Verum est, verba illa: *projecit illos*, hoc loco forsan dici more prophetico, præteritum usurpando pro futuro. hoc enim sæpe solent Prophetæ, ut tantò magis exprimant certitudinem vaticinij. atque hoc sensu idem foret dicere *projecit illos*, ac *proijciet illos*, scilicet in die judicij, quando illis infelicibus dicetur: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* ignis enim æternus est ignis ille unicè destinatus ad urendum, non ad purgandum.

XXIV.

Pro Nativitate S. Joannis Baptistæ.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram DEO invenies gratiam. Eccl. 3. v. 20.

1. COnsidera tria esse genera magnorum. quidam sunt magni coram se, alij coram hominibus, alij coram DEO. Coram seipsis magni sunt, quicunque magni se æstimant, ambitiosi, superbi. Sed æstimant tantum, revera non sunt magni, sed tumidi, tantò sunt inferiore loco, quanto altiore se consistere arbitrantur. *Dicis, quòd dives sum, & nescis, quia tu es miser & miserabilis.* Apoc. 3. v. 17. Coram hominibus magni sunt, qui ob suas prærogativas æstimantur ab omnibus, amantur, adorantur. Sed nec isti reverà sunt magni, quia non sunt Magni absolutè, sed tantùm quoad illos, qui tales putant, non quoad alios, qui non putant. Et ideo ista magnitudo tribus ex capitibus non est magni facienda. primò quia homines sæpe magnitudinem in eo constituunt, quod non est nisi magnitudo fumi, hoc est, in vanitatibus, thronis, sceptris, coronis, & ideo solidè non subsistit. Deinde licet in eo constituant, quod est vera magnitudo, qualis est sanctitas, sapientia, non semper illi tribuunt, qui meretur, quia sæpe sanctum aut sapientem judicant, qui talis non est. Denique etsi tribuant merenti, justam servare nequeunt mensuram: plus laudis illi tribuunt, qui meretur minus, & minus illi, qui amplius meretur.

tur. *Mendaces filij hominum in stateris.* Illi igitur reverà magni sunt, qui sunt magni coram DEO, quia DEUS dum magnos judicat, facit. O quàm diversus est ejus sermo à sermone aliorum! alij præsupponunt meritum in ijs, quos laudant, ipse verò dat: *Ipse dixit, & facta sunt.* Ps. 148. v. 5. Jam igitur quænam trium istarum magnitudinum, quas diximus, tua est? Utinam non sit illa primi generis, hoc est, imaginaria, & unicè in mente tua existens. *Contemptibilis tu es valde: superbia cordis tui extulit te habitantem*, ubi? fortè, ut tute tibi imaginaris, in tertio cœlo? nequaquam, sed in speluncis. *habitantem in scissuris petrarum.* Abd. 2.

2. Considera his magnis primi generis non loqui sapientem, quia dicit: *Quantò magnus es*, & isti *non sunt magni*, sed minimi. Sed neque magnis secundi generis loquitur. quia dicit: *quantò magnus es*: illi verò non *sunt*, sed *putantur*. Superest ergo, ut de tertio genere loquatur, eorum nempe, qui *sunt magni*. & si felici sorte unus ex horum numero fueris, an fortè habes, unde tibi complaceas? imò prorsus contrarium. verè magnus es? tantò igitur ampliùs tibi præcipitur, ut humilies te ipsum: *Quantò magnus es*, non ait, *putaris*, sed *es*; *quantò magnus es, humilia te in omnibus.* Et cur? duabus maximè ex causis. primò, quia æquum magis est, ut te humilies. Secundò, quia magis est necessarium. Æquum magis est, quia quò excelsiora sunt bona, quæ habes, eò certius est tua [illegible] *Quid habes, quod non accepisti?* [illegible] tus tua vulgaris esset, aliquam [illegible] placentia tua excusationem [illegible] At cùm eximia sit, & supra [illegible] nem elata, stultus es, si [illegible] illius tibi tribuas. Deinde [illegible] etiam necessarium est. quippe [illegible] vides tantò tibi ampliùs [illegible] ne tibi DEUS indignetur, [illegible] majus est, quod indignando [illegible] test auferre? porrò si unquam [illegible] facillimè indignatur, si de illo [illegible] efferas, quod adeò luculentè [illegible] ipsius esse. Si tu fortè inop[illegible] dicabulum ex commiserationis [illegible] splendidè vestivisses, istud [illegible] deres deinde inter alios [illegible] rum greges se insolenter [illegible] & præferre cæteris, nonne [illegible] tum illum iracundè detraheres [illegible] DEUS facit. cùm aliquem [illegible] habitum tibi largitur, negari [illegible] test, quin te expoliat, & ad [illegible] exornet. Sed demum aliud [illegible] nisi habitus: *Sedete in civitate* [illegible] *induamini virtute ex alto.* Luc. [illegible] 29. Proinde sicut illo te indu[illegible] rursus exuere & spoliare potest [illegible] quid igitur tantò majorem habe[illegible] sam timendi, quanto pretio[illegible] habitus, quem gestas? si perde[illegible] nolis, humiliari necesse est. [illegible] *major es, humilia te in omnibus.* [illegible] ceo, quòd juxta incrementum [illegible] rum crescat etiam ratio redde[illegible] *Cui plus datum est, plus requiretur* [illegible] *eo.* tu verò quomodo correspon[illegible] te agnoscis? notare potes dona, [illegible]

dat DEUS, juxta illud. *Nos quidem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum, qui ex DEO est, ut sciamus, quæ à DEO donata sunt nobis.* Scire non potes, quomodo vicissim respondeas. Dices equidem: *Nihil mihi conscius sum.* sed pariter fateri compelleris: *non in hoc justificatus sum.*

3. Considera, quemadmodum non sufficit, humiliari in uno solo dono, sed necesse est humiliari *in omnibus*, ita non esse satis humiliari uno solo modo. Vides, quot sunt modi humiliationis? cogita eos tibi præscribi, cùm dicitur *in omnibus.* Humiliari te oportet in cogitationibus, humiliari in verbis, humiliari in operibus. Quoad cogitationes, quantum potes intra in cognitionem tui nihili, quæ vera est humilitas. & cùm consurgunt aliquando cogitationes vanæ, eas expelle, detestare, vel saltem ad auditum non admitte: ita ut siquis ex te quærat, ut se habeat vana gloria, promptè possis respondere cum S. Vincentio Ferrerio. Vadit, & venit maligna, sed non subsistit. *Non adhæsit mihi cor pravum.* Ps. 100. v. 3. Quoad verba, fuge equidem humilitatem affectatam (ne facias illorum more, qui studiosè repellunt laudem, quæ ipsis tribuitur, ut instar pilæ tantò majore impetu redeat, quantò fortiùs rejicitur) sed etiam veram humilitatem semper retine. Sine cadere laudem, ad modum pilæ, & per se ipsam in terrâ emori. Eos libenter lauda, qui digni sunt laude, & libentiùs, cùm laudantur, ausculta. quippe laudare alios nasci aliquando potest à superbia, sed non perinde, si alios audias laudari, gaudeásque. De te ipso quàm potes minimè loquaris, quia thesauri, cùm ostenduntur, parum abest, ut perdantur: *Aperti sunt thesauri, & evanuerunt nebulæ sicut aves.* Eccl. 34. & si fortè de te loqui necesse sit, idioma usurpa jam propè exoletum in mundo veterum Sanctorum, qui res non directè sibi indirectè DEO tribuebant, sed vice versâ. ne dicas. favente DEO lucrari istam animam mihi contigit: dic potiùs; eam lucratus est DEUS. *Filij mei sunt, quos donavit mihi DEVS,* ajebat Joseph. Gen. 33. v. 5. *Dominus DEVS Israel prohibuit me, ne malum facerem tibi.* dicebat David ad Abigail pro Nabal solicitam. 2. Reg. 25. v. 34. ita mille locis loquitur scriptura, adeò vulgaris erat hæc lingua, hodie verò propè evanuit. tu verò illâ utere, quia vera est lingua humilitatis. Quoad opera, stude quotidie aliquem exercere actum humiliationis, saltem modicum, ut tuæ memineris vilitatis. nôsti humiliationem veram esse ad humilitatem viam. Id verò nihil est respectu illius, quod potes facere. Nihil excipit, qui dicit: *humilia te in omnibus.* & si tu amplectaris omne genus humilitatis, numquid implebis omne genus Justitiæ? Ita sentit, qui doctè affirmat, cùm Christus Præcursori suo dixit: *sine modò, sic enim decet nos implere omnem justitiam*, dicere voluisse: *decet implere omnem humilitatem.* Superbia omne genus iniquitatis erga DEUM complectitur:

plectitur: *superbi iniquè agebant usquequaque.* ita humilitas è contrario continet omne genus Justitiæ.

4. Considera grande præmium, quod hoc facienti promittitur. *coram DEO invenies gratiam*, qualis autem erit hæc gratia, quam invenies? illa certè, quam tot alij per superbiam perdiderunt. illa, quam perdidit Adamus, perdidit Saul, perdidit Salomon, perdidit ipse quondam Lucifer, gratia maxima. nec quidquam time, ne fortè non invenias, illa tibi certò promittitur. unde non dicit *reperies*, sed *invenies*. & cur non dicit *reperies*? quia casus non erit, si eam invenias, sed meritùm quærentis. nec mirum. humiles planè sunt illi, quibus DEUS libenter dat gratiam. *humilibus dat gratiam*, quia humiles servi sunt fideles, hoc est, non furantur. an ignoras servis fidelibus consignari in manus pretiosissima quæque scrinia, reconditas scripturas? ita DEUS solet facere humilibus. idcirco Moyses jam olim honoratus fuit præ omnibus sanctis veteris testamenti summâ potestate, summisque prodigijs, quia servus fuit fidelissimus. *Moyses in omni domo meâ fidelissimus est.* Num. 12. v. 7. & in quo ejus fidelitas consistebat? in eo, quòd nihil sibi arrogaret de tantâ potestate, tantisque prodigijs, imò neque de tam familiari commercio, quo usque est DEUS loquendo illi facie ad faciem, sed totum DEO adscriberet: *Dominus solus dux ejus fuit.* Deut. 31. dicebat DEUM solum fuisse ductorem populi à se gubernati, tanto labore, de se mentionem non fa[illegible] Vin' igitur, ut DEUS te cum[illegible] tiâ majore, quàm fuerit ha[illegible] esto fidelior.

5. Considera opus non es[illegible] recurrere ad legem veterem, [illegible] nias fidelem servum, quem [illegible] habes enim in novo. sicut [illegible] DEUS de Moyse. *In omni do[illegible] fidelissimus est*: ita pariter C[illegible] dicere potu[illegible] de Joanne: [illegible] major fidelitas, hoc est humili[illegible] illa Joannis. fuit is haud dub[illegible] mus coram DEO: *Erit ma[illegible] ram Domino.* Luc. 1. ita de [illegible] cebat Angelus Zachariæ. S[illegible] minùs fuit magnùs coram ho[illegible] & magnus quidem, etiam Chri[illegible] paratus. Unde hoc quoque [illegible] impletum est vaticinium. T[illegible] quanto in pretio fuerit apud [illegible] etsi nôssent eum non esse de [illegible] Juda, credere tamen volebant [illegible] esse Messiam, etsi nulli lusco [illegible] redderet, nulli surdo auditum [illegible] miraculis æstimare volebant [illegible] rem ipsomet Christo, qui etiam [illegible] tuos è tumulo suscitabat. qu[illegible] stris fuit lucerna, quæ non arde[illegible] tùm sed & lucere potuit in cons[illegible] solis? *coram Domino. Ille e[illegible] cerna ardens & lucens.* Jo. 5. [illegible] & tamen quis explicet fidelitate[illegible] Domini sui lucra procurabat? co[illegible] psit dona, oblatos iprevit honore[illegible] cit Messiæ titulos, nec aliter nisi [illegible] nomine se appellavit. *Ego vox* [illegible] potuit Angelus, de quo Mala[illegible] vaticinatus est *Ecce ego mitto Ang[illegible]*

meum, qui præparabit viam tuam ante te. Mal. 3. quia si non erat Angelus naturâ, erat officio, erat legatione, quâ fungebatur pro DEO: Angelus, quia, etsi non creatus, natus tamen fuit cum usu rationis: Angelus, quia in terrâ vitam duxit Angelicam, sine victu, sine vestitu. Angelus, quia nunquam amisit primam illam gratiam, quam accepit, sed auxit potiùs: Angelus ob vigilantiam summam, Angelus ob Virginitatem, Angelus, quia semper vidit faciem Domini sui, ne quidem inter turbas amittens donum illud contemplationis excelsum, quo in solitudine fruebatur. Nihilominùs dissimulatis tantis Encomijs solum illud retulit Isaiæ: *Ego vox clamantis*, ut ostenderet se in hoc mundo aliud non ambire officium nisi Vocis. & hoc sanè prorsus obtinuit. quia quemadmodum vox fidelissima est in exprimendis conceptibus animi, nihil tamen sibi tribuit de bonitate, pulchritudine, gloriâ talis conceptûs; ita Joannes fecit respectu Christi, ejus, inquam, Verbi, cujus vox erat. factus est solummodo vox in eo manifestando, vox sonora, vox magna, vox fortis, qualis erat necessaria surditati ejus populi, qui illum audiebat: *Vox clamantis.* Sed denique non est factus nisi vox præconis. *Vox clamantis, parate viam Domini.* hoc est, vox esse voluit, quæ laboris habet plurimum, minimum gloriæ. illum verò iterum iterumque beatum! quantò enim magis se humiliavit, tantò plus invenit gratiæ exaltatus à Christo. *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptistâ.* ita sanè: nam quid aliud nisi gratiam significat nomen Joannis? semper ergo invenit magis, quod possidebat. tu magnum hunc sanctum tibi statue Ideam si non magnitudinis, saltem humilitatis, & sic tu quoque cum proportione gratiam invenies, quam ille invenit. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram DEO invenies gratiam.*

6. Considera denique, cur non dicatur *Quantò major es*, sed *quantò magnus.* numquid rectiùs diceretur: *quantò major?* nequacquam. & quare? quia ita æstimare te debes, uti DEUS æstimat, quæ sola est vera magnitudo. jam verò DEUS te non æstimat huic comparando vel illi, sed juxta id duntaxat, quod es in te ipso. ita te quoque facere oportet. Si te cum alijs compares, minoribus imprimis, rem simul agis iniquam, & inutilem. inutilem quidem, quia aliud non facis, quàm Apostoli disputantes invicem, non *quis esset*, sed *quis eorum videretur esse major.* *Iniquam*, quia nulli pores præferre te ipsum propter id, quod tuum non est. Si te præferas, faxit DEUS, ut non repentè fias minor etiam illis, quibus te præfers, uti Pharisæo accidit, qui statim effectus est minor publicano, quo se existimabat majorem.

XXV.

Gaudete in illâ die, & exultate: ecce enim merces vestra multa in cœlo. Luc. 6. v. 23.

1. CONsidera omnem exultationem nasci à gaudio, sed non ab omni gaudio nasci exultationem, tunc solum hæc nascitur, cùm illud est vehemens, quia tale cùm sit, contineri nequit intra angustias animi, sed prorumpit in corpus. *cor gaudens exhilarat faciem.* Prov. 16. v. 13. ut adeò sicut gaudium est proprium animi, ita exultatio sit propria corporis. Vide nunc quousque gaudere te Christus velit, illo ipso tempore, quo ejus causâ te oderunt alij, spernunt, rident, persequuntur: *in illâ die.* Vult ita te gaudere, ut manifestum sit gaudium, hoc est, non internum duntaxat, sed etiam externum. id quod plurimum valet ad commendandam ejus servitutem, ad animandos ipsius famulos, ad confundendos inimicos. Tu verò quid dicis, dum tempore illo ne quidem intus gaudere potes in corde, ne dum exultationem in vultu monstrare?

2. Considera non sine causa petere Dominum, ut non solùm gaudeas inter adversa, quæ toleras pro ipso, sed etiam exultes. quia pro ipsis in cœlo gloriam pollicetur, quæ adeò magna est. Proinde hæc gloria in novo Testamento quatuor appellatur nominibus, videlicet Mercedis, coronæ, bravij, hæreditatis, quæ omnia illi mè conveniunt. Necesse est ad obtinendam multum exantlare laboris: & sic nomine mercedis quia merces est propria laboran *Unusquisque propriam mercedem pict secundùm suum laborem.* 1 3. v. 18. Necesse est ad illam nendam resistere inimicis, qui studio quærunt ejus adeptionem pedire, uti sunt Caro, Mundus Dæmon. & idcirco illa nomen Coronæ; quia corona propria pugnantium. *Non coronabitur qui legitimè certaverit.* 2. Tim. Necesse est ad illam obtinendam vertere tot alios competitores, omnes ad eandem gloriam sum ti, sed non electi. & ideo nomen bet Bravij, quod est proprium certantium. *Qui in stadio curr omnes quidem currunt, sed unus pit bravium.* 1. Cor. 9. Necess ad illam obtinendam esse in statu tiæ, hoc est, Adoptionis Divinæ ideo denique nomen habet hæred tis, quæ est propria filiorum. *Si tem filij, & hæredes.* Rom. 8. Sed quamvis gloriæ Cælesti tam quadrent cuncta hæc nomina, Chr tamen in Evangelio suo præcipue luit usurpare primum videlicet Mer

dis: *Merces vestra copiosa est in cœlis. Mercedem prophetæ accipiet. Non perdet Mercedem suam. Voca operarios, & redde illis Mercedem.* Ad designandam certitudinem consequendi. Non est retributio ulla, quam adeò certò possis tibi pollicieri, quàm quæ debetur titulo mercedis. quamvis sint aliquando homines tam crudi, ut etiã hanc negent, de DEO non est cur dubites. *Promisit, qui non mentitur, DEVS.* Tit. 12. Videri possit satis esse, quòd dicat: *Promisit DEVS*, nam quis dubitat DEUM aliud demum non esse quàm Veritatem? *DEVS veritas est.* Jo. 4. cujus proinde contrarium esse mendacium necesse est. voluit tamen Apostolus adjungere verbis adeò difertis, *qui non mentitur*, ut confundat te ipsum, qui cùm assueveris solùm agere cũ hominibus terræ, sæpe opus habes, qui suggerat, Deum non esse similem illis, cum quibus agis, scilicet mendacem. *Non est DEVS quasi homo, ut mentiatur.* Deut. 23. Audi igitur, ut dicat Dominus, mercedem istam jam esse tuam, etsi nondum illam possideas: *Ecce enim merces vestra multa est in cœlo.* non ait: *Multa erit in cœlo*, sed *multa est*, adeò vult te reddere securum.

3. Considera, quàm meritò merces ista multa dicatur: quia multùm superat laborem, qui pro illa obtinenda est sustinendus. Illa, quam ut plurimum ab hominibus accipis, merces est contracta & parca. ista verò superabundans, quia aliud demum non est, quàm ipse DEUS. *Ego merces tua magna nimis.* Nec mireris mercedem istam nunc magnam, nunc multam dici. Magna est ob magnitudinem bonorum, quæ complectitur: multa est ob eorum multitudinem. quid enim supereſt boni, quod desiderari à te possit, si illum possideas, in quo continentur cuncta bona? *satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Ps. 5. v. 16. non invenies in terra genus aliquod boni, quod vel solo conspectu te satiet, imò famem potiùs excitat. DEUS autem, dum videndum se offert, famem simul accendit, & satiat, ita tamen, ut relinquat semper famelicum.

4. Considera multam istam mercedem insuper esse in cœlo. *Merces vestra multa est in cœlo.* Si pro laboribus, quos exantlas pro hominibus, mercedem etiam copiosam ab illis referas, ubi demum refers? refers in terra, hoc est, in loco, ubi facillimè perire potest, vel perdi. Non ita in cœlo res habet, quia hæc est illa regio fortunata, *ubi neque ærugo, neque tinea demolitur.* & sic merces perire non potest per infectionem materiæ sive externam, quæ per rubiginem denotatur, sive internam, quæ significatur per tineam. *& ubi fures non effodiunt, nec furantur:* & sic merces perdi non potest per insidias prædonum. Ad hæc quòdnam sincerum est bonum, quo frui possis in terra? omne aurum, quod hic recipis pro mercede, mistum est scoriâ. *Risus dolore miscebitur.* solùm in cœlo reperitur obrizum. Itaque dum discis à Christo mercedem

dem tuam esse in cœlo, discis pariter, esse stabilem, securam, maximéque perfectam.

5. Considera tria fuisse requisita à Christo verbis præsentibus, ut gaudeamus. *Gaudete.* ut exultemus: *Exultate.* ut id faciamus eodem tempore, quo ipsius amore patimur, *in illâ die.* & ideo tribus istis postulatis, quæ adeò dura videntur, opponit totidem præmia jam audita. Gaudio certitudinem retributionis, quia est *Merces.* Exultationi amplitudinem, quia est *multa.* tempori æternitatem, quia est *in cœlo.* Habes, quas pro Christo sustineas, hîc adversitates notabiles. Sed quamdiu durabunt [illegible] unicum, *in illâ die.* ubi è co[illegible] retributio, quam referes, non [illegible] quî fieri igitur potest, ut non gau[illegible] ut non exultes? fortè quia præ[illegible] afflictio, præmium futurum! [illegible] quid merces illa, quæ colono p[illegible] titur, vel artifici, ipsa quoque [illegible] est? *Apud Dominum est merces* [illegible] Sap. 5. v. 16. & tamen quis exp[illegible] bilum, quo quisque exultat, [illegible] difficilis quidam labor comm[illegible] quamvis neque merces adeò lon[illegible] esse putanda est. Ecce illam! [illegible] illam. Crede te jam intueri [illegible] quamprimùm aderit. *Ecce est.*

XXVI.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed siquis bonus ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Eph. 4. v. [illegible]

1. Considera ex lingua cognosci hominem: *Loquela tua manifestum te facit.* Mat. 26, quippe quemadmodum audito pulsu illico advertis, an horologium in turri bene vel malè ambulet, ita paucis auditis verbis idem cognoscis in homine. Jam verò tribus modis debet homo in se ipso rite esse ordinatus, ut sapiens imò sanctus existat. ad se ipsum, ad proximum, ad DEUM. Sufficit ergo, ut tantisper audias loquentem, & mox advertes, an harum ordinationum aliqua desit. nam si audias illum prorumpere in verba audacia, adulatoria, ambitiosa, scurrilia, impatientia, iracunda, livida, obscena, otiosa, [illegible] dentia, statim advertis malè [illegible] dinatum circa se ipsum. Si [illegible] lum exorbitare verbis duplic[illegible] mordacibus, maledicis, perversis, [illegible] tentiosis, contumeliosis, arrog[illegible] bus, mox advertis malè esse ordin[illegible] ad proximum. Et si demum [illegible] illum etiam procedere ad verba [illegible] phema, aut perjura, sacrilega, & [illegible] quando olentia hæresin, citò adv[illegible] malè esse ordinatum ad DEUM. [illegible] verò ad hæc tria genera reducitur [illegible] *nis sermo malus.* & ideo ad hæc [illegible] refertur, quidquid Apostolus pr[illegible] bet, dum dicit: *Omnis sermo ma[illegible]*

exore vestro non procedat. Est autem res ista malè olentis & putridi odoris, derivata à mala dispositione voluntatis, sicut à mala dispositione viscerum derivatur gravis fœtènsque anhelitus: *Os fatuorum ebullit stultitiam.* Prov. 15. v. 2. Neque dicas ejusmodi sermonem erumpere ex ore, *ebullit*, quin advertas, sicut erumpit tetter halitus, quia ad profligandam hanc excusationem Apostolus uti voluit hisce vocibus: *non procedat.* Dicere potuit: *Omnis sermo malus ab ore vestro non proferatur.* non sic dixit, sed potiùs: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* quia si procedat ex ore, quocunque modo id fiat, reus jam es, sive quia imperâsti, ut exiret, sive quia efficaciter non impedivisti. & quare in Ecclesiastico dixisse putas Dominum: *Ori tuo facito ostia, & seras.* Eccl. 28. v. 28. numquid satis erat dicere: *facito ostia?* non erat; quia si portæ seras non habent, indicium est non habere custodiam. per eas cuique liber est transitus. dixit: *facito seras*, ut intelligas tibi præsidendum cum clavi in manu, ita ut nulla syllaba exeat sine licentiâ tuâ speciali. quanquam si efficere velis, ut non plus usurpet licentiæ, quàm ipsi dederis, castiga illam, cùm usurpaverit, fac eam jejunare plus quàm velit: amaritudine absynthii, vel calore afflige immodico, fatiga in precibus recitandis, quæ ipsi displicent, vel saltem ad majus solito silentium condemna: videbis, quantò illa sit futura modestior. at si ejus delicta punire nolis, nonne signum est te saltem præstare consensum?

2. Considera quemadmodum adhibenda custodia *ori tuo*, ut *omnis sermo malus non procedat*: ita pariter adhibendam, ut *procedat, si quis bonus est ad ædificationem fidei.* unde non præcepit DEUS ostia ponere labiis, eâque clavo configere, sed serâ claudere: *ori tuo facito ostia, & seras*, quia aperienda subinde, prout convenire videbitur: *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* Eccl. 3. v. 7. quo posito, quis est *sermo bonus?* sermo bonus is est, qui ostendit hominem bene compositum in ordine ad se ipsum, proximum, & DEUM. & horum quicunque sit, semper ædificat, atque ideo semper est *bonus ad ædificationem fidei*, hoc est, *ad ædificationem fidelium* phrase usitatâ Apostolo, qui sæpius usurpare solet Abstractum pro Concreto, sicut cùm dixit: *circumcisionis* loco *circumcisorum. carnis* loco *carnalium*, & sic de aliis. atque hic sermo, qui bonus dicitur *ad ædificationem fidei*, hilariter de ore tuo *procedat*, non quòd à te priùs obtinere consensum non debeat, sed quia debet ultro, & quasi facilitate nativâ procedere, ad significandum sermonem illum, quem opportunè cupis ingerere de rebus spiritualibus, non debere esse coactum, non extortum, sed quasi è re natâ se insinuet sermonibus, eósque, si minùs pij sint aliquando, interrumpat. *si quis loquitur quasi sermones DEI*, qui penetrant quasi ad fundum animæ sed suavitate summâ. 2. Pet. 4. v. 12. Et hoc

est, quod dicitur: *Si quis sermo bonus est ad ædificationem fidei, procedat*, nempe opportunè occupando locum sibi debitum, *non invadat, non irruat*, sed naturali passu *procedat*. Dices te vereri spiritualem apparere inter homines, & introducere etiam suaviter de rebus sacris colloquia. sed cur vereris? an quòd erubescas, an quòd vanâ gloriam metuas? si ideo, quòd erubescas, ne dubita, quia hoc signum est, te tam procul abesse à spirituali perfectione, ut nemo facilè te spiritualem judicaturus sit ex re tantillâ, qualis est loqui de re, quæ deberet ordinarium esse apud Christianos argumentum sermonis. numquid esse prætendis civis paradisi etiam in præsens, cùm quasi proscriptus vivis in exilio hujus miseri mundi? cur igitur, quia in Babylone versaris, uti pudet idiomate Palæstinæ? si fortè ob vanæ gloriæ metum hac linguâ non uteris; macte animo, quia inanis est metus, planéque frivolus. Intentionem dirige, & tum nihil omnino cura, quid in contrarium offerat phantasia sive scrupulosa, sive perversa. an putas ad alios juvandos non esse conveniens, ut aliquem videre sinas non rarò multa bona, quæ facis, quæ tu aliàs malles esse occulta? Hoc est, quod in agro Booz suis messoribus præcepit, nempe ut in merendo excidere sibi paterentur interdum plures spicas, quas aliàs suis illigâssent manipulis, ut Ruth, quæ eos eminus sequebatur, liberè & sine rubore pro utilitate suâ colligeret: *De vestris quoque manipulis projicite ex industriâ, ut absque rubore colligat.* Ruth. 2. v. semper caveas, nequis obtrve emolumenti præstare in ullo genere bonorum? de rebus loquens spiritualibus nitatem spectes sed charitatem quænam erit ista? juvare scultant, eo modo, quo potes tenuitate. id quod hoc loco Apostolus, cùm ait: *Omnis sermo lus ex ore vestro non procedat, bonus est, ad ædificationem fidei* ge, *procedat*, ut det *gratiam tibus.*

3. Considera, cujus genera gratia, quam sermones tui dent audienti, si procedant modo cto. omnis generis est, excitans, cõronans, sive quovis alio placeat appellare: *Doctrina bit gratiam.* Prov. 13. v. 15. qui qui auscultant, sunt in statu tium, & his discursus spiritual gratiam compunctionis, hoc e tiam, quæ illos miris modis pro ratione necessitatis, & indu variæ. Vel sunt in statu pro um, & his dant gratiam tum mationis in bono, quod faciunt profectûs, quæ est gratia com Vel sunt in statu perfectorum dant gratiam laudandi DEUM quod audiunt, & gaudendi, gratia complens atque coronans cta illorum opera bona, *servationis.* Is. 28. v. 5. & hæc omnia bi videtur indicâsse Apostolus, xit: *Qui prophetat* (i. e. qui loquitur rebus sacris) *hominibus loquitur*

ædificationem, & exhortationem, & consolationem. ad ædificationem nempe erecturi sunt ædificium spirituale: *ad exhortationem* Proficientium, qui erigunt, *& ad consolationem* Perfectorum, qui jam erexerunt. 1. Cor. 14. v. 4. Incredibile est, quantum producant boni sermones illi in omni genere hominum. Illi quidem revera plus non possunt quàm disponere animos ad recipiendam gratiam, quam denique dat DEUS; & tamen ab ipsis dari in fine testatur Apostolus: *Ut audientibus det gratiam.* quia in hoc maximè illorum virtus consistit, quòd certo modo ipsis quoq; adscribi possit collatio gratiæ, sicut verbis Sacerdotis, cùm potestate suâ tam sublimi pœnitentes absolvit. Stude igitur quanto potes affectu his sermonibus, tantóque magis, quia nihil utilitatis præstare potes audienti, quin tantundem ad te redeat: *Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Prov. 11. v. 25. suppositio nimirum, quòd de rebus sacris cum eo loquaris, qui de his agit libenter. unde concluſit Apostolus: *ut det gratiam audientibus non contemnentibus.* quia si quis sermones istos contemnat, quis dubitet illi exponendos non esse ad publicam censuram? *Est tacens non habens sensum loquela.* quod est timidi. *& est tacens sciens tempus aptum.* quod est sapientis. Eccl. 20. v. 6.

XXVII.

Intrans in domum meam conquiescam cum illâ: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam & gaudium. Sap. 8. v. 16.

1. COnsidera sermonem esse de sapientiâ Divinâ sponsâ illâ, quam denuò eligere, cum quâ conversari, & convivere oportet, ità ut in eâ repetias quietem maximam per exercitium orationis non tantùm quotidianæ, sed assiduæ. quæ nomine conversationis & convictûs significatur. Convictus semper habet conversationem adjunctam, nisi casu impediatur, sed non ita conversatio convictum. Conversantur, qui in eadem civitate versantur; convivunt, qui in eadem domo existunt. Conversatio dicit interruptum commercium, convictus continuum. sic omnino cum DEO rem se habere puta. Quidam manè quotidie cum illo agunt, devotam faciendo orationem, sed interdiu deinde de illo vix cogitant. & hi dici possunt cum illo conversari. Alij non solùm manè agunt cum ipso, sed toto die per familiare Divinæ præsentiæ exercitium: & isti non solùm conversantur, sed etiam convivunt. de quorum numero tu es? an satis tibi est conversari cum Domino,

mino, an eidem etiam convivis? utinam vel converseris.

2. Considera conversationem & convictum cum hominibus longè diversum esse à conversatione & convictu cum DEO. Conversatio cum hominibus affert amaritudinem, quia isti sunt naturâ superbi, difficiles, arrogantes, & ideo citò creant fastidium. Convictus affert tædium, quia etsi tales non sint, homines tamen sunt, & ideo fieri non potest, quin longiore morâ tibi displiceant. Cum DEO non ita res habet: *Non habet amaritudinẽ conversatio illius, nec tædium convictus illius.* non est cur amaritudinem timeas ex convictu, cùm sit naturâ dulcissimus. *Spiritus meus super mel dulcis.* Eccl. 24. nec est cur tædium metuas, quia ob hanc ipsam causam de se dicit: *Spiritus meus super mel dulcis.* quia dulcedo ipsius non est ut illa mellis, quæ satietatem afferat. Age cum hominibus indolis quantumvis placidæ, bonæ, benignæ, fieri nequit, quin longiore morâ cognoscas deesse dotem, quam cuperes. & hoc sufficit ad pariendum tibi fastidium. In DEO verò quam dotem desiderabis, quæ desit? Quò amplius cum illo agis, eò advertis esse perfectiorem, & idcirco semper abes longiùs à periculo tædij; ita ut lapsu temporis non modò amaritudinem ejus conversatio non afferat, nec tædium convictus, sed ut in conversatione suâ te lætitiâ cumulet, & in convictu gaudio. *Non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiam & gaudium:* hoc est, *conversatio habet, convictus gaudium.*

3. Considera lætitiam & gaudium etiam continuum invicem conferendo, sed in rigore sumendo satis esse diversa: quia gaudium solùm est de præsenti, lætitia etiam de futuro. *Expectatio justorum lætitia.* Prov. Cùm audis jam vicinum esse amicum quem è remotis regionibus [illegible] cum impatientiâ expectabas, sentis in te surgere motum jubilationis, te impellat ad occursum, sed [illegible] que propriè loquendo sentis lætitiam, non sentis gaudium. tunc gaudium sentis, cùm præsentem suscipis, amplecteris, oscularis, atque sic videre cognoscis bonum, quod [illegible] bas. Idem est in casu nostro. conversatio, quam habes cum [illegible] dum manè tantisper agis cum [illegible] deinde interdiu non recordaris [illegible] afferre non potest plenam illam [illegible] ritatem, quam gaudium vocamus, quia tunc dici potius potes [illegible] quàm possidere ejus præsentiam. [illegible] vis conversatione tam modicâ [illegible] gere ad exercitium illud præsentiæ [illegible] vinæ, quod est proprium conviv[illegible] hoc fieri non potest. Meditari [illegible] oportet. id quod non est sine [illegible] absentiâ boni amati, cui tu pam[illegible] obviam passibus imaginationis [illegible] tellectûs, vel affectuum non [illegible] fluentium: & ideo dum hoc agis, [illegible] tiam scire nequis, quid sit gaudium. Tunc gaudium accedet lætitiæ, cùm consecutus fueris, ut eum semper [illegible] beas præsentem illâ totius diei [illegible]

tè continuâ, quæ vultum ejus quasi dulcissimo indulget. *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* Ps. 20. Interim bono esto animo, quia quò aptiorem illi te facies, etiam magis sentiet illa tibi lætitiam propriam illi, qui bonum suum jam non procul abesse advertit, & ita non cum afflictione id spectat, ut ille, qui longiùs abest, sed cum lætitiâ, ut is, qui propè est.

4. Considera gaudium istud præfestis boni pacis esse causam. & sic cùm quis verâ pertingit ad id, quod dicebamus, exercitium præsentiæ Divinæ, pacem consequi maximam. & hinc est, quòd talis oratio, cùm suam perfectionem consequitur, dicatur Quietis. *Intrans in domum meam conquiescam cum illâ.* O quantâ Spiritus fruitur quiete, cùm familiariter conversari consuevit cum sponsa sua, hoc est, cum illa sapientia Divina, de qua hîc sermo est. eam invenit, quoties libet, nec aliud cupit magis, quàm illi assistere, ut tacitè auscultet, quid dicat. Tenet in ea actu tres suas nobilissimas potentias concorditer unitas, & ideo non solùm *quiescit*, quasi in magno quodam silentio, sed *conquiescit*, quasi in placido somno. non habet amplius, qui eum interpellet. jam cessârunt strepitus phantasiæ, jam cessavit labor intellectûs, & dum omnes ejus potentiæ fruuntur pulchritudine veritatis excelsæ, quam præsentem habent, ipse aliud non agit, nisi quòd eâ contempletur, admiretur, amet, atque de ea complaceat. advertendum autem non dicere sapientem: *Conquiescam apud illam*, sed *conquiescam cum illâ*: siquidem Spiritus non stat attonitus, sideratus, & quasi exanimis ad conspectum sponsæ suæ dilectæ: sed vivus emicat, & cum ea agit suaviter, atque, ut diximus, illam contemplatur, miratur, amat, complacet, sed ita, ut nullo modo fatigetur. & sic operando quiescit: *conquiescit cum illâ*, non *apud illam*. Hæc est ergo terra illa quietis, ad quam pertingimus post longum iter per deserta inter ariditates & desolationes, inter distractiones, & cetera adversa, quæ in meditatione non semel oportet sustinere, donec eò pertingamus. In hac terrâ requiei habitat sapientia, in qua ipsa quoque post opus septem dierum requieverit. *Requievit die septimo ab universo opere, quod patrârat.* Gen. 2. v. 2. & ideo tum Spiritum invitat ad eandem cum ipsa requiem capessendam.

5. Considera ad hoc ipsum allusisse sapientem, cùm dixit: *Conquiescam cum illâ.* quia requies, quâ in ejusmodi oratione fruitur Spiritus, similimus est illi, quâ sapientia fruitur, cui desponsatur. Sapientia septimum assecuta diem, vidit opera tam pulcra, quæ fecerat, sed vidit pariter iis se non indigere, & ideo in iis non quievit ad modum artificis humani: sed solùm ait: *Requievit die septimo ab universo opere, quod patrârat, ab opere* non *in opere.* sed quomodo dici potest requievisse? numquid eodem die septimo perrexit operari conservando res factas, & adhuc operatur quotidie producendo arbores, animalia, variaque gene-

genera mixtorum? Certè hæc ipsa sapientia delapsa in terram his, qui eā violare Sabbathum criminabantur, contestata est, nec in Sabbatho quidem se cessare, quo aliis prosit: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Jo. 5. quâ igitur ratione dicitur: *Requievit?* dicitur quievisse, quia facere desitit, si ita loqui licet, opera laboriosa. Opera, quæ nunc facit sapientia Divina, sunt opera productionis, non creationis. aliud est *producere*, & aliud *patrare*. *Patrare* est id efformare, quod non est, *producere* est adducere ex virtute illius, quod generandi habet facultatem. & ideo hæc opera non sunt amplius instar illorum, quæ requirebant, ut sic dicam, vires omnipotentiæ Divinæ: sed sunt opera, quæ comparata prioribus dici possunt requies. & hinc meritò de sapientia dicitur: *Requievit die septimo ab universo opere, quod patrârat.* Idem certo modo facere puta Spiritum in illâ suâ oratione quietis tam altæ, quæ dici possit ipsius Sabbatum delicatum. Quiescit. sed quomodo quiescit? numquid etiam operatur? ita sanè, sed non operatur ut priùs, cùm cœpit meditari. Tunc solùm faciebat opera laboriosa: *patrabat*, quia, ut ita dicam, creandæ erant imagines, creandæ cognitiones, creandi affectus, in quibus se detinebat: & consequenter necesse erat magnâ vi applicari potentias. at modò non sic agit, operatur ista tantâ facilitate, ut non videatur operari, quia solummodo *producit*, non *patrat*. & ideo quiescere dicitur. Videt equidem illa opera laboriosa, quæ olim [illegible] fecit, cuncta fuisse bona: *erant bona*, quia in virtute connexionis alia opera suaviora: *in illa tamen requiescit*; quia illis opus non [illegible] sed potiùs *requiescit ab illis*. quæ opera potiùs productionis quàm [illegible] mationis: *Requiescit ab universo opere, quod patrârat.* Numquidnam que juvat consequi terram quæ deò fortunatæ, ubi cessaverunt laborioſi, & est quasi continuum batum? Hoc nempe mirifice vit Apostolus, cùm dixit: *Re tur Sabbatismus populo DEI: ingressus est in requiem ejus*, hoc terrâ, quam diximus, *etiam ipse vit ab operibus suis, sicut & a* Heb. 4. v. 9. Porrò si ad tale Sab aspiras, nôsse oportet, ejusmod bato multos præmittendos dix ris: *In die septimâ Sabbatum est* 16. v. 26.

6. Considera hanc terram fortè tibi videri satis longè pos ita ut superandi sint montes, tra da maria, ad eam attingendam admodum Hebræis contigit ex pto in Palæstinam proficisc Non est ita. in te ipso occurre loquentem Sapientem: *Intra mum meam, conquiescam cum illa* cesse non est te ire in domum ip esto, qualem esse te oportet, pius, & sponsa ad te veniet. ut eam ad te voces: *Invocato, nit in me Spiritus sapientiæ.* Sap. Interest autem te bene intrare ipsum, quamdiu enim vagaris a

tuâ sensuum, nihil agis. Recede à commercio rerum creatarum. quid juvat tantum videre, audire, & loqui? quamdiu hoc agis, non es domi tuæ conclusus, sed foris vagaris. foris autem etsi invitet sapientia, moneat, instruat, corripiat, non osculatur. *Sapientia foris prædicat: in plateis dat vocem suam, & non osculatur: in capite turbarum clamitat; convertimini ad correptionem meam.* Prov. 1. v. 20. si frui velis Cœlestibus ejus deliciis, amplexibus, blanditijs, amoribus, desere plateas. quid ajo? recessus à creaturis efficere solus potest, ut verè in oratione desponsetis sapientiæ, ut ejus conversatione fruaris, & convictu, ut in ejus commercio experiaris quietem illam adeò beatam. Quamdiu frui cupis creaturis, nunquam frui poteris illarum conditore. Ne quæras cum his agere ampliùs, quàm necesse sit, ut ipsas quoque pertrahas ad cognitionem veri boni, quod tu cognoscis. *Qui audit, dicat: veni.* ceterùm an non vides, quæ sit illarum conversatio, quis convictus? illarum conversatio amaritudine plena est, convictus plenus tædio. nondum id tibi persuades? signum est, te nondum esse expertum nec conversationē Domini, nec convictum.

* * *

XXVIII.

Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces DEI manet in æternum. Eccli. 18. v. 22.

1. COnsidera, etsi merces illa, quam DEUS servis suis præparavit in Paradiso, merces esset ordinaria, neminem esse oportere in mundo, qui non libentissimè pro illâ obtinendâ omni conatu allaboret, quia est æterna. quantò nunc magis, dum merces est adeò magna, ut dicatur *Merces DEI*? an putas à Domino tantæ Majestatis expectari posse mercedem, quæ non sit eximia, non summa? scire sufficiat dandum tibi pro mercede, quantum ipse ipso boni possidet. *Ego merces tua magnanimis.* quomodo ergo pro mercede tam ineffabili non te impendes, non sudabis, non sustinebis quemcunque gravissimum laborem usque ad ultimum vitæ spiritum? *Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniā merces DEI manet in æternum.* Æquum erat, ut mercedem æternam anteiret, si non æternus, quod erat impossibile, saltem plurimorum seculorum labor. & tamen ecce quàm ille sit brevis, màximè ætate nostrâ, quæ apud plerosq; vix ultra annos 30. porrigitur; cùm ad sexaginta vel septuaginta pervenerit, longissima videtur. & tamen tam parum tibi volupe est laborare, ut totam gaudeas æternitatem. DEUS misericordiâ infinitâ continuò hominibus vitæ spatia contrahit, ut tantò mi-

minùs possint conqueri, si salutem non consequantur.

2. Considera quosdam adeò procul esse à suscipiendo tali labore pro adeptione Paradisi, ut etiam vereantur. *Verentur* crebriori uti oratione, verentur sæpe sacram sumere synaxin, verentur uti ad profectum suum diligentiâ, quæ videatur solicita. *Verentur justificari usque ad mortem.* numquid hoc est credere, quasi facias nimium pro salute? si potiùs crederes, uti revera oporteret, te parùm facere, verereris potius, ne videaris ab omnibus studio illam negligere, & proculcare. Cùm exigua est merces, tunc est materia verendi, si pro illa multum desudes, laborésque: hoc enim est imitari araneum, qui eviscerat se ipsum, ut demum labore suo prædam faciat vilium muscarum: at si magna sit merces, quis veretur videri pro ipsa non laborare tantùm, sed & mori? & hæc tamen est fidelium vecordia, non verentur, si videantur excurrere ad Indos usque, immittere se procellis, miscere conflictibus, exponere mille vitæ periculis, quia sciunt, si fortè contingat evadere, redituros se se onustos auro. Et postea verentur, si videantur plusculum jejunare, plusculum confiteri & sacræ mensæ accumbere, ut cœlorum Regnum consequantur. nonne hoc est exiguam habere ejus Regni æstimationem? *Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces DEI manet in æternum.*

3. Considera, quàm bene dicatur: *Ne verearis usque ad mortem justificari*; quia non est, cur verearis usque ad ultimum vitæ halitum ita [illegible] re, quasi singuli dies essent, [illegible] cipis fieri justus. & hoc tamen quod progressu temporis maximè mines verentur in servitio Dei [illegible] gere scilicet ad modum incipientium monstrare primam illam alacritatem monstrare primam attentionem. nũquid insignis hæc est deceptio? *tres ego me non arbitror comprehendere*, inquit Apostolus, qui tamen [illegible] cerat in perfectione progressum. idcirco, *quæ retrò sunt obliviscens*, erubescat quodamodo eorum [illegible] *ad ea*, ita pergit, *ad ea, quæ sunt extendens me ipsum*, novum [illegible] dendo calcar, novum stimulum *destinatum prosequor ad brabeum*. aliter, ac si nunc primùm [illegible] ordirer. Phil. 3. v. 13. quâ igitur one de eo tu vereris & erubescis, tantò es imperfectior Apostolo, tà propiùs accedis ad metam, magis incitandus est cursus, quo carceres relinquebas, fervor ideo verendum. *Ne verearis ad mortem justificari.* Quanquam verum non est, quotidianâ [illegible] esse justificatione? O quot [illegible] perfectiones, quæ committuntur tidie! quod si ita est, cur verearis tidie te reputare non tyronem [illegible] xat, sed peccatorem? imò talis fis, id semper faciendum est ad [illegible] dam justitiam, quod primò ad [illegible] tinendam fieri assolet. *Qui justus [illegible] justificetur adhuc.* Apoc. 22. v. 11. perfectè hoc Domini mandati plebis, cùm quotidie cogitabis esse diem, quo incipias justificari.

XXI

XXIX.

Festo SS. Petri & Pauli.

Jam non estis hospites & advenæ, sed estis cives Sanctorum, & domestici DEI, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari Lapide Christo JESU. Eph. 1.

1. COnsidera congregationem fidelium, seu Ecclesiam, in Divinis Scripturis frequenter duobus appellari nominibus, nunc Civitatis, nunc Domûs. Civitas publicis legibus gubernatur: domus verò privatis. idcirco Cives nullum habent nisi in publicis actibus inter se commercium. Domestici verò etiam in privatis. Civitas regitur ab uno, qui Princeps dicitur: Domus ab uno, qui Paterfamilias vocatur. porrò ille, qui respectu domûs suæ est Pater, debet etiam esse Princeps bonus respectu civitatis suæ. & is, qui bonus est Princeps respectu civitatis, debet etiam esse Pater respectu suæ Domûs. Jam verò Christiana Respublica, si rectè notas, de utroque statu, participat, quia quoad majorem partem, eorum nempe, qui subjecti sunt ad observanda præcepta, est instar Civitatis. quoad minorem, eorum, qui subijciuntur non tantùm ad observanda præcepta, sed etiam consilia, est instar Domûs. unde scriptum est: *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus*, præceptorum scilicet, & consiliorum. Christus Dominus noster æqualiter amborum est caput. caput eorum, qui sunt meri cives, & caput illorum, qui domesticis comparantur. *Caput corporis Ecclesiæ.* Coloss. nisi quòd respectu priorum principem potiùs quàm Patrem se gerat, quia eos solùm legibus gubernat communibus, qualia sunt præcepta: & respectu posteriorum potiùs Patrem agit quàm Principem, quia eos gubernat non solùm generalibus legibus præceptorum, sed etiam particularibus consiliorum. ceterùm reverà Princeps pariter & Pater est: *Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Is. 9. v. 6. Quibus præmissis facilè intelliges, cur Christianis dicatur: *Jam non estis hospites, & advenæ.* quia si sint de illorum numero, qui subjacent generalibus Christi legibus, jam eum habent pro Principe, & ideo respectu illius *non sunt advenæ*, sed sunt *Cives.* Si sint de numero illorum, qui subjacent legibus Christi non generalibus duntaxat sed particularibus, eũ habent non solùm pro Principe, sed Patre, &

per consequens respectu illius *non sunt hospites*, sed *sunt domestici*. In quocunque sis statu, toto corde illi præsta homagium, & sponde, quòd æternum pro eo habere velis, qui est, id est, timere illum, & amare, timere ut Principem, amare ut Patrem, & desidera, ut idem faciant illi, qui modò eum non cognoscunt; atque adeò magis dici semper possit cum Isaia: *Ecce accola veniet, qui non erat mecum. advena quondam tuus adjungetur tibi.* Is. 54. *Accola* domui, *advena* civitati.

2. Considera Ecclesiam istam, seu Communitatem tam Civium quàm Domesticorum, in qua versaris, inniti magno fundamento, Apostolorum scilicet, & Prophetarum: quia ad comprobandam Religionis nostræ veritatem ambo pariter concurrunt, Prophetæ suis vaticinijs in lege veteri, Apostoli suis prædicationibus in nova, eo solùm discrimine, quòd Prophetæ locuti sint tanquam de re futura, Apostoli de facta, cetera verò una planè eadémque res sit: unde non dicitur: *superædificati super fundamenta Apostolorum, & Prophetarum*, sed *super fundamentum*, quia nulla vel minima inter eos inveniri potest differentia. Evangelium accipe, quanto cum gustu ibi licebit contemplari sigillatim cuncta adimpleta, quæ Prophetæ tantò antè de Christo prænunciabant, juxta illud: *Paulus servus IESV Christi vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium DEI, quod antè præmiserat per Prophetas suos.* Rom. 1. v. 1. Prædicebatur, [illegible] do Messias descensurus esset [illegible] David, nasciturus ex Virgine, [illegible] turus in Bethlehem, nascen[illegible] tempore, quo sceptrum foret [illegible] à Juda. quòd esset adorand[illegible] gis, fugiturus in Ægyptum, [illegible] postea reversurus, habiturus [illegible] sorem sanctissimum, habitatu[illegible] ferti, patraturus miracula, doc[illegible] prædicaturus, passurus, ar[illegible] vendendus triginta argenteis, [illegible] turus in Cruce modo valdeinfa[illegible] ter duos latrones, nudus, der[illegible] ludibrio habitus, in siti sua p[illegible] aceto: præterea gloriosè ámo[illegible] surgens, ascensurus in cœlum, [illegible] que sanctum missurus Spiritum [illegible] fidem suam pertracturas popu[illegible] motissimos ope hominum, qui [illegible] nere ignobiles, viribus imbecil[illegible] nuis fortunæ. omnia ista à Pro[illegible] prædicta sunt ut futura, & eade[illegible] demus prædicata ab Apostolo[illegible] cta. Quæ res est fidelibus pa[illegible] latij, ut explicari satis non p[illegible] nam quis dubitet notitiam fun[illegible] amplam, tam exquisitam, tam ex[illegible] tot antè seculis non potuisse [illegible] DEO proficisci? Miseri Hebræ[illegible] cùm ista legant in suis libris de C[illegible] sto, videantq; deinde tam bene [illegible] pleta, necdum credunt? sed [illegible] quoque prædictum est, eorum [illegible] meros nec id quidem credituros [illegible] oculis cernerent. ita intellexit [illegible] stolus, cùm attulit illa verba p[illegible] *Fiat mensa eorum coram ipsis in [illegible] queum, & in captionem, & in scan[illegible]*

lum, & in retributionem. Rom. 11. Quoniam Hebræis mensa ista sacratum litterarum lautissima, quam præsentem habent loco salutaris nutrimenti *est in laqueum*, cùm voces occurrunt ambiguæ; *est in captionem*, cùm perperam interpretando incidunt in errorem intellectûs: *est in scandalum*, cùm ex errore intellectûs dilabuntur in pertinaciam voluntatis: denique *est in retributionem*, cùm hoc modo puniuntur summâ quadam ignominiâ pro eo, quòd tam superbè contra Christum sunt operati: *Redde retributionem superbis.* Ps. 93.

3. Considera fundamentum istud ex Apostolis & Prophetis compositum non esse proin etiam primarium, sed secundarium tantùm. Primarium Christus est, fundamentum ipsius fundamenti, uti S. Augustino loqui placuit: *Fundamenta fundamentorum.* In hoc, *ipso* scilicet *summo angulari lapide Christo IESV* fundati sunt viri illi præclari, & nos deinde supra ipsos stabiliti: unde non dicimur *ædificati*, sed *superædificati*, quia primò ipsorum ædificium, deinde nostrum formatum est. Verum tamen, utriusque eandem esse stabilitatem, cùm sit planè idem, *Ipso lapide.* Omnes æqualiter demum innituntur Christo tanquam primo Lapidi fundamentali: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere*, non dicit *alterum*, dicit *aliud, præter id, quod positum est, quod est Christus JESVS.* 1. Cor. 3. v. 11. & hoc est, quod ait, *summo lapide*, non intelligendo excelsum, non elevatum, sed summum in genere fundandi, seu primarium. Nunc ergo vide, quàm speciosus sit lapis Christus JESUS Dominus noster. Vide impletum id, quod Isaias prædixit: *Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum.* Is. 28. Quis dubitet, an tutò possit consistere in hoc lapide? non est lapis, qui cedat aliquando. Ecce quantas aquæ, terræ, ignis inundationes, quot feras & furias portis suis emiserit infernus, ut deijceret molem illam sublimem huic lapidi impositam, sanctam Ecclesiam. forsan autem id consecutus est tot seculorum cursu? nihil minùs, & sic neque futuris consequetur. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* & tu ex animo gratias non agis DEO, dum vides fidem tuam in hac petrâ fundatam?

4. Considera, hunc lapidem dici *angularem*, quia in fundamento primario, quod format, conjungit, (quod est proprium lapidum angularium) lapides illos aliàs temporis spatio tantopere disiunctos, qui formant secundarium, hoc est, Prophetas & Apostolos: quia univit Gentiles, quibus prædicabant Apostoli, cum Judæis, quibus vaticinati sunt Prophetæ, & è duobus populis unum fecit. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Eph. 1. quo autem modo fecit? *medium parietem maceriæ solvens.* ib. nempe dejiciendo maceriam. Proinde imaginare tibi Gentiles & Judæos stetisse in mundo ceu campo quodam va-

vastissimo. Ambo jam convenerant in præceptis moralibus à DEO impositis, qualia sunt non occidere, non fornicari, non furari &c. quia ista sunt communissima cunctis hominibus. Sed non convenerant in Præceptis Ceremõialibus, qualia erant Circumcisio, itinera, victimæ, lavacra, & alia sine numero. imò erant ista instar muri altissimi, qui illos longissimè dividebat etiam quod animos. Erat murus iste maceria, *paries maceriæ*, quia murus erat fictitius, & ad tempus tantùm duraturus. nempe quo Christus veniens tanquam Dominus utriusque populi authoritate, quâ pollebat, dejecit murum, & sic *medium parietem maceriæ solvens fecit utraque unum*. quia obtinuit, ut tam gentiles, quàm Judæi fide in ipsum consentirent, efficeréntque unum ejus populum. Hinc est, quòd lex antiqua desierit quoad præcepta Ceremonialia: neque mirum hoc est, quia ista erant totidem promissa, quæ sub varijs figuris recipiebantur à Christo: *Ad confirmandas promissiones Patrum*. Rom. 15. ideo impletis promissis prorsus erant inutilia. Instrumentum, quo promittitur prædium, aut palatium, quousque servit? donec datum sit prædium, datum palatium, deinde laceratur. Idem præceptis illis Ceremonialibus accidit, veniente Christo: *Abolita est [illegible] sio*. Rom. 4. v. 14. Sed [illegible] ista lex antiqua desierit, [illegible] etiam quoad moralia, quæ [illegible] mata sunt novo accedente [illegible] Consiliorum. unde patet, [illegible] Christus dixerit: *Non veni [illegible] gem, sed adimplere*. Matth. [illegible] lex dividebatur in præcepta [illegible] & ceremonialia. quoad [illegible] implevit legem, quia bono [illegible] rum adjunxit bona consilio[illegible] tendo exempli causâ, ut [illegible] non oderis inimicum: *Non [illegible] fratrem tuum in corde tuo*. sed [illegible] illi benefacias: *Bene facite [illegible] oderunt vos*. Mat. 5. Quoad [illegible] monialia adimplevit legem, [illegible] guræ substituit figuratum, hoc [illegible] ipsum, & sic in isto genere [illegible] vendo adimplevit: sicut, [illegible] dem Lauretanam peregrinan[illegible] rem voto promissam appende[illegible] suum adimplet simul & sol[illegible] verum est Christum legi omn[illegible] dedisse perfectionem, quam [illegible] set accipere. His igitur pulch[illegible] siderationibus tuum spiritum [illegible] ra, ut ita semper animando [illegible] Dominum illi & credendo, & [illegible] do fidelis existas, id quod [illegible] no festo à te maximè exigitur.

XXX.

Commemoratio Sancti Pauli.

Quis nos separabit à Charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est, quia propter te mortificamur totâ die, æstimati sumus, sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Rom 8. v. 31.

1. COnsidera, quàm arctè Apostolus debuerit esse unitus JESU suo per amorem, quando in istam propositum ardentissimam illationem: *Quis ergo nos separabit à charitate Christi?* fuit ista quasi provocatio quædam omnium malorum, ad experiundum, an efficere possint aliquando, ut ipse desinat amare. quia licet verba ista *à charitate Christi* duplicem habere sensum possint, nempe ut significent amorem Christi erga Paulum, vel amorem Pauli ega Christum, communi tamen sententiâ hunc potiùs quàm illum significâsse judicandum est. Aliàs videtur majori proprietate fuisse dicturus Apostolus: *Quis separabit Christum à charitate nostrâ*, quàm ut diceret: *Quis nos separabit à charitate Christi?* deinde quis dubitet, cuncta mala, *quæ superamus propter eum, qui dilexit nos*, facere non posse, ut ille desinat amare? faciunt potiùs, ut ille etiam magis amet, quàm priùs. Periculum est, ne nos propter ipsa desistamus ab amore, ut qui nimio nobis constet. Id verò Apostolus certò promisit respectu sui nunquam futurum, & ideo concluſit: *Quis ergo.*

2. Considera verbis istis, ut dixi, Apostolum mala omnia provocâsse. quia omnia mala vel ad vitam pertinent vel ad mortem. unde vides illa priùs, dein ista provocâsse. & quia inter ea, quæ ad vitam pertinent, quædam sunt corporis, alia animi, primò illa provocavit, quæ sunt corporis, dein ea, quæ sunt animi. Ad corpus pertinent Tribulationes à tribulis acceptò nomine, qui tam acuti doloris in carne causa existunt. & sic exclamavit: *Tribulatio?* Ad animam pertinent angustiæ, quæ homini coarctunt cor, cùm viam non invenit evadendi è tribulationibus, in quas incidit. & sic clamavit: *An angustia?* Harum deinde tribulationum, quas diximus, aliquæ consistunt in carentiâ illius, quod sustentandæ vitæ necessarium est, uti sunt victus & vestitus, & ideo Apostolus provocavit primò famem, tùm nuditatem: *An fames, an nuditas?* aliæ consistunt in tolerantiâ ejus, quod equidem non aufert vitam, sed

facilè auferre poteſt, & binis his vocabulis totum continetur periculorum & perſecutionum: *An periculum? an perſecutio?* vel enim eſt malum à ſe ipſo proveniens, & periculum vocatur: vel eſt malum, quod procuratur ab alijs, & tunc *Perſecutio* vocatur. Jam verò quod ad mala attinet, quæ mortem concernunt, omnia dixit, cum dixit gladium: *An gladius?* hac enim voce intelligitur mors non ſolùm naturalis, ſed & violenta, intelligitur cruciatus, ſtrages, carnificina. Faxit DEUS, ut non malorum iſtorum unicum ſufficiat ad te abſtrahendum ab amore Chriſti. hinc conclude, quanta fuerit virtus illius, qui ſimul omnia provocavit.

3. Conſidera mala iſta non provocâſſe Apoſtolum tam animosè, quaſi mala forent poſſibilia ſed non probabilia, uti ſunt illa, quæ tu nonnunquam tibi in oratione repræſentas, ceu fores à Barbaris Japonibus captivatus, oneratus catenis, vinctus compedibus, deinde pertractus in forum publicum, & lentis quoque ignibus torrendus. & interim videris tibi habere animum, qui mala iſta non tantùm libens acceptet, ſed & cupiat, cùm mala ſint remota, & poſſibilia quidem, ſed non probabiliter eventura. non ſic Apoſtolus. is provocavit mala, non proxima duntaxat, ſed imminentia, & ideo ſubjunxit: *ſicut ſcriptum eſt. &c.* ſciebat ſe eſſe de illorum numero, de quibus ſcribitur, quòd ſint quotidie deſtinati ad mortem, ſicut viliſſima pecora ad macellum. *Pro[...] mortificamur totâ die: æſtima[...] ſicut oves occiſionis.* Et hæc [...] cùm ſciret, certò judica[...] cruciatu, nullâ ſtrage, nulli [...] cinâ ſe avocari poſſe ab amo[...] ferebatur in Chriſtum: *Q[...] ſeparabit à charitate Chriſti* [...] igitur ſortem Sanctorum, [...] lùm mortificari, ſed eſſe [...] tos, vel potiùs mortuos: [...] *camur*, & quidem totâ die, [...] toto dierum ſuorum curſu: [...] *nos, qui vivimus, in morte[...] mur propter JESUM.* 2. C[...] Satis ſit dicere non eſſe [...] pecoribus, quæ deſtinantur [...] trum: *æſtimati ſumus ſicut [...] ciſionis.* Hoc eſt, ſicut illa [...] quæ occiduntur ſummâ [...] ſummâ lætitiâ, & abſque ul[...] re commiſerationis. *Venit [...] omnis, qui interficit vos, [...] tur obſequium ſe præſtare* [...] Quid tu ad iſta, qui adeò [...] tus? hæc eſt ſors ſanctorum, [...] *tificari*, modis etiam acerbiſſ[...] *cut oves occiſionis.* Unde Ap[...] noluit provocare res proſperas [...] vis iſtæ quoque non raro [...] ant magnam ad homines abſtr[...] dos à Chriſto. Solùm prov[...] adverſas, quia ſciebat per DE[...] tiam non eſſe ſcriptum de ſe, [...] in terrâ ſit bene tractandus, [...] habendus, & approbandus à [...] do, ſed quòd potiùs eſſet tract[...] malè: *Scriptum eſt, quia pro[...]*

mortificamur totâ die. Væ illis, de quibus scribitur contrarium.

4. Considera te quoque tibi ipsi videri aliquando satis dispositum ad multa sustinenda pro DEO non solum mala, quæ evenire possint, sed probabiliter eventura sint in victu, in vestitu, in cæteris ejusmodi malis, sed cùm deinde reipsâ sumitur experimentum, non sic esse, téque ad primum cedere assultum. non ita faciebat Apostolus, non ita. ipse provocabat mala ad faciendum assultum. Illa verò cùm accederent, quid agebat? superabat. *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.* Sublinde tu superas illorum aliqua, sed non omnia, quia exempli causâ resistis malis corporis, cedis autem malis animi. Si resistas malis animi, vice versâ malis corporis succumbis. Ille omnia superavit. *In his omnibus superamus*, quid ajo, superavit? ipse ultro illis occurrit, ut ideo, ubi Latinus interpres dicit, *superamus*, Græcus vertat, *supervincimus.* Ille vincit, qui animosè suffert mala, quotidie occurrentia, porrò qui his non contentus insuper alijs ipse occurrit, non vincit solùm, sed supervincit, prout faciebat famosus ille Job, qui non contentus doloribus tam acerbis, tam continuis, quos ejus inimicus suscitabat in corpore, ipsemet augebat, & exasperabat testarum fragminibus ulcera, quæ panniculis lineis mitigare poterat. *testâ faniem radebat.* Quid tu dices, qui in rebus longè levioribus non modò supervincere non potes, sed neque vincere? nónne justissimam habes causam humiliandi te ipsum? audi, ut loquatur Apostolus: *In his omnibus superamus*, non ait, *superamus hæc omnia*, sed in his omnibus superamus, ut ostendat, se in his malis non finivisse victoriam, si etiam plura fuissent possibilia, promptus erat etiam ad plura superanda.

5. Considera non idcirco desponendum animum. tu quoque si velis, poteris pro conditione statûs tui eò pertingere. Sufficit te quoque inflammari amore JESU. hic enim solus erat, qui Apostolo tantum dabat roboris. *In his omnibus*, ajebat, *superamus propter eum, qui dilexit nos.* verbis istis: *Propter eum*, duo significare potuit. propter affectum, quem ipse gerebat ad Christum, & propter auxilium, quod recipiebat à Christo. utrumque etiam tibi inspirare potest animos. Quodsi experiri velis hunc affectum, & sperare hoc auxilium, sic age. expende, quantum placuerit Domino te amare. non solùm *diligit*, sed *dilexit*, dum tantò antea te amavit, quàm tu velles, aut posses ipsum amare. *Dilexit*, quando te elegit *ante mundi constitutionem*, ut admitteret in partem gloriæ suæ, modò velis. *Dilexit*, quando te creavit. *Dilexit*, quando te conservavit. *Dilexit*, quando tot dedit, & tam opportunas occasiones operandi bene. Sed ante omnia *dilexit*, cùm

pro te mala ſuſtinuit tanto graviora illis, quæ viciſſim à te requirit. quod enim erit malum, quod in te irruat? *Tribulatio?* at tui tribuli neutiquam pares erunt illis Chriſti JESU, qui tam aſperam illi coronam nectebant. *An anguſtia?* ſed quales demum erunt anguſtiæ tuæ? taléſne, ut ſanguineum tibi exprimant ſudorem? *An fames? an nuditas?* At victus tuus, veſtitus tuus, erítne tam pauper, ut erat ille Chriſti, quo vitam tui causâ trahebat adeò laborioſam? *Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute meâ.* Pſ. 87. v. 16. *An periculum?* quot ille incurrit adhuc infàns in regionibus exteris? *An perſecutio?* qua[illegible] fuit obnoxius etiam in patria? [illegible] *gladius?* hîc verò alio opu[illegible] quàm ut leves oculos ad Cru[illegible] An unquam pro ipſo ad cu[illegible] poteris redigi? Ecce igitur [illegible] minum tuum *Tentatum per* [illegible] nicè amore tui. & ſi ipſe [illegible] *te dilexit*, numquid & ipſe [illegible] riter omnem obtinere poteri[illegible] ctum, numquid omne pariter [illegible] ceri tibi poteris auxilium, [illegible] tu quoque poſſis dicere cum A[illegible] lo: *ſed in his omnibus ſuperam*[illegible] *pter eum, qui dilexit nos*, [illegible] tantùm *ſuperamus*, ſed *ſupervincimus.*



JULIU[illegible]

JULIUS.

I.

Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, aperi oculos tuos, & saturare panibus. Prov. 20. v. 13.

1. COnsidera, quanto studio Dominus caverit, ne populus suus in Deserto somnum diligeret. Ideo solebat illi manna submistrare non tantùm in dies, sed adeò tempestivè, ut ad primum solis radium colliquesceret. Unde, cui curæ non erat ad id colligendum citò exire sub auroram, aliud eo die non poterat nisi jejunare. cur istud? ut constaret, in hac peregrinatione nostrâ mortali non esse permittendum gravari nos somno, sed hunc potiùs maturè discutiendum, ut illo Cœlesti reficiamur alimento, quod in itinere tam laborioso necessarium nobis est. Alimentum istud oratio est, quæ semper DEO placet, maximè verò primo diluculo. Et nequis fortè existimet interpretationes istas plus habere sanctæ devotionis, quàm solidi roboris, ecce, quid DEUS ad litteram consignari jusserit de illo mannâ suo populo concesso. *Quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, Domine, & ad ortum lucis te adorare.* Ad hunc DEI genium videtur alludere voluisse sapiens, cum dixit: *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.* Videtur bene cognoviisse id, quod accidere quotidie videmus, nempe eum, qui non tempestivè consurgit ad faciendam orationem, eam deinde vel omnino omittere, vel negligenter peragere. Quam tu hujus rei curam habes? si quando somnus te invitat ad longiorem in lecto quietem, quàm oporteat, tibi ipsi suggere verba Sapientis modò allegata: *Noli diligere somnum &c.* & videbis illa tibi pro stimulis futura ad surgendum è plumis illis infelicibus, in quibus non necessitas, sed somnolentia detinet. *Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Sicut stimuli*, ut ad bonum nos incitent, *& quasi clavi*, ut à malo retineant. Eccles. 12. v. 11.

2. Consídera, dum Sapiens dicit: *Noli diligere somnum*, palàm esse, eum non vetare somnum convenientem, sed nimium. & si hunc vetat, justissi-

mam habet causam vetandi; quia somnus affert pigritiam, pigritia affert otium, otium negligentiam, negligentia paupertatem. Hæc est catena malorum adeò cohærentium, & connexorum, ut Sapiens usurus compendio illico transeat à primo ad ultimum: *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.* Quænam ista egestas, quam affert in casu nostro? Est misera egestas Spiritûs, deterrima omnium. quia si manè te patiaris seduci à somno, vel oratione usitatâ te omnino non reficis, vel si reficias, id agis tam obiter & parcè, ut nullus inde ad operandum bene accedat vigor, in quo tamen vera demum opulentia consistit. Hinc adverte non dici: *Noli diligere somnum, ne te fames opprimat,* sed *ne egestas.* quia qui corporali cibo non pascitur, equidem fame se opprimi sentit, sed non ita, qui cibo non pascitur spirituali, de quo potissimùm hîc sermo est. nam iste potiùs amittit famem, sed deinde opprimi se sentit egestate. Cùm enim boni aliquid agere statuit, non habet in ære suo, quod sufficiat ad hoc præstandum: cedit cuivis minimæ suggestioni diaboli, non fert levissimam injuriam, non tolerat vel modicam adversitatem, non sustinet vel unum insultum ex his, qui quotidie occurrunt. *Percussus sum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Ps. 101. v. 5. & ubi unquam invenitur aliquis, qui obliviscatur sumere cibum corporis? quò minùs sumit, eò recordatur magìs eum esse sumendum, quia crescit fames. [illegible] quem quis obliviscitur sum[illegible] ille Spiritûs, quia longiore [illegible] sat fames. Sed hoc demum [illegible] homo pauper fiat similis [illegible] to ad solem. Hæc est egestas, [illegible] vera te opprimit, quæ vires [illegible] sternit.

3. Considera, quàm aptè [illegible] subjungat Sapiens: *Aperi oc[illegible] & saturare panibus.* Aperi[illegible] oculi tam corporis quàm [illegible] Oculi corporis, excutiendo so[illegible] oculi animi eos defigendo in [illegible] platione veritatum, quas [illegible] sumpsisti meditationis tuæ m[illegible] & hac demum ratione fruere [illegible] bus, quibus JESUS nutrit an[illegible] hujus Mundi Deserto. *Satura[illegible] nibus.* Panes isti sunt duo. [illegible] pascit Intellectum, alter Volu[illegible] ille consistit in cognitionibus, [illegible] homo in oratione citra me[illegible] DEO accipit, vel ipse inqui[illegible] in affectibus. Sed quis exp[illegible] ter istorum suavitatis plùs [illegible] Cùm igitur audis nominari [illegible] noli fastidire, nam de pane hic [illegible] sed Cœlesti. an fortè putas [illegible] istum esse nostro similem, pa[illegible] sulsum, panem insuavem? [illegible] quam. Imò is est, cujus typ[illegible] manna, qui proinde meliùs, [illegible] istud in se continet omnium [illegible] tem saporum. *Panem de cœlo [illegible] tisti eis, omne delectamentum [illegible] bentem.* Sap. 16. Dum interea [illegible] piens tibi hîc dicit: *saturare pa[illegible]* ne credas eum velle te satiari pa[illegible]

rido, cùm probè sciat orationem aliàs in Psalmis dictam esse convivio similem: *Justi epulentur in conspectu Dei.* Ps. 64. v. 4. Vult æquè te saturari delicijs, quibus fruitur anima tam in cognoscendo DEO, quàm amando. Deliciæ istæ non sunt frivolæ, & falsæ, sicut illæ Mundi, sed solidæ, & ideo exprimuntur panis nomine potius quàm alterius cibi, ad designandum singulare robur, quod dant animæ: *Panis cor hominis confirmat.* Cæterùm quas mundus unquam cupedias apponet, quæ possint æquare panes, quibus homo pascitur in illo suo cum DEO commercio? Illæ voluptatem afferunt superficiariam, quæ non transit palatum, isti delectationem pariunt profundam, quæ pertingrad cor. *Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei.* Jer. 15. v. 16. *in gaudium*, quo nempe tunc fruitur intellectus, *in lætitiam*, quam ibi experitur voluntas, quæ sunt duæ facultates cordis nomine comprehensæ. Deinde an nescis, quales sint omnes cupediæ Mundi virulenti? sunt velut cibi noxij, qui quantùm blandiuntur illâ dulcedine modicâ, quam insinuant, dum hærent in palato, tantùm affligunt amaritudine plurimâ, quam in stomacho pariunt, dum è contrario panes Cœlestes & delectant, & juvant. Atque idcirco etiam panes appellantur, ut intelligas cibum esse securum, cibum salubrem, & ægris quoque conducentem. Taceo, quòd nomen Panis idiomate Divino non arctatur ad unum cibi genus, uti noster, sed omnes complectitur. & ideo hîc ponitur ad significandum tam cognitiones, quàm affectus, quibus in eo, de quo loquimur, beato convivio nutriris. Ut ut sit, suas Mundo relinque dapes & cupedias omnes, quas liberaliter volentibus offert. tu apprehende panes, datos à Domino, atque his satiare. *Saturare panibus*, si tamen satiari possis unquam, adeò semper eorum crescet fames.

II.

Visitatio B. Virginis.

Recupera proximum secundùm virtutem tuam: & attende tibi, ne incidas. Eccl. 29. v. 27.

1. COnsidera, quanta sint debita, quæ te illi Domino obstringunt, qui jam inde ab æterno te elegit ad gloriam, te condidit, te conservavit, te nasci dedit in medio orbis Christiani, te expectavit ad pœnitentiam, admisit ad veniam, & demum eò processit, ut in duro crucis patibulo pro te mo-

moreretur. Nisi cor tibi sit Tigridis, meritò contabescere te oporteret desiderio vices aliquas reddendi. Sed quid reddes? Ipse ditissimus est: non eget quoquam, magnus est, gloriosus est. in quo ergo gratum te illi exhibebis? Ecce illud. in eo faciendo, quod hodie Virgo fecit, lucrando, inquam, animas, quas potes. Credendum quippe est, sicut ipse per se adeò dives est, ita pauperrimis & miserrimis quibusque cessisse jus, quod in te habet. Nominatim cessit illud animabus, quæ, cùm adjutorem non habeant, ad interitum properant. Quodsi igitur velis, ut ille satisfactum sibi dicat, fac in utilitatem servorum, quod facere in utilitatem Domini non potes. Hoc est exemplum, quod hoc fausto die Maria tibi præbuit. Quamprimum advertit tanto favore se beatam, quantus est assumi ad dignitatem Matris Divinæ, quid egit, ut beneficio responderet? an fortè cubili suo se abdidit, ut solùm cantatis hymnis DEUM laudaret? neutiquam. Statim transijt montana Judææ filio suo Benedicto cooperatura ad salutem animarum. Ivit ad invisendam cognatam Elisabetham non pro salutationis vel gratulationis officio, non vanâ curiositate videndi, verúmne esset, quod illi prænunciabat Archangelus, sed ut eâ occasione DEO redderet tenerum Præcursorem ab infernali prædone ipsi ereptum. Si genuinus es filius tantæ Matris, ejus insiste vestigijs. Et ideo puta tibi hodie ore ipsius dici pulcra ista Ecclesiastici verba, quibus tibi non tantùm præscribi[illegible] sed & norma agendi. *Recupera proximum tuum secundùm virtutem [illegible] & attende tibi, ne incidas.*

2. Considera, quis sit iste, [illegible] te recuperari oporteat? Est pro[illegible] tuus. *Recupera proximum.* [illegible] inquam, proximum, quem al[illegible] re incumbit sicut te ipsum. [illegible] *proximum tuum sicut te ipsum.* [illegible] ergo omnis alia ratio abesset, [illegible] quid vel hæc sola sufficeret? Le[illegible] ritatis te obligat, ut damna [illegible] perinde sentias ut tua, *flere cum [illegible] tibus.* Porrò si sint damna, [illegible] major debeat esse sensus, uniq[illegible] spiritualia, quia ex una parte [illegible] ximè ipsi nocent, ex aliâ verò [illegible] nimè dolet, cavétque. Inst[illegible] mancipij rectà duci se patitur [illegible] num, quin vel minimùm resist[illegible] *venes mei abierunt in captiv[illegible] Non ducti sunt*, sed *abierunt* [illegible] 1. v. 18. unde tantò magis op[illegible] liquo, qui accurrat ad rep[illegible] ruinam. Æger se juvat inc[illegible] medicum, qui sanet. Fame[illegible] juvat quærendo, qui reficiat, [illegible] dus se juvat inveniendo, qui [illegible] let, nudus se juvat itidem rep[illegible] do, qui illum in frigore oper[illegible] è contrario peccator non [illegible] non quærat, qui miseræ c[illegible] tati ipsum eripiat, sed sæpe [illegible] spuat: *Pretium meum cogit[illegible] repellere.* Ps. 61. Itaque si pr[illegible] tuo succurrere teneris etiam [illegible] necessitatibus corporis, quib[illegible] se eximere se studet, quam[illegible]

gis in spiritualibus, quas non æstimas?

3. Considera, si tibi recuperandus est proximus, utique recuperandum esse de manibus alicujus, qui rapuit. quis ille? diabolus. ipse est, qui auferest in captivitatem abstrahere. vide ergo, num conveniat, ut prædoni tam improbo relinquas impunè, quod tam malè possedit. non hoc patitur Justitia, non patitur Charitas. Non patitur Justitia, quia æquum non est arrogantem illum semper insultare DEO, qui eum è cœlo egit præcipitem, ceu plùs virium habeat ipse ad vacuandum cœlum, quàm habeat Christus ad illud implendum. Non patitur Charitas, quia non est ordinatus præda, qui ex cupiditate habendi captivas ducat animas, sicut faciunt prædones Barbariæ, sed hoc agit ex rancore, agit ex rabie, & odio implacabili, quibus illas prosequitur, ideo captivat, ut deinde in tormentis detineat eternis. *Ad conterendum erit eos ejus.* Is. 10. v. 8. Itaque si aliquâ proximi tui miseratione tangeris, cùm is celoce captus abducitur Algerium, unde tamen lytro potest redimi, quomodo non ejusdem te miseret, quando vides ipsum captivum duci ad inferos, ubi *non est, qui redimat?* Ps. 7. v. 3.

4. Considera, si recuperandus est proximus, eum esse recuperandum alicui, qui perdiderit. Equis ille? Christus JESUS. ô quantum ille fecit aliquando ad recuperandas animas, quas tamen vides ab hoste suo possessas! de cœlo in terram descendit, laboravit, sudavit, omnem sanguinem profudit: & nihilominus etiam de cruce cernere necesse est, ut pereant. Hoc est, quod movere maximè te debet ad opem illis ferendam. cogita, illas animas, quas saluti reddis, illas adeò abjectas, & abominabiles, eas ipsas esse, pro quibus in Cruce mori DEI Filius voluit. *Pro quibus Christus mortuus est.* 1. Cor. 8. v. 1. Vide ergo, quàm præclaram rem agas, cùm recuperas proximum è servitute dæmonis, quâ detinetur. Concurris cum JESU Christo ad redemptionem generis humani, opus nempe, quod mundus viderit, maximum, ejus adjutor & socius es, quis igitur satis explicet, quantum inde gratiæ consequaris? *DEI sumus adjutores.* 1. Cor. 2. v. 9.

5. Considera, quantum hæc incitamenta te movent ad redimendum proximum de manibus inimici, tantùm fortè te retrahi ob virium debilitatem, quasi ijs dotibus non sis præditus, quæ requiruntur. Sed ad tollendam excusationem tam frigidam is, qui dicit: *Recupera proximum,* illico adjungit, *secundùm virtutem tuam.* non potes tonare è suggesto, prout tot faciunt Zelosi præcones, in aberrantes, non potes eos quærere per vias, non potes extrahere sylvis, sed quid refert? hoc age, quod potes juxta conditionem status tui, juxta scientiam, & virtutem tuam. quid autem agere non poteris, si vel parùm habeas veri Zeli? Zelus est amor.

Amor autem quàm ingeniosus est ad faciendum bene! Id in Virgine videdebis, quæ specie civilitatis communis tam dextrè viam sibi aperuit ad unam animam citò eximendam peccato. Animæ non tantùm obtinentur strepitu concionum; sed etiam sibilo auræ tenuis: *sibilabo eis, & congregabo illos.* Zach. 10. v. 8. Obtinentur admonitionibus privatis, obtinentur correptionibus particularibus, obtinentur precibus, obtinentur pœnitentiæ operibus, obtinentur lacrymis, obtinentur sacrificijs quotidianis, obtinentur, ut desint alia, vitæ bonæ exemplis. Sufficit, ut velis verè operari *secundùm virtutem tuam*, hoc est pro virili parte, ut eâ de re cogites, speculeris, studeas, ô quantum, quisquis es, brevi temporis spatio proximo tuo poteris afferre commodi! *Non enim in sermone est regnum DEI, sed in virtute.* 1. Cor. 4. v. 20.

6. Considera simul ac tibi dicitur, ut, quantum potes, allabores saluti proximi, etiam addi hoc monitum benevolum, ut interim attendas tibi, ne perdas te ipsum: *Et attende tibi, ne incidas.* Quis securior ab omni periculo culpæ, quàm Maria Virgo peccare non poterat? & tam serva, quàm cautè incesserit per tana Judææ, quàm celeriter solicitè, ceu timeret etiam ipsa rum discrimina. *Abijt cum festi tione.* quamtumvis fidam omni trones custodiam DEUM [illegible] staret. Te igitur quid facere tet, qui pronus es ad malum? impendere te velis proximorum ti, sæpe eruendi erunt è fossis profundis, tam lubricis, ut illis appropinquare non careat pe maximo. Unde dici audis: *de tibi, ne incidas.* non ait, ne quia cadere etiam proprium est qui se sponte præcipitat. Sed tur: *Ne incidas*, quod equidem proprium cadentis, sed præter tatem. Non sufficit eò vadere intentione rectâ alijs succurrere opus est procedere circumspecte cautè, ne, dum manum proximo, ut illum è fossa ipse fortior te trahat deorsum. *vertentur ipsi ad te, & tu non verteris ad eos.* Jer. 15. v. 19.

III.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum scendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Jac. 1. v. 17.

1. Considera id, quod hoc loco maximè propositum est S. Jacobo, esse, ut te excitet ad ea omnia da à DEO, quæ tibi præ cete

cessaria sunt, cùm à DEO cuncta procedant : *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.* Quidquid boni dari tibi à DEO potest, ab ipso procedit, vel ut ab Autore Naturæ, vel ut ab Autore Gratiæ : si illum spectes ut autorem naturæ, ab ipso venit *omne datum optimum* ; si spectes ut Autorem Gratiæ, ab ipso venit *omne donum perfectum*. Bonum Naturæ dicitur *datum*, quia etsi in radice suâ ipsum quoque sit donum, habet tamen aliquam cum accipiente proportionem. Bonum Gratiæ dicitur *donum*, quia nihil omnino habet proportionis, sed est planè gratuitum. *Alioquin gratia jam non est gratia.* Rom. 11. v. 6. Dato adjungitur prædicatum Optimi, *datum optimum* : quia tres sunt gradus ejusmodi boni, nempe esse, vivere, intelligere. Bonum est esse, sed commune etiam saxis. melius est vivere, sed commune etiam brutis. optimum est intelligere, & hoc est proprium hominis. atque hoc est, quod petere à DEO oportet, quia hoc est bonum præstantissimum, quod dare tibi possit ut Auctor naturæ : petere, ut res omnes rectè intelligas : *Da mihi intelligentiam.* 2. Par. 1. quia ab intelligentiâ bonâ plurimum pendet operatio bona : *Noluit intelligere, ut bene ageret.* Ps. 35. v. 4. Atque sic vides de hoc solo hìc fieri mentionem : *Omne datum optimum.* De bono, deque meliore sermo non est : quia esse, quod est bonum, non petitur : vivere, quod est melius, peti non dicitur, quia tota vel brevioris, vel longioris vitæ cura DEO est permittenda. Dono adjungitur Epithetum Perfecti, *donum perfectum*, quia bonum, quod à DEO accipimus ut Autore Gratiæ, quatuor in se gradus complectitur, Elevationis, Redemptionis, Justificationis, & Glorificationis. Elevationem ad statum supernaturalem facilè agnoscis fuisse nobis bonam. Redemptio fuit etiam melior ; quid enim post lapsum profutura nobis erat elevatio ad hunc statum, nisi Christus proprio sanguine reparâsset ? Justificatio est optima : quid enim nos juvat esse Redemptos à Christo, si justi non simus? Glorificatio est perfecta, nam quid prodest esse justos, nisi ope perseverantiæ etiam coronari contingat? atque hæc est, quam petere præcipuè oportet, nempe Perseverantia finalis, donum omnium maximum, quod dari tibi possit ab ipso ut Autore Gratiæ. Bonum Elevationis & Redemptionis non petitur, Justificationis autem in te jam præsupponitur ab Apostolo, dum invitat ad petendum donum quoque perfectum. Secus enim quomodo petas à DEO perseverare in statu Justitiæ usque ad finem, si nondum attigeris hunc statum ? Et hinc intelligis conditionem boni, quod à DEO petendum est. Unum est *datum optimum*, hoc est, intelligere bene, quidquid juvat ad bene operandũ. Alterum est *donum perfectum*, hoc est, perseverare in bono usque ad mortem majore semper gratiæ incremento.

2. Considera *omne datum optimum*, quod reperiri possit in quocunque mortalium, & *omne donum perfectum*, verè esse à DEO : *de sursum est.* nam à te ipso quid potes ? nihil omnino. & ideo summa est, quæ te stringit, necessitas cuncta petendi à DEO. necessitas est petendi *datum optimum*, seu intelligere, quia licet DEUS jam dederit facultatem intelligendi, sibi reservavit actum, hoc est, intelligentiam : *Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Job. 32. v. 8. major est necessitas petendi *donum perfectum*, quæ est perseverantia finalis, quia, quantumvis DEUS dederit esse justum, atque adeò potentiam perseverandi, quæ est gratia justificans, non idcirco dedit actum, seu perseverare. ad hoc enim, uti docet S. Augustinus *de bono perseverantiæ*, opus est aliâ gratiâ distinctâ à Justificante, & est illa, quâ DEUS suaviter te comitatur usque ad mortem removendo obstacula omnia, quæ facere possunt, ut excidas statu illo tam nobili, in quo versaris, téque stimulando ad bonum, confortando, corroborando, protegendo, quæ, uti vides, gratia est multas alias complectens, & quam mereri nunquam possis, saltem condignè, ut fides docet, obtineri verò potest oratione assiduâ, quæ in hunc finem ordinatur, nempe ut à DEO per misericordiam impetret, quod per Justitiam nemini debetur. *Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.* Dan. 7. & sic [illegible] tam *datum optimum*, quia [illegible] *perfectum de sursum esse descendens a Patre luminum.* unde hoc loco [illegible] cipuè vocatur DEUS *Pater luminum*, quia ipsius tanquam Patris [illegible] naturalium est dare *datum optimum*, nempe intelligere, & ipsius tanquam Patris luminum supernaturalium dare *donum perfectum*, nempe perseverare ; quia ista perseverantia datur à gratiâ, quæ maximè consistit in cogitatione bonâ. Ita est : quemadmodum sol non solùm illuminat, sed calefacit, nec solùm calefacit, sed vivificat ; ita facit DEUS meliter luminum ipso sole, suâ gratiâ. Non solùm illuminat intellectum, sed voluntatem inflammat, nec tantùm voluntatem inflammat, sed vigorem tribuit, ut scias, & possis exequi cum facilitate illud, quod ad finem usque perdurat, quod reverâ est *donum perfectum*.

3. Considera, cognito, quid tendum à DEO, & quæ sit [illegible] te obligans ad petendum, [illegible] ut intelligas facilitatem obtinendi quod petis, ut tantò magis ad petendum exciteris. Quid quæso [illegible] quàm obtinere lumen à sole, *Patre luminum* ? & talem audis esse DEUM, imò longè melior sol est, quem oculis intueris. quippe [illegible] tumvis sol iste corporeus nullatenus se ipso patiatur mutationem, semper modo fons lucis [illegible] inexhaustus, nihilominus si non ipso, in suo tamen effectu

nem patitur, dum modò supra Horizontem emergit, mox occidit, nunc accedit, nunc appropinquat, nunc recedit, nunc deorsum fertur, & sic sursum, nunc deorsum ferrur, & sic non semper æqualem ab ipso lucem, quam desideras, potes consequi. non ita Sol Divinus. is enim non in se quidquam mutationi non est obnoxius, quia semper *Idem ipse est*. Hebr. 1. sed neque vicissitudini. atque hoc est, quod dicitur: *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*. ceu dicat: *Apud quem non solum non est transmutatio*, quemadmodum in sole isto materiali contingit, *sed nec vicissitudinis obumbratio*, quod minimum quantum in sole accidit, qui proin dicitur *Alter & idem* non *Idem ipse*. Ita est, in sole etiam Divino *est obumbratio*, sed non est *obumbratio vicissitudinis*. quæ scilicet, uti in sole materiali, proveniat ab ipso cursu & motu solis, sed unicè oritur à nubibus, quæ levantur, oritur ab ingratitudine creberi, quam usurpamus. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio*. Thr. 3. v. 44. Vides proinde obstaculum, quo lumen tibi eripitur, non à sole, sed à te ipso proficisci. Tute tibi nubem objicis, quæ obumbrat; *Opposuisti nubem tibi*, non *illi*: quia *obumbratio* non solùm *non est in illo*, sed nec est *apud illum*, *est apud te*. Tempestivè nubem remove gratum te exhibendo pro beneficijs, quæ identidem à Domino recipis, & videbis, quàm facile semper futurum sit omnia impetrare.

4. Considera, quomodo denique dicatur: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum*. An advertisti verbum illud *Descendens*? non ait *Cadens*, ait *Descendens*, quia bona de cœlo non casu decidunt, uti stulti sibi imaginantur, sed cum magnâ consideratione descendunt: & sic etiam descendunt gradatim, quæ est propria significatio, in quâ possit vox ista usurpari. Imber de cœlo cadit, lumen solis non cadit instar imbris, ita est, sed demittit sese saltem oculorum æstimatione; at non ideo descendit, quia non venit per gradus, sed tota simul allabitur. non ita lumen Divinum. istud descendit, sicut Angeli descendebant, qui id afferebant dormienti Jacob in illâ suâ celebri visione, per scalam. quippe si primo beneficio cælitus accepto respondeas, quod est primus quasi gradus, DEUS procedit ad faciendum alterum, & tum ad tertium, atque ita deinceps. Nimium proinde falleres te ipsum, si crederes te posse omnia simul consequi. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est*, sed *descendens*. & hinc concludere te oportet duo esse capita, quæ facultatem tibi tribuant facilè obtinendi à DEO illa beneficia, quæ in oratione postulas, primum est non esse ingratum pro beneficijs, quæ præstitit. id enim nubem removet à te ipso oppositam soli. alterum est non solùm non esse ingratum pro beneficijs, sed etiam esse gratum, quia gratitudo est scala, per quam dicta beneficia gradatim descendunt.

IV.

Sancta Elisabetha.

Fili in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum. Eccl. 3.

1. CONsidera, quis sit ille honor debitus animæ. est facere, ut illa præcipiat, non pareat. Hic est honor illi debitus, quia ad hoc nata est, nempe ut imperet, tanquam Regina, non ut obediat quasi ancilla. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Gen. 4. v. 7. Vide ergo, quantam illi injuriam faciat, qui cogit quotidie servire carni, imò cuivis ejus partui quantumvis sordido, servire gulæ, servire jocis, servire somno, servire quoque libidini. *Fili*, non sic age, *fili serva animam tuam* in gradu debito, scilicet Regnantis, & sic *da illi honorem secundùm meritum suum.*

2. Considera honorem istum, quem diximus, esse internum. hunc verò sequitur alius externus videlicet, ut animam tuam, quemadmodum meretur, præponas omnibus ceteris, quæ minoris sunt pretij. & quænam sunt ista? sunt omnia caduca: quia quod caducum est, deficit, ipsa verò æterna est. *Da illi* igitur *honorem secundùm meritum suum.* Præhabendo amicitiæ vanæ hominum, præhabendo honori, facultatibus, ipsíque vitæ corporis, quam tantopere amas. hoc enim ejus est meritum. *Cuncta, quæ habet homo, dabit pro Ani*[illegible] Job. 2. v. 4. & inveniri qui[illegible] test, qui non vereatur tam [illegible] vendere etiam inimico? Fi[illegible] cere, cujus te pœniteat [illegible] *Fili serva animam tuam* ab [illegible] eam pro nihilo eripere tibi [illegible] & sic *da illi honorem secundùm* [illegible] *tum suum.*

3. Considera sum̃um anim[illegible] rem idcirco non in eo consist[illegible] illi sceptrum & imperium [illegible] Reginæ, aut cunctis præfera[illegible] terræ bonis. Talis hic ho[illegible] qualem quisque, quamtum[illegible] fectus existat, illi dare tene[illegible] est proprius eorum, qui p[illegible] magis student, facere scilic[illegible] terrâ fruatur DEO. *Anima* [illegible] *vivet.* Hic est finis, propter [illegible] ipsa est condita. eccur igitur [illegible] differre saltem statuis in vi[illegible] ram? da istum, quoad potes, [illegible] in præsenti, orationi vacando, [illegible] tando, loquendo, agendo cum [illegible] quantum potes. *Vivemus in* [illegible] *ctu ejus.* Os. 6. v. 3. ô quàm be[illegible] honor est, si tu eum illi præstas [illegible] efficiet hic honor, ut facilè [illegible] bus utrumque illi serves. qu[illegible] quis multum habet cum DEO, [illegible]

mercij, vilipendit sensus, unde periculum non est illis subijciendi animam ut servam. & quisquis multum habet commercij cum DEO, illi pariter vilescunt caduca omnia, & sic periculum non est, ea unquam præferendi pretio Animæ. Itaque *Fili serva animam tuam*, per collectionem internam, quæ eam evagari non sinat, quacunque lubet, ceu foret vilissimorum pecorum *filia vaga*. Jer. 31. v. 2. & sic *da illi honorem secundùm meritũ suum*.

4. Considera ad hæc omnia facilius obtinenda tanquam medium à Sapiente præscribi, ut sis mansuetus. *In mansuetudine serva animam tuam*. nec mirum id esse debet. quia nihil est, quod tantopere te impediat, ne pro merito æstimes Animam tuam, quàm si facilè commovearis. Ratio est, quia commotio turbat intellectum, & cùm magna est, etiam offuscat, atque tenebris offundit: in eo verò statu quomodo pretium animæ statues, quod oportet? non æstimavit anima per id, quod sensus dictat: imò infelices isti censores potius suggerent, ut contemnas. æstimatur per id, quod tibi intellectus dictat. unde vides, quanta sit necessitas eum servandi innubem? id autem facit mansuetudo, opportunè reprimendo motus, qui possent consurgere. hinc est. quòd ad veritatem auscultandam ista maximè dispositio requiratur. *Esto mansuetus ad audiendum verbum DEI*. Eccl. 6. quia hæc aptissima dispositio est ad eam cognoscendam: adeò ut ex sensu S. Augustini Mansueti sint illi, *qui non contradicunt verbo veritatis*. quia mansueti præ alijs omnibus intellectum habent nubilis vacuum, & sic, ut paria sint cetera, præ illis eam meliùs cognoscunt. Ecce igitur, quid facturа sit mansuetudo. intellectum servabit purgatum & placidum, ut tantò meliùs de rebus judicet. & si ita est, nónne vides, quanti referat satagere, ne commotione turberis? *Fili in mansuetudine serva animam tuam*. Si commovearis, jam turbatus est intellectus, quia nihil ita perturbat ut Ira. *Turbatus est à furore oculus meus*. Ps. 6. v. 8. atque in eo statu non solùm non dabis animæ tuæ honorem illum, quem meretur, sed eum ipsi tolles; imò, si necesse sit, cùm maximo ejus vituperio discrimini expones.

5. Considera, quàm stupendum gloriosa sancta, quæ hoc die specialiùs colitur, exemplum reliquerit eorum omnium, quæ hîc Sapiens requisivit. quis enim satis explicet, quàm præclarè semper Animæ dederit honorem, quem illi dare oportet? sive eam in statu Virginitatis consideres, in illo magis quàm unquam aliàs primum ei dedit honorem efficiendo, ut perfectissimum exerceret in corpus rebelle dominium. Sive in statu suo conjugali spectes, in eo maximè alterum illi honorem dedit præferendo etiam regiæ fortunæ blandimentis, & caducis omnibus. Sive consideres in statu suo viduali, in eo imprimis tertium honorem illi dedit procurando, ut frueretur DEO in contemplatione

tione non quotidianâ tantùm sed assiduâ. Porrò cuncta ista obtinuit mansuetudine singulari. ut adeò hæc sit virtus, in quâ se maximè conspicuam reddidit non solùm in se ipsâ possidendo, sed facilè etam derivando in alios. tanta fuit vis, quâ pollebat, sedandi animos irâ invicem accensos. Proinde imaginare tibi eam ... prospicere, & ad modum ... mabilis etiam tibi ore propri... *Fili in mansuetudine ... tuam.* quemadmodum ego ... ideirco nunc fruor tanta ... *da illi honorem secundùm ... suum.*

V.

Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui. 118. v. 120.

1. COnsidera mirum fortè videri posse, quòd is, qui jam timet, imò jam diutius timuisse fatetur, timorem à DEO postulet: *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui.* Porrò mirari desines, si consideres, à DEO non solùm petendum esse, quod non habemus, sed id etiam, quod habemus. tantum est quovis momento illud amittendi periculum, nisi DEUS nos in possessione stabiliat. Deinde, quid hoc loco David postulavit? postulavit, ut timor ille, quem habebat in spiritu, etiam redundaret in Carnem. & sic non id postulavit, quod habebat, sed quod non habebat. verum siquidem est, illum habuisse superiorem sui partem bene subjectam DEO, sed non perinde inferiorem, vel, ut melius dicitur, animalem. hæc enim crebram & acrem suscitabat pugnam. unde volebat, ut timor ille Divinus, qui cordi inerat, non in corde persisteret, sed summo quodam ... corde transiret ad corpus, ... quasi glacie rigescens reddere... habile ad eos motus rebelles ... sunt illi adeò proprij. Hoc ... quod ille petere proposuit, ... xit: *Confige timore tuo carnes ...* jectionem propriæ Concupi... ita S. Augustinus docet. & ... tum, si id possis consequi, ... debes aspirare, & ideirco ... precari DEUM, ut configat ... cto timore sensus tuos: confi... guam, configat oculos, confi... res, configat te totum eo modo ... ne sensus quidem insolens ... tibi creet saltem admodum mol... Confixio materialis à corpore ... ad cor. Spiritualis à corde ... corpus. quo Sancti temporis ... su id consequuntur, ut etiam ... habeant crucifixam: *Carnem ... cifixerunt.* Gal. 5. v. 24. Adeò ... bent vel jam mortuâ vel mortifi...

qua...

quando id consequuntur? cùm priùs crucifixerunt Spiritum reddendo illum subjectum DEO. Tu quereris carnem tuam semper insolescere magis. quidni? si nec dum DEUM times, nec Spiritu quidem, sed conscientiæ sis laxæ, audax, arrogans, nec ulli deditus studio profectûs tui, quomodo consequeris, ut etiam timeas Carnem, quæ semper ultimò deponit arma? nemo potest fronte sincerâ uniquam DEO dicere: *Confige timore tuo carnes meas*, si ad obtinendum hoc donum cum veritate allegare causam nequeat, quam David allegavit: *à judicijs enim tuis timui.* non sunt hæ gratiæ, quæ concedantur primò ingredientibus viam Domini.

2. Considera per Judicia Divina in sacris litteris intelligi mandata Divina. *Si in judicijs meis non ambulaverint.* Ps. 88. v. 31. *A judicijs tuis non declinavi.* Ps. 118. v. 102. *Sprevisti omnes discedentes à judicijs tuis.* Ps. 118. v. 118. quo posito, cur David tam ardentibus votis postulavit à DEO, ut obtunderet stimulos carnis infrunitæ? *Confige timore tuo carnes meas.* quia ahàs timebat prævaricationem. *à judicijs enim tuis timui*, id est, *timui discedere.* hanc vocem equidem subintellexit, sed non expressit, fortè quia horror non reliquit libertatem loquendi. Tu igitur quid ais, qui adeò facilè tibi polliceris perseverantiam tam operosam? eam consequi non sperabat Rex David ob bellum illud intestinum, quod experiebatur, & tu credis tam promptè eam à te quasi pugno concludi? ô quantum tibi deberet incutere continuò terrorem Concupiscentia tam effrenis, qualis fortè est tua! dum illa viget, semper periclitaris, ne denique succumbas peccato. quodsi contingeret, quid juvaret hactenus contra eam tam animosè dimicâsse, vel etiam superâsse? sola te coronabit perseverantia. David Gigantem prostravit lapide, quem fundâ jactum in fronte defixit. nihilominus nec fundam istam, nec lapidem in templi pariete suspendit. solùm ibi suspendit gladium, quamvis ipsius Gigantis esset, quia gladio complevit victoriam truncando caput inimici.

3. Considera per Judicia Divina pariter in Scripturis intelligi illa DEI arcana consilia, quibus ille moderatur Universum. *Judicia tua abyssus multa.* Ps. 35. v. 7. Istorum quædam ad Misericordiam, alia ad Justitiam pertinent. Ad misericordiam pertinent consilia illa impenetrabilia, vi quorum DEUS insequitur peccatorem, etiam cùm iste aliquando fugere magis, imò ipsum persequi videtur. *Saule Saule, quid me persequeris?* Act. 9. v. 4. Ad Justitiam verò illa, quibus post primum peccatum eum destituit, & de malo in pejus prolabi sinit. *Usquequò tu luges Saul, cùm ego projecerim eum, ne regnet super Israël?* 1. Reg. 16. 1. Hoc loco certè non loquitur Psalmista de ijs Judicijs Divinis, quæ ad Misericordiam spectant, nam ista miramur, non timemus. De ijs loquitur, quæ ad Justitiam pertinent,

nent, & ideo dicit se illa adeò formidare: *à judicijs enim tuis timui.* quamvis, si bene notes, non ait David se timere absolutè Judicia Divina. potiùs dicit se timere de se judiciorum causâ. unde non ait: *Judicia enim tua timui*, ut olim nonnulli legebant, sed ait: *à judicijs enim tuis timui*, uti meritò legitur. Timebat, ne sensus improvisum faceret insultum, cui si viriliter non resisteret, per occulta DEI judicia sineretur præceps ire in ruinam. & sanè periculum, in quo tu quoque versaris, prolabendi in quodvis enorme facinus, non imminet tibi à Divinis Judicijs, quia ista nihil mali cuiquam volunt, sed solummodò permittunt: à te ipso tibi imminet, qui tam proclivis es ad peccandum. Verum est: quòd istorum causâ Judiciorum majorem in modum te oporteat timere de te ipso, maximè si tibi dominetur sensualitas: quia illorum est proprium permittere etiam in sanctis lapsus fœdissimos in omni genere, libidinis imprimis. mente considera illos Victorini Eremitæ, Guarini, Jacobi, Macarij, & cumulaberis terrore. nisi quòd istis denique concessa sit gratia resipiscendi. quot verò sunt alij, quibus ea concessa non est? Tu ergo quid agis, quòd non quotidie terrore attonitus dicas DEO: *Confige timore tuo carnes meas: à judicijs enim tuis timui?*

4. Considera per Judicia Divina intelligi denique in sacris paginis illa Judicia tam exacta, quæ formabit DEUS de quolibet nostrûm sub vitæ hujus exitum. *Cognoscetur Dominus judicia faciens.* Ps. 9. v. 17. Cui non potest, quàm rigidus in his suis DEUS, nullâ relinquendo cognitionem, nullum verbum, nullam etiam minimum, quin discutiat, deátque, an bonis legibus consentanea fuerint. Atque hoc sensit David à DEO, ut sibi demum securus morus Concupiscentiæ adeò non ad malum: *Confige timore tuo carnes meas*, quia, cùm omnia deinde severitate sint judicanda, tunc forte declinet in complacentiam quam inordinatam, quam propitiâ habeat, deinde verò ad Judicis Tribunal agnoscat expressam. *à judicijs enim tuis* de quo? de omni cogitatione, omni verbo, & opere quantumnui. *Verebar omnia opera mea, quòd non parceres delinquenti.* v. 28. Ubi nunc sunt, quibus animosa conscientia, ut plane se omni suggestioni quantamillico dedisse repulsam, & quidem integram? Istis prælijs expediet meditari Divinorum, de quibus loquitur diciorum, ut talem deponat scientiam, nimis profectò xiam. Venenum mortem efficipori non potest, donec ad cortret: quod certissimum est: prava suggestio inferre animætem potest, donec pertingat sensum, quem à voluntate quid porrò? sicut venenum cor penetrat in ijs animalibus,

laxæ sunt venæ, quàm quibus strictæ; ita suggestio citius consequitur consensum in ijs hominibus, quibus est conscientia, quam dicimus laxam. Vera securitas non est à præsumptione, sed à timore. ad hunc verò in proposito nostro procurandum nihil est efficacius, quàm crebrò cogitare rigidissima DEI Judicia, quæ nos in morte expectant. Ista quisquis semper præ oculis habuerit, non solùm facillimè declinabit malum tempore tentationis, sed etiam bonum efficiet. *Custodies vias Domini*, quod est facere bonum, *nec impiè gessi à DEO meo*, quod est declinare malum, *quoniam* (ecce rationem) *quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo.* Ps. 17. v. 22.

1. Considera, quamcunque sæpe dici tibi audiveris, ardore summo postulandum à DEO istam carnis subjectionem tam necessariam: *Confige timore tuo carnes meas*, hinc tamen minimè arguendum, non etiam tuâ opus esse cooperatione, quantâ potes, maximâ ad eam obtinendam, quasi tota sit à DEO. Tota venit à DEO, ita est, sed non totaliter, ut loquimur. debet etiam venire à te. numquid dicere soles quotidie DEO, ut tibi de pane prospiciat quotidiano. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* & tamen ex parte tuâ non omittis seminare & metere, omniáque adhibere media, quæ ad eum parandum requiruntur. Sic ergo quotidie dicendum DEO, ut timore suo configat carnes tuas rebelles: *Confige timore tuo carnes meas.* & simul agendum, quantum potes, ut eas ipse configas. Hujus rei documentum dedit David Rex, qui sacram istam confixionem non ita permisit DEO, ut non etiam ipse manum operi admoveret, affligerétque corpus nunc vigilijs, quas ait à se anticipatas: *Anticipaverunt vigilias oculi mei.* Ps. 76. v. 5. nunc cilicijs, nunc cinere, & jejunijs, nunc alijs austeritatibus tam prolixis, ut aliam ipsi faciem inducerent: *Caro mea immutata est propter oleum.* Ps. 108. v. 24.

VI.

Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Apoc. 3. v. 20.

1. Considera, quæ sit illa persona grandis, quæ ait: *Ecce sto.* Rex est gloriæ. & iste quid demum agit? stat ad ostium peccatoris. Peccatoris, inquam; nam si venisset ad reperiendum Justum, non ad ostium, sed intus staret in penetralibus. nónne autē res ista admiratione dignissima? ubi quæso invenitur Principum aliquis, qui veniat non vocatus ad domum

hominis tam vilis, tam abjecti, & abominabilis, qualis coram DEO est peccator infelix? & certum tamen est hîc stare DEUM non vocatum: quia si fuisset vocatus, saltem invenisset ostium apertum, quin foret necesse dicere: *Ecce sto ad ostium, & pulso.* Deinde cùm Princeps alicujus adire domum statuit, præmittit nuncios, mittit cursores & famulos, qui omnia componant, & in ordinem redigant, prout decet ejus dignitatis hominem, demum ipse sequitur. non ita DEUS. Ipse est, qui stat solus ad pulsandum: *Ego sto.* non alius, sed *Ego:* & stat sanè, quin aliquam præmiserit legationem. hanc si præmisisset, haud dubium est, non illi fore pulsandum incerto, an sit obtenturus ingressum. & tamen sic dicit: *sto & pulso*, ut qui hæreat suspensus expectatione responsi. Denique si etiam Princeps inducat animum, ut ipse pulset, ad pulsandum tam diu non morabitur. nisi quamprimum aperiatur, cum indignatione vertet dorsum, & discedet. non sic DEUS. ait se stare & pulsare jam diu. *Ecce sto ad ostium, & pulso.* non diceret *Ecce*, si nunc primùm adventaret. & tum dicit: *sto.* Si sederet, si deambularet, si se diverteret alijs agendis ad fallendum longioris moræ fastidium, faciliùs perciperetur. Sed dicit: *sto*, pede nimirum firmo, fortíque cum suo incommodo, imò cum opprobrio maximo apud eos, qui illum ita hærentem in limine conspiciunt. Isti sunt ineffabiles excessus, quibus utitur DEUS ad obtin[illegible] aditum in cor hominis etiam [illegible] Tu illorum consideratione obst[illegible] & perpende, quid de te sit, si [illegible] hic Dominus, ut intraret in cor [illegible] cum Gratiâ suâ excitãte tã fœdè [illegible] expectare. *Ecce sto ad ostium, & p[illegible]*

2. Considera ad intrandum [illegible] mum aliquam obseratam ali[illegible] clamari, & non pulsari, ali[illegible] pulsari, & non clamari, & ali[illegible] clamari simul atque pulsari: [illegible] autem pulsum præmitti clamor[illegible] citandam attentionem, quò c[illegible] audiatur. Sic DEUS facit: [illegible] præmittit pulsum: *Ecce sto ad [illegible] & pulso.* tum jubet vocem succ[illegible] unde subjungit: *si quis audiet [illegible] cem meam &c.* Clamor ejus [illegible] bio est inspiratio: quis verò p[illegible] Est remorsus, quem in con[illegible] suscitat. Scis pulsum ex gen[illegible] clamore molestiorem esse. & [illegible] est remorsus, qui velut cordis [illegible] fortiter admonet peccatorem [illegible] licitate statûs sui periculosi, [illegible] versatur, eóque tendit, ut [illegible] peccatorem ad auscultandam [illegible] Domini sequentis, suavitérque [illegible] tat ad aperiendum illi sinum, [illegible] lendum, ad confitendum, ad sac[illegible] pulũ sumendum, & stabiliendum [illegible] tandæ vitæ propositum. Si quæra[illegible] Deus in hunc modũ se gerat, cùm [illegible] set absque tanto labore se ipso [illegible] ad capessendam possessionem [illegible] quantumvis obstinati; aliud [illegible] deri non potest, nisi quòd hoc [illegible] quia sic illi placet. non amat [illegible]

sionem capere violentam : *cum magnâ reverentiâ disponit nos.* Sap. 12. v. 18. Dominus es arbitrij tui liberi : hoc tibi fervat illæsum, ut illi sit honorifica admissio, quâ deinde suscipitur. quanquam an non vides, cùm donum tuam intrat, maximum tibi præstari beneficium ? quâ igitur ratione obtrudi illud per vim postulas ? *Beneficium non confertur in invitum.* Licet, qui ad te castigandum venit, nisi aperias, valvas dejicit, quatit, comminuit instar fulminis. Benefactor, qui venit, ut thesauris te cumulet, vult, ut sponte & benevolè illi aperias, ut aperis soli. Ut ut sit : tantum Dominus facit, ut abunde sufficiat ad obtinendum ingressum. Si non obtinet, indubitatum est, id penes ipsum non esse. non est, quòd doleas quærendo eum à te longiùs abesse : *Longè est Dominus ab impijs.* Prov. 15. v. 29. Si longè est, ideo est, quia ita vis. si illi aperires, proximus esset. an non audis, ut indicet tibi se stare in limine : *sto ad ostium*, non *prope ostium*, sed *ad ostium*, adeò est propè. Verum est eum à te longiùs abesse per gratiam sanctificantem : sed perinde vicinus est desiderio eam tibi conferendi, vicinus impulsu, invitatione, vocatione, quæ sunt gratia, cujus virtute te excitat.

3. Considera, ut intelligas hanc omnimodam libertatem, quam ille vult relinquere, eum disertis verbis affirmare : *si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* non satis est audire, aperire necesse est. cur autem nihilominus dicit : *Si quis audierit ?* Audiendi facultas non est sicut illa manûs. Manus est libera, ut aperiat vel non aperiat, prout placet : at auditus non est liber, ut audiat, vel non audiat. Est potentia, ut ajunt, necessaria. Ita quidem, sed quid inde ? nôsti etiam dici, nemiaem audire minùs, quàm surdus faciat. *Quis surdus, nisi ad quos nuncios meos misi ?* Is. 32. v. 19. Est igitur, quod observes hoc loco, cùm quis perstrepit ad ostium domûs nostræ, fieri non posse, quin audiamus primum illum strepitum. tum verò, si velimus, possumus ad meliùs percipiendum, quis sit, attendere, vel non attendere, accedere propiùs, vel non accedere, stare in silentio vel majorem reponere strepitum, quàm sit auditus à nobis. quæ omnia in casu nostro accidunt. non potes, cùm DEUS te vocat exempli causâ ad deserendum mundum, ubi vivis quasi in continuo peccato, non potes, inquam, non audire primam ejus vocem. sed in potestate tuâ est majorem adhibere attentionem intellectûs, ut meliùs cognoscas, quid DEUS à te petat. *Audiam, quid loquatur in me Dominus DEUS.* Ps. 84. v. 9. In potestate tuâ est, appropinquare magis ostio cordis per applicationem affectûs, per recessum, collectionem, & abstractionem tui non solùm internam, sed externam quoque ab ijs domesticis, qui te divertunt. *Appropinqua, ut audias.* Eccl. 4. v. 12. In potestate tuâ est subsistere in silentio cessando tantisper à cu-

ris ceteris, quibus continuò occuparis. *Præstolari in silentio salutare Dei.* Thr. 3.v.26. Verùm si nihil horũ facias, si non attendas, non appropinques, imò studio excites tumultum, ne audias, & vix primâ DEI voce perceptâ curriculò amicos quæras, qui multò clamant fortiùs, ut nugeris, ut garrias, rideas, & tristia illa, ut putas, phantasmata expellas cerebro, cujus quæso culpa est, si ampliùs nõ audis, cujus est? *Noluerunt attendere*, ecce primum malum, quod diximus, *& averterunt scapulam recedentem*, ecce alterum, *& aures suas aggravaverunt, ne audirent*, ecce tertium. Zach. 7.v.11. nota proinde non dicere Dominum: *Si quis audierit pulsum meum*, sed *vocem meam*, quia tam facile non est non audire pulsum, sicut non audire vocem. non est tam facile non audire conscientiæ remorsum, quamvis nonnulli ad hunc etiam denique obsurdescunt. Facilius est non audire adeò vocem, quæ sonus est naturâ suâ multò nobilior. Fieri ergo potest, ut non observetur Inspiratio Divina. *Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & qu[illegible] tivè suscepit auris mea venas [illegible] ejus.* Job. 4.v.12. Tu men[illegible] plica ad omnia, quæ DEUS [illegible] quirit: *Loquere Domine, qu[illegible] dit servus tuus.* 1. Reg. 3. v. [illegible] voluntas audiendi prima dispo[illegible] ad voluntatem aperiendi, & [illegible] sus quidam inchoatus. ne com[illegible] ut ille deinceps frustra se fatige[illegible] pe qui vult intrare, non semp[illegible] sat, non semper clamat, sed [illegible] intervalla facit. nunc magis m[illegible] nùs pulsat, magis minùsve cl[illegible] quin detur certa regula, & si D[illegible] ab ostio cordis tui non penitus [illegible] dat, quamvis videat se parùm [illegible] sè tractari; tanta est ejus cr[illegible] utetur tamen pulsu rariore, & [illegible] missiore voce. Atque in hoc [illegible] placet isthìc relinquere pecca[illegible] nempe ut talem, quamvis su[illegible] præventum à DEO, ut pœni[illegible] agat, ut proficiat quoque, [illegible] perfectus existat, prout in exp[illegible] reliquorum, quæ non poter[illegible] simul omnia discuti, magis inno[illegible]

VII.

Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, int[illegible] ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Apoc. 3. v. [illegible]

1. COnsidera facto jam proposito aperiendi januam vocanti (qui est status ille, ad quem prior meditatio peccatorem deduxit) non desunt difficultates superandæ, ut ad actum pervenias. oportet incommoda[illegible] oportet discutere se ipsum, & q[illegible] primum deponere nativam ill[illegible] gnitiem ad bonum. quis aute[illegible] superabit libens, si videat, in q[illegible]

nem superanda sit : nempe ut domi suæ recipiat tantum Hospitem, quantus est DEUS : *Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* O grande verbum dicere *Mihi* ! maxima ergo difficultas ad portam invenitur, quâ cluditur ostium. quænam illa porta? Peccatum. istud est obstaculum, quod tam diu aditum cordis DEO intercludit. istud autem removetur primo mutandæ vitæ proposito, quod est omnino illi aperire. verum est tenere quoldam portam istam non modò seră clausam, sed sudibus, clavis, vectibus obstructam. & hi sunt, quibus maximè laborandum, hi, inquam, qui intricati malâ consuetudine adhuc pravis occupantur operibus, aut gravem habent obligationem restituendi honorem, vel facultates ablatas, & hujusmodi. S. Augustinus volebat aliquando aperire portam, laborabat, sudabat, nervos omnes intendebat, & tamen post tantum adhibitum conatum non inveniebat modum aperiendi. Ictus Domino respondebat se illi aperturum, sed *non modò*. O infelicem consuetudinem ! tu quid dicis ? si etiamnum difficultatem aperiendi habes, roga Dominum, ut aperire te juvet, quia, quantumvis ille velit, ut non graveris propriâ aperire manu, eâmque libertati tuæ habeat reverentiam, nihilominus quamprimum ex parte tuâ feceris, quod potes, ipse foris ita ostium impeller, ut idem planè sit te aperire, & ipsum intrare. *Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* Ecce nullam Dominus interponit moram, nec momenti quidem, tantum est ejus desiderium intrandi.

2. Considera meritò illi expectandum, dum ipse per urbanitatis officium illi obviam progressus in via excipias, uti fieri solet præclaris hospitibus, eúmque introducas. sed hoc non vult facere. vix aditum reperit, & jam est intus. *Intrabo ad illum.* aperire peccatoris est, intrare solius est opus DEI, & ita seipso totum facit. nec ullam sub ostio moram patitur, quia non venit aliquid petere, uti mos est egentium, sed donare, quod benefactores solent, venit conversari ut amicus, consolari ut benevolus, suadere ut ductor, sanare ut medicus, docere, ut magister, & ideo statim intrat : *Si quis mihi aperuerit, intrabo.* Externi, etiam postquam aperta est porta, expectant, dum veniat, qui aperuit. non ita familiares. atque ideirco ex hoc actu jam advertis, vix justificatum esse peccatorem sincero contriti animi dolore, quæ est brevissima obicis remotio, illico amicum reddi, etsi priùs esset inter inimicos DEI maximè execrandos. Quomodo ergo non ames contritionem illam sanctissimã, quæ tam citò tibi conciliat Amicum tam præstantem? ut tuus sit, aperire sufficit. *Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* non solùm ait *Intrabo*, sed *intrabo ad illum.* quia non venit, quasi domûs tuæ desiderio teneatur. habet quippe longè pulcriorem. ad te venit propter te, venit, ut te complexu stringat, ut amicè habeat,

ut

ut ditet, ut vix ingressus tuis adsit obsequijs. *Intrabo ad illum.*

3. Considera ingressûs hujus tam prompti duas esse causas præcipuas. una est ex parte DEI, quam modò diximus, nempe desiderium, quo flagrat, commorandi cum homine. *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* Altera est ex parte hominis, quia DEUS non vult, ut is sistat, ut ita loquar, in limine Conversionis suæ contentus meris actibus detestandi peccata, horrendi, abominandi, dolendi, quamvis sanctissimis: sed vult, ut statim transeat ad exercenda opera pietatis, profectûs, perfectionis, sicut qui Dominum magnum hospitem jam domi suæ excepit. Unde vides vix ingresso Domino statim agi de præparatione ad cœnam: quid ajo de præparatione? de cœnâ ipsâ quasi jam paratâ. *Intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* adeò decet nos promptos esse ad bonum, si revera placere illi cupiamus. Hæc cœna deinde, si rite perpendimus, honoris est prodigium maximum. quis enim est homo, quem Dominus non solùm visitare dignetur, ut aliàs diximus, sed etiam cœnare apud illum? quanquam neque sic satis dixi, cùm dixi apud illum: dicere debebam cum illo: quia ita DEUS ipse ore suo pronunciat: *cœnabo cum illo.* non dicit *apud illum*, dicit *cum illo.* Factum subinde, ut Regum quispiam vel occasione viæ, vel in venatu inter sylvas pro refectione diverterit ad mapale vilis Pastoris, adeò ut dignaretur etiam de eius manu recipere dona agrestia florum, gorum, castaneorum, quæ sibi plice offerri vidit. Sed quando quam accumbere dignabitur sam ejus rusticam? volet pocu storem mensæ suæ esse conv quàm ipse assidere mensæ Et tamen ecce ut Dominus facit. *Cœnabo cum illo.* & cum. dum ille sic loquitur, est haud dubiè de duabus mensis; unâ, quæ homini à DEO: & alterâ, quæ DEO tur ab homine: aliàs satis cere: *ego cœnabo cum illo.* vel *cœnabit mecum.* Dum igitur distinguit, mutua sunt officia DEO homini, & vicissim ab præstantur DEO, ceu duæ fonæ ejusdem conditionis. hoc solum te rapit in extasi tionis? *Dilectus meus mihi illi.*

4. Considera, qualis sit quam imprimis homo instru Sunt cibi ejus pauperes. & test unquam dare homo mo ctus ad gratiam de statu pecca dare non potest nisi fructus pœnitentiæ. & isti sunt tali ho ti cibi. cibi, inquam, sed non sustentant ut hominem, creant: imò usque adeò delec in terra ijs etiam præferat, apponit homini. & ideò non lum velle assidere cum homo mensam ab illo paratam, de minem abhibere secum ad suam. *Cœnabo cum illo, &*

cum. non. *Ipse cœnabit mecum, & ego cum illo.* nec mirum id esse tibi debet. Cibi, quos DEUS hîc ab homine recipit, sunt opera virtutum: cibi, quos DEVS homini præbet, sunt solatia Spiritûs, sunt suavitates, atque delitiæ, quibus id compensat, quod patitur. Jam verò dubium non est, magis delectari DEVM operibus virtutum, quæ ab homine recipit, quàm donis, quæ ipse in terrâ homini largitur. num forte ideo vult mensam hominis præferre, ut intelligas, eadem proportione, quâ ureris in pascendo DEO, te ab ipso reciprocè pascendum. Si tu mensam illi lautam apponas, ne dubita tantundem lautitiæ ab ipso reddendum. Si parcam, etiam recipies parcam, si tenuem, etiam tenuem refectes. Sanctos illos aspice, qui plurimum laborârunt pro DEO. non poterant capere delicias, quas DEVS infundebat in sinum. exclamare cogebantur; *Satis est Domine, satis est.* Contra verò quid est, quòd à DEO tam parcè reficiaris? causa est, quia ipsum reficis tam parcè. *Retribuit mihi Dominus secundùm justitiam meam.*

5. Considera in refectione, quam homo DEO præstat, adumbrari statum proficientium: in alterâ, quam DEUS præstat homini, statum perfectorum. non quòd in utroque DEUS non reficiat hominem solatijs spiritualibus, & homo DEUM bonis operibus, sed quia in statu proficientium plus est, quod homo tribuit ex parte suâ, in statu perfectorum plus est, quod DEUS tribuit ex suâ. In statu proficientium plus est laboris quàm consolationis, & hinc dicitur homo dare cœnam. In statu perfectorum plus est consolationis quàm laboris, & hinc dicitur cœnam dare DEUS. Jam verò quis nescit statum proficientium esse tempore priorem statu perfectorum? atque hinc etiam mensa, quam DEUS accipit ab homine, ut vides, anteponitur alteri, quam homo accipit à DEO. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum.* non: *Ipse cœnabit mecum, & ego cum illo.* Proinde si magnas à DEO consolationes petas, antequàm multa præstes opera virtutum, scisne, quid petas? petis esse primò perfectus, deinde proficiens. Sed hoc est pervertere ordinem, primò venit: *Cœnabo cum illo.* Deinde succedit; *Et ipse mecum.*

6. Considera utramque mensam, quam hoc loco audîsti, non fieri ad lumen solis, sed lucernæ, fidei, inquam, seu de nocte non de die, atque ideo cœnam vocari: *Cœnabo.* fit illa per eas fidei cognitiones, quas homo experitur in hac valle profundâ obscuritatis, ubi verissimum est DEUM subinde majore illucescere claritate, sed qualiscunque sit, semper plurimum ab eâ differt, cum quâ cernitur in cœlo à beatis per lumen gloriæ. & tamen tunc quoque ad lumen gloriæ dabit homini cœnam suam. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* Apoc. 19. Sed ista non erit cœna, quasi fiat de nocte, cùm ibi perpetua dies resplendeat. alio ex capite cœna erit, ob quam quævis alia cœna dicitur cœna. nempe quia refectio erit ultima,

ultima, cui nulla alia succedet, adeò erit plena delicijs. nemo invenietur, qui eam cupiat mutari. cœna, quæ denique sequetur omnimodam cessationem à laboribus in hac terrâ miserâ exantlaris: atque idcirco ista etiam est cœna, quam Deus homini justo pollicetur vicissim, dum ait: *Cœnabo cum illo, & ipse mecum.* non promittit illi eam refectionem duntaxat, quæ fit ad lumen lucernæ, sed ultima non est, quia famem non tollit, sed auget potiùs. eam quoque promittit, quæ erit ultima, quia famem omnino tollit, sed fiet ad lumen solis. Beatum te, qui hæc legis, si contingat accumbere ad cœnam tam præclaram. Memineris ergo priusquàm Dominus mensam tibi instruat, omnia venire, ut tu pro virium tenuitate ipsi apponas: *& cœnabis cum illo ipse mecum.* aliàs tu non omnia frueris cœnâ quacunque, sed ingressus cor tuum per Conscientiam inde receder, quia non invenies optatam bonorum operum [illegible] nem. Ad hunc finem ipse vult *trabo ad illum, & cœnabo cum ipse mecum.* Quamprimum absaveris, somno, jocis, otio de nis erit Conversionis tuæ: & nique necesse erit Dominum rubore discedere, prout hoget, qui susceptus in domum inde relinqueretur jejunus.

VIII.

Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ acquiescere, 1. Reg. 15. v. 23.

1. COnsidera, ut sis verè obediens, non sufficere, quòd exequaris imperata, sed insuper requiri, ut ideo exequaris, quia imperavit superior. Si exequaris, quia est consentaneum genio tuo: si exequaris præmij cupiditate vel pœnæ metu; nondum es verus obediens; quia cùm causæ illæ cessaverint, etiam desines exequi. Tunc verus es obediens, cùm superiori tuo non operis tantùm materiâ, sed etiam voluntate consenseris, ita ut idem cum ipso velis, atque ideo duntaxat velis, quia ipse vult. Ecce igitur rationem, cur nolle obedire dicatur à Domino *nolle acquiescere*, dicitur *nolle exequi*, dicitur *acquiescere*, quia obedientia [illegible] illâ aquiescentiâ voluntatis, demum perfecta est, cum subditi eo pertingit, ut in Superioris quasi centro suo Sed quies ista tam necessaria ter obtineri potest, ubi repugnat. & ideo ut rite obe portet primum habere per ctè agere Superiorem, dum præcipit. Si potiùs causas credendi malè illum agere, committis gravissimum, quæ

cione disponis te ipsum, ne obedias. Id hoc est, quod hoc loco dicitur, *repugnare*. non repugnat, qui audito saltem modestè superiori repræsentat eas difficultates, quas sentit. Repugnat, qui ijs repræsentaris pergit proprium sustinere sententiam, qui contradicit, qui se opponit, vellétque facere, si posset, superioris judicium. Jam verò ut intelligas, quantum sit malum illud, quod audisti, dicit Dominus: *Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus Idololatriæ nolle aquiescere. Repugnare* spectat ad Intellectum. *nolle aquiescere* ad voluntatem pertinet. Atque hoc est, ni fallor, fulmen maximè horrendum, quod contra Inobedientes scriptura vibraverit. Itaque ad ejus auditum contremisce, & examina te ipsum seriò ad discendum, an in re aliquâ superiori tuo repugnes, & ita repugnes, ut nec in fine demum aquiescas.

2. Considera, cur dicatur repugnare, hoc est Judicium proprium opponere judicio Superioris, esse quasi peccatum divinationibus utentis. *Quasi peccatum ariolandi est repugnare.* Causa est, quia indubitatum est, te sequendo superioris judicium in omnibus, in quibus non manifestè apparet peccatum, non posse non placere Deo, quatenus proprium sequaris judicium. quia si facias actiones cetera laudabiles, ut sunt jejunare, flagellare se ipsũ, cilicium gestare, & aliae ejusmodi, si quidem tuo facias arbitratu, fieri potest, ut in his temporis circumstantijs non tantopere Deo placeas, quantum placeres, si faceres alia ab his diversa, ita ut in morte idem dicere tibi possit, quod olim infelicibus Hebræis: *Quis quæsivit hæc de manibus vestris?* Is. 1. v. 12. at si judicium superioris sequaris, contrarium accidit. quia optimum, quod in quacunque temporis circumstantiâ possis facere, est hoc agere, quod tibi fuerit imperatum. Siquidem Obedientia facit aliquam, si bene notes, quasi insitionem. Inserit humanæ voluntati Divinam: & sic facit, ut humana voluntas aliàs sylvestris tales fructus producat, quales vi suâ nativâ nunquam esset apta proferre. Jam ergo certum relinquere pro incerto numquid est augurijs & divinationibus uti? unde rectè dicitur in casu nostro: *Quasi peccatum ariolandi est repugnare.* Si tuum judicium sequaris, fieri potest, ut certus sis te rectè operaturum, sed fieri etiam potest, ut certus non sis. Si sequaris superioris judicium, certus semper eris. Quid ergo videtur? an leve peccatum putas agere ariolum, cùm possis procedere modo hominis prudentis? ariolum agebat Saul, cùm superatis Amalecitis sibi persuadebat satius fore quædam pinguia servari animalia, *ut immolarentur Domino.* 1. Reg. 15. v. 15. quàm omnia mactari, sicut erat illi à Samuele imperatum. quâ occasione dicta illi sunt verba, quæ in præsens meditaris: *Quasi peccatum ariolandi est repugnare.* Tu quoque sæpe agis ariolum, quando, licet scias superioris judicio melius tibi quadrare hunc locum, hanc occupationem, hoc opus, hunc vitæ

tenorem, tuo judicio adhuc repugnas, & obstinatè sentis oppositum. *Confundentur omnes, qui repugnant ei.* Is. 45. v. 23.

3. Considera, quare dicatur non velle obedire esse quasi scelus idololatriam exercentis: *Quasi scelus Idololatriæ est nolle acquiescere.* Id intelliges, si acutè perpendas, quid prætendat inobediens, ut inobediēs. Lascivus ut lascivus petit satiare suā libidinē, Avarus ut Avarus cumulare opes, Ambitiosus ut Ambitiosus promoveri. Inobediens ut inobediens vult agere pro suo libito. hoc verò quid est aliud, quàm proprium arbitrium sibi Deum statuere? esse primam regulam operum, quæ tibi facienda sunt, attributum est adeò Deo proprium, ut alteri convenire nequeat, nisi Deus communicet. Verum est illud tui causâ communicatum jam esse superioribus. Sed idcirco dicuntur isti in terra DEI locum tenere: *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10. v. 16. Itaque dum attributum ejusmodi alicui eorum tollere præsumis, & in tuum transferre arbitrium, quid aliud facis, quàm quod faciebant Idololatræ, cùm pro libito suo communicabant nunc feris animalibus, nunc lapidibus, nunc plantis tribuebant nomen illud, quod naturâ suâ incommunicabile est? *Incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt.* Sap. 14. v. 21. nisi quòd tu deteriùs quodammodo facis. Quia Idololatræ saxis & stipitibus tribuebant solum nomen, tu verò arbitrio tuo etiam tribuis autoritatem DEI. facis, ut sit operis tui regula veneranda. Saul ad modum Idololatræ, cùm per habito mandato Samuelis tu suo agere voluit, & in [illegible] melicitarum strage vitam [illegible] regi Agag, & servare spolia, [illegible] cendere, ut placebat, atque [illegible] ci sibi audivit à Sumuele. *Quasi idololatriæ est nolle aquiescere.* [illegible] tu quoque agis ad modum Idol[illegible] cùm voluntatem tuam ita ado[illegible] cultum illi exhibeas Divinum, [illegible] do scilicet pro prima regula? [illegible] erigere altare contra altare: [illegible] est ex altari detrahere volunta[illegible] perioris tui, quam in terra [illegible] nam debebas venerari, ut in [illegible] priam statuas.

4. Considera, si gravis est [illegible] riolantium, longè esse gravio[illegible] lolatrarum: unde cùm prior [illegible] *peccatum ariolandi*, altera scelus [illegible] latur. *Scelus Idololatriæ.* [illegible] in casu nostro proportio. [illegible] re Superiori, contendere, se[illegible] re, sustinere judicium contra[illegible] catum est, ut fateri quisque de[illegible] peccatum notabile, quia [illegible] certo præfertur: *quasi pecca[illegible] riolandi est repugnare.* at *nolle* [illegible] *re*, hos limites transcendit, [illegible] propriæ voluntati submittere [illegible] tem illius, qui tenet DEI locum. [illegible] quid gravis est perversio ordinis [illegible] potiùs quàm superioris arbitrio [illegible] dum est? æquum omnino [illegible] diceres, velut Saulus terrore [illegible] in via Damasci olim dicebat [illegible] *Quid me vis facere?* Act. 9. v. [illegible]

tamen necesse jam est, ut ille dicat tibi, quod olim Christus cæco Jerichuntis: *Quid vis, ut faciam tibi?* Cave tibi, ne tua voluntas tua denique vanum est Idolum, quod si adores, in eo dæmonem adoras, qui nonnisi in perditionem pertrahere te potest. Salutem si petas, detestare Idololatriam tam execrabilem: *A voluntate tuâ avertere.* Eccl. 18. v. 30. Prosterne Idolum, pessumda, comminue, neculio habe in pretio, sed arbitrio Superioris tui da integrum, quod illi debetur, nomen, nempe primæ in terra regulæ tuæ.

IX.

Zelus & furor viri non parcet in die Vindictæ, nec aquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Prov. 6. v. 34.

COnsidera, concipi non posse perturbationem animi parem illi, quam Princeps aliquis nobilissimus patiatur, cùm fortè nocte quadam è longinqua regione reversus domum sponsam suam deprehendat cum amatore extraneo cubili conclusam violare thalamum. O quæ tunc indignatio, quæ rabies, quis furor? iste verò quantò accenderetur magis, si amator ille foret inimicus omnium, quos unquam Princeps habuit, maximè capitalis! quantòque magis, si Sponsa illa fuisset equidem è stirpe nobili, sed reducta ad extremam mendicitatem, ad servulæ, & mancipij conditionem, & tamen ab illo Principe redempta, & erepta manibus crudelissimis illius Barbari, cui dein facta est amasia, & redempta non alio suo lucro, quàm ut eam è statu tam misero eveheret ad regiam fortunam? & quantò demum amplius cresceret indignatio, si Principi certum foret eam ab illo turpi amatore non vi aliquâ adactam, sed subornatam fuisse? Tunc enimverò eò furor prorumperet, ut quietis impatiens parùm putaret, si ad exigendam vindictam pugione invaderet ingratam adulteram, feriret, contunderet, mactaret, imò cor propriâ manu è pectore evelleret. Quæ tunc preces? quæ promissa? quæ lacrymæ? sed in cassum. *Zelus & Furor viri non parcet in die Vindictæ, non aquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemtione dona plurima.* Non est hic furor tantùm, qui stimulat ad vindictam, sed etiam Zelus. *Zelus & furor.* Zelus accendit furorem, furor Zelum exasperat. ut idcirco noluerit Sapiens, uti facilè poterat, dicere: *Zelus & furor viri non parcent in die vindictæ, non aquiescent, non suscipient*, de ijs tanquâ distinctis affectibus loquendo. sed dicere voluit: *non parcet, non aquiescet, non suscipiet.* loquendo de ijs, quasi non essent nisi unus tantùm affectus, & revera jam non sunt duo, sed unus ex utroque mixtus furore scilicet & Zelo pariter, adeò vehemens, ut experimento dixi, verbis exprimi

non possit. Jam verò si res Divinæ humanis non quidem exprimi, adumbrari tamen possunt, cogita sponsam, de quâ loquimur, esse animam tuam. Sponsus est Christus, amator infamis Diabolus. Tu ipse fac applicationem exactissimam, & die intra te ipsum. quid faciat tantus Princeps, de quo agimus, cùm reversus è regione longinquâ, in quam abiit, *Accipere sibi regnũ & reverti*, improvisò animã tuã nocte obscurissimâ deprehendet inter brachia hostis sui tam capitalis, perfidi, rebellis, tantùm ideo; quia iste falsò promisit eam satisfactionem, quam à Sponso suo non accipere sibi visa est? an credam illum arte aliquâ placari posse? non est tempus amplius. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ &c.*

2. Considera, quis sit ille dies, qui vocatur hoc loco *dies vindictæ*. Est dies Judicii: unde septuaginta verterunt, *in die Judicii*. dies Judicii particularis, & dies Judicii universalis. Primus est vindictæ privatæ, alter est vindictæ publicæ. *Dies ultionis hi sunt*. Luc. 21.22. & ambo sic vocantur, quia sponso omnino propositum est in his se vindicare, hoc est, sibi reddere honorem violatum. Hoc propositum in hominibus justum non est; & quam ob causam? quia de vitio non de virtute nascitur. *Ira viri justitiam non operatur*. Jac. 1. exigente virtute, ut ipsi sine fine remittant injurias, & eos exerceant actus miserationis, condonationis, charitatis, quos sine fine præstari sibi vellent: *Prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis* [illegible] Luc. 6.31. at in DEO justi[illegible] quia in DEO illa regula loc[illegible] habet. nunquam ille incide[illegible] um statum potest, ut ipsi mi[illegible] sit opus, condonatione, chari[illegible] deo nec tenetur unquam, ut vi[illegible] dat, actus istos erga quenqu[illegible] pare, si faciat, ideo facit, qu[illegible] quæ causa est, ut, cùm dicitur [illegible] vindicare se ipsum, hoc est, [illegible] grare læsum honorem, non [illegible] erceat virtutis actum, sed nece[illegible] *Justitiam operatur*. quippe p[illegible] tere quidem proprias potest in[illegible] ut hoc ipso demonstret, non [illegible] boriosè curandum sibi hono[illegible] trinsecus accidentem, sed non p[illegible] eas relinquere impunitas, q[illegible] summus est Princeps, & ut tali [illegible] gare debet injurias non alien[illegible] tùm, sed & proprias. si nunc [illegible] dicat, alio tempore vindicare [illegible] est, & hoc erit *dies vindictæ*. [illegible] quàm nunc facilè omittat vind[illegible] satis id tibi testari eadem an[illegible] potest, quæ toties in hanc usque [illegible] prodidit sponsum tam præstantem [illegible] is tamen adhuc dissimulat. q[illegible] dissimulat? adhuc missis nunc[illegible] illi dicit: *Fornicata es cum amat[illegible] multis; tamen revertere ad me, & suscipiam te*. Jer. 3. v. 1. Unde [illegible] ne perpendas, non dicit sapiens: [illegible] *& furor viri non parcet*. solùm d[illegible] *non parcet in die vindictæ*. Ab [illegible] nunc pronus & facilis est ad co[illegible] nandum!

3. Considera, quæ sit causa, [illegible]

Princeps iste, sponsus animæ tuæ, nunc tantâ lenitate procedat, nempe quia creditur nunc commorari in regione valde remotâ. *Abiit in regionem longinquam*, quæ est Paradisus, *accipere sibi regnum*. Luc.19. v.12. unde vides ita illum sæpe se gerere, ceu ignoraret ea, quæ in terrâ geruntur: videre dissimulat, audire dissimulat, adeò ut sponsæ fatuæ aliquando sibi persuadeant eum domi non inveniri. *Non est Vir in domo suâ: abiit viâ longissimâ*. Prov. 7.v.19. atque sic peccant audaciùs. sed cave, quia quamcunque procul esse videatur, præsens aderit aliquando: *abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti*. & quid erit, si improvisò superveniens reprehendat animam, uti facilè fieri potest, in ipso actu perfidiæ? ô quis tunc pudor, quis dolor, & luctus? sed frustra. *Ecce ego ad te, dicit Dominus, & revelabo pudenda tua in facie tuâ*. Nah.3.v.5. ut adeò sponsa infidelis negare non possit infamem perfidiam, etsi velit. Quid mirum ergo, si tunc misera sine remissione puniatur? In flagranti, ut ajunt, deprehensa est. nullum est remedium malo. Et hæc est, si nescis, dies vindictæ: dies, quo Christus animas in scelere deprehendet. Nunc, quoniam abiit in regionem longinquam, videtur injurias sibi factas non tam attendere, quàm scire, unde nec sine remissione judicat. Tunc autem fieri eas cernet, ut ita loquar, quasi sub oculis: *Juxta me te discooperuisti, & suscepisti adulterum*, & ideo tunc quoque adveniet dies adeò fatalis, *dies vindictæ*. Hinc est, quod loquens de utrovis die Judicii, sive Universalis, sive Particularis, semper usus sit nomine adventûs: *Ecce venio velociter. Ecce venio citò &c.* ut adeò Evangelicâ phrase idem sit dies judicii, ac *dies adventûs*. ut intelligas, cùm ille advenerit, non amplius superesse spem veniæ homini, qui in scelere deprehensus est. *Zelus & furor Viri non parcet in die vindictæ*, vel quod perinde est, *in die adventûs sui*. Quod si ita est, noli expectare, dum veniat. dic potiùs Animæ tuæ, ut renunciet omni proco infami, ut componatur, ut compungatur, ut mutet vivendi modum. aliàs si deprehendatur in lapsu, actum erit, & tamen hic sponsus amat venire improvisus. *Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit*. Mat.21. v.5.

4. Considera, si dies illa est dies vindictæ sponso tam nobili, qualis hic est, haud dubiè irritas tunc fore apud ipsum omnes preces Animæ peccatricis: *Non aquiescet cujusquam precibus*. quia si omnes sancti sanctæque Cœlites flexis poplitibus veniam pro Animâ tuâ die illo postularent, eam neutiquam impetrarent. *Ultionem capiam, & non resistet mihi homo*. Is. 47. v. 3. Homo non potest resistere DEO nisi unico tantùm modo, nempe precibus. Dicit ergo DEUS eo die neminem sibi restiturum, quia nullius preces quidquam virium habebunt. nec id solùm. veniat quisquis volet, eleemosynas offerat copiosissimas, jejunia, flagra, cilicia. Sponsus olim donorum hujusmodi tam avidus, nihil

ultra

ultra admittet: *Non suscipiet pro redemptione dona plurima.* adeò, ut si sancti omnes sanctæque concordibus animis se offerrent redituros in terram ad hunc solum finem, ut satisfaciant pro animâ illâ infelice, ille in æternum non acceptaret. Eccur? jam audisti, quia dies illa est *dies vindictæ.* Ecce quàm parùm nunc requiratur ad placandum sponsum honoris sui adeò ze- losum lunum suspirium, una lo- tio, unus dolor animi contr- verò non sufficerent omnes divitiæ in unum cumulatæ. *derunt divitiæ in die ultionis.*

4. Nec ejus rei alia dari pot- nisi quia *Zelus & furor Vi parcet in die vindictæ.*

* * *

X.

Quid necesse est homini majora se quærere, cùm ignoret, quid cat sibi in vitâ suâ numero dierum peregrinationu sue, pore, quod velut umbra præterit? Eccli. 7. v. 1.

1. COnsidera, hoc loco suggillari à sapiente omnes ambitiosos, omnes avaros, omnes illos, qui, uti fieri præcipuè in mundo solet, altiora quærunt statu suo, in quo DEUS eos collocavit. nam omnes isti quærunt *Majora se.* sed quare majora se? fortè quia superiora quærunt conditione suâ? neutiquam: quia hoc non sufficit, ut dicantur quærere majora se, cùm eorum non pauci digni sint sorte meliore, & altiore conditione, quàm sit ea, in qua modò versantur. Majora se quærunt, quia quærunt, quæ superant capacitatem suam. quis sensus? omnes, qui non contenti præsenti statu prensant alium, sine dubio futura quærunt, adeóque capacitate suâ superiora. Quippe an illi sciunt eorum consecutionem sibi utilem potiùs quàm noxiam futuram? Hoc soli DEO constat, qui in Mente suâ Prædestinatio- nis eorum seriem disposuit. Fe- test, ut illud officium, illa digni- pecuniâ, parentela, ad quam c- anhelant, illis afferat æternam onem. stulti igitur sunt, d- studio quærunt. & ideo quasi ridendo dicit: *Quid homini majora se quærere, cùm quid conducat sibi in vitâ suâ erum peregrinationis suæ:* Te- riginalis in fonte habet: *rere.* At noster Interpres Diva- sus transtulit *Majora se*, quia omnibus superiora sunt capac- manâ, nempe futura. DEU- scit, quâ demum viâ consequi nos oporteat. Ideo sicut pere- qui natus exul in regione long- viam nescit, quâ rendat in patri- ritum habere ductorem debet, quoque duci à DEO patiatur, eo, qui in terra sustinet locum

Ecclesiâ à tuo Præsule, in Monasterio à tuo Præposito, in sæculo à Patre tuo spirituali. Hæc vera est regula. quæ igitur dementia tua, dum non solùm pro regulâ sequeris genium tuum, sed geminare, ditescere, & tuam ipse telam pertexere statuis, velit nolit DEUS. Contentus esto statu, in quo ipse te posuit, aut si nihil est, quod porrò requiras, sequere fidelem obedientiæ ductũ. tunc securus eris. *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali.* Eccl. 8. v. 5. Non solum *non experitur* de præsenti, quia sanctè operatur, sed neque *experietur* de futuro, quia operatus securè. si annos vixeris centenos, nunquam nocebit obedivisse. ô solatium Divinum!

2. Considera, etsi minimè nocere consequi eos gradus, quos procurare satagis, dum vivis, plurimum nocere, quòd hos quæras. Ratio est, quia ea cura nimium mentem abstrahit abeo, quod majoris momenti est, nempe negotio salutis; ah quàm dubio & anceps negotio! Tu nescis, quid ad tuam securitatem maximè conducat: *Quid conducat tibi.* & consequenter aliud agere non deberes, nisi summo studio occupari circa negotium tanti momenti. In eo figi oporteret curas, somnes, cogitationes, verba, desiderata. porrò dum quæris res in terra obtentu difficiles, quales sunt altioris fortunæ gradus, necesse est id, quod maximi momenti est pro minoribus negligi. nunquid melius est impendere inutilitatem animæ eam solicitudinem & studium, quæ tanto ardore rebus impendis terrenis? *Quid necesse est homini majora se quærere, cùm ignoret, quid conducat sibi in vitâ suâ, numero dierum peregrinationis suæ?* Qui peregrinatur, non occupatur in via curis inutilibus. solùm attendit ad finem propositum, nempe ut securè patriam attingat, hoc cogitat, hoc loquitur, hoc requirit. cetera nil moratur. sufficit illi vulgare diversorium, vestitus & victus ordinarius, servorum obsequia etiam ordinariis minora: & quam ob causam? quia non habet tempus, quod perdat: Peregrinus est. an ignoras te peregrinum esse in terra? Patria tua Cœlum est. Itaque impendere tempus in iis addiscendis, quæ nòsse refert, nempe quæ sit via securior eò pertingendi. Cetera *quid necesse est homini majora se quærere, cùm ignoret, quid conducat sibi in vitâ suâ?* si sciret, *quid conducat*, nempe ad consecutionem salutis æternæ, posset equidem minore damno tempus suum aliis impendere, id verò cùm ignoret, curet bene apprehendere. nam id solum momentum habet. *Porrò unum est necessarium.* Hinc est, quòd sapiens non dicat: *Quid prodest homini majora se quærere*, dicit, *quid necesse est?* & cur dicit hoc modo? quia persuasum illi est, non habere hominem quod agat in terra, nisi necessarium, nempe opus salutis æternæ.

3. Considera ad ista accedere, quòd tempus sit modicum, quia non de seculis agitur, sed diebus tantùm, qui vitam tuam constituunt, *numero dierum.* Quâ igitur ratione audes illud perde-

re aliud quærendo? aqua, tempore obsidionis, quia modica est, auro emitur, & sic etiam frumentum in caritate annonæ, fœnum in siccitate, ferrum in raritate, aromata in penuria, & eadem proportione mercium ceterarum etsi vulgarium, si paucæ existant, crescit pretium usque ad summum. Cur ergo apud te solius temporis pretium non augetur, quod tamen per se adeò pretiosum est? audis, quibus terminis arctatur humana vita? *numero dierum*. Ne putes exorari denique DEum posse, ut talem numerum protendat, quia si numerus est, jam definitus est. unde sapiens hoc loco, etsi posset, dicere noluit *diebus peregrinationis*, sed *numero dierum*, ut intelligas spem nullam esse eos augendi. res omnes coram DEO certo stant numero, & sic etiam vitæ tuæ dies. *Notum fac mihi Domine numerum dierum meorum, ut sciam, quid desit mihi*. Ps. 38. v. 5. Itaque in id unum incumbe, ut viâ securâ pergas in patriam, quia & pauci sunt, & definiti. Ita Peregrinus facit, cui pro adventu in locum aliquem brevis præstitutus est terminus sub hæreditatis jacturâ. O quantopere laborat etiam prævertere, ut potiùs temporis aliquid superet, quàm deficiat.

4. Considera Tempus ejusmodi non solùm esse tam modicum, non solùm tam præcisum, ut modò diximus, sed etiam velox instar umbræ, ut idcirco sapiens, cùm dixisset *numero dierum peregrinationis suæ*, ita concludat, *& tempore, quod velut umbra præterit*. sed cur hic dicit: Tempus velut umbra præterit, & non potiùs velut [illegible] qui per plana decurrens [illegible] quiescit, velut navis per undas [illegible] avis per aërem, velut sagitta [illegible] missa? causam intellige: quia [illegible] mâ velocitate transeat, credit [illegible] semper eodem loco consistere [illegible] est proprium umbræ. Cursor, victoriæ nuncium affert, [illegible] transit, sed qui eum videt, facile [illegible] tit eum ire velociter. navis [illegible] transit velociter, sed advertis [illegible] transit velociter, sed advertis [illegible] transit velociter, sed advertis [illegible] ceteris. Non sic umbra. [illegible] aspice horologii solaris, quæ [illegible] terlabentis temporis signat [illegible] Transit velocitate infinitè [illegible] solùm quàm res modò dictæ, [illegible] excussus majore tormento [illegible] indubitatum est umbram [illegible] qui proportione suâ motum [illegible] quo dependet, quin unquam [illegible] culum subsistendi, nisi miraculo [illegible] solis cursus sistatur. quis [illegible] incredibilem esse velocitatem [illegible] solaris? satis sit dicere unius [illegible] tio plusquam unum millionem [illegible] rium absolvi. & hujus motus [illegible] citati semper correspondet [illegible] portione in sphæra sua motus [illegible] & tamen quantumvis fixis oculis [illegible] cias, nec moveri quidem adverte [illegible] deò insensibilis est motus ob [illegible] quem reducitur, parvitatem. [illegible] mnino res habet cum tempore [illegible] *umbra præterit*, quâ mensuratur [illegible] *umbra, quæ indicat ipsum tempus* [illegible] huic soli conformat motum & [illegible]

verit velocitate planè prodigiosâ, sed eo simul modo præterit, ut prius præterisse quàm præterire notetur. Quis ergo explicet, quàm grave sit periculum id inutiliter perdendi, ni caveas? unde tantò magis obligaris ad cautelam. Peregrino, maximè si arctari se sentiat, nihil tempore pretiosius. illud homo, civilitatis officiis, confabulationibus, curiositati, imò vel ipsi mensæ detrahit: nec aliam ob causam, nisi quia peregrinus est. Talis tu quoque es, peregrinus es, & peregrinus tendens ad terminum, quem si non attingas homo à Domino præfixâ ad salutem, periisti. nulla spes est eò unquam pertingendi. Vide ergo, an temporis aliquid sit perdendum in terra, prout faciunt tot ambitiosi, tot avari, tot alii, qui unicè sunt intenti procurandis cõmodis mundi hujus miserabilis, in quo tamen se peregrinari sciunt. Porrò si tempus amplius non erit, facilè nunc istorum verborum sensum intelliges, quæ meditaris: *Quid necesse est homini majora se quærere, cùm ignoret, quid conducat sibi in vitâ suâ.* his definitâ adjunctis, *numero dierum peregrinationis suæ, & tempore, quod velut umbra præterit.*

XI.

Hi sunt, quibus procella tenebrarum servata est in æternum. Jud. Ep.

1. COnsidera, quomodo una gravium pœnarum, quas damnati patientur in barathro inferni, futura sit illa Tenebrarum. Non erunt istæ solùm palpabiles, ut quondam Ægyptiæ; sed procellosæ: ut ideo dicat Apostolus de his miseris: *Hi sunt, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* Earum deinde hæ tenebræ duplicis generis æternæ scilicet & internæ. Illæ spectant ad pœnam sensûs, istæ ad pœnam damni. Precare DEUM, ut lumen tibi tribuat utrumque genus bene cognoscendi, ut utrumque discas pariter timere.

2. Considera primò tenebras exteriores, quarum Christus toties in Evangelio meminit: *Ejicientur in tenebras exteriores. Ejicite in tenebras exteriores. Mittite eum in tenebras exteriores.* non quòd exteriores interioribus sint magis pœnales, sed magis sensibiles. Istæ in Inferno orientur ex triplici capite: exstatione, situ, materiâ. Et primò quidem orientur à statione vel loco, in quo habitabunt damnati. quippe cùm infernum cogitas, imaginari oportet vastum quendam hiatum in ipso centro, *in corde terræ* (ut quanto fieri potest intervallo damnati distent à beatis) qui instar tumuli undique concluſi non admittat quidquam lucis, quia terrâ, quæ illum operit, ex omni parte æqualiter ambitur. *Descenderunt qui vivi in infernum operti humo.* Num. 16. v. 33. Deinde orientur à situ, quem servabût damnati. quia in ista sua sepultura erunt omnes post Judicii diem, uti nunc cadavera sunt in sua tempore contagionis, adeò

adeò erunt acervati, accumulati, densati, ut, quemadmodum nunquam poterunt extendere se ipsos, nunquam dilatare, nunquam os diducere ad unam exprimendam syllabam vel sonum articularem (juxta sensum illius, qui olim dicebat : *Impii in tenebris conticescent.* 1. Reg. 2. v. 8.) ita nec aperire possint palpebras vel ad explorandũ, an videant nihil. Tanta erit oppressio, quâ illis incumbet Ira Divina, cùm denique ejus pedibus substernetur omnis simul massa inimicorum conculcanda. *Calcavi eos in furore meo.* Is. 63. v. 3. Tertiò denique orientur à fumo, quo damnati semper involventur, quæ est materia, quippe sepulcrum istud Tartareum pro fundo habebit, uti certum est, ingentem lacum sulphuris accensi : *Stagnum ignis ardentis sulphure.* Apoc. 19. v. 20. quod ignem ciens turbidum & tetrum, ideóque ad spargendam lucem ineptum, terrifica emitter flammarum volumina, mista fumo immenso, & nunquam cessaturo : *In sempiternum ascendet fumus ejus.* Is. 35. v. 10. atque hîc demum erit vera *procella tenebrarum*, quia dum fumus in altum elatus non inveniet locum, quo exhalet, deorsum reverteretur summo impetu, premétque alterum, à quo sursum agebatur, & ita procedendo, & ubique insinuando se ipsum grandem illam cavernam ita offuscabit, ut si etiam reprobis omne aliud tolleretur obstaculum tum loci tum situs, non possent miseri vel unum dare obtutum, quin fumus eos excæcaret. Cogita tantisper, quid nunc de te foret, si tu quoq; in eo numero fareris, & gratias age DEO, quod tibi non supervenisse procellam ejus time indicia.

3. Considera secundò tenebras interiores exterioribus sunt dulciores, etsi minùs à nobis appetantur. Istæ mentem possidebunt damnatorum, ut illæ corpus : & primò provenient privatione omnis Luminis Divini *nobis, quia declinavit dies.* Jer. quia fulgere illis desiner sol illa deò in omnes beneficus, nec amplius illustrationes ullæ, inspirationes visitationes miserationis, sed nis. deinde procedent à tenebris maximis, quæ atrocitate sui non permittent ea sustinentes rere, distinguere, vel cogitare, quasi stupefactos nisi malum, quod muntur. *Emarcuit cor meum, braæ stupefecerunt me.* Is. 21. v. 4. tio nascentur ab affectibus animadum voluntatem tenebris obtendum intellectum : atque hæc *cella tenebrarum.* quia si vel affectio gravis iræ sufficit ad excæcandum intellectum viri sapientis : *ab indignatione oculus meus.* Job 7. quid damnatis fiet, qui sempiterno debunt rancore & rabie quidem placabili adversus DEUM? Hinc ut, licet sciant, se justè puniri, tamen eum blasphemare nequissimum : ut ejus gratiam abnegant, ejus gloriam oderint : ut subjicere superbi per humilitatem lint, etsi adeò se agnoscant humiliare

miserum, qui versatur in procella tam sævâ. In ea si versari nolis, quid agerès! dolebis maximè, dum vides DEUM in tenebris tam spissis ita maltractari, ubi adeò esset honorandus. certissimum siquidem est non minùs gravis illum mereri in inferno ob Justitiam, quam exerceat, ac in Paradiso illi reddatur ob misericordiam, quam præstat.

4. Considera procellas, quantò sunt vehementiores, tantò etiam solere esse breviores. Talis non erit illa, quæ Reprobos in inferno obruet. Idcirco dum audis dicentem Apostolum miseris servatam esse *procellam tenebrarum*, ne putes fore quidem furiosam, sed transitoriam, disertis verbis addere voluit, futuram esse procellam, sed æternam. *Quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* Quodsi ergo procella illa, etsi una tantùm horâ duraret, adeò esset formidabilis, quid erit, dum nullis unquàm seculis finietur? *Usque in æternum non videbunt lumen.* Ps. 48. v. 20. Si vel uni nocte insomnis egrè sustines tenebras usque ad auroram, quæ tam brevi resurget; equid erit, ubi speratri non potest ortus auroræ, & tamen nox vigilatur adeò pœnalis non in molli strato, sed flammis urentibus. Tunc enimverò dici poterit: *Expectavimus lucem, & ecce tenebræ.* Is. 59. v. 9. quia uni nocti succedet alia, atque huic rursus alia, & alia, quin ulla unquam finiatur. Ideo si etiam aliunde damnatis non esset intercluſum effugium ex illo profundissimo barathro, dicere sufficiat eos versari in tam densâ caligine, & illico cognosces eos in æternum non reperturos exitum.

5. Considera denique, quomodo dicat Apostolus grandem istam procellam tenebrarum non solùm miseris istis paratam jam esse sed servatam. *Hi sunt, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* Parantur alicui etiam illa, quorum nullam admodum rationem habebat: servantur autem propriè ea duntaxat, quæ ad ipsum spectant. *Servate mihi puerum Absalon.* 2. Reg. 18. v. 5. En igitur, quàm justè peccatoribus serventur hæ tenebræ, dum splendente ipsis luce tam clarâ, tam conspicuâ, qualis est illa Evangelij, studio suos oculos occluserunt, ne viderent. Stulta sua dictamina præferendo documentis Christi: *Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Jo. 3. v. 19. Tu interim quid agis in præsens? an fortè amicus es tenebrarum? Cave, ne sis: sic enim amicus es damnationis tuæ. Sunt ista duo adeò connexa, ut ad significandam damnationem alicujus sæpe non usurpetur vox alia quàm tenebrarum: *Non patietur animam ire in tenebras.* Job. 4. v. 11.

XII.

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virg[illegible] quam enim partem haberet in me Deus desuper, aut her[illegible] tem omnipotens de Excelsis? Job. 31. v. 1.

1. COnsidera id, quod propositum Jobo fuit in verbis hîc adductis, aliud non fuisse, quàm ut ostenderet firmissimum decretum longissimè se abstinendi ab aspectibus impuris, ne se exponeret periculo damnationis. Hoc autem posito, cur illi satis non fuit dicere: *Pepigi cum oculis meis*: cur dicit: *Pepigi fœdus*? nomen fœderis duplicem habet significationem. aliquando colligationem, & aliquando Inducias significat. Haud dubiè priorem sensum non habet hoc loco, quippe S. Job utique non voluit fœderari suis oculis ad videndum, sed potiùs pacisci, ne videret. Restat ergo, ut de inducijs loquatur, quæ sunt cessatio quædam. cur autem utitur hoc modo loquendi? triplici ex capite. primò ut intelligas oculos tuos cetera tibi adeò charos hostes esse tuos maximè capitales. Inducias non cum amicis, uti confœderationem, sed cum hostibus facimus: & tunc facimus, cùm ab ipsis adhuc grave timemus malum, nisi quamprimum sistatur cursus victoriæ. O quantum malum afferre tibi possunt oculi, nisi eos reprimas tempestivè! reducere possunt animã ad extremam, quam sentire possit, servitutem, quæ est Libidinis. *Statim captus est in suis oculis Holofernes.* Jud. 10. v. 4. Deinde ut intelligas oculos tuos non tantùm hostes esse capitales, sed præcipuos. Ind[illegible] cum milite gregario, sed [illegible] cibus paciscimur; & tales [illegible] li. Ipsi sunt, qui introducu[illegible] mam illas militum copias, [illegible] stea impugnant, cogitatio[illegible] quam. Atque ideo induc[illegible] culis paciscere. Si pacisci velis [illegible] gitationibus, non cum oculis, [illegible] facies, sicut qui ducibus omi[illegible] gregarijs concludit. Terti[illegible] ligas, nunquam integrè tuis [illegible] dendum. quando cum hostib[illegible] clusa pax est, jam quilibet ill[illegible] micis fidit. non ita, si sint fa[illegible] tùm induciæ. Pergimus a[illegible] statione suâ servare militem, [illegible] bus munimenta, ferè ut in [illegible] li. Cum oculis perfectam [illegible] non potes, donec occludant[illegible] pacisci potes inducias. & id[illegible] quam fidere omnino debes, [illegible] deantur nihil admodum mole[illegible] are. Proditores sunt. Men[illegible] si velis, se pacem æternam serv[illegible] sed non est ita: brevi eam viol[illegible] & ideo illis denuncia, te nol[illegible] ipsis pacem, quæ te obliger [illegible] deponenda. Hæ sunt tres ra[illegible] ob quas S. Job ad exprimendũ p[illegible] tum, quod habebat, frenandi [illegible] ctus oculorum, hoc potiùs qu[illegible] uti voluit modo loquendi: [illegible] *fœdus cum oculis meis &c.* Tu [illegible]

ex his trahere utilitatem & profectum stude.

2. Considera, cùm hîc de inducijs sermo sit, quæ consistunt in cessatione aspectuum, videri dicendum fuisse *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne aspicerem*, non autem, *ut ne cogitarem*. quia quantumvis verum sit ab oculis sæpe in mentem introduci cogitationes, quæ sunt robur exercitûs; nihilominùs eas non nisi medijs aspectibus introducunt, qui sunt, ut ita loquar, earum emissarij, exploratores, & quasi primum agmen; & consequenter videbatur Job in pacto tanti momenti debuisse includere non cogitationes duntaxat, sed etiam aspectus, imò primò aspectus, deinde cogitationes. De hoc quis ambigat? inclusit, sed non expressit, quia superfluum judicavit: facilè intelligebatur. Includens robur exercitûs, qui debet ab omni hostilitate cessare, sine dubio etiam exploratores, & prodromos, qui semper antecedunt, includit, etsi non exprimat. Itaque cùm Job dixit, *ut ne cogitarem*, per consequens etiam dicere debuit: *ut ne aspicerem*, quia inter cogitationem & aspectum non esse distinguendum censuit, cùm idem planè sint. O quàm certum est sequi cogitationem, postquam transiit aspectus! semper junguntur: *Si secutum est oculos meos cor meum*. Job 7. Tantum ergo fuit dicere: *ut ne cogitarem*, quantum, si dixisset; *ut ne aspicerem*. Maluit tamen Job dicere: *ne cogitarem*, quàm: *ne aspicerem*, ut constaret, de quo genere aspectuum loqueretur, nempe de aspectibus fixis. Fortuitus aspectus non poterat prudenter pacto comprehendi. Nam qui sunt Ductores illi, qui efficere possint, ut induciarum tempore nemo militum exorbitans citra ipsorum mandatum hostile aliquid attentet? sufficit id non permitti. In pactum deduci poterant omnes aspectus, qui voluntarij vocantur. & quia Job de his agere volebat, potiùs dixit: *ne cogitarem*, quàm: *ne aspicerem*. Cùm animus studio rebus attendit, eas dicitur videre: & sic è contrario, cùm oculi studio illas vident, cogitare dicuntur: *Veruntamen oculis tuis considerabis*. Ps. 90. 8. & hi sunt ordinariè aspectus, qui nocumentum afferunt animæ, nimirum Voluntarij. Quid agis ergo, quòd casu incidens in aliquid, quod creare periculum possit, in eo oculos defigas? Potiùs quamprimum in terram oculos demitte, quia quamdiu fortuitus est aspectus, merus est aspectus: cùm voluntarius esse incipit, jam non est aspectus tantùm sed cogitatio. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine*.

3. Considera hanc timiditatem Jobi videri posse nimis scrupulosam, dum addit: *de Virgine*. quia si servare se voluit ab obtutu hostili, hoc est, ab eo, qui inducere in malum potuit, satis erat abstinere ab aspectu mulieris vanæ: non ita ab aspectu Virginis, quæ collecta in seipsam, pura, pudica, nil nisi summam verecundiam vultu spirat. O quantum deciperis

ciperis ! aſpectus etiam talis Virginis tam pernicioſus eſſe aliquando poteſt, quàm alter mulieris vanæ. *Virginem ne conſpicias*, ait Eccleſiaſticus, *ne fortè ſcandalizeris in decore illius*. Eccl. 9. v. 5. advertis ? non ait ; *ne fortè ſcandalizet te in decore ſuo* : ſed dicit : *ne forte ſcandalizeris in decore illius*. quia Virgo tam modeſta, quam dixi, pura, pudica, non dabit tibi ullum ſcandalum *in decore ſuo*, uti dat vana quædam mulier. Sed tu ab ipſa accipies, etſi illa non dederit. quid refert ergo. ſcandalum non eſſe activum, ſi fuerit paſſivum ? Hoc ſolum ad te damnandum ſufficit. imò nunquam eſt ſcandalum activum, quo peris, ſed ſemper paſſivum. Non eſt datum, ſed acceptum. & ideo dicebat Job : *ut ne cogitarem quidem de Virgine*. hinc eſt, quòd ne quidem diceret *Virginem*, ſed *de Virgine*, quia non tantùm ipſam, ſed nec de ipſa aliquid cernere volebat, hoc eſt, nihil eorum, quæ circa ipſam ſunt : *aliquid de Virgine*. an neſcis ad rapiendos oculos Holofernis ſandalia, nedum capillos fuiſſe ſatis ? *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus*. Jud. 16. v. 11. Itaque omnino ab his aſpectibus ceſſandum eſt. ita ſecuræ ſunt induciæ, & non aliter. ſecùs enim ijs includis omnes inimicos, non manifeſtos tantùm, ſed etiam ſuſpectos. Aſpectus illi, qui inermes videbantur, niſi caveas, ſubitò ferrum ſtringent, quod modò tam bellè tegunt, réque aggredientur graviſſimâ inflictâ plagâ.

4. Conſidera, ſi aſpectus ſufficerent ad hanc ſtragem, non fuiſſe tam clarè dictum : *enim partem haberet in me Deus ſuper, aut hæreditatem omnipotens excelſis ?* dum ergo hoc dicitur tibi eſto, nihil eſſe mali accidere tibi ex his aſpectibus poſſit. Soli iſti poſſunt efficere nullam in te partem DEUS habeat *quam enim partem haberet in me de ſuper ?* & quam ob cauſam te totum DEO ſubducent. modi aſpectibus ſuccedent, mus, cogitationes, iſtæ verò lico ſubducent mentem : nibus ſuccedent delectationes ſubducent appetitus omnes res, & omnes tuos affectus. tionibus ſuccedent conſenſus DEO ſubducent voluntatem conſenſibus ſuccedent opera, ſubducent DEO omnes tuos externos. & ecce, qui jure ret te poſſidere totum ut Dom ſolutus, nullam ampliùs de habet : imò nec habet partem quia neſcit, quà intret, ut tibi tur ad cor, atque hoc eſt peſſi bidinis malum. totum occupa nem, ita ut DEUS eò penetrare poſſit. Da mihi aliquem hæ deditum : videbis, quòd non intra cor non admittat DEUM metuat, ne ipſe per ſe eò intro met omnem inſpirationem quæ poſſit avertere à re ſuâ dilecta illi adhæret : timet conciones,

pla, monasteria, libros sacros, verbo, timet instar phrenetici curationem mali, à quo ut sanetur, nullis esset sumptibus parcendum. *Timebam, ne me cito sanares à morbo concupiscentiæ meæ, quam malebam expleri, quàm extingui.* S. Aug. & ecce id ipsum, quod dicere voluit: *Quam enim partem haberet in me DEUS desuper?* quia nec DEUS quidem potest in cor ejusmodi ex alto penetrare suis inspirationibus, quæ aliàs facilè portas etiam occlusas penetrare solent. & si DEUS etiam partem habeat in tali corde *deorsum* tanquam Autor naturæ; eam non habet *desuper*, ut Autor gratiæ.

5. Considera, necdum finem esse malorum. quippe si hoc Libidinis vitium DEO saltem relinqueret possessionem hominis post mortem, videri posset tolerabilius, etsi in vita illum subduceret: sed hoc pessimum, quòd nec in vita nec in morte relinquat. & ideo quum dixisset: *Quam enim partem haberet in me DEUS desuper*; pergit dicere: *& hæreditatem omnipotens de excelsis?* Participamus propriè de bonis alicujus, dum vivit: hæreditate capimus, dum mortuus est. Jam verò Libido non permittit, ut DEUS hæreditate te possideat, quia facillimè fieri potest, ut mori te sinat ita impœnitentem, ut vivis. Et ratio est, quia hoc est genus mali, quod præ alijs ex actuali facillimè transit in habituale, & en te redactum ad moralem necessitatem perdendæ salutis. quia ordo, quem servant oculi, dum ultimum afferunt exitium animæ, hic est, quem quarto puncto cæpimus memorare. Primò proferunt aspectus: isti mox trahunt cogitationes: has sequitur delectatio, delectationem consensus, demum ipsa opera, quæ DEO rapiunt hominem vivum, operibus succedit consuetudo, consuetudini necessitas, necessitati desperatio unquã ampliùs emergendi ex hoc statu, desperationi damnatio, quæ denique aufert DEO hominem mortuum. & ecce DEUM, ut ait Job, nec partem habere in te, nec hæreditatem, & si hæreditatem habeat, non habere *de Excelsis:* quia DEUS ubique est, tam in inferno, quàm in cœlo. *Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.* & ideo in casu nostro hæreditatẽ habet *omnipotẽs de profundo* per Justitiã, non habet hæreditatẽ *Omnipotens de excelsis* per misericordiam. Id videmus accidere quotidie. Unde hoc maximè Vitio impletur infernus. quo posito an non putas cum summa ratione exclamâsse Jobum, cùm in verba ista prorupit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine?* Videbat, quanti referret nullam permittere oculis actionem hostilem, hac enim permissâ se perditum credebat. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Thr. 3. v. 51. & si adeò id timuit vir maximæ virtutis, quid tu facies, qui propendes ad malùm?

XIII.

Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij ejus, sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. v. 29.

1. COnsidera, quàm soliciti sint quidam habendi signum prædestinationis suæ, quàm fieri potest, certissimum. Ecce illud, quin multum indages, datum ab Apostolo: nempe Conformitatem Ectypi cum suo Prototypo vel Exemplari. *Quos præscivit, & prædestinavit* (intellige *hos*, sicut plerique Expositorum subintelligunt) *Quos præscivit, hos & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Cogita proinde generale Prædestinationis negotium contigisse in hunc modum. Constituit Pater primum suum Electum, qui fuit Christus JESUS, filius suus naturalis, atque hunc prædestinavit ad comparandam sibi gloriam Redemptoris laboriosis exercendis virtutibus. *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Processit deinde, nostro modo cognoscendi, ad eligendos gradatim alios, sed eâ ratione, ut JESUS esset Exemplar, cui omnes tanquam filij adoptivi essent conformandi, ita, ut quisquis nollet huic exemplari conformari, excluderetur à gloria, qui vellet conformari, admitteretur, juxta diversum majoris vel minoris conformitatis gradum. Nunc intelligis omnia verba Apostoli. *Quos præscivit, hos & prædestinavit.* Eos, quos Dominus elegit, *Præscivit*, quæ est formula quædam propria scr... *Electis Advenis secundùm præ... DEI Patris.* 1. Pet. 1. v. 2. con... riter prædestinavit, sed ad qua... *formes fieri imaginis filij sui*, ha... Exemplaris, quod illis in filio ... nedicto proponebat. Tu vero ... agnoscis, quale fuerit hoc Exem... Vitam ejus lege, & videbis, ... buerit relinquere tibi exem... pertatis, Humilitatis, Obedien... ritatis, Modestiæ, Mansuetu... tientiæ non in uno genere pote... in omnibus: *Probatus per om...* talis etiam est tua? si talis es ... beatum, quia Ectypon simile ... Prototypo; si talis non est, ... contremisce, quia dissimilis es.

2. Considera, quàm æquum ... hoc modo Patrem æternum ... re. quia si ceteri electi debent ... ejus filij adoptivi, conveniebat ... eos fieri similes filio suo Na... Adoptio nobis tribuit, ut in Patre ... formes simus imagini fratris ... majoris glorioši. meritò ergo ... re etiam debet, ut in via con... simus imagini ejusdem fratris ... majoris patientis, adeò, ut, *sic... tavimus imaginem terreni, sic... & imaginem Cœlestis.* 1. Cor. ... tu ex parte tuâ susciperes con... frater esses indignus. Non ... bi videatur, quòd ille ex U...

qualis erat juxta Naturam Divinam, te in fratrem admisso effici voluerit Primogenitus secundùm humanam. Quâ igitur ratione sortem tuam vis esse meliorem ? *Ruben primogenitus meus prior in donis, major in imperio.* Gen. 49. v. 2. Ex solo titulo Primogeniti, qui debebat esse *major in imperio*, in cœlo, poterat Christus etiam velle major esse supra veram, *prior in donis* gaudendo prærogativis facultatum, honorum, commodorum, quæ secundùm legem illi competebant : & ipse tamen ea non curavit, solùm ut te salvum faceret, & tibi, de cujus agitur salute, durum videtur eidem conformari ?

3. Considera nihil ergo exaggerâsse nec sacras paginas, nec sanctos, cum adeò disertis verbis protestati sunt, pati oportere, ut salutem consequamur. Hæc est via, quam huic scopo attingendo Dominus præfixit. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum DEI.* Aliam præfigere potuit, quis ignorat ? sed postquam ista placuit, non est medium, necesse est aggredi animosè. Itaque quemadmodum, si Princeps sancivit amicitiam suam recum pro militari obsequio, non litterarum commerciũ exigit, sed armorum, & vice versâ, ita cum DEUS posuerit Amicitiam suam in sola conformitate cum vita filij sui Benedicti, hanc solam à te petit. Alijs obsequijs equidem blandiri, sed satisfacere nunquam poteris. Nota proinde, quòd non dicat : *Uniformes fieri imaginis*, sed *conformes.* Si dixisset *Uniformes :* væ nobis ! De Matre ejus sanctissimâ piè credi potest, eam ut Matrem adeptam esse exactam Uniformitatem cum vita filij sui Benedicti, quæ causa est, ut S. Thomas diceret eam esse imaginem potiùs, quàm factam ad imaginem, adeò bene illum repræsentat. De alijs tam facilè credi nequit. Hinc est, quòd Apostolus respectu Christi aliam prærogativam sibi tribuere nollet, nisi meri imitatoris. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Dicit ergo *Conformes*, non *Uniformes.* quia Conformitas admittit gradus. quod solatio esse potest. Verum est, gradibus conformitatis, quam cum Christo in terra habebimus, responsuram deinde alteram in cœlo. & sic erit ibi reverà *Primogenitus in multis fratribus*, quia uti fratres statũrâ inæquales, majores minoresve existũt, ita in cœlo Prædestinatis accidet. Porrò omnes se invicem ut fratres amabunt, & ideo quivis alterius prærogativâ gaudebit, ceu foret propria. felicem te, si sis de numero tam præclaro. at quomodo vis esse frater eorum in hæreditate, quando dedignaris esse frater in laboribus ? *Frater in angustijs comprobatur.* Prov. 17. v. 7.

4. Considèra quàm aptus quoque fuerit sermo Apostoli, cùm dixit : *Prædestinavit conformes fieri.* non dixit : *conformes esse.* & quare ? quia non dixisset verum. Infantes, qui statim moriuntur post Baptismum, sunt prædestinati, & tamen non sunt prædestinati ad habendam in terra istam conformitatem cum imagine

Christi patientis, quantumvis sint prædestinati ad eam habendam in cœlo cum imagine Christi glorioſi : ſed nihil refert. quia non obligamur habere eam conformitatem, ſed procurare, cùm poſſumus. *Conformes fieri*, non *conformes eſſe*. & ecce quàm bene dixerit *conformes fieri*, ut intelligas, prædeſtinatus ſi fueris, etſi per te ipſum conformare te nolis, fore conformandum : *fies*. tot erunt neceſſitates patiendi, in quibus DEUS te conſtituet, etſi tu fugias. Iſtud eſt ſignum veræ prædeſtinationis. atque idcirco, quantumvis dicere poſſet Apoſtolus : *Prædeſtinavit conformes ſe facere*. non hoc dixit, ſed dixit : *conformes ſe fieri*, & ſine reſtrictione dixit, quia ad elaborandam ejuſmodi conformitatē multi debent concurrere. DEUS exhibendo ſanctiſſimam gratiam ſuam in tribulationibus, quas immittit. homines te vexando, dæmones infeſtando, ipſæ res creatæ rationis expertes inferendo moleſtias, & tu demū obſervādo, quonamodo Chriſtus in ejuſmodi caſu ſe geſſerit, ut ita te geras. Hæc eſt vera regula : *conformes fieri*, id eſt, non ſolùm ſeſe facere conformem, ſed & fieri. *Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam*. Thr. 3. v. 12.

5. Conſidera rationem, quam adducit Apoſtolus, in hunc modum factæ diſpoſitionis Divinæ, quæ eſt, ut Chriſtus ita ſibi faciat multos fratres, ſeu Prædeſtinatos. *Ut ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus* : quantò enim major eſt numerus fratrum, tantò etiam major eſt gloria Primogeniti. *Circa illum corona fratrum*. Eccl. 13. Hæc ratio primâ ſpecie falſa, quia ſi Paradiſus ijs [illegible] majoribus affluunt gaudijs, [illegible] ret numerus, quàm cùm [illegible] plus patiuntur: ſed falleris. [illegible] rat DEUS facere faciliorem [illegible] nem Paradiſi, quàm cùm [illegible] tibus expoſuit venalem, qui [illegible] & aculeorum ubique copia [illegible] Sufficit, ad eas colligendas [illegible] manum velis. Multò magis [illegible] que poteſtate eſt eſſe pauperem [illegible] Chriſto, quàm abundare opo[illegible] miliari, quàm eminere, obedire [illegible] præcipere, abſtinere, quàm [illegible] atque ita de cæteris. Itaque [illegible] rer æternus adeptionem Paradi[illegible] gavit conformitati cum vita, [illegible] Chriſtus tenuit, id requiſivit, [illegible] cujuſque poteſtate eſt. Sufficit [illegible] roſæ voluntatis propoſitum : [illegible] caſu altero minimè ſufficeret. [illegible] bene dixit Apoſtolus, cùm dixit [illegible] *deſtinavit conformes fieri imag[illegible] ſui, ut ſit ipſe primogenitus in [illegible] fratribus*. Deinde ſi in caſu [illegible] ti forent, qui regnarent cum Chri[illegible] multi fratres non forent, & ſic [illegible] quidem ille Primogenitus, ſed [illegible] deo *in multis fratribus*. nam qui [illegible] ſti eſſent filij adoptivi, qui nihil [illegible] rent ſimilitudinis cum Naturali [illegible] vis illi ſimiles in gloria, qui [illegible] in abjectione diſſimiles.

6. Conſidera homines pro v[illegible] fugere crucem, atque ita pro [illegible] fugere ſalutem. *Si extra diſpo[illegible] eſſis, cujus participes facti ſunt* [illegible]

ergo adulteri, & non filii estis. Dicitur enim hos fratres JESU multos futuros : *ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* & consequenter multi etiam eorum prædestinati. Negari non potest, *Multitudinem magnam, quam dinumerare nemo poterat.* quid autem ? hoc debemus in acceptis DEO, quòd in alteromundo Purgatorium existat. si non esset, væ nobis ! quid fieret tot Christianis, qui suis commoditatibus sint addicti ? quis eorum salvus fieret? Ideo Dominus Misericordiâ suâ infinitâ disposuit, ut illi Prædestinati, qui, ne patiantur in vita, defectus plurimos committunt, patiantur post mortem. & sic dici potest purgatorium esse locum, ubi, qui noluerunt sponte conformari vitæ pœnali Primogeniti, fiant conformes meræ satisfactionis impendio, quo quisque id demum sibi comparet, quod per meritum non comparavit. sed numquid extremæ dementiæ est istâ permutatione contentum negligere meritum, quod deinde tam durâ satisfactione compenset? O quàm acerba erunt supplicia, in quibus solvere licet, non mereri ! Hic est locus, in quo procedi solet cum rigore summo. *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.*

7. Considera hoc esse oportere tibi gratissimum in oratione exercitiũ, manu apprehendere Crucifixum, quæ est imago illa, quam voluit Redemptor de se specialiter in hac terra relinquere, atque ibi per partes contemplari, & videre tantisper, quomodo effigiatum respondeat exemplari. ô quæ differentia ! Christus nudus, tu bene vestitus. Christus inter dolores, tu in deliciis. Christus in derelictionibus, tu in solatiis. Christus contemptus, tu honoratus. putásne hoc esse facere secundùm exemplar? quin imò, si pati sponte nescis, rogandus est Dominus, ut vi te adigat ad patiendum. quanquam quid aliud rogas, cùm Paradisum petis? rogas, diversis licèt vocabulis, ut multam tribuat materiam patiendi. ita statutum est. *Quos præscivit, hos & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui.*

XIV.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis : opera enim eorum sequuntur illos. Apoc. 14. v. 13.

1. COnsidera, qui sint illi, qui *in Domino moriuntur.* sunt illi, qui vixerunt *in Domino.* ita enim communiter accidit. ibi quisque moritur, ubi stabile habet domicilium. Contingit aliquando mori quenquam, ubi fortè reperitur in transitu ; sed rarus est casus. ordinariè moritur, ubi vivere est solitus. qui vivit in peccato, moritur in peccato. qui vivit *in Domino*, mori-

tur *in Domino*. Tu ubi vivis? cogita interim, ubi vivis, te quoque moriturum. si non in peccato, quod casu aliquo committis, saltem in peccato, quod committeis per habitum, in peccato lasciviæ, in peccato livoris, in eo, quod dici possit proprium actuum. *In peccato vestro moriemini.* Jo.8.v.21.

2. Considera quid sit mori *in Domino*. est mori si non pro Domino, uti Martyres solent, saltem in Domino, quod solent Confessores, hoc est, illi, qui cùm DEO fideliter servierint, non solùm in ipso vixerunt per gratiam, quod est Justis omnibus commune, sed vixerunt in ipso per specialissimum charitatis affectum. isti propriè moriuntur *in Domino*, non solùm quia moriuntur in gratia, quod est omnibus commune, qui moriuntur Justi. sed quia moriuntur conjiciendo se totos in sinum Domini sui, moriuntur in ejus latere, moriuntur in ejus corde, moriuntur in beato amplexu ejus brachiorum. quàm pulcra mors, mori *in osculo Domini*! væ illis, qui vivunt inter brachia inimici, tanquam illi præ ceteris dilecti. inter brachia inimici etiam expectent mortem.

3. Considera ad probandum, mortem adeò beatam, de quâ dicebamus, non cunctis evenire, qui moriuntur justi, sed iis solùm, qui singularis perfectionis studiosi vixerunt, dicere Dominum: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*. Indubitatum videtur, hîc agi de gemina morte, quarum una alteram sequatur: nam quâ aliâ ratione dici potest, quòd mortui morian-

tur? moriuntur vivi, & non sunt mortui. & hîc tamen in *Beati mortui, qui in Domino* certè id non absque mysterio sertim quòd sacræ Litteræ vel apicem habeant redu maximè Apocalypsis, ubi comminatio eum expungendi vitæ non solùm qui contradi jus verbo, ceu non subsisteret, etiam ut superfluum expunge *diminuerit de verbis libri Pro jus, auferet DEUS partem ejus vitæ*. Apoc. 22.v.19. Hoc mnes interpretes hac denun quasi fulmine attoniti, summo su judicant hic præcipuè sem esse de iis, qui primò mortu per hoc, quòd toti vivant in mini, habent deinde beatam tem, ut ibidem moriantur. & an non verissimum sit, quòd riendi in Domino iis contingat vivunt in Domino. Sed quid ri sibi ipsi? Est anticipatâ sepu avelli ab omnibus, quæ denique tollet, à facultatibus, à patria tis, à vanitatibus, à delicijs, à re onibus, maximè verò ab amore sius inordinato, vivendo in corp sic loquar, sine corpore. Illi qnibus scribere potuit Apost *Mortui estis, & vita vestra abs est cum Christo in DEO*. Colos

3. Ita est, ut coroneris, non sa cœpisse bene, oportet usque in perseverare constanter. Ideo non cuntur hoc loco Beati, qui simpl moriuntur sibi, sed qui primi

sibi, deinde moriuntur in Domino. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Quid juvat te semel tibi mortuum, ut in Domino vivares, si deinde resuscitatus pergas tibi vivere? Oportet manere tuum tibi, dum moriaris in Domino.

4. Considera, si terreat te mors ista prima, quæ præcedit, consolari debere secundam, quæ sequitur, quia hæc demum quietem afferet perpetuam ab omnibus laboribus. ideo subjungitur: *Amodo jam dicit dicit spiritus*, ut requiescant à laboribus suis. qualis est ergo hic spiritus, qui nunc adeò stimulat ad multum patiendum pro DEO, ad laborandum, ad sudandum, ad mortificandum te ipsum? Spiritus Domini. numne sic est? jam verò hic Spiritus, qui nunc dicit, ut labores, tunc dicet tibi, ut cesses laborare. *Amodo*, significat ab eo momento in futurum. Unde primò adverte, qualiscunque sit Spiritus, qui ante illud momentum tibi dicit, ut laborare desinas, certè non esse Spiritū Domini; erit Spiritus proprius, Spiritus mundi, Spiritus malignus. Spiritus Domini hoc nulli dicit usque ad momentum illud: *Amodo jam dicit spiritus*; sed non priùs. O si nosses, quàm abhorreat Spiritus Domini quenquam super terram vivere otiosum! vult semper laborari, semper, semper, dum potest. *Labora sicut bonus miles Christi.* 2. Tim. 2. neque mirum est: quia sicut otium juxta Medicorum aphorismum, duos in corpore generat pernicios issimos effectus, languorem, & fluxum; ita facit in animâ, facit debilem ad bonum, & pronam ad malum. Verum est, sicut in corpore non illico apparent isti effectus, sed solùm ubi vires & vigorem ademerunt, ita in animâ. sed ideo tantò magis timendum. quia infirmitates, quæ clàm & paulatim generantur, demum fiunt incurabiles. & tales sunt, quas generat otium. Deinde adverte, quomodo dicat beatis his mortuis Spiritus Domini, ut requiescant, quia satis jam laborârunt. *Requiescant à laboribus suis.* Duplex est requies, una negativa, altera positiva. Negativa est mera cessatio à labore. Positiva est beata felicitas, quæ cessationi laborum adjungit illam perfectissimam quietem, quam experitur anima in secura possessione illius, quod vult. Tam de unâ quàm de alterâ quiete intendit hîc loqui Dominus. dicit, ut requiescant à laboribus, quæ est negativa. & dicit, ut requiescant propter labores, quæ est positiva. si primum tantùm sensum intenderet, parùm imprimis diceret (nam quid hoc est præmii cessare à laboribus?) deinde satis esset dicere *à laboribus*, quin adderet *suis*: quippe quis est, qui ab aliis cesset laboribus quàm propriis? adjungit *suis*, quia etiam secundum sensum intelligit, nempe ut significet eos recipere beatitudinem laborum causâ, *à laboribus*, sed suis, non iis tantùm, quos pro ipsis Christus exantlavit, ut volunt nonnulli, qui cœlum sibi pollicentur ob solam fidem, licet ab operibus sejunctam. nonne stultum est petere quietem pro iis laboribus duntaxat,

taxat, quos alius sustinuit? si vis tuam esse quietem, oportet perinde labores quoque fuisse tuos.

5. Cōsidera, quomodo ætatatis nostrę hæretici ex hac sententia quasi triumphantes arguant, ridiculum esse admittere purgatorium, dum is, qui in gratia moritur, illico tendit ad quietē. *Amodo*, id est, ab eo momento, *amodò jam dicit Spiritus, ut requiescant*. Stulta conclusio, ij, qui moriuntur in gratia, an eodem modo usque ad momentum illud laborârunt? haud sanè. unde ergo necesse est, ut ab illo momento eodem modo incipiant quiescere? sciant ergo miseri, qui sint illi, quibus dicit Spiritus Domini, *ut requiescant*. illis dicit, qui plurimùm laborârunt moriendo sibi, ut toti DEO viverent. *Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis*, non *à labore*, sed *à laboribus*. si isti parùm laborare voluissent pro obtinendo Paradiso, uti illi faciunt, qui quasi in ictu oculi eò evadere cogitant, certè non tam citò intrarent. Irent priùs per flammas, ad suam pigritiam luendam. sed quia multum laborârunt, idcirco tam citò ad gaudia fuerunt evocati. O si omnes intelligerent, quid significet vox illa: *à laboribus*! sed multi vim ejus ignorant, quia nunquam experimentū sumpserunt. Deinde aliud est, quòd *Amodo dicat Spiritus*, beatis his mortuis, *ut requiescant*. & aliud, quòd dicat, *ut requiescant amodo*. *Dicit amodo, ut requiescant*, quia quàm primùm expiraverint, ad illorum utilitatē pronuntiat æternæ quietis sententiam.

at non dicit, *ut requiescant* [illegible] sententiam inter, & execu[illegible] tentiæ plerumque tempus [illegible] licet majus, minusve pro [illegible] ti, quod adhuc solvendum [illegible] potius retorqueri hic textus [illegible] test, qui audent illum contra [illegible] pare. quia si inter sententiam [illegible] cutionem nulla unquam [illegible] cederet; *diceret Spiritus, ut* [illegible] *rent amodo*. sed quia aliquan[illegible] mora, idcirco *Amodo dicit, ut* [illegible] *cant*. hoc est, *ut requiescant*, [illegible] aderit hora. Verùm est, [illegible] his, qui multum laborârunt [illegible] citò adsit, & ideo ejus hic [illegible] tur ratio, quia isti beati [illegible] illi, de quibus nobis dicit Ap[illegible] *salvi erunt, sic tamen quasi* [illegible] 1. Cor. 4. v. 15. adeò brevis [illegible] tus, quem facient per ignem, [illegible] facient.

6. Considera, quia omnia [illegible] tentia sermo est, usurpari [illegible] dicendi, *ut requiescant*, & [illegible] *Dicit, ut requiescant*, non [illegible] *quiescant*, quantumvis dicto [illegible] deat factum. Non erit ergo [illegible] tentia, quæ detur pro arbitrio, [illegible] circo additur: *opera enim* [illegible] *quuntur illos*. quia opera illorum [illegible] tantum laborârunt pro DEO, [illegible] Tribunali fidele reddent [illegible] meritorum secundùm illud: [illegible] *eum in portis opera ejus*. Prov. [illegible] Dicuntur ergo hæc opera [illegible] quia Justorum opera non [illegible] peccatorum. illa sunt corrup[illegible] noxia, & ideo omnia cum [illegible]

desinunt: *omne opus corruptibile in fine deficiet.* Eccli. 14. v. 20. ista vero sunt opera solida, firma, perpetua, & ideo sequuntur operantem. Quid habebunt peccatores in inferno de rosis, quibus ad hilaritatem coronabant se ipsos? nil præter spinas, hoc est, pœnitudinem. Dum Justi è contrario de laboribus suis fructum colligent. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Sap. cap. 15. & ita eo fruentur semper, consolando se ipsos jucundâ memoriâ illorum, quæ pro DEO sunt passi. Deinde dicitur: *Opera eorum sequentur illos,* quia Justi non ducent secum cum suis bona, quæ fecerunt in terra, sed multa videbuntur paulatim sequi, prout perficientur cum tempore. Vide exempli causâ tot inclytos Ordinum fundatores, ab obitu illorum jam multa fluxerunt secula, & dici tamen adhuc potest: *Opera illorum sequuntur illos,* quia præteritorum laborum semper novos fructus colligunt. *cum semine eorum permanent bona.* Eccl. 44. v. 14. Denique dicitur: *opera illorum sequuntur illos,* quia sicut olim Victores in triumphis suis non habebant digniorem appendicem quàm suorum operum, Reges victos, Duces debellatos, Consules sub jugum missos, Urbium, quas subjecerunt, simulacra, ita beatis illis mortuis fiet. Ibunt etiam ipsi ad Capitolium Cœleste magno haud dubiè cum comitatu Angelorũ, sed in toto triumpho nihil erit, quod comparari possit cum sequace suorum operum turba. hæc plurimum afferet gloriæ, ideo hæc sola memoratur: *Opera illorum sequuntur illos.* Eant sanè peccatores ad tumulum cum funebri pompa tympanorum triste sonantium, tubarum lugubri clangore, pannis pretiosis in terram defluentibus, & fastuosè lambentibus pulverem. ubi sunt opera, quæ illos comitentur? necesse erit eos cum summa ignominia nudos, squalidos, solos, sisti ante grande Tribunal Christi Judicis. soli Justi eò vadent cum honestissimo comitatu; *opera enim illorum sequuntur illos.*

XV.

Christo autem passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. 1. Petr. 4. v. 1.

COnsidera, si Christus in carne sua tantum est passus, id non esse factum ob indigentiam suæ carnis sed tuæ. Ille in sua fuit putissimus & perfectissimus. Purissimus, quia opus non fuit illam abstrahere à malo. Perfectissimus, quia necesse non fuit incitare ad bonum. & ideo ob indigentiam suæ carnis nihil passus est unquam. Est autem passus ob indigentiã maximam tuæ, quæ adeò segnis est ad bonum, prompta ad malum. Videbatur ergo hoc loco meritò dicendum Apostolo: *Christo autem passo in carne,*

ne, & vos eadem passione armamini. quia si Christus ad carnem tuam vincendâ, quæ nihil illi nocere poterat, tot se armavit suppliciis, armavit virgis, armavit spinis, armavit clavis tã acutis, quãtò magis ad eam vincendam te armari oporteret, qui ab ipsa quotidie tãta accipis damna? Nihilominus Apostolus, qui probè debilitatem tuam sciebat, non dixit: *eadem passione armamini*, sed *eadem cogitatione*. Vult, ut, si te non armes passione Christi, saltem te armes cogitatione passionis: *eadem cogitatione Christi passi*. quis igitur erit excusationi locus, si id facere detrectes?

2. Considera duplex esse hujus armaturæ genus, Defensivum & Offensivum. Defensivum ad repellendos insultus carnis tuæ rebellis, & offensivum ad eandem inpugnandam, hoc est, ad eam servandam modestam, obedientem, promptã ad præstandum, quod oportet, spiritui tributum. Primò igitur tibi serviet memoria Passionis Christi pro armatura ad repellendos viriliter tuæ carnis insultus. quia omnes docent non esse efficacius contra tentationes sensuales remedium, quàm cogitare, quid pro nobis Christus sit passus: *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Thr.3.v.61. quî fieri potest, ut contempleris in Cruce Christum, ut eum videas tui causâ nudum, & sanguine undantem, videas attritũ, excarnificatum, lacerum, & tamen cogites eodem tempore corpori tuo indulgere voluptates etiam illicitas? imò potiùs te senties accendi sanctâ quadam indignatione contra [illegible] volésque malè tractare te ipsum, [illegible] tificare te ipsum, & à te pœnas [illegible] promeritas, quod non est [illegible] carne sua defendere, sed eam [illegible] fendere. Nota proinde non [illegible] hoc esse, ut obiter memineris [illegible] Christi, necesse est attendere [illegible] unde non dicit Apostolus: Chri[illegible] *tem passo in carne, & vos eadem [illegible] datione armamini*, sed *eadem [illegible] ne.* Hoc est, quod juvat, [illegible] gitatio. Neque dicas animi [illegible] cùm urget necessitas, dem[illegible] poni: quia si caro continuò bell[illegible] vet, vel ad id movendum in p[illegible] est; quodnam erit tempus, quo[illegible] nenda sint arma contra ipsum [illegible] na?

3. Considera, ut ista cogita[illegible] sionis tibi reverâ grande præsi[illegible] lium, præ omnibus curandum, [illegible] citer apprehendas, quis sit [illegible] am pro te sustinuit. unde abi[illegible] cit Apostolus: *Christo autem [illegible] carne*, non dicit *Passo verbera, [illegible] nera, passo crucem*. dicit solum [illegible] quia hoc solum sufficere tibi d[illegible] Filius DEI vivus, & verus [illegible] salute tua non fecisset, quam qu[illegible] libâsset hausturn illum fellis, q[illegible] Cruce gustavit, sufficere id debe[illegible] tu vilissimus terræ vermiculus [illegible] continuò immersus pelago am[illegible] nis pro ejus amore. quia, quod [illegible] mè obstupescas, non est, eum in [illegible] re suo tenerrimo tanta passum po[illegible] quæ plurima tamen erant, qua[illegible] perferenda necesse fuit procul[illegible]

rè etiam prodigiosas, sed eum pati non fuisse dedignatum. Itaque, quemadmodum Tobias, quamdiu beneficia perpendit à ductore suî filii accepta, ea reprendere cogitabat dando facultatũ suarum dimidium, ubi deinde cognovit eum, qui beneficia illa præstitit, fuisse Angelum, imò Archangelum cœlo delapsum, subitò quasi exanimis in terra prostratus est, nec aspicere eum sustinuit, nec illi respondere, nec gratias agere, sed planè credidit aliud se agere non posse, quàm ad ejus pedes expirare; ita te quoque sine dubio plurimum commoveri oportet in eo contemplando, quod Christus pro te passus sit. at cùm cogitas eum, qui passus est, non fuisse hominem ordinariũ, non Angelum, non Archangelum, sed ipsummet DEI Filium, de cœlo in terram delatum, stare te oportet attonitũ stupore, & contestari, si possis, te ad ejus pedes prostratum promptum esse ad dandum pro ipso, si illi placeat, ultimum spiritum. *Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te?* 2. Reg. 18. nisi Tigride sis ferocior, minor esse non potest, qui in corde tuo surget, affectus ad recordationem ejus, qui passus est pro te: *Christo passo in carne.* & hanc proinde semper servare debes altâ mente repositam, ut vivas quasi mortuus tibi eo modo, ut caro tua nec possit quidem tibi quidquam facessere molestiæ. *Memoriâ memor ero, & tabescet in me anima mea.* Thr. 3. v. 20.

* * *

XVI.

Exerce te ipsum ad pietatem. nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. 1. Tim. 4. v 7.

COnsidera Pietatem esse virtutem, quæ nos inclinat ad amandũ nostrum Principium: & ideo introducta est ad significandum amorem erga Progenitores, amorem erga Patriam. in quia summum nostrum Principium DEUS est, prima Pietas est, quæ Deum spectat ea propensione speciali, quæ illum decet, qui tam liberaliter nobis esse dedit. Ecce igitur id, quod quoad substantiam hoc loco intelligit Apostolus isto vocabulo Pietatis. Intelligit cultum DEI, sed non cultum quemcunque. nam iste venit nomine Religionis: intelligit cultum magis devotum, magis affectuosum, ardentem, qualem illæ personæ demonstrare solent, quæ à nobis piæ appellantur. Huic pietati præmia maxima promittuntur non solùm in vita futura, de quo jam constat, sed etiam in præsenti. quia sicut ibi in Decalogo illi pietati minori, quæ homines spectat, à DEO promissum est præmium speciale etiam in hac vita: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sis longævus super ter-*

terram. Exod. 20. ita in Evangelio majori illi Pietati, quæ DEUM spectat, longè plus fuit promissum à Christo. *Quærite primùm Regnum DEI, & Justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Ista est virtus, quæ habet à Patre benedictionem utriusque manûs, dextræ scilicet, & sinistræ: *de rore cœli, & de pinguedine terræ.* adeò inter omnes illi est accepta. numquid ergo meritò tam efficaciter hortatur Apostolus ad exercendam talem virtutem charum sibi Timotheum? Tu quomodo te sentis inclinatum ad opera pietatis? an ea cum propensione, an cum repugnantia facis? si cum repugnantia; signum est nondum à te possideri virtutem tam pulchram, quia indicium, ex quo cognoscitur habitus, est propensio ad suos actus.

2. Considera, ut te disponas ad aquirendum hunc habitum, etiamnum de cœlo tibi dicere Apostolum: *Exerce te ipsum ad pietatem*, quia sic demum habitus formatur, exercendo, actus ejus iteratos. Omnis scientia abstracta non sufficit ad reddendum te piũ, nisi ad summum longi temporis decursu. Praxis est, quæ citò facit. Nota proinde hîc non dicere Apostolum: *Exerce te ipsum in pietate*, sed *ad pietatem.* quia, si fortè desit urgens occasio te exercendi in operibus pietatis, oportet agere illorum more, qui, si desit pugna, in qua vires suas possint experiri, eas in palæstra aliqua exercent, solùm, ut dexteritatem servent. unde Græcum vocabulum, quod hîc usurpat Apostolus, idem sonat, ac si dicat: *Exerce te athleticè ad pietatem.* [illegible] læstra, quæ est campus, in quo [illegible] se reddunt habiles ad dimicandum, [illegible] currendum, ad equitandum, [illegible] ctandum, non fiunt hæc [illegible] urgentem aliquam necessitatem, [illegible] meri exercitii causâ. tanti faciendus horum habere promptum, ita vult Apostolus fieri opera pietatis, fieri, inquam, si non ob aliud, [illegible] tamen causâ: *Exerce te ipsum ad pietatem.* nam quis explicet, quo [illegible] juvet in casu necessitatis non [illegible] laborare, sed habere in promptu opera? Accedit quòd apud Magistrum diversâ ratione spectetur Palæstræ locus, verus certaminis. in [illegible] agitur de lucro levium præmiorum, de uno bravio, torque, cingulo, [illegible] quæ serviũt pro mero incitamento exercendi. cùm in altero agitur quando de recuperando Regno integro. sed apud DEUM non [illegible] ber. Tantum lucratur, quantum [illegible] stra certat ad experimentum [illegible] quantum qui in acie dimicat [illegible] scripto. quis erit ergo, qui tantum se impendat operibus Pietatis, [illegible] ista, quocunque casu exercentur, tum affert fructûs?

3. Considera, ut ad hæc [illegible] quod dico, alludat Apostolus, [illegible] adjungere: *nam corporalis exercitio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia.* Comparat hîc exercitium pietatis cum exercitio corporis, [illegible] in suis palæstris instituunt Athletas quorum in Græcia magna erat celebritas, ideo eorum usus est vocabu-

eorum, inquam, vocabulis, quia istud, quod audis, *Exercitationis corporalis* tibi exponit illi, quod ipse usurpavit in Græco, & dicitur *Gymnastica lucta*. atque hoc posito, ad demonstrandum, quanto libentiùs debeat Christianus se exercere ad pietatem, quàm Athletæ exerceant ad fortitudinis suæ ostentationem, dicit exercitia Athletarum, quamcunque sint, parùm prodesse, *ad modicum*: cùm pietas prosit *ad omnia*. Exercitia Athletarum ultra peritiam, quam in certaminibus afferunt, ad hominum duos pariunt fructus. Unus est famæ, quæ frequenti corporis motu famatur ita, ut vitam proroget, alter est præmium consuetum. Sed quid hoc totum, si comparetur cum fructu, quem Pietas affert illi, qui eam virili ter exercet. *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est*, quia prorogare potest vitam temporalem, sed non dare æternam: donare præmia terrena, sed non dare Cœlestia. *Pietas autem ad omnia utilis est*. quia non solùm vitam prorogat temporalem, sed tribuit æternam: nec præmia tantùm dat terrena, sed Cœlestia. quod insinuatur proximè sequentibus: *Promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ*. Quod Pietas vitam afferat æternam, & Cœlestia præmia, quæ sunt promissa spectantia ad vitam futuram, nemo dubitat. Dubitare possis utrum vitam afferat temporalem, & terrena præmia, quæ sunt promissa præsentis vitæ, sed istud etiam certissimum est. quia quod ad vitam attinet, ait sapiens: *Timor Domini apponit dies*. Prov. 19. v. 27. & ratio confirmat: quia Justi vivunt remoti ab innumeris inordinationibus, quæ longè magis diminuunt vitam, quàm incommoda tolerata pro DEO. Et quoad præmia terrena, universim certum est pietatem magis quàm vitium prosperari: nisi quòd Prosperitas nō ita in Pietate observatur tanquam res conveniens: in vitio observatur statim & execratur, tanquam res monstrosa. Sed hoc ipsum demonstrat eam esse rariorem, quia monstro similis habetur. ceterum contingit aliquando DEUM justo minuere temporalem vitam, & eidem negare prosperitatem terrenam: sed non ideo promissis suis deest; quia si negat minus beneficium, illud semper alio majore compensat. si vitam abrumpit temporalem, transmittit justum citiùs ad fruendum æternâ longè pulchriore. & si negat prosperitatem terrenam, solatijs spiritualibus compensat, quæ interim infundit animæ, lætitiâ cordis, gaudio conscientiæ, quæ sunt centuplum omnibus præstantiùs, quæ DEUS fidelibus in terra largitur. O quàm verè proin dicitur: *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, Pietas autem ad omnia*! & tamen, quis credat? & tamen in palæstra Mundi tot exercent se ipsos immensis laboribus, nec volunt exerceri in palæstra DEI. hæc est communis hominum dementia. quidsi autem eadem esset tua? tantum laboras pro servitio mundi, hoc est, *ut*

corruptibilem coronam accipias. quare non plùs agis pro amore DEI promittentis incorruptam?

4. Considera multos per Exercitationem corporalem voluisse intelligere hoc loco Pœnitentiam, quam nos corporis appellamus. & ideo parùm abfuit, quin aburerentur hoc loco ad ejus æstimationem minuendam. At si Divo Chrysostomo credimus tam fido interpreti Apostoli, *omnino errat*, qui eâ utitur expositione. & ita alij quoque eximij demonstrârunt commentatores. 1. quia Pœnitentia corporalis facta propter DEUM verissimum est opus Pietatis, Sanctis omnibus commune, & consequenter illi opponi nequit tanquam exercitium ab ea diversum *corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia*. 2. Pœnitentia non est exercitium corporis, *exercitatio corporalis*, sed Spiritûs: *exercitatio spiritualis*: & hinc clarè patet Spiritum esse, qui tali exercitio vigorem accipit, cùm eum corpus potiùs amittat. 3. Quia verum non est Pœnitentiam non esse utilem nisi *ad modicum*. Utilis est si non ad aliud, saltem ad domandam rebellionem carnis, & per consequens verum est, quòd equidem non contineat omnia sanctitatis bona, cùm sit præambula, utilis tamen sit ad illam obtinendam: *Ad omnia utilis est*. 4. Quia ipsa quoque suas habet promissiones, quæ tam ad vitam præsentem, quàm futuram pertinent, uti cetera opera pietatis. 5. Denique, quia nusquam invenitur Apostolus dissuasisse Pœnitentiam corporalem: [illegible] persuasit adeò, ut summus [illegible] ret exemplum: *Castigo corpus* [illegible] & si eidem Timotheo præcep[illegible] ti capite hujus epistolæ, ut [illegible] nihil relaxaret usurpando [illegible] locutus est, ut parum [illegible] possit corporis amatoribus [illegible] quoad quantitatem limitavit [illegible] xit: *Modico*; & quoad [illegible] dixit: *propter frequentes* [illegible] *tuas*. ut adeò satis colligam [illegible] firmitates cessâssent, facile [illegible] missurum, ut omitteret. [illegible] tuit ergo Apostolus per exe[illegible] nem corporalem intellexisse [illegible] tiam, nisi fortè illam, quam [illegible] nonnulli sine omni sensu dev[illegible] quo casu non est nisi merum op[illegible] teriale, & ideo nimium non est [illegible] exigui sit pretij. Habes igitur [illegible] ad profectum tuum notes hu[illegible] operibus pœnitentiæ, quæ [illegible] tinuò jungendos actus interna[illegible] punctionis, charitatis, humi[illegible] illi proprios, ut etiam sint op[illegible] tatis. Secus si facias, cæter[illegible] quamcunque malè corpus tu[illegible] beas, verberibus, spinis, cilic[illegible] te non facturum, quàm quod [illegible] strâ Athletæ solent, materiam [illegible] cendo te ipsum. tunc eminen[illegible] possit vera interpretatio illorum [illegible] per exercitationem corporalem [illegible] ligentes pœnitentiam ajunt: *Exercitatio corporalis ad modicum* [illegible] quia eo casu non tam opus pœn[illegible] faceres quàm gladiatoris.

XVII.

Cor durum malè habebit in novissimo. Eccl. 3. v. 27.

COnsidera à te percipi non posse, quodnam sit istud cor durum, de quo sermo est, nisi priùs intelligas, quid propriè durum dicatur. Res ita materiales possunt in triplici differentiâ spectari. quædam sunt duræ, aliæ teneræ, aliæ fluidæ. fluidæ sunt, quæ non habent formam in se proprium, quâ determinentur, sed aptantur cuivis formæ, uti solet Aqua, quæ statim accipit figuram vasis, in quo illam reperis, & quaquaversum se trahi sinit, attolli, deprimi, prout placet. Tenera habent formam propriam, sed ita habent, ut eam facilè relinquant, & induant alienam, prout videre est in eadem aquâ densatâ in nivem, quæ si habeat formam propriam, ita habet, ut facili manu eam possis fingere in globum, pyramidem, statuam, ut lubet. Dura non tolùm habent formam, sed ita habent, ut eam mordicus teneant. unde franges potiùs quàm fingas, quod sufficit, ut non recipiant formam alienam, uti denique facit eadem aqua in Alpinam glaciem durata. Jam verò totidem sunt differentiæ cordis humani ante oculos DEI, etsi non ita appareant oculis nostris. In quibusdam est fluidum instar aquæ in statu suo naturali, & tale ijs inest, qui nequidem habent propriam, si ita loqui licet, voluntatem, sed totos se conformant Divinæ, à qua pro arbitrio se regi sinunt. quò nos invitavit, qui dixit: *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Thr. 2. v. 19. In alijs si non fluidum, saltem tenerum est, ut aqua, quæ transivit in nivem, & tale ijs inest, qui non tam facilè se conformant in omnibus uti primi voluntati Divinæ, sed neque omnino illi opponere se volunt, quia malent illi parere, quàm graviter displicere. In alijs denique non modò tenerum non est, sed etiam durum instar aquæ, quæ ex nive transivit in glaciem. & tale ijs inest, qui difficillimè se submittunt voluntati DEI, nec verentur, ut pro libidine suâ vivant, illum etiam offendere gravissimè. His positis haud ægrè intelligis, quale sit cor illud, de quo Sapiens loquitur, cùm ait: *Cor durum malè habebit in novissimo.* Cor durum, si sensu proprio loquamur, cor est inobediens. *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem.* Zach. 7. v. 12. Miserum te, si malâ sorte cor ejusmodi tibi obtigit. utinam proprium lacerare pectus possis, ut illud eximas. Roga Dominum, ut si non habeas cor fluidum instar aquæ, saltem habeas tenerum, habeas carneum, quod est naturale hominis, sed non lapideum. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ.* Ezech. 11. v. 19.

2. Con-

2. Considera, quæ sit causa, cur de corde hoc duro dicatur: *malè habebit in novissimo*, quæ est hora suæ mortis. Causa est, quia cor istud nesciet acceptare mortem debitâ cum resignatione. non assuevit se submittere voluntati Divinæ, dum viveret, & ideo nec in morte sciet, quî faciat. quippe si id facere adeò difficile visum est in rebus longè minoris moliminis, quanto graviùs videbitur in ea, quæ est maximè ardua, asperâque, uti mors est? Verum est, clarè cernet, omnino esse necesse se submittere, velit, nolit. Sed hoc ipsum illud reddet inquietum; anxium, afflictum, dejectum. & ideo quomodo in statu adeò turbato se disponet ad cogitandum, ut deceret, de anima sua eos eliciendo actus, quorum tunc est tanta necessitas? Atque hæc una est ratio, ob quam *cor durum malè habebit in novissimo*. Sed ista se tenet ex parte hominis. Alia superest ex parte DEI. atque hæc est, quòd ad pervincendum cor istud non sufficiat adhibere DEUM auxilia tantùm ordinaria, quia est *cor durum*: opus foret applicare manum per illud genus gratiæ, quæ est *quasi malleus conterens petram*. Jer. 23. v. 25. hoc est, ad auxilia, quæ plùs habent ponderis, & extraordinaria vocantur. Ista verò quomodo DEUS depromet in utilitatem hominis, qui continuò se adeò rebellem demonstravit? *Cum perverso*, ajebat David DEO, *perverteris*. hoc ipsum scilicet dicturus, quod hîc audisti; *Cum duro duriter ages*. Bellarm. in Ps. 27. v. 29. & ideo cor istud *malè habebit in novissimo*. quia [illegible] non habebit, quæ illud [illegible] me igitur verba ista in quo[illegible] cet sensu, Intransitivo, ut vo[illegible] ut significent: *malè se habebit* [illegible] *vissimo*, & jam vides malè se [illegible] rum, quia malè erit dispo[illegible] est ratio, ut dicebam, tenent [illegible] te hominis. vel in sensu tran[illegible] significent: *malè habebit ad* [illegible] *beret in novissimo habere*. & [illegible] vides malè habiturum, quia [illegible] gratia, quâ deberet abundare [illegible] ratio, quam diximus se tenere [illegible] DEI. Itaque hoc illi accidet [illegible] cuidam infelici peccatori, qui [illegible] morti, cùm pro more juvare[illegible] cerdote ijs suppeditatis argum[illegible] magis excitarent ad eliciendo[illegible] doloris, fiduciæ, amoris erga D[illegible] tantisper immotus hæsit in ej[illegible] tu, & tum prorumpendo in ve[illegible] metaphorâ se dignâ dixit: D[illegible] panis, & culter non secat. [illegible] tam finijt. Dum sic loquebat [illegible] sus est stultus partiri culpam [illegible] duo, cor scilicet & gratiam, [illegible] nis cordi esset tribuenda. Si [illegible] culter usualis non sufficit, [illegible] dum? an secures proferendæ [illegible] est necesse mutari cultros, sed [illegible] optimè scimus, posse DEUM, [illegible] ea usurpare auxilia, quibus [illegible] sistit cor obstinatum. sed [illegible] ignoramus, etsi possit, eum non [illegible] Vide ergo quantum intersit non [illegible] rari. quâ autem ratione contin[illegible] qua indurescere? sensim corri[illegible] aqua fit nix, è nive glacies, è gla[illegible]

domita crystallus. *Gelavit Crystallus ab aquâ*, qualis olim erat, *& sicut lorica induet se aquis.* Eccl. 43. v. 22.

3. Considera, quâ ratione deponenda sit à corde tam maligna durities, si fuit, quod absit, in ea verseris. usurpanda efficacia remedia. Præcipuum discatur à Sponsa. *Anima mea*, dicebat illa, *liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Cant. 5. v. 6. Quid putas eam verbis istis voluisse inferre? an quòd sit soluta in lacrymas, in deliquia, in suavitates, quibus tantopere inhiant personæ spirituales? Sensus iste non admodum quadraret magnæ ejus perfectioni. Ostendere voluit, se esse paratissimam admittere ductum sui Dilecti, quin propriæ formæ quidquam retineat, prout in rebus illis accidere diximus, quæ non tantùm sunt teneræ instar nivis, sed fluidæ instar aquæ. quo autem medio consecuta est dispositionem tam insignem? Audiendo loquentem Dominum. *Anima mea liquefacta est, ut Dilectus locutus est.* Ecce igitur, quid ad propositum nostrum facere te oporteat. audire DEI Verbum. Hoc duplex est. unum inanime, alterum vivum. Inanime auditur in libris spiritualibus, vivum in Oratione. His duobus te impende, lectioni scilicet librorum spiritualium, & meditationi: & videbis cor illud, quod fortè in pectore tuo durius nunc est alpinâ glacie, paulatim colliquescere, donec facilè instar aquæ fluat. Verùm si nunquam audias loquentem Dominum adeò amabilem, actum est, quia nunquam ejus amabilitatem cognosces, & consequenter amabis nunquam. & si non ames, quomodo ea facilitate sequeris illum, ut fluida faciunt? Parùm non erit, si saltem duci te sinas ut tenera. sed hoc quoque fiet, fiet, inquam, ut semper durior existas, genium tuum ejus legi præferendo. *Cor ejus indurabitur tanquam lapis.* Job. 41. v. 14. & sic demum in morte malo loco te invenies. *Cor durum malè habebit in novissimo.*

4. Considera cor durum non solùm malè habiturum in morte: *malè habebit.* sed etiam malè habere in vita. *malè habet.* Sapiens tamen hoc loco dicere noluit: *malè habet* in vita, sed solùm *malè habebit* in morte: *in novissimo.* Sciebat enim quantumvis cor ejusmodi pessimè etiam in vita habeat, malum suum non agnoscere, ideóque nec curare. Imò nemo est, qui feliciorem se reputet in terra, quàm qui vivens pro arbitrio non curat legem. *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus?* Exod. 5. v. 2. non ita in morte. In morte cor istud, quod malum suum non agnoscebat in vita, adeò durum erat etiam contra urgentiores conscientiæ stimulos, id magis ceteris agnoscet, quia magis videbit interitum suum irreparabilem. atque ideo equidem emollietur satis ad perturbationem, non emollietur satis ad dolorem, ad confidentiam, ad salutem. *considerans eum*, dicet tunc infelix loquens de DEO, *considerans eum timore solicitor. DEUS mollivit cor meum, & omnipotens conturbavit me.* ceu diceret:

ceret : ille Dominus, qui ut DEUS mihi manifestat, quanto dignus esset amore, *mollivit cor meum* : eodem tempore tanquam omnipotens, qui mihi manifestat, quantum punire me possit ; *conturbavit me.* non movit, non compunxit, sed solùm conturbavit. Job. 23. v. 15. & ita [illegible] clude ; *cor durum male* [illegible] *novissimo* potiùs quàm in [illegible] si malè habet in vita, hoc [illegible] scit. in morte non habebit [illegible] lè, sed & cognoscet, [illegible] dum inveniet id reparandi.

XVIII.

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Luc. 6.

1. COnsidera, cùm dicitur ; *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*, particulam *sicut* non præcipere æqualitatem, sed similitudinem : quis enim est, qui æquare unquam possit misericordiam DEI, quæ virtus præ ceteris adeò illum æstimabilē facit? Non parùm erit similitudinē consectari. & hoc est, ad quod præsenti sermone te Christus invitavit. Ita est ; non ait : *Miseremini, sicut & Pater vester miseretur.* sed *estote misericordes &c.* ut non solùm ad actum, sed ad habitum aspires, qui omnem perfectionem continet. Cura quamvis harum perfectionum pro vitibus intelligere, ut saltem parte aliquâ imiteris, uti facit, qui opera præstantissimi alicujus in mundo artificis ad profectum suum delineare satagit.

2. Considera Misericordiam esse voluntatem succurrendi alienis miserijs, eásque sublevandi. Voluntas ista ex duplici capite proficisci potest. ex charitate, & commiseratione. cùm à charitate nascitur, multò perfectior est, quàm cùm nascitur à commiseratione, quippe charitas virtus [illegible] miseratio non est virtus, sed [illegible] teneritudinis naturalis, qui [illegible] dum inclinat aliquando etiam [illegible] de alieno malo. In DEO Mi[illegible] dia è charitate manat, quia pro[illegible] puro amore, qui ipsum mover[illegible] stras sublevandas miserias, [illegible] è commiseratione, quæ illi [illegible] tem imponat. *Miserebor, cu[illegible] ro.* Exod. 33. v. 19. non est [illegible] ejusmodi affectuum: cùm [illegible] debilitatem denotent, ut qui [illegible] sunt ad supplendum defectum [illegible] qui habet veram charitatem, [illegible] non est commiseratione, [illegible] rendum aliorum miserijs. [illegible] solùm necesse est, ita ad audi[illegible] ad conspectum movetur. [illegible] est, quod in te requiritur, cùm [illegible] *Estote misericordes, sicut & Pater* [illegible] *misericors est.* Requiritur, ut [illegible] currendum miseris non simplici [illegible] miserantis affectu, sed charitate [illegible] vearis, quò majus sit meritum [illegible] ctionis.

3. Considera sicut commiseratio, etiam diximus, cùm præcedit voluntatem succurrendi, non est virtus, sed affectus naturalis, qui ad virtutem stipulat, ita cùm sequitur, virtus est maxima, quia sponte susceptа, ad succurrendum majore plenitudine charitatis. Dixi majore plenitudine, ut advertas hominem in hoc actu non solùm velle benignè sublevare alienas miserias, sed de ijsdem dolere, hoc est, sentire in se ipso ut proprias. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 1. Cor. 11. Ille grandis est excessus, quo usus est DEUS, dum non contentus charitate suâ purâ adeò immensâ, adeò liberâ, induere etiam voluit viscera misericordiæ assumendo naturam humanam, quod erat plùs facere, quàm necesse erat, ut plenè nobis succurreret. atque hoc pariter est, ad quod te hortatur, cùm dicit: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* ut ad subvenendum alijs charitas impellit, porrò cures etiam charitati conjungere hunc affectum miserantis sentiendo in te ipso alienas miserias tanquam proprias. *Induite vos ergo sicut electi DEI viscera misericordiæ.* Col. 3. v. 12. Ecce quanti DEUS facit hunc actum. Scribi de se passus est, quasi prius, ut sic dicam, non fuisset misericors: *Debuit per omnia fratribus similari, ut Misericors fieret.* Heb. 2. v. 17.

4. Considera, quomodo magna ista commiseratio, quamvis jam per virtutem electa à nobis, sine dubio inclinet ad subveniendum cuicunque, qui malè habet, sed longè amplius, qui contrà voluntatem suam malè habet. nam his, qui ultro se conjeiunt in malum, dicere potiùs solemus, vestrâ culpâ hæc acciderunt. *Quis miserebitur omnibus, qui appropiant bestijs?* Eccl. 12. v. 13. Non sic DEUS. horum quoque miseretur, qui sibi accersunt malum, & ideo miseretur etiam peccatorum. imò his potiùs juvandis quàm alijs intentus est. quia inter miseros isti planè sunt miserrimi, qui malis suis amant, etsi nos miseriores putemus, qui contra voluntatem incurrunt malum. atque hoc quoque est, quod à te petitur, cùm dicitur: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* ut commiseratione etiam illorum movearis, qui digni potiùs reprehensione forent.

5. Considera commiserationem istam magis quoque inclinare ad dolendum de malo amicorum, quàm inimicorum. imò de malo inimicorum non solùm nullo modo dolemus, sed etiam delectamur. DEUS etiam inimicorum miseretur. nec miseretur tantùm super terram, ubi ipse quodammodo ab indignatione rerum omnium creatarum defendit tot hostes suos, qui ipsum actu offendunt, ijs providet, eos pascit, sed vel in ipso miseretur inferno, ubi licet amet illorum pœnas tanquam justissimus, nihilominus, ut misericors merito minores infligit, quamvis infligat adeò acerbas. atque hoc est, quod pariter à te exigitur, cùm dicitur: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors*

est. ut scias miserari mala non amicorum duntaxat, sed & inimicorum, promptus ad succurrendum non istorum tantùm, sed illorum quoque necessitatibus, hoc enim exemplum dat tibi DEUS, *qui pluit super justos & injustos.*

6. Considera, quomodo hæc ipsa commiseratio inter amicos magis inclinet ad dolendum de malis illorum, qui nos propiùs attingunt sive parentelâ, sive patriâ, sive alio quovis modo, quàm eorum, qui sunt prorsus extranei. *Tollam ergo panes meos, & dabo viris, qui nescio unde sint?* Non ita in DEO contingit. ille respectu sui nec proximum habet, cùm omnes ab eo distent eodem modo, hoc est, infinitè. & tamen supra omnes effundit propriam misericordiam, etiam in tanta vastitate distantiæ. *Congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cæcus & claudus &c. & in misericordiâ reducam eos.* Jer. 31. v. 8. Et hoc quoque est, quod tibi præcipitur, cùm dicitur: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* ne restringas misericordiam tuam ad eos solos, qui te contingunt, uti lacus suis limitibus conclusus, sed in omnes cum proportione diffundas etiam remotos instar fluminum, quæ non patiuntur se arctari ad eam tantùm regionem irrigandam, in qua primò scaturiunt.

7. Considera eum, qui in magna felicitate degit, dives, potens, fortunatus, robustus, plerumque parùm esse ad miserationem propensum, nam in eo statu non apprehendit hæc mala, quæ facilè accidere ipsi possunt. [illegible] non potest metuere quidquam [illegible] summè est felix, imò omnia [illegible] licitatis, & tamen magis miser [illegible] quàm qui sunt subjecti omni [illegible] unde multâ cum emphasi dicit [illegible] stus: *Estote misericordes, sicut & [illegible] vester misericors est.* non *sicut* [illegible] sed *sicut & Pater*, quod pro [illegible] additur, in tanta felicitate tam [illegible] miseratio. & istud pariter [illegible] tibi, ut non solùm doleas de mi[illegible] terius, quæ ipse in te experiri[illegible] quoque, quæ non sentis. *Cæ[illegible] rem quasi Rex, circumstante tor[illegible] eram tamen mœrentium consolæ[illegible]* 29.

8. Considera, quomodo ex [illegible] virtutibus Divinis, quarum tam[illegible] numerus, nulla tibi in Evangelio [illegible] latim imitanda proponatur, nil[illegible] 1icordia, quia nulla facit simil[illegible] DEO. Misericordia in DEO [illegible] est virtus non quoad substantiam [illegible] enim in eo omnes virtutes par[illegible] & summæ) sed in suis effectibus [illegible] enim virtus efficere in DEO pot[illegible] quod Misericordia potuit. nam si [illegible] plex charitas, si bonitas, & benig[illegible] si liberalitas obtinuerunt, ut con[illegible] humanum genus, & ad statum [illegible] Gratiæ extolleret, Misericordia e[illegible] ut illud proprio sanguine recup[illegible] *secundùm Misericordiam suam [illegible] nos fecit.* Tit. 3. & ideo Miseri[illegible] hominem similem facit DEO [illegible] quàm ceteræ virtutes, quia facit [illegible] lem ex ea parte, quæ in DEO max[illegible] resplendet. quænam è margarit[illegible]

adamanti similior illa certè, quæ quoad locum proximè accedit. Ita eorum, qui DEUM imitari satagunt, nemo illi erit similior, quàm qui in usu Misericordiæ eum maximè sectantur. Verum est Misericordiam non esse absolutè in homine maximam virtutem, uti est in DEO, quia DEUS non habet superiorem se, unde restat illi tantùm benefacere subjectis: *effundere fluenta super aridam.* Is. 44. v. 3. at homo supra se habet DEUM, & infra se calamitosos, ideo primum est in homine contingere se Deo per charitatem, deinde per Misericordiam calamitosis. *Induite vos sicut electi DEI viscera Misericordiæ &c. super omnia autem hæc charitatem habete.* Dubitari ergo non potest etiam in homine misericordiam esse maximam virtutum, quæ eum cum proximo conjungunt. Est maxima quoad substantiam, quia species est charitatis ab omni quæstu suo vel commodo remota, ut quæ in miseros exercetur. & est maxima in suis effectibus, quia nulla alia virtus campum aperit exercendi actus tam nobiles, uti facit Misericordia, quia Misericordia ad omnes se extendit etiam indignos, etiam ingratos, & ideò non parcè exercere potest. quæ cùm ita sint, mirum esse non debet, eam præ omnibus à Domino inculcari, dum ait: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* & tu non sentis ad ejus amorem etiam te accendi? si ita est, degener es filius tanti Patris, non dissimilis tantum. & tamen hîc Christus ajebat: *sicut & Pater vester misericors est*, non dixit *meus*, ut perinde dicere poterat, sed dixit *vester*, ut refricaret memoriâ obligationis, quæ te stringit, ejus similitudinem consectandi.

9. Considera denique, ut Christus voluerit hoc loco DEUM Patris nomine compellare, quia qui verus est Pater, perfectam in se continet Ideam illius Misericordiæ, cujus prærogativas hoc loco perstrinximus. Qui verus est Pater, necesse non habet institui à natura viscеribus admodum teneris, quibus propriorum misereatur filiorum; solus amor paternus abunde sufficit. & tamen isto non contentus, quoties vult, induere potest viscera misericordiæ, optimè affecta. potest misereri, etiam cùm sibi ipsis creârunt malum suis excessibus, potest excusare, supportare, imò amare etiam non amatus, atque oblitus sui quærere in locis remotissimis à se profugos. non est ipsi opus experiri mala illorum, vel ea timere, ut misereatur majore sensu, imò vel propriâ se felicitate spoliaret aliquando, ut eam ipsis indulgeret, haud aliam ob causam, nisi quia est pater. Ecce igitur quare voluerit Christus memorare nomen Patris, cùm DEUM misericordem dixit, ut uno hoc nomine quasi synopsi concluderet omnes eas dotes, quæ sunt propriæ perfectæ Misericordiæ. *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Ps. 102. v. 13. Tu, si fortè contigit aliis præesse, memineris hunc esse brevem modum perfectè misericordiam exercendi in subditos, in omnibus ut Patrem te gere.

XIX.

Non intres in judicium cum servo tuo Domine: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ps. 142. v. 2.

1. Considera, quantopere etiam summi quique sanctorum eodē modo timuerint Divinum Judicium. vel ad solam ejus cogitationem se fatebantur convictos, fatebantur confusos, nec audebant agere aliud quàm uti precibus. *Etiamsi habuero quidpiam justum, non respondebo, sed meum Judicem deprecabor.* Job. 9. v. 15. Mirum non est, si idcirco David ipse dicat DEO: *Non intres in judicium cum servo tuo Domine.* vide, num verè timeat. Non precatur solùm, ne judicetur à Domino, sed nec agatur quidē de se judicando. *Non intres in judicium.* si tu non times judicium adeò tremendum, quis dubitet tantò majorem esse necessitatem timendi, quia clarissimè jam apparet tuum agendi modum esse planè diversum à more Sanctorum. *si innocentem ostendero, pravum me comprobabo.* Job. 9. v. 20.

2. Considera, quomodo imprimis hoc judicium sit tremendum ex parte hominis judicandi. nam quis est, qui cum securitate dicere DEO possit: Domine ego sum mundus? *Quis potest dicere: mundum est cor meum?* Prov. 20. v. 9. Potest equidem aliquando illi dicere: *Nihil mihi conscius sum.* at semper adjungere necesse est: *sed non in hoc justificatus sum.* 1. Cor. 4. Unde hîc dicit Psalmista: *Non intres in judicium cum servo tuo Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* & sanè cum ratione dicit: *si non justificabitur omnis vivens*, quanto minùs ego, vult dicere, qui sum deò miserabilis? Jam redit ad propositum, qui dicit *omnis*, hoc excipit, & consequenter etiam concludit. Vide proinde, quàm multiplici ex causa tibi quoque timendum Divinum Judicium, quin vel unica liceat ad justificandum reperire, quia natus es iræ filius, & ideò vilissimi: unde coram DEO non audeas levare frontem aliquando. *Cubitus tuus Amorrhæus*, hoc est, *cubitus tua*, quæ fuit Eva, *Cubet, hic dormiens: in die ortus tui non es circumcisus umbelicus tuus*: qui est fomes, ad quem te inclinans, ut abhorreas à bono, & omnes malum. Ezech. 16. v. 4. Et quantumvis deinde per Baptismum elatus ad altissimam dignitatem Gratiæ *habitualis*, eam contemnendo etiam graviter peccando, fias quotidie modo magis reus, quàm effectus filius priscimum. III. quia certum est te amisisse hanc ipsam gratiam habitualem non unius culpæ causâ sed plurimarum, non perinde certus es de recuperata per debitam pœnitentiam non ita se. IV. quia sæpenumero quamvis ex parte dispositione requisitâ con-

gratiam *actualem*, quam DEUS aliàs daturus erat maximam, sed potiùs magnâ objecisti impedimenta. V. quia sæpissimè non obstantibus impedimentis, quæ ipse posuisti, DEUS talem gratiam etiam superabundantem benignè indulsit, cui tamen minimè respondisti, negligendo lumina, inspirationes, instinctus, quos ille frustra impendit. VI. quia etiam, cùm respondisti, id factum tam segniter & remissè, ut sortis plurimum sine fructu periret. *Decem jugera vinearum faciunt lagunculam unam.* Is. 5. VII. quia non solùm negligens es in bono, sed quotidie multum etiam committis mali, saltem venialis per varias culpas gulæ, impatientiæ, invidiæ, maledicentiæ, quæ sunt tibi familiares. VIII. quia, si etiam quotidie plus boni præstes quàm mali, parum hoc est & propè nihil respectu beneficiorum, quæ quotidie à DEO recipis. IX. quia quantumvis parùm sit, quod facis, boni, tibi plurimum videtur: unde vanè extolleris saltem in comparatione aliorum, qui fortè coram DEO te sunt meliores. X. quia in exiguo bono, quod facis, non solùm vanam nutris æstimationem tui, sed sæpe quæris saltem furtivè gloriam humanam. XI. quia saltem quæris in hoc bono te potius quàm DEUM, quem amare nescis, ut ipse te amat, sine quæstu, sed illi potius fidele præstas servitium propter spem præmii, vel timorem pœnæ. XII. denique quia, quantumvis illi de præsenti servires instar sancti, securus non es te constanter ad finem usque duraturum. *Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis.* Job. 15. I nunc, & dic te non habere causam timendi Judiciũ Divinum. Veritates istæ duodecim sint tibi quasi totidem portæ, quæ semper in te pateant timori tam casto: ut is quacunque placet liberum habere possit ad cor tuum accessum.

3. Considera, quomodo secundò hoc Divinum Judicium sit tremendum ex parte DEI judicantis: & id quidem è duplici capite. Primò, quia ipse in aliis infinitè detestatur iniquitatem. Secundò quia ipse in se possidet sanctitatem infinitam. Detestatur imprimis infinitè in aliis iniquitatem, & hæc erit causa, cur illam subtilissimè indaget, & inventam puniat severissimè. Specimen habere cupis tam subtilis indaginis? satis sit audire, quòd illam inquirat vel in ipsis renibus, & in corde, ubi maximè est occulta. *scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda.* Apoc. 23. Quod si facit, quid nobis fiet miseris, qui adeò propensi sumus ad malum? In renibus motus sunt partis nostræ *Concupiscibilis*, in corde motus *Irascibilis*. motus isti omnium minimè percipi à nobis possunt, quia sæpe surgunt etiam vehementissimi absque nostro consensu, & ideo in his semper difficilius est statuere, an pertigerint ad rationem peccati, an non pertigerint. & hi tamen motus sunt, quorũ soleñi instituendâ scrutatione gloriatur Deus, *scrutans* simul *renes & corda.* specimẽ etiã habere cupis rigidæ punitionis? nec minimũ relinquit impunitũ, *Amẽ dico tibi, nõ exies inde,*

inde, donec reddas novissimũ quadrantẽ. Quemadmodum in alijs detestatur iniquitatem, ita in se ipso summam possidet sanctitatem. & hinc fiet, ut ad ejus conspectum delata quæcunque nostra sanctitas, quantumvis splendida, repentè omnem perdat fulgorem. *Cœli non sunt mundi in conspectu ejus.* Job. 15. v. 15. Unde si ipse nos judicet juxta obligationem, quam habemus, ejus consectandi similitudinem in sanctitate, quis erit securus? hinc est, cur David hoc loco DEO diceret: *non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*: quia etsi homo positus in conspectu hominis sibi similis posset concipere parum aliquid securitatis, comparatum DEO trepidare necesse est. *Verè scio, quòd ita sit, & quòd non justificetur homo compositus DEO.* Job. 9. v. 1. Quæ cùm ita sint; an non existimas tibi quoque causam esse dicendi: *Non intres in judicium cum servo tuo Domine: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* ô quanto meliùs est procul esse à tali judicio, quàm illud ultro provocare!

4. Considera hanc Davidis petitionem facilè videri posse inutilem, quia quantumcunque preceris DEUM, ne intret tecum in judicium, non modò vult intrare, sed illud prosequi, sed perficere, sed ipsas fibras, ut antè diximus, perscrutari. *Porrò triumphator in Israël non parcet.* 1. Reg. 15. Triumphator est, qui te persequitur usque ad finem belli. Sed errore deciperis. non modò hæc petitio inutilis non est, ut dicis, sed optima, quæ pro utilitate tua fieri possit. tum dic mihi, quid dicis DEO, ne intret tecum in judicium? cipio audisti. fateris te con teris confusum, & jam antè te esse reum. hoc fac, & DEUS ampliùs intrat tecum in judi à te ipso jam es judicatus. *dijudicaremus, non utique* 1. Cor. 11. 31. Hæc est præro lius, qui se reum confitetur intimo corde, coram tali illico absolvatur. Dixi, corde. quia imprimis oport æstimare reum sententiâ tuâ, lùm id linguâ proferre. De portet firmum habere emen propositum: aliàs qualis confessio? confiteri fecisse simul habere propositum pe eo ipso faciendo, quod confi malum. Præterea precatio dicis inutilem, summopere frequentes, ad conservandam tatem. Et ecce, si non effug cium Divinum, saltem effug rem. *Veruntamen quia humiliat averſa est ab eis ira Domini.* 12. v. 12. Superbis imminet Divinum magis formidabile, sunt, qui pro eo, quòd illud av etiam provocare audent. & q do provocant: tribus modis I. querendo se non esse audito in oratione suâ. *Quare jejuna & non aspexisti? humiliavimus nostras, & nescisti?* Is. 58. v. 3. rendo, se non esse remunera servitiis, quæ illi præstant.

tempore, quo cessavimus libare Reginæ cœli, indigemus omnibus. Jer. 44. 18. III. querendo se non modò remuneratos non esse, sed etiam afflictos assiduis flagellis in bono, quod faciunt, ubi contrà alii prosperantur in malo. *Quare via impiorum prosperatur?* Jer. 12. v. 1. Qui hoc modo procedunt, sunt illi Justi superbi, qui ostendunt adeò parum se formidare Divinum Judiciũ, ut illud etiam ultro provocent. Ah miseri! *quid vultis mecum judicio contendere?* Videbitis, an ego nodum in scirpo quæram. *Omnes dereliquistis me, dicit Dominus &c.* Jer. 2. v. 30. Tu solùm cave pro viribus, ne in horum numerum venias, semper vivam habe tuæ cognitionem miseriæ: sæpe eam apud Deum rememora, denuò confitere, denuò confirma, iterum iterúmque dic illi corde contrito: *Non intres in judicium cum servo tuo Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* & videbis, quantum oratio ista ita frequentata, ut decet, tibi profutura sit.

XX.

Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. v. 10.

1. Considera virtutem, quæ maximè æstimatur in servis, esse fidelitatem: ut ideo diceret sapiens: *si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua.* Eccl. 33. v. 31. Tu servus es DEI, propriè & in omni rigore servus. atque ita mirum esse non debet, quòd ille tantis promissis ad hoc te incitet, ut sis ipsi semper fidelis. *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* O quanta fidelitas est, quam servus debet! ut sis amicus fidelis, sufficit, quòd alterius amici commoda æstimes ceu propria, atque ut talia promoveas, sustineásque, quia alius amicus, quamcunque amicus sit, sine dubio non est nisi alter tu: at verò ut sis servus fidelis, hoc non sufficit. Emolumenta Domini debes præhabere propriis, quia qui tuus Dominus est, te ipso plus est, cùm sit Dominus tui ipsius. Esto nunc, te in præsentiarum esse amicum DEO, quia ille ad eam dignitatem te evexit, sed non idcirco desinis esse servus. Adeò hoc est de substantia & natura hominis, ut Christus ipse tanquam homo respectu DEI dictus sit servus, etsi filius ejus esset etiam naturalis. *Servus meus; suscepi eum: electus meus: complacuit sibi in illo anima mea.* Is. 42. v. 1. Vide ergo, quis sit gradus fidelitatis, quem à te requirit, qui dicit: *Esto fidelis usque ad mortem &c.* summus, qui inveniri possit. vult, ut non solùm Divina propriis anteponas commodis, sed longè præferas quia ipsi non tantùm Amicus es, sed servus. Cùm de hoc agitur, ut Domino placeas, cedat quidlibet, cedant sanitas, opes, honores, ipsáque vita.

qui fidelis est servus, aliud non curat. pluris facit Dominum quàm se ipsum. Talisne videtur tua esse fidelitas? ista requiritur ad obtinendam coronam.

2. Considera multos esse servos, qui tantisper dictam fidelitatem suis Dominis præstent, paucos esse, qui ad finem usque servent. & idcirco tibi Dominus dicit: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Non dicitur fidelis servus, qui semel servat suo Domino fidem debitam, sed qui post multa experimenta fuit promptus & constans in ea servanda. Tu solùm curas bene mori, non vivere: quare? quia non es servus fidelis. Id, quod te urget, est proprium commodum, salus animæ tuæ, & nil aliud. non sic age. esto servus fidelis DEO: atque ideo te dispone ad servandam illi fidē non in morte duntaxat, sed *usque ad mortem.* dic illi ex animo, si etiam moriendum esset malè, quod DEUS avertat, victurum te bene, quia id spectat ad ejus gloriam. Interea nostine, quid propriè petat Dominus, cùm dicit: *Esto fidelis usque ad mortem &c.* petit, ut, si tibi paupertatem immittat duraturam usque ad mortem, sis ipsi in ea paupertate fidelis usque ad mortem. si captivitatem immittat, duraturam usque ad mortem: in ea captivitate sis fidelis usq; ad mortē. si ignominiam immittat duraturam usque ad mortem; etiam in illa ignominia sis fidelis usque ad mortem, & sic de ceteris. Fidelitas maximè in adversis probatur. *Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis?* 1. Mach. 2. v. 52. ad hunc lydium lapidem si conste[illegible] veram, coronatur. *Esto fidelis [illegible] ad mortem, & dabo tibi coronam [illegible]*

3. Considera hanc vocem [illegible] *mortem* tibi incutere terrorem [illegible] quia credis te adhuc victurum [illegible] Adami. ô quantum falleris! [illegible] mors jam appropinquat, [illegible] ras, dum tibi persuades illi [illegible] annorum plurimorum confi[illegible] restare, usque dum ad te pertin[illegible] demus vitam tuam tam longam [illegible] flos juventutis, in qua fortè dege[illegible] liceri tibi possit; vis ut quam [illegible] longa subitò videatur brevissim[illegible] gita æternitatem. O quàm brev[illegible] mentum tunc esse videbuntur [illegible] sexaginta, quos fortè possis spera[illegible] dicam triginta. Ideo Domin[illegible] eximendum terrorem, quem [illegible] tibi posset vox illa *usque ad mor[illegible]* lico subjungit, *& dabo tibi coro[illegible] tæ.* Ecce quid sit illud, quod [illegible] licetur, tota æternitas: hoc [illegible] Corona vitæ, vitam scilicet, [illegible] per redit in gyrum, ad modum [illegible] næ. *Erit mensis ex mense, & [illegible] tum ex Sabbato.* Isa. 66. v. 23. [illegible] quam finietur. Et vita tam [illegible] qua mera sunt gaudia, non suffi[illegible] tollendum omnem horrorem [illegible] quod pati oportet in hac terra: [illegible] dum foret potiùs de brevitate [illegible] ris, quod DEUS patiēdo præfixit [illegible] gaudendi spatia erunt adeò pro[illegible] O qualis illa corona corona vitæ [illegible]

4. Considera vitam tibi [illegible] tam, si fueris servus fidelis [illegible] mortem, dici coronam vitæ, [illegible] erit vita æterna, ut modò audisti [illegible]

quia erit vita beata, imò beatissima, quia erit corona cujuscunque vitæ beatæ, quæ animo possit concipi, non *unius vitæ* sed *omnis*. Id, quod complet perfectionem rei alicujus, eâ coronare dicitur. *Corona senum multa peritia.* Eccles. v. 8. quia negari non potest senectutem esse per se venerabilem ob solam suam canitiem. Id tamen quod complet venerationem singulis præstandâ, est peritia, quam illis peperit longa experientia, quam sunt adepti, de rebus humanis. Hinc ergo Cœlestis beatitudo toties vocatur *corona vitæ*, quia complet perfectionem omnis vitæ, & sic eam coronat. Vita felix creditur quæ dies sine nube tristitiæ, vel tædii, quæ illorum serenitatem offuscet. Jam ergo corona talis vitæ erit beatitudo, quia illa reddet dies omnes non solùm serenos, sed placidos. & sic erit *corona vitæ placidæ*. Vita felix creditur hominum doctorum, qui mentem circumfertunt tot mirificis conceptibus opulentam: Et hujus vitæ corona erit beatitudo, quia dabit scientiam, non è rivis, sed fonte derivatam, & sic erit *corona vitæ doctæ*. Vita felix creditur illa hominum divitum, qui abundant thesauris, unde accipiant, quidquid libet. & talis vitæ corona erit Beatitudo, quia dabit thesauros non divitis avari, sed fodinæ inexhaustæ: & sic erit *corona vitæ divitis*. atque in hunc modum de omni vita discurre, quam imaginare tibi possis optatissimam. hujus vitæ corona quæ erit? illa, quam hoc loco tibi Dominus promittit, dum dicit: *dabo tibi coronam vitæ*. nomen *vitæ* placuit sine alio adjuncto, ut addere ipse possis, quod lubet, *vitæ placidæ, vitæ doctæ, vitæ divitis, vitæ nobilis, vitæ hilaris, vitæ incolumis, vitæ fortis*, & sic pergere licebit sine fine. an putas in Paradiso aliud bonum non futurum nisi vitam, dum ejus gloria vocatur *corona vitæ*? multum falleris. si tibi aliud bonum non esset, solùm diceretur *bonum vitæ*, non *corona vitæ*. dum ergo dicitur *corona vitæ*, amplius aliquid ibi est præter vitam. Est ibi vita perfectissima, quæ in quocunque genere unquam reperiri possit, est completa. si tibi solùm esset bonum vitæ illius, quæ est propria juvenum, & non illius, quæ est hominum ætatis maturæ, dici deberet *corona vitæ juvenum*. si tibi solùm esset bonum vitæ, quæ est propria hominum ætatis maturæ, sed non illius, quæ est propria juvenum, dici deberet *corona vitæ virorum*. aliàs videri possit ad decipiendos homines plus promitti quàm præstari. Itaque cùm dicitur *corona vitæ*, nec ad unum genus restringitur potiùs quàm ad alterum, signum est Gloriam in se continere coronam, hoc est, perfectionem omnis vitæ, atque adeò omne bonum. Et talis corona non sufficit ad accendendum in corde tuo ardentissimum desiderium eam adipiscendi: si illa placet: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi &c.*

5. Considera mirum videri, quòd Dominus velit talem coronam donare servo. & tamen haud dubiè illam donat. quid ajo donat? imò dat. *dabo tibi.* quasi servus fidelitate suâ illam

sibi jam antè satis fuerit lucratus. Est equidem corona supra meritum, sed non præter meritum. *corona justitiæ*, quia DEUS illam proposuit in præmium. Et in quem finem proposuit? ut intelligamus, quàm grata sit ipsi fidelitas. Hinc est, quòd hoc loco, quo tanta promittit, noluerit dicere, esto fortis, esto generosus, esto constans, sed *esto fidelis*: id namque, quod illi maximè placet in servitio suo, non est fortitudo, non generositas, non constantia, sed fidelitas. Hæc est illa virtus, quæ tantopere etiam hominibus probatur. *Vir fidelis multum laudabitur.* Prov. 28. v. 20. quisque eam promovet, quisque remuneratur, usque adeò, ut vel hæc sola præ omnibus aliis possit extollere non [illegible] duntaxat, sed & servum ad [illegible] que statûs celsitudinem. Cur [illegible] dochæus coronam in capite [illegible] etiam cùm esset servus? [illegible] tem Assuero exhibitam. Ut [illegible] libenter exerce erga DEUM [illegible] tem istam ipsi adeò acceptam [illegible] illi te fidelem fore, non jam [illegible] nam adeò speciosam, quam [illegible] sed solùm, quia ipse est, qui [illegible] placeas, ut illius gloriam procu[illegible] pertinges ad illum apicem fid[illegible] quâ uti possit servus ad Dom[illegible] quæ in eo versatur, ut nolit [illegible] mercedem, quàm gratiam Domini.

XXI.

Nolite locum dare Diabolo. Eph. 4. v. 17.

1. CONsidera rem insolentem: siquis tibi diceret: cave, ne in domum tuam admittas Draconem aliquem pestilentem, leonem aliquem, vel lupum, imò nec hominem tui similem, siquidem veniat prædonis instar ad te spoliandum; rideres utique monitorē molestum potiùs quàm necessarium. id enim ipse faceres, quin alius de eo faciendo admoneret. & necesse tamen est esse aliquem, qui te hortetur, ne des in corde tuo locum diabolo. *Nolite locum dare diabolo.* an nescis illum esse prædonem quovis alio pejorem? prædonem, qui te nititur spoliare thesauro, qui quidem in terrâ inveniri possit, pulcherrimo, qualis est [illegible] Divina. Ipse est Lupus fra[illegible] tus, Leo furiosus, Draco omni[illegible] stilentissimus. *Draco magnus* [illegible] *catur diabolus.* Apoc. 12. qui [illegible] halitu afflare venenum potest. [illegible] igitur ratione illi in corde tuo [illegible] cilè das locum? si ille vi intrad[illegible] posset in ejus possessionem, exc[illegible] nem haberes, sed cò intrare [illegible] test, nisi velis. *Nolite locum da[illegible] abolo.* quia in tuo est arbitrio, [illegible] tret, vel non intret. Vide, quàm [illegible] requiratur ad superandam quam[illegible] que gravem tentationem, quæ [illegible] festat. alio non est opus, quàm [illegible]

dacter abnuas, dicásque : *Nolo.* Equis est, qui cùm possit tam levi impendio accere à domo suâ Draconem aliquem, leonem, lupum, aut prædonem, intrare tamen permittat ? Imò quisquis vel eminus eos videt, jam incipit implorare opem. & tu finis eum intrare non tantùm in domum, sed in cor meum, qui tantò majus afferre nocumentum tibi potest, quàm omnes illi aggressores simul juncti. *Nolite locum dare diabolo.*

2. Considera, qui sint isti, qui propriè dant locum diabolo. an illi, qui parentibus portis illum in cor admittunt? Nequaquam : nam isti non tantùm illi dant in corde locum, sed ejus Dominum constituunt. Locum propriè dant illi, qui rimam aperiunt, qui se insinuet, qui dant accessum, dant auditum, dant, si non aliud, saltem ansam tentationis, prout Eva fecit in Paradiso terrestri. Sic illi faciunt, qui in otio versantur, uti tunc mulier, itaqui non custodiunt oculos, vel aures, qui permittunt in se dominari affectum aliquem perturbantem, uti sunt Ira, melancolia &c. quia hinc dæmon occasionem sumit ulterioris progressûs. *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno Paradisi?* Gen. 3. an nescis dæmonem nunquam consuêsse simul cor totum potulare ? solùm petit locum. sed væ! si dederis. *Nolite locum dare diabolo.* & quam ob causam ? quia nunquam ille aquiescit modico, quod dedisti, mox à modico ad multum procedet. primò vult scire prohibitionem à DEO factam. deinde suspectam facit : tum damnat, denique persuadet, ne cures. *Ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit ut coluber.* Prov. 31. v. 32. Resiste igitur, ut oportet, tentationi : sed in principio resiste, cùm vix judicas tentationem. non audisti Apostolum ? haud satis est negare consensum dæmoni, oportet negare locum : *Nolite locum dare diabolo.* Observa bene, & videbis, cùm diabolus te tentat, plerumque tuam esse culpam. Tu vitâ tuâ minùs circumspectâ, minùs cautâ, tu das illi ansam, ut ad te tentandum appropinquet.

3. Considera, quis sit modus, quem Patres docent, non dandi locum diabolo, quando is pro illo etiam instat vehementer. Est tenere mentem sanctis cogitationibus occupatam. Spiritus est, quis dubitet ? intrat per oculos, intrat per aures, uti verissimum est. Interim si mentem tuam inveniat bonâ custodiâ munitam, eâdem portâ illum egredi necesse est, quâ intravit. Itaque cùm incipis sentire tentationem, quæ jam liberè transgressa sensus tibi cor pulsat; non respondes, sed cogita, loco laboriosæ repugnantiæ, cogita, inquam, feretrum, in quo aliquando jacebis extensus, cogita futurum judicium, quod te manet, cogita præmium; cogita pœnam; cogita sanguinem, quem pro te JESUS in Cruce fudit, & ad eum versus dic quamprimum ardenti affectu : *Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, ut non confundar.* Si sic facis; salva res. non est periculum, ut

quisquam malignus Spiritus transeat ad contaminandum cor tuum. *Non adijciet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus, & immundus.* Is. 52. v. 1. Dices hoc ipsum esse tibi molestum exequi, quod te doceo. sit ita, prout dicis. porrò necesse est unum è duobus laboribus omnino tolerari, ut salutem consequatis. vel locus non est dandus diabolo in corde tuo: vel postquam dedisti, ille rursus [illegible] lendus. Utrum è duobus [illegible] negotij facesset? Non est [illegible] animi, ut dicas inimico; [illegible] tres? & tunc erit, ut dicas: [illegible] Hæc est cæcitas nolle subire [illegible] laboris, ut ad cor non admi[illegible] tatio: dum deinde subeundus [illegible] gè major, ut eam inde expel[illegible] *te* ergo *locum dare diabolo.*

XXII.

Sancta Maria Magdalena.

Eras nuda, & confusione plena. & transivi per te, & vidi te, ecce tempus tuum amantium: & expandi amictum meum [illegible] te, & operui ignominiam tuam: & juravi tibi, & ingressum pactum tecum, ait Dominus DEUS, & facta es [illegible] Ezech. 16. v. 8.

1. COnsidera pulchris hisce verbis exprimi modum mirabilem, quem servat DEUS, cùm per excessum immensæ Misericordiæ animam ad se attrahit, & è magna peccatrice, quæ fuit, facit magnam Sanctam. *Eras nuda, & confusione plena.* Ecce talem animam miserabilem! *nudam*, quia omni virtute vacuam: *confusione plenam*, quia omni vitio refertam. In eo statu per ipsam transit DEUS, & videt: *transivi per te, & vidi te*, transit ad modum Regis, qui aliàs ad venatum egressus in ipsam incidit: *transivi per te.* & eam videt, *vidi te*, eo scilicet obtutu, vi cujus demonstrare placet in illa Anima, quid possit. [illegible] intellexit Redemptor, cùm [illegible] thanaëli: *Cùm esses sub ficu*, [illegible] hoc est, *elegi te*, prout explicat [illegible] gorius *l. 17. Mor. c. 20.* nam [illegible] quis est, qui non semper vide[illegible] DEO? & quo tempore vide[illegible] nimam ejusmodi tam bene[illegible] scilicet, quo illam invenit ma[illegible] ditam rebus mundi, recrea[illegible] delicijs, vanitatibus. *Et ecce [illegible] tuum tempus amantium.* & tam[illegible] ipso tempore (quis credat?) [illegible] totam sibi vendicare, ut tan[illegible] chrior sit triumphus, quem de [illegible] na miseria referre novit Miseri[illegible]

Divina. *Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* His præcedit Gratia prævenies, quâ DEUS intercipit animam, ne rursus effugiat. Atque hoc significat: *Expandi amictum meum super te.* quæ est ferè similis illi, quem venator exercet, cùm super cervam expandit rete, ne fugientem sistat: quanquam Dominus dicere noluit, *rete meum*, sed *amictum meum*, quia Gratia non facit Animæ impossibile effugium, sed difficile tantùm, ut si Venator pallium potius pro reti injiceret. Sequitur deinde Gratia sanctificans, quæ non distinguitur à præveniente in suo principio, sed in fine effectu; quia cum anima respondet DEO in hoc conversionis negotio, idem Spiritus charitatis, qui primò virtute suâ pertraxit ad DEUM, subit deinde unione sui præclarâ ad eam vestiendam quasi habitu quodam sanè splendido. Atque hoc significat Dominus, cùm addit: *& operui ignominiam tuam.* quia simulac animam ad se trahit, indit illi tam vivos sensus doloris, atque contritionis, ut in ipsa omnem prorsus ignominiam tegant commissi mali, quantum non potest pretiosum textum operis Phrygij tegere ignobilitatem panni, in quo relucet. *Universa delicta operit charitas.* Prov. 10. v. 6. In his dispositionibus, in quibus Anima jam è peccatrice fit pœnitens, celebrantur primò Sponsalia, dein nuptiæ. Sponsalia consistunt in specialibus amoris arrhis, quas DEUS dat animæ per varia dona devotionis, suavitatis, lacrymarum, quæ in eo statu non sunt aliud nisi *arrhæ amoris*: maximè verò consistunt in vivâ quadam fiduciâ, quam infundit, ipsum illi suffecturum pro omnibus. id, quod animæ tantam securitatem præstat, quasi DEUM audisset id juramento testantem. unde per talem animata fiduciam omnino statuit cor suum abstrahere à rebus creatis, ut solius Dei sit. *Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti.* Ps. 118. Nuptiæ consistunt in conjunctione reciprocâ, quæ brevi sequitur DEUM inter & Animam, Animam & DEUM, per omnimodam unionem voluntatis, ita ut ipsa demum non solùm Dei sit, sicut quævis anima justa, sed pro DEO, hoc est, tota ejus dedicata servitio. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* quæ omnia mirificè expressa vides verbis appositis. *Juravi tibi.* ecce sponsalia, in quibus anima arrhas accipit, quas illi DEUS donat. *Ingressus sum pactum tecum.* Ecce nuptias, quæ sunt pactum reciprocum fidei conjugalis. *Et facta es mihi*: non *mea* duntaxat, sed *mihi.* ecce ut Anima jam tota est ad ejus obsequium. id quod solis illis convenit animabus, quas DEUS eximio favore sibi eligit, vel ut per eas numerum augeat electorum, vel ut in otio excellæ contemplationis solus cum solis se oblectet. an putas in hac viva imagine expressum, quod DEUS benignissimè agere dignatus est cum anima tua? ô quantum illi obligaris, si videre liceat expressum!

2. Con-

2. Considera, si in ulla anima insigni quodam modo hæc omnia Deus præstitit, utique in Magdalena præstitisse. Vide illam imprimis eo tempore, quod omnino ipsi fuit *Tempus amantium*. ô quàm erat tunc *nuda, & confusione plena*. Sed coram quo? coram oculis Divinis. Et hic adverte discrimen inter judicia hominum & DEI. coram hominibus non modò nuda non erat, sed splendidè vestita. nec solùm non repleta confusione, sed officijs, plausibus, adulationibus cumulata. hæc tamen quid illi proderant, dum coram DEO adeò erat plena opprobrij? væ illi, nisi DEUS dignatus esset transire per ipsam, & videre miserationis obtutu, cùm esset *in civitate peccatrix!* atque hoc est, quod ait: *Transivi per te, & vidi te*. Transivit primò per animam bene penetrando virtute Verbi sui Divini: unde non dicit: *transivi ante te*, sed *per te*. eámque illustravit radijs suæ lucis, quod erat priùs eam videre, quàm ab ipsa videretur. unde ait: *Vidi te*, non ait: *Vidisti me*, quia non erant nisi aspectus meri amoris, quales essent Regij Principis, qui visâ luridâ rusticellâ, diceret: hæc erit mea Sponsa. Suspice in Magdalena sortem tam beatam, & ejus amore nunc saltè inardesce, cùm eam in cœlo vides tam splendidè amictam, & plenam gloriæ, adeò ut DEUS amare illam etiam in terra posset, cùm eam vidit nudam, & confusione plenam, sicut filius ille Regius amare potuit rusticanam non propter id, quod erat, sed quod face-re ipse poterat eam elevando [illegible] giæ dignitatis fastigium.

3. Considera à primo [illegible] consistit in electione Magdalenæ [illegible] cto transitu ad secundum, [illegible] lam posse, cùm DEUS [illegible] suæ gratiæ primò eam præveni[illegible] de sanctitatem illi contulit. [illegible] *vit*: ibi præstò fuit Magdalenæ [illegible] tia prævenies, quæ fugientem [illegible] vivacissimâ cognitione vitæ mi[illegible] atque ita, cùm Dominus cogn[illegible] talem infudit, etiam *Expandit Eum suum super ipsam*, quia [illegible] potestate illam habuit. *Stan[illegible] pit lacrymis rigare pedes ejus*: [illegible] fuit Magdalenæ gratia justificans [illegible] eam ditavit, ornavitque virtu[illegible] nis, & doloris efficacissima de pe[illegible] & tunc cùm præter cognitionem [illegible] memoratam ejusmodi dolorem [illegible] ravit, *operuit* omnino *ignominiam* [illegible] quia tunc infudit gratiam, quam [illegible] tavit, cùm priùs esset nuda, [illegible] vit, cùm priùs esset plena con[illegible] Dixi: *Operuit ignominiam*, non [illegible] *stulit*, non quòd talis gratia [illegible] leat maculam peccati, sed qua [illegible] etiam splendorem: prout pura [illegible] mundo contingeret, quem non [illegible] tentus purgâsse, præterea acu[illegible] Phrygiâ superinductâ ornatu, [illegible] amplissimè tum resarciret, tum [illegible] raret ignominiam, illâ suâ labe [illegible] tractam. atque hoc est gloriosum [illegible] lud operimentum, de quo hic [illegible] est. nempe cùm anima ab ipso [illegible] accipit stimulum ad majus affectus [illegible] fastigium sanctitatis, secundum [illegible]

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Remissæ quoad deletionem, tectæ quoad ornamentum superinductum. Greg. hom. 4. in Ezech. Et ideo observa, quomodo post hæc Dominus *operuit* ignominiâ Magdalenæ non solùm eam defendendo contra accusationes Pharisæi, sed eo usque exaltando, ut diceret: *dilexit multum*, quod respectu DEI quando unquam dici potest in rigore veritatis? & tamen ita Christus ajebat: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* dicendo *Remittuntur ei peccata multa*, quamprimùm fidulit miseram ejus nuditatem, quia gratiâ ditavit justificante. dicendo *dilexit multum*, operuit ejus ignominiâ, quia ostendit, pro ratione offensæ fuisse quoque dilectionis modum. Tu quid hîc dicis de te ipso? an ignominia tua videri aliquando poterit tam pulchrè cooperta?

4. Considera à secundo statu Magdalenæ Pœnitentis transiri posse ad tertium Magdalenæ ad magnam sanctitatem elatæ. atque hîc primò occurrunt Sponsalia. *Juravi tibi*: quæ tunc sunt facta, cùm *sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* ubi ex parte sua aliud non agebat, quàm ut reciperet consolationes, suavitates, delicias summas: DEUS verò ut eas daret. Quis ergo dubitet tunc illi infusam præcipuè fiduciam humanâ majorem, DEUM sibi fore loco omnium, unde in eo statu ne quidem cibi amplius recordabatur. Deinde nuptiæ: *Ingressus sum pactum tecum.* Et istæ tunc sunt consecutæ, cùm Dominus eam circumducens secum ceu Sponsam jam declaratam, illi dabat mille signa fidelitatis, & vicissim ab ea recipiebat, dum habuit adstantem ad pedem Crucis, nec ad pedem tantùm Crucis, sed inter arma & armatos etiam ad sepulchrum. adeò fida illi fuit Sponsa. Beata Anima tua, si etiam ipsa admissa est ad nuptias tam præclaras.

5. Considera denique, quomodo à tertio statu Magdalenæ elatæ ad eximiam sanctitatem transiri possit ad ultimum Magdalenæ quasi factæ pro Christo: *facta es mihi.* Primò id fuit, cùm Dominus post gloriosam resurrectionem sub idem tempus eâ est usus tanquam ferventissimâ venatrice in trahendis ad se animabus. & hoc illi munus demandavit, cùm dixit: *Vade ad fratres meos, & dic eis &c.* Jo. 2. v. 17. Deinde, cùm desertâ omni Judææ in solitudinem Marsiliæ digressam facilè quadragintà annis in specu detinuit, jam non pro se simul & alijs sed pro se solo assiduæ contemplationi intentam. Tibi forsan satis est possideri à DEO, sicut quamvis aliam animam justam, cui dici possit; *facta es mea.* Non ita; cura potiùs, ut etiam ad tuam possit dicere: *facta es mihi*, vel laborando pro salute animarum, vel contemplando. quia, quantumvis hæc dona sint gratuita, quid denique ardentibus votis non obtinetur à DEO?

XXIII.

Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ps. 76.

1. COnsidera rudi nostro concipiendi modo tria esse tempora, Præteritum, Præsens, & Futurum. Sed reverà non sunt nisi duo tantùm Præteritum & Futurum: quia Præsens, si penitiùs consideres, non invenitur. cùm affirmas esse, jam non est, sed fuit. Cogita te considere ad ripam rapidi fluminis. quamprimùm determinas punctum aliquod fixum dicens: hæc aqua est præsens; verum non dicis; nam aqua designata, quam dicis hìc esse, multis jam passibus præterivit. Tempus majori rapiditate fluit quovis flumine: sisti nequit: cùm dicis, quasi sistendo cursum illud esse præsens, repentè elabitur sub ipsum actum dicentis, & jam transiit. Verè præsens non nisi in Deo invenitur, qui tempus non habet: *apud quem non est transmutatio.* Jac. 1. v. 17. Unde mirari non debes, quod Psalmista, dum hoc loco de Tempore loquitur, mentionem non faciat nisi Temporis Præteriti & futuri. *Cogitavi dies antiquos.* Ecce præteritum. *& annos æternos in mente habui.* ecce futurum. Præsenti non advertit animum, sive quia non est, sive quia æstimandum non est, adeò est tenue. quid demum est, quod præsens dicimus, respectu nostri? si quidem est, nonnisi momentum est, seu punctum unum: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Job. 20. v. 5. Vide ergo, quantillum sit tempus, quod sim possides. momentum [illegible]. Quidquid antecedit, præteritum & quidquid sequitur, futurum, re dicebat Ecclesiastes: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare.* Eccl. 9. v. 10. dicitur *Instanter*, quia præteritum jam non est in potestate tua, ut de illo in tuum commodum possis disponere. de futuro scis, an erit. quanquam melius quendo Psalmista hoc loco [illegible] præteritū cogitabat & futurum, præteritum & æternum. *Cogitavi dies antiquos*, hoc est, *qui fuerunt ante annos non futuros*, sed *æternum te habui.* Omnes illi anni, qui erunt æterni, futuri sunt, nempe bitat: at non omnes futuri æterni. Anni vitæ, quos in liquos habemus, sunt futuri, scit? quis tamen potest illos æternos; dum sexaginta vel ginta annorum spatio finiemur: ni sunt illi tantùm, qui post succedent, quia eorum numerus quam habebit finem. Et hos cogebat David. Beatum te, si tu cogitare consueveris: quia hæc tè salubberrima est cogitatio, quæ sit in mente nostra hospitari, de præritis scilicet, & æternis. de illis dem, ut videas, quantâ velocitate

transiverint, de æternis verò, ut meminerís eos nunquam transituros. *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.*

2. Considera, quæ sit ratio, ob quam cogitatio modò dicta adeò salubris futura sit. Ratio est, quia cogitatio præteritorum faciet, ut tantò majorem habeas æstimationem æternorum, qui, ut audisti, nunquam finientur: & vicissim cogitatio æternorum faciet, ut minùs æstimes præterieos, qui tam celeriter transierunt, & sic de ceteris, qui transibunt. Solum noto, si velis cogitationi majorem inesse vim, nec solùm de præterito, nec solùm de æterno, sed de utroque simul cogitandum esse, uti videtur Davidem fecisse: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* nota particulam *Et*, quæ conjunctionem ostendit. nôsse cupis, quàm parvi faciendum sit, quidquid transit? compone cum eo, quod nunquam transit, & tecum ipso reputa: si ego adhuc viverem, non dicam, octoginta annos, qui fortè non erunt octoginta, sed illos Noëmi, Nacor, Matusalem, qui ferè millenos implebant; equid erunt isti comparati tot millionibus, quos cursu suo absorbet æternitas? quasi nihil erunt: *Tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Ps. 89. v. 4. quomodo ergo anteponam annos tam celeriter transituros nunquam finiendis? nôsse etiam cupis, quanti faciendum æternum? cum præterito compone, & tecum ipso reputa. Cùm impletæ fuerint etiam istæ tot annorum myriades, quas diximus, quid in fine de me erit? quid ajo de fine? necesse erit semper à capite numerare, quasi nunc primum fieret initium. quomodo ergo statum illum postponam, qui finem non habet, alteri, qui tam citò finietur? hæc est vera regula tam uni quàm alteri justum statuendi pretium. Itaque cogita præteritum, cogita æternum, sed utrumque simul cogita. *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.*

3. Considera Psalmistam dicere de diebus antiquis: *cogitavi*, de annis æternis: *in mente habui.* quippe quoad præteritum, potes totum simul versare animo, quantum libet, potes illud secare, & minutim dividere: sed non potes idem facere quoad æternum. imò nec totum simul concipi mente potest sed per partes, modo nobis miseris accommodato. Hinc est, quòd habere quidem in mente tua possis *annos æternos*, hoc est, annos illos, qui, ut modò diximus, successione quadam sine numero transituri sunt: sed non ita habere in mente potes *æternitatem.* hæc nimium vasta est. non habitat in mente, qualis est nostra. solùm habitat in mente DEI, qui dum eam in se complectitur, totam videt. Tu in mente tua semper fixos tene, ut olim David faciebat, *annos æternos*, quod satis erit, idque repete sæpiùs. Deinde cùm æternitatis tot anni præterierint, quot sunt verno tempore arborum frondes, quot sunt aquarum arenulæ, aëris atomi, stellæ

stellæ firmamenti, quantum æternitatis, quam dicimus, verè præterierit, ita ut rediturum ampliùs non sit? nec punctum quidem. Tantum semper redibit, quantum fluxit. Ceterùm quis nostrûm capere potest, quid sit æternitas? quamdiu erit infinita, etiam erit incognita. Nos eam pertransire debemus animo revolvendo *annos æternos*; nam isti sunt, qui ad nos pertinent. Itaque totum discursum hac ratione conclude. Tempore vitæ hujus, si subtiliùs loquamur, non est præsens, sed præteritum duntaxat vel futurum, prout in aquis fluentibus accidit, quarum pars una velociter succedit alteri. atque his cogitare debes nos omnes esse similes mortales: *Omnes nos quasi aquæ dilabimur.* 2. Reg. 14. v. 14. In æternitate vice versâ non est futurum, præteritum, sed totum præsens. in vena contingit, unde aqua & talem cogita esse DEUM. *tem idemipse es, & anni tui* Heb. 1. v. 12. Id, quod in æternitate dicitur præteritum, & quasi æternitate dicitur futurum, ipsa æternitas, solum est in eam quod fluit. atque hoc est, quod proprium nobis, uti nunc est, quòd nunc sit ad modicum, futurum sit semper. *Et erit eorum in secula.* Ps. 80. v. 16. de hoc, prout toties repetendo mus, cogitandum tibi est, ut dis sitne operæ pretium gaudere dicum, & pati semper, an gau semper, & pati ad modicum.

XXIV.

Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam pectatio Judicij, & ignis æmulatio, quæ consumpturus versarios. Hebr. 10. v. 26.

1. COnsidera, qui sint illi, qui peccare dicuntur post acceptam notitiam veritatis. Sunt Apostatæ, quia increduli solùm peccant *post auditam notitiam veritatis*, Apostatæ *post acceptam*. Jam verò, si rite perpendas, horum Apostatarum duo sunt genera. Quidam repugnant non solùm Principijs Christi, sed & dogmatibus, quemadmodum faciunt, qui de statu Catholicorum transeunt ad tilismum, Judaismum, vel Alij dogmata retinent, sed principijs repugnant, dum aliqua optimè cognoverunt eorum pul tudinem, ea amaverunt, imò aliq to tempore in usum deduxerunt verò lassati illa deseruerunt. De troque hoc genere loquitur Apos lus, & ideo de utroque dicit:

voluntariè peccant. (vel ut in contextu originali legi potest ad majorem culpæ denigrationem) *deficiunt, desciscunt.* & utroque dicit: *Peccantibus*, sive *desciscentibus, desciscentibus jam non relinquitur pro peccatis hostia.* Quid igitur prodest tibi non esse de primo genere Apostatarum, si fortè venias in numerum secundi?

2. Considera utrumque hoc genus Apostatarum peccare *voluntariè*, quia peccant deliberatâ voluntate. Quisquis peccat, ideo peccat, quia vult; quis hoc nescit? Attamen peccant nonnulli calente sanguine, alii frigente. Priores cruditatis ardore præventi non satis agnoscunt, quid faciant? *Supercecidit eis, & non viderunt solem.* Ps. 37. secundi superiores affectibus id probè cognoscunt, & tamen volunt instigante malitiâ, quæ in eorum cordibus dominatur. nec volunt tantùm, sed sæpe etiam studiosè quærunt, designántque animo, ultro tergum obvertentes soli, ne radio fulgore ipsorum oculos perstringat: *Fuerunt rebelles lumini.* Job. 24. unde primi potiùs dicuntur *volenta* peccare quàm *voluntariè*, secundi peccare *voluntariè*, non *volentes.* Et tales sunt, si bene consideres, omnes Apostatæ priùs dicti. *Homo apostata pravo corde machinatur malum.* Prov. 6. v. 13. Porrò quid mirum, si his dicatur non relinqui ullum genus expiationis? *jam non relinquitur pro peccatis hostia.* Quænam præcipua piacularis hostia? JESUS Christus. hæc est hostia tot aliis antecedentibus præsignata, Taurorum, Agnorum, Arietum, & demum pro nobis immolata in altissimo altari Crucis. Jam ergo hæc hostia tam electa, tam salutaris in usu suo utique non relinquitur amplius cuiquam illorum: dum nulla spes est Christum denuò pro hominibus moriturum in Cruce: *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur.* Rom. 6. v. 9. Jam semel fecit pro nobis, quidquid facere debuit: *Quid debui ultra facere vineæ meæ, & non feci?* Isa. 5. v. 4. Ideo nihil amplius ejus generis faciet, quia faciendo nihil planè faceret ultra id, quod jam fecit. At verò si hæc Hostia nulli relinquitur amplius in usu, hoc est, immolando vitam, relinquitur tamen in effectu, eam nobis donando. Sed pro Apostatis *non relinquitur* nec in effectu quidem, atque adeò nullo modo, quod enim Christus semel fecit, moriendo scilicet in Cruce, his miseris nihil utilitatis afferet. Pro ceteris dicere Patri suo æterno Christus potest: *Pater dimitte illis, neque enim sciunt, quid faciunt.* Luc, 2. Pro his dicere id ipsum non potest: dicendum erit potiùs: *sciunt, quid faciant*, & ideo *damna illos.* Ita est, etiam isti possunt aliquando redire ad se ipsos, compungi, converti, & sic capessere utilitatem suam ex victimâ tam præstanti. sed adeò rarò hoc contingit, ut de eo loqui liceat quasi nunquam futuro. *Homo Apostata subitò conteretur, nec habebit ultra medicinam.* Prov. 6. v. 15. De Apostatis primi generis vix invenies, qui reversus sit ad veram fidem. & sic videbis ex hæresiarchis conversum esse unum Berengarium,

qui primus negavit veram Christi in Sacramento præsentiam, ceteri ut Simon Magus, Arrius, Montanus, Manes, Nestorius, Pelagius, Priscilla, Lutherus, Calvinus, Carolstadius, Bucerus, & tot alii omnes sine pœnitentia decesserunt. *Non habuerunt ultra medicinam.* Et de Apostatis secundi generis pariter vix quisquam est, qui redeat ad frugem: & ratio est manifesta. quis enim adhibendus est modus, ut omnis peccator resipiscat? repræsentanda enormitas mali, quod committit, scandalum, quod dat proximo, displicentia, quam facit DEO, gaudiũ, quod præstat diabolo, periculum, in quo versatur, damnationis æternæ. at isti hæc omnia jam cognoscunt, & nihilominus audacter contemnunt. Quę ergo spes esse potest eos reducendi? *Non habebunt ultrà medicinam.* Quàm bene igitur locutus est Apostolus, cùm dixit: *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis Hostia.* quia quemadmodum ista peccata Apostasiæ difficillimè retractantur, ita difficillimè quoque remittuntur. Exhorresce ad intuitum talis statûs, neque fide, etsi videaris in præsens ab eo longiùs abesse. scis enim quâ ratione in eum devolvamur? paulatim & per gradus.

3. Considera, dum rebelles isti infelices non curant habere Christum sequestrum pacis, aliud non superesse, quàm ut illum Judicem expectent. unde cùm dixisset Apostolus: *Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiã veritatis jam non relinquitur pro peccatis hostia*: mox sequitur: [illegible] *autem quædam expectatio judicii* [illegible] *quædam*, quia hi miseri [illegible] modò omnem illam expectationem Judicii, quam oporteret. si habe[illegible] *arescerent præ timore.* sed tamen [illegible] bent, quanta sufficit ad turbandum [illegible] inde illorum gaudia: & ideo [illegible] expectatio dicitur illis redd[illegible] quamvis tunc primùm veri[illegible] bilis, cùm plena supervenerit [illegible] do veniet? In hora mortis. [illegible] igitur, quid his miseris [illegible] quando dici sibi audient [illegible] comparituros ante tribunal [illegible] cis, cui tam fœdè violassent [illegible] *divi, & conturbatus est venter* [illegible] cur? quia non habebunt [illegible] cusandi culpam. *A voce* [illegible] *runt labia mea.* Abac. 3. v. 16. [illegible] qui graviter deliquit, sed [illegible] bet excusationem delicti, [illegible] dem, cùm scit brevi coram [illegible] comparendum, sed non [illegible] mit, quantum Reus, cui [illegible] excusatio, quam adducat. [illegible] runt hi miseri, qui deficientes [illegible] tatibus cognitis, quæcunque [illegible] per malitiam peccârunt: *Volun*[illegible] *peccantes post acceptam notitiam* [illegible] *tis.* At ista expectatio, quam [illegible] nus diximus, est particularis [illegible] restat altera Judicii universalis [illegible] quando veniet? tempore [illegible] Rursus ergo cogita, quid his [illegible] sit, cùm ad tubæ sonitum [illegible] tumulo, in quo jam dudum [illegible] putruerunt cadavera, sentient [illegible]

rum stimulis & verberibus se urgeri, ut citò compareant in valle stragis suæ. *Populi, populi in valle concisionis, quia juxta est dies Domini, in valle concisionis.* Joel. 3. v. 14. O quàm terribilis illorum erit expectatio! Isti omnino erunt peccatores, qui præ omnibus aliis contremiscent expectatione Judicii: quia isti præ aliis in Judicio confundentur, ut qui culpæ monstrosam deformitatem satis agnoverunt, & nihilominus ut insani amatores eam sibi desponsârunt. Unde qui peccavit cognitionis defectu, die illo rogabit covernas, ut ipsum absondant: at qui ex malitiâ peccavit, rogabit ipsam abyssum inferni, ut demergat. Tantum expectatio Judicii, quod jam non longius abesse, uti nunc, sed proximè imminere cernent, illis terrorem incutiet. Isti erunt à Christo maximè objurgati, maximè execrati, exosi, & denique maledicti. & quare? quia hostis cuicunque Principi maximè invisi sunt rebelles. atque ideo tecum reputa dicendo: si his adeò terribilis erit sola expectatio magnæ confusionis, quid erit jam non expectare, sed experiri?

4. Considera parum fore, si Christus in die Judicii istos magis quàm ceteros reprobos eorum socios objurgaret, si non etiam plus ceteris puniret. Unde subjungit Apostolus, quòd pro his relinquatur non solùm *terribilis expectatio Judicij*, sed etiam *terribilis ignis æmulatio.* Ignis ille, qui post decretoriam damnationis sententiam comprehendet reprobos, ut repentè in abyssos detrudat, ô quàm tenaciter his potiùs adhærebit quàm aliis, quos instar lignorum flammæ invenerit aptiores. scire igitur oportet ignem supra naturæ vires tunc elevatum à Deo ad puniendos reprobos aliter acturum quàm inter nos faciat in præsens. nunc eodem modo urit martyrem & criminosum, furem & latronem, fornicariũ & adulterum. tunc non ita. aget quasi ratione præditus, & proportione servatâ torquebit magis, qui magis merentur. quæ causa est, cur sancti quidam ignem inferni vocaverint quasi *Rationalem ignem.* & quia talis erit, hoc loco dicit Apostolus ignem ejusmodi habiturum æmulationem & zelum quasi puniendi istos sceleratos. *quædam ignis æmulatio.* quanquam zelus iste non solùm tunc igni inerit, sed & ceteris elementis, quæ certatim se accingent ad vindicandas injurias Domino suo in terra illatas. Tunc continget, quod tam aptè descripsit Sapiens, cùm dixit: *Pugnabit pro illo Orbis terrarum contra insensatos.* quia quodvis elementum ita se geret, quasi non tantùm virtute agendi sed furore percitum. *Ibunt directè emissiones fulgurum.* Ecce tela ignita quasi rationalia non jam temerè, ut nunc fit, sed cum ratione configent directè, quos oportet. *Ibunt directè, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterminabuntur,* hoc est, *emittentur, vel ejicientur, & ad certum locum insilient,* non jam *ad incertum, & à petrosâ irâ plenæ mittentur grandines.* Ecce terra etiam ipsa quasi rationalis, ideóque irata

rata emittet lapidum, ut grandinum, tempestates. *Excandescet in illos aqua maris.* Ecce aqua quasi rationalis excandesceret, perinde si irâ esset succensa. *& flumina concurrent duriter,* quasi omnia contendant ad mare, ut vires subministrent ad cladem hostibus inferendam. *Contrà illos stabit spiritus virtutis.* Ecce quasi rationalis aër primò consistet sumpturus Spiritum, *stabit,* deinde *tanquam turbo venti dividet illos* malos à bonis separando. Sap. 5. v. 21. In hoc elementorum conflictu, quia ignis Ducem aget: *Ignis ante ipsum præcedet*: ideo Apostolus nec aëris, nec aquæ, nec terræ mentionem fecit, sed ignis tantùm, eo etiam ex capite, quòd *æmulatio,* quæ est summus quidam ardor, igni potiùs quàm ceteris conveniat.

5. Considera denique æmulationē istam consumpturam adversarios Domini tui. *Æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Adversarii isti præcipuè sunt omnes illi Apostatæ, quos antè diximus. nam isti maximè sunt, qui præ omnibus aliis bellum nunc DEO movent eripiendo illi animas, seducendo, subvertendo, & facilè homines pertrahendo ad malum. Et omnes isti die illo consumentur, quia omnino destruentur. Unde non dicitur *ignis æmulatio consumptura* [illegible] *cos,* sed *consumptura adversa*[illegible] quidem multâ cum ratione. [illegible] servandum est nunquam fore [illegible] lices isti desinant esse inimici [illegible] omnem æternitatem, sicut [illegible] ri omnes, qui ex ipsis [illegible] debunt, omnes damnati, omn[illegible] li. quid porro? etsi omnes [illegible] sint inimici, non idcirco et [illegible] bunt adversarii, quia nō po[illegible] plius adversari ejus gloriæ, [illegible] tam audacter in terra faciebo[illegible] quia solùm manebunt inimici [illegible] manebunt adversarii, idcirco [illegible] *ignis æmulatio consumptura* [illegible] *rios,* & non dicitur *consumptura* [illegible] *cos.* Ceterùm quomodo dic[illegible] ignis æmulatio consumptura [illegible] cos, dum equidem miseri istro[illegible] ardebunt in horribili inferni rog[illegible] contabescent, nunquam vel[illegible] mentur? quippe ignis ille nun[illegible] bit, ut disperdat simul & non dele[illegible] adeò rationalis erit flamma. Tu[illegible] ad solam ignis hujus imagin[illegible] non exhorrescas; time, ne forsan [illegible] jam sis illorum Apostatarum, qu[illegible] solùm audent adversari Prin[illegible] Christi vitam concernentibus, [illegible] tiam documentis ad fidem p[illegible] tinentibus.

* * *

****
**

XXV.

S. Jacobi Apostoli.

Obsecro vos tanquam Advenas & Peregrinos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam. 1. Pet. 3. v. 11.

COnsidera tribus modis posse homines in terra degere, vel ut cives, vel ut advenas, vel ut peregrinos. Ut cives in ea degunt, qui aliam, præcisiam, patriam non agnoscunt. *Oculos suos statuerunt declinare in terrâ.* Psal. v. 11. atque ideo hîc omnia sua bona fundârunt. Tales sunt mali Christiani, qui licet in terra non sint ceu originarii, nam illorum origo de cœlo est, sunt tamen cives voluntarii, qua hîc tentoria sua firmârunt, quasi nunquam amplius removenda. *Tabernacula eorum in progenie & progenie,* hîc sunt adscripti, hîc in syllabum relati. *Vocaverunt nomina sua in terris suis.* Ps. 48. v. 12. vivendo ad morem eorum Gentilium, *qui spem non habent.* Ut Advenæ in ea degunt, qui aliam patriam optimè agnoscunt, qualis illa est Paradisi, & ad eam aspirant. interim tamen satis studiosè morantur super terram magis terrenis quàm cœlestibus intenti. *Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es, inveteràsti in terra alienâ?* Bar. 3. v. 10. Et isti sunt ordinarii Christiani. Ut peregrini denique in ea degunt, qui non solùm aliam Patriam agnoscunt, qualis illa est Paradisi, & ad eam aspirant, sed in terra quieti consistere nequeunt. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Ps. 119. 5. & quasi hîc versentur in transitu ad unum diem, aliud de terra non sumunt, nisi tantum alimenti, vel subsidii, quod in dies servandæ vitæ sufficiat. *Et à te quid volui super terram?* Ps. 72. Et isti sunt perfecti Christiani. Antequam progrediaris ulteriùs, siste tantisper ad discutiendum te ipsum, ut cognoscas, in qua classe versaris modò, & in qua velles sub vitæ finem versari.

2. Considera Apostolum hoc loco non loqui illis, qui in hac terra tanquã cives versantur: nam hi admonendi erant, ut abstinerent non solùm *à carnalibus desideriis,* sed etiam operibus. Illis tantùm loquitur, qui in ea ut Advenæ vel Peregrini degunt: & ideo eos precatur (quò majori reverentiâ utatur) ut tales se gerant, quales reipsâ sunt. *Obsecro vos tanquam Advenas & Peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, conversationem vestram inter gentes* (qui sunt cives hujus terræ suprà memorati) *habentes bonam.* Quæ autem

sunt hæc desideria carnalia, de quibus hîc agitur? sunt tria illa desideria adeò famosa, quæ omnia complectuntur carni grata, opum, honorum, voluptatum, maximè corporis. Verum est, propriè loquendo prima dici desideria avara, secunda ambitiosa, desideria carnalia reverà sunt illa carnalium voluptatum. & ab his maximè te vult abstinere Apostolus, cùm dicit: *Obsecro vos tanquam Advenas & Peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis.* quia ista præ aliis faciunt nos vivere affixos Terræ. Ideo de senibus illis, qui carnalibus desideriis adeò tenebantur, ajebat Daniel: *Declinaverunt oculos suos, ne viderent cœlum.* Dan. 13. v. 9. atque inter partus libidinis funestos non solùm recensentur obtusatio mentis, Inconsiderantia, Inconstantia, & Præcipitatio, sed præcipuè *Horror futuri seculi.* Nota ergo hîc non esse contentum Apostolum, ut abstineas ab operibus carnis, quæ malitiam suam apertè produnt, sed etiam *à desideriis*, quæ illam abscondunt: quia si ullum est vitium, cui oporteat in principio obstare, istud est, de quo loquimur, quod etiam idcirco igni comparatur, quia sæpe oriri potest ab una scintilla, à lectione curiosa, à verbulo, à cogitatiuncula, à primo motu non tempestivè represso. *A scintillâ unâ augetur ignis.* Eccles. 11. vers. 34. fortè id ipsum te experientia docuit?

3. Considera nihilominus hoc loco non dicere Apostolum: *Obsecro vos carere carnalibus desideriis*, bene autem, *abstinere vos*, non enim [illegible] est omnibus immunem esse [illegible] modi desideriis præter [illegible] surgentibus, bene autem à [illegible] Et ideo oportet, quampri[illegible] Animam consurgunt, ea rejic[illegible] pellere, retundere, removere. [illegible] istud sufficit: quia hoc casu dic[illegible] postolus: *Obsecro vos arcere [illegible] carnalia desideria*, at ille ampli[illegible] git. non vult solùm, ut ejusmo[illegible] deria à te procul habeas, *arc[illegible]* sed insuper ut ab illis procul [illegible] as, *abstineas te ab illis*, hoc [illegible] propriè *abstinere se*, se procul [illegible] *Abstinet se à viis nostris.* Sap. [illegible] Vult, ut velut cautus belli [illegible] tum potes, declines pugnam. [illegible] tur oporteat, ista desideria carn[illegible] liquando dimicare contra [illegible] aliàs militare, hoc est, ad dimic[illegible] duntaxat stare accincta. Itaque [illegible] do illa dimicant maximè furia[illegible] nere pugnæ, rejicienda sunt, [illegible] da retundenda, ut suprà dixi[illegible] cùm *militant*, prout hîc ponit [illegible] lus, *adversus animam*, declina[illegible] pugna, & longissimè fugien[illegible] tiùs quàm dimicandum. *Abs[illegible] à lite, & minues peccata.* Eccl. [illegible] Imò quando etiam te impugnat, [illegible] ipso modo vincenda sunt, quo[illegible] potes, abstinendo, ne in iis mec[illegible] gas, distrahendo, divertendo re[illegible] & ratio est, quia cogitationem [illegible] in peccato, quod te impugnat, di[illegible] minuit aliquando propensionem, [illegible] sæpe etiam auget. Quando [illegible] prout in Avaritia & Ambitione

tingit, pugnare potes resistendo cogitationi, quò enim magis cogitas vanitatem lucri ab Avaritia æstimati, vel gloriæ ab Ambitione speratæ, tantò magis aquiris facilitatem spernendi, atquando auget, prout in Libidine accidit, quæ vim habet pelliciendi, etiam cùm ejus fœditatem contemplaris, non debes pugnare resistendo cogitationi, quam excitat, sed fugiendo tantùm. *Averte faciem tuam a muliere compta.* Eccl. 9. v. 8. Si ergo, cùm ista desideria carnalia actu ipso bellum tibi moveant, hoc uti oportet stratagemate, quod modo diximus, vincendi per fugam: *abstinere te:* quantò magis cùm solùm stant in procinctu ad illud movendum: *militant adversus animam.* fugere ante conflictum semper utcunque facile est, non ita si jam factum est initium pugnæ. unde sapienter Apostolus: *Obsecro vos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam,* ne expectetur, dum oriantur, & tamen *unde bella?* si S. Jacobo credimus: *Nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris:* Jac. 4.

4. Considera, quis sit modus facilè abstinendi ab ejusmodi desideriis. modus est mortificare se ipsum vitando occasiones, quæ ea possint excitare: custodire visum, custodire auditum, continere se à legendis libris vanis, itaque de ceteris. Iste, inquam, modus est unicus abstinendi se à carnalibus desideriis. Hoc neglecto non solùm à desideriis deinde abstinere non potes, sed multum erit si abstineas à delectatione, à consensu, ab opere. oportet ergo, ne eò exorbites, abstinere à desideriis. & ideo concludit Apostolus, ut præ omnibus conversari studeas, sicut oportet: *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam.* hæc enim est, in qua desideria talia maximè exardescunt. sive verseris in terra ut Advena, sive ut Peregrinus, necesse est sæpius conversari cum iis, qui ibi ut indigenæ vivunt. Isti hîc ab Apostolo *gentes* vocantur, sive quia quantumvis Christiani non agnoscunt instar Gentilium aliam Patriam nisi præsentem, sive quia, cùm multò plures sint numero, quam Advenæ in terra & Peregrini, meritò veniunt nomine Gentis, hoc est, multitudinis. cùm igitur inter istos conversari necesse sit, quàm cautè & attentè hoc facere oportet, ne & tibi mores suos affricent. Dixi inter ipsos: ita enim pariter dicit Apostolus: *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam.* non dicit *cum gentibus*, quia si quando cum istis agendum est, sive tuo, sive illorum commodo, non facilè tamen conversandũ cum ipsis, sed inter ipsos. vitandum omne genus conversationis non solùm malæ, sed etiam suspectæ: nam in ea præcipuè accendi solent desideria carnalia. Unus aspectus, vel risus, unus agendi modus incautus sufficit, ut armentur in summam animæ perniciem, *militent adversus animam.* observa, quàm solicitè abstineas ab occasionibus lubricis, & ab his abstine, ut facilè possis abstinere à desideriis.

XXVI.

Sancta Anna.

Silebit Dominus in dilectione suâ, exultabit super te in laude, [illegible] 3. v. 17.

1. COnsidera, quæ sit ars illa adeò optata modico lucrandi multum, nempe exercere se ipsum in actibus amoris Divini, ita ut, cùm agis aliquid, semper ad eum dirigas hac intentione expressâ ob amorem ipsius id agendi. Non potes jam queri amplius, quòd status tuus non permittat opera patrare Heroica, quæ patrant alii in suo; quia DEO sufficit, si in tuo amare non desinas: *silebit Dominus in dilectione suâ.* Hic est proprius verborum sensus, quæ proinde summum afferre possint solatium. Doles fortassis non posse te quoque facere illa opera pœnitentiæ tam austera, quæ tot alii faciunt pro DEO, illas flagellationes, illa jejunia aliàs culpis tuis debita? supple defectum frequentandis amoris actibus, & ille aliud non requiret: *silebit in dilectione suâ.* cùm manifestissimum sit actus ejusmodi sed ex intimo corde profectos sufficere, ut etiam à purgatorii pœnis te eximant. si aliud non potes, quàm illi in Cathedrâ servire, ama ipsum, & *silebit in dilectione suâ.* si aliud non potes, quàm illi in sacro tribunali servire, ama ipsum, & *silebit in dilectione suâ.* si nec istud tibi permittitur, sed necesse est negotia curare domestica, educare filios, regere familiam, operi insistere [illegible] tantùm hæc agis, at semper, [illegible] mus, amore ipsius, ne dubites [illegible] perinde satisfactum iri in [illegible] quàm ab aliis in suo præstantio[illegible] *lebit Dominus in dilectione suâ,* [illegible] *opere,* sed *in dilectione.* Quæ [illegible] to solatio esse debet, ut etiam [illegible] mum afferat incitamentum cre[illegible] ercendi actus istos amoris pu[illegible] mos, & adeò gratos DEO. Q[illegible] bitas? id, quod sanctos ad tam [illegible] sanctitatem provexit, non tam [illegible] fuerunt ab ipsis facta, quàm [illegible] sunt facta. *Remittuntur ei* [illegible] *multa,* de Magdalena Christus [illegible] *quoniam dilexit multum.* Luc. [illegible] *quia multum fecit,* sed *quia* [illegible] *lexit.* Nec stillam sanguinis [illegible] pis suis hactenus fuderat Mag[illegible] sed nihil obfuit, dum pro iis [illegible] xerunt lachrymæ sincerissimæ.

2. Considera, si his actibus [illegible] ris, quos diximus, insuper [illegible] alios laudis, laudando Domin[illegible] omnibus, quæ in dies circa te di[illegible] ita ut non solùm de ullo casu [illegible] tumvis sinistro queraris, sed [illegible] rata habeas, probésque cuncta, [illegible] facit, ceu bene facta, non [illegible] duntaxat, uti in actibus dilectio[illegible]

sed *Exultabit super te in laude.* quia in his dilectioni, quam illi debes ut Patri, adjunges reverentiam, resignationem, & æstimationem tanquam Domino supremo debitam. Omnium, quas reddere DEO possis, laudum gratissima hæc est, quæ datur boni regimis causâ. Placet equidem, si laudes ob infinitatem suam, immensitatem, ceteràque ejus Attributa sublimia; maximè verò placet, si laudes ob Providentiam singularem & omni dignam veneratione. quare? quia hæc est illa laus, quam ejus inimici maximè impugnabant. Hinc est, quòd in cælo quoque ad cytharam beatorum laus ista præ alijs resonet, prout ex Apocalypsi habemus. *Judicia tua manifesta sunt.* c. 15. v. 4. *Vera, & justa judicia tua.* c. 16. v. 7. *Vera & justa judicia ejus.* c. 19. *Justæ & veræ sunt viæ tuæ Rex seculorum.* c. 15. v. 3. quasi cælum eâ ratione compensare velit tot querelas, quibus terra incusat inscrutabilia judicia DEI, omnino excutiendo frenum, de quo locutus est, cùm dixit: *Laude meâ infrenabo te, ne intereas.* Is. 48. Itaque exemplum de cælo, non de terra sume, æqualiter semper DEUM lauda in omnibus, quæ de rebus tuis disponit. *Semper laus ejus in ore meo.* Ps. 33. v. 1. Lauda illum in prosperis, lauda in adversis, & sic DEO offeres sacrificium laudis adeò jucundum, ut illi exultationis causa futurus sis: *Exultabit super te in laude.*

3. Considera in hac brevi sententiâ Propheticâ tibi viam designari brevissimam perveniendi ad sanctitatem non externam tantùm sed internam: Amare, & Laudare. In tuis operibus semper amandus est DEUS. in suis laudandus. Laus sine amore esset affectata, amor sine laude insincerus. Ideo Propheta uno versiculo utramque vocem conjunxit Amoris & Laudis, quia nunquam bene possunt disjungi. Tota vita humana duobus quasi filis texitur, eo scilicet, quod nos facere statuimus propter DEUM, & eo, quod DEUS facere statuit de nobis. In opere nostro præcipuè DEO placet Amor, in suo laus. Vide autem, quoties tu modo incedas prorsus contrario. In tuis operibus pro amore DEI amas te ipsum, tuum potiùs quærendo commodum, tuũ propositum, quàm Divinum. In Divinis pro laude Dei si non incusas ipsum, saltem quereris de ipso. Quid mirum igitur, si in statu tuo tam parum assequeris sanctitatis? Culpa non est penes statum sed teipsum. Ecce tibi hodiernâ die gloriosam sanctam Annam, evectam ad tam excelsum fastigium sanctitatis, ut Mater esse mereretur illius, quæ deinde fuit DEI Mater. & tamen quo modo eò est evecta, nisi hoc ipso, quod hîc diximus, exercitio? toto corde amando DEUM in vita sua privata, eúmque laudando in diuturna sterilitate. Atque adeò, si tu quoque idem fideliter præstiteris, *silebit Dominus in Dilectione suâ, exultabit super te in laude.*

XXVII.

Esto consentiens Adversario tuo citò, dum es in viâ cum eo: ne forte tradat te Adversarius Judici, & Judex tradat te Ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Mat. 5. v. 25.

1. COnsidera, quis meliore sensu mystico sit Adversarius ille, de quo juxta interpretationem sanctorum, hoc loco sermo est. Dictamen conscientiæ est. & cum isto, ait Dominus, id agendum, quod agis cum Adversario potente, qui tecum jure disceptat. numquid solicitus es, dum ille jam jam ad tribunal Judicis te trahit, ut quoad potes, debitam illi satisfactionem præstes, sive per compositionem, sive per compromissum, sive præsentis exhibitionem pecuniæ? Idem cum dictamine conscientiæ faciendum. & quare? ne deinde condemneris ad solvendum cum omni rigore debitum, à quo haud paulò minori incommodo poteras liberari. Si hanc veritatem probè intellexeris, non tam facilè contemnes ejus justissima postulata.

2. Considera dictamen istud Adversarium appellari, non quòd malè tibi velit (sic enim potiùs diceretur inimicus) sed quia inordinatis tuis cupiditatibus repugnat, eo fungens officio erga te, quod Angelus inconsulto Baalamo præstitit, cùm ei dixit: *Ego veni, ut adversarer tibi, quia perversa est via tua, mihique contraria.* Num. 22. v. 23. Hic adversarius [illegible] vult te retrahere à malo, in [illegible] præcipitas, aliàs incitare ad [illegible] quod refugis. Ideo in utroque [illegible] semper *adversatur tibi*, atque [illegible] per est adversarius. Quid [illegible] ideo malè illi voles? imò ob [illegible] magis amandus est. Melior [illegible] cus, qui adversatur, quàm [illegible] qui adulatur. *Meliora sunt [illegible] diligentis, quàm fraudulenta [illegible] dientis.* Prov. 27. v. 6. Inimi[illegible] te odit, fomes est Concupiscen[illegible] huic oportet velle malè. [illegible] qui tibi adversatur, est [illegible] Conscientiæ; & huic oport[illegible] bene. quodsi tamen nolis [illegible] adversari; cura, ut satisfaciat [illegible] *Adversarium, & afflige inimicum* [illegible] 36. v. 9. *Tolle Adversarium* [illegible] ciendo dictamini conscientiæ: [illegible] *fige inimicum* reprimendo [illegible] Concupiscentiæ.

3. Considera, huic adversario [illegible] sentiendum, ut ait Dominus, in [illegible] bus nunc memoratis, videlicet [illegible] nendo à malo, à quo retrahit, & [illegible] quendo bonum, ad quod te stim[illegible] Ait autem id citò faciendum: [illegible] *consentiens Adversario tuo citò,* [illegible]

in viâ cum eo. non dicit *statim*, quia subinde temporis aliquid sumendum est ad deliberandum: sed dicit *Citò*, ne tempus perdatur, maximè cùm accidere possit, ut homo consistat in viæ termino, cùm in medio se versari existimat. Via ista vita mortalis est: *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Ps. 5. v. 9. in qua Adversarius iste benevolus nunquam comitari nos desinet. Et quid erit, si in tempore non acceperit satisfactionem? tunc ex eo, quòd est, Adversario benevolo convertitur in Adversarium nimis quantum nocivum, in Accusatorem, in Actorem, hoc enim nomen illi Græcus codex attribuit. quid ergo tibi de te videtur? numquid habet justæ prætentionis contra res tuas hic Adversarius modò dictus? quid intus tibi dictat cor tuum? an est boni aliquid, ad quod frustra te stimulat? Eia cito illi consenti. *Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in viâ cum eo*, quia post viam nihil proderit, si non consensisse te doleas. Justissima, uti sunt, dicet. *Omnia, quæ arguuntur, à lumine manifestantur.* Eph. 5. v. 13.

4. Considera, quàm grave futurum sit damnum tuum, si non in tempore consenseris, uti debebas, huic Adversario, dum dicitur te traditurus in manus Judicis. Judex iste Christus est, quis nescit? atque in hujus manus te consignabit hic adversarius tanquam Accusator & Actor. quia Dictamen Conscientiæ toties à te spretum ante Tribunal Christi quasi reum constituet, nec constituet tantùm, sed etiam convincet longè magis quàm alij, ita, ut in te judicando non tam aliorum quàm istius habenda sit ratio. unde dubium non est, quin in ejus favorem sit ferenda sententia. & ideo nota hic modum loquendi. Dicitur, *ne fortè Adversarius tradat te Judici*: sed deinde non dicitur: *ne fortè Judex tradat te Ministro.* Dicitur: *ne fortè Adversarius tradat te Judici*, quasi dubitando, quia fieri potest, ut saltem sub viæ terminum ita satisfacias huic Adversario vi doloris intimi, summéque intensi de pugna, quâ toties illi restitisti, ut ideo non possit quidquam juris in te prætendere. Dein verò absolutè dicitur, *ne Judex tradat te Ministro*, quia, ut Adversarius iste versus est in Accusatorem, in Actorem, lucratus est causam. jam non est dubium, sed certum, quòd Judex te daturus sit Ministro, hoc est Angelo Justitiæ ministro, & rursus certum est, quòd iste te sit ducturus in carcerem tibi debitum. An non esset proinde error gravissimus non opportunè consensisse huic Adversario, cujus tanta habebitur ratio in illo summo tribunali, à quo ad aliud appellari non potest? *Esto consentiens* igitur, *esto consentiens Adversario tuo citò, dum es in viâ cum eo, ne fortè Adversarius tradat te Judici, & Judex tradat te Ministro, & mittaris in carcerem.*

5. Considera, quis sit hic carcer, de quo sermo est. duplex est, Purgatorius, & Infernus. Alteruter istorum tibi

tibi continget pro ratione delicti à te commissi, quicunque sit, in eo integram præstare solutionem necesse erit. audi jurantem Dominum : *Amen dico tibi : non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Particula *donec* aliquando admittit terminum, & id significat, quod deinde futurum est, ut in illa Jobi sententiâ : *Expecto, donec veniat immutatio mea,* Job. 14. v. 14. Aliàs non admittit terminum, & id significat, quod nunquam futurum est, ut in illa altera ejusdem Prophetæ. *Donec deficiam, non recedam ab innocentiâ meâ.* Job. 27. v. 4. Jam ergo si ad purgatorium iveris, equidem exibis inde, sed non exibis, donec satisfeceris ad omnem juris rigorem. Si iveris ad Infernum, totâ æternitate non exibis. atque hoc est, quod dicitur in utroque casu : *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Cogita duos debitores te petente carcere teneri, unum opibus pollentem, alterum decoctorem. Si dicas diviti : *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem,* tu dicis exiturum, at quando ? cùm summo rigore tibi satisfecerit. At si id ipsum decoctori dicas, dicis nunquam inde exiturum, quia ad satisfaciendum prorsus inhabilis est. Idem in casu nostro accidit. In Purgatorio Animæ sunt in statu, quo possint satisfacere, quia habent sortem Gratiæ, at tales non sunt in Inferno, & ideo illæ dici possunt opibus pollère, istæ verò decoxisse substantiam. proinde si animæ in purgatorio dicatur : *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem,* dicitur equidem exiturum, sed nonnisi sumptu & ære [illegible] ipsum Animæ dicatur in Inferno citur cunctis seculis in eo cru tura. Itaque qualiscunque [illegible] de qua hîc agitur, sive tempo æterna, ô quantò major [illegible] quàm fuisset sustinenda, ut [illegible] versario tuo consentires in [illegible] sapis, consenti, nec differ, qu pus præterit. *Esto consentiens [illegible] sario tuo citò, dum es in viâ cum*

6. Considera quosdam esse lent componere cum Adver potenti, at quo modo ? cun vota trahendo, quia caperent tis rationibus sensim inducere men Conscientiæ ad approbar quod eorum cupiditatibus est taneum. Sed hoc fieri nequ quare ? quia tuum est esse cu & non ipsius esse tecum. non modo loquatur Dominus : *sentiens Adversario tuo citò, dum viâ cum eo,* pariter dicere *dum tecum ille est in viâ* ; qua men conscientiæ in penetrali dis tui est, sed ita dicere nolit re mallut : *dum es in viâ cum e* telligas muneris tui esse, ut quaris, & non ipsius, ut te [illegible] O quoties quasi bolo objec illud divertere, aut saltem [illegible] clamet, & debiti te admoneat ! stultè agis, hoc modo : *Qui [illegible] aures suas, ne audiat legem, [illegible] erit execrabilis.* Prov. 28. v. 9. go nihil proderit eum se commo

DEO, qui studio aures suas declinaverit, ne audiat dictamen conscientiæ, adeò ejus oratio erit execrabilis; quid illi fiet, qui etiam jussit obmutescere illud prævertendo? remorsus Conscientiæ, qui propriè is est, qui clamat designato jam opere, facilius potest negligi, ab ijs maximè, qui Conscientiæ sunt timidæ, vel pusillæ, ne scrupulis dent locum; at dictamen, quod priùs clamat, semper audiendum est saltem ad sumendum deliberandi spatium. tantóque magis audiendum est, quantò clamat fortiùs, quia clariùs tunc constat subesse causam.

XXVIII.

Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ mente tuâ, & ex totâ virtute tuâ. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximum tuum, tanquam te ipsum. Mar. 12. v. 31.

1. COnsidera, quid DEUS à te requirat, cùm dicit: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* Vult imprimis te ipsi adhærere *ex toto corde tuo*, hoc est totâ voluntate tuâ: hæc enim inter partes hominis imperium obtinet; ideo herili nomine cordis appellitur. *Præbe fili mi cor tuum mihi.* Prov. 23. v. 26. Vult deinde, quò perfectius id præstes, & actu tam interno quàm externo, vocari in auxilium primò omnes appetitus inferiores, qui tanquam rebelles videntur potius inclinare ad amorem ejusmodi abnegandum: deinde omnia membra corporis linguam, oculos, aures, manus &c. Appetitus hic comprehenduntur universim nomine animæ, *ex totâ animâ tuâ.* membra nomine virtutum: *ex totâ virtute tuâ*, sed quia id facilè consequi non potes, nisi intellectus, qui est pars adeò principalis, consentiat, jubet in societatem vocare etiã Intellectũ cum omnibus facultatibus suis: atq; hoc est, quod mentẽ nominat, *ex totâ mente tuâ*, ut vox ipsa omnes comprehendat. Jam verò si id Dominus tibi præcipit, macte animi, quia hoc ipso actu se obligat addandas tibi vires exequendi. atque ideo executioni moram nullam interpone. Voluntas tua tota permittatur DEO. Appetitus tui non accipiant legem nisi à DEO: si desideres aliquid, fac desideres uniri DEO: si gaudeas, gaude de honore divino; si tristeris, tristare de offensa Dei; si timeas, time gratiæ jacturã, & sic de ceteris. Mẽbra tua, quotquot sunt, impendantur in procurando majore obsequio Divino: atque in DEO defixa sit tota mens tua, ita ut, si studeas, si speculeris, omnia tendant ad inveniendum modum, quo magis placere DEO possis. Hoc est

implere præceptum, quod hoc loco imponit, dum ait: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.*

2. Considera præceptum istud nunquam perfectè impleri super terram, impleri in Cœlo. Sed non ideo debes despondere animum. quia notandum est illi, qui dat præceptum, duo esse proposita: primum est obtinere finem præcepti, alterum obtinere eos actus, qui velut media conducunt ad finem. Sic explico. Dux exercitûs, dum militibus præcipit, ut urbis certum munimentum, exempli causâ, unam Lunulam occupent, quid spectat? Spectat expugnationem munimenti, qui est finis præcepti, & spectat operationes, quæ ad eam conducunt juxta leges militares, seu media consequendi hunc finem. Jam qui obtinet etiam finem præcepti, perfectè implet præceptum, atque ita in bello Ducis sui voluntatem perfectè adimplet, qui munimentum expugnat. qui etiam non obtinet finem præcepti, ita tamen se gerit, ut, quoad potest, juxta disciplinam militarem ad eum obtinendum procedat, equidem perfectè præceptum non implet, sed nihil refert; tantum præstat, quantum sufficit, ne sit reus, imò ut sit omnino laude dignus, uti miles ille, qui etsi munimentum non occupet, ex parte sua legum militarium nihil omisit. His positis; Dominus hoc præcepto, quod imponit, cùm dicit: *Diliges &c.* duo spectat, primò finem præcepti, hoc est, ut te illi totum conjungas tanquam ultimo tuo fini: dein operationes, quæ ad hoc conducunt, [illegible] dia, exactam scilicet legis [illegible] vantiam. Certum est [illegible] non posse consequi perfectè [illegible] nem, cùm id illi statui relictum [illegible] quo DEUS *erit omnia in omnibus* [illegible] nihil sanè refert: sufficit te [illegible] præscripto regularum, quas [illegible] ad obtinendum hunc finem. [illegible] quæras, cur ergo DEUS voluerit [illegible] mulgare præceptum verbis tam [illegible] tè requirentibus, ut amemus [illegible] *corde, ex totâ animâ, ex totâ* [illegible] *& ex tota mente*, quod excep[illegible] ctè nisi in cœlo nemo possit. [illegible] alijs, quæ sint nobis solis acco[illegible] ta. Eadem est ratio, quæ Duc[illegible] cipientis militibus occupare [illegible] quod certè non est in eorum [illegible] Voluit Dominus constare tibi, [illegible] la tua dirigeres, quæ sunt ope[illegible] Id verò quomodo constaret, [illegible] signaret scopum? atque hic [illegible] nostro uniri DEO perfectissimè [illegible] re, qualis est ille Beatorum, [illegible] at cùm notus sit tibi scopus tam [illegible] clarus, vide tantisper, an eo [illegible] verè colliment, an è contrario [illegible] deflectant. *Sagitta Jonathæ [illegible] redijt retrorsum.* 1. Reg. 1. 20.

3. Considera, quàm merito [illegible] à te exigat, ut ipsum diligas qu[illegible] potes modo jam dicto, hoc est [illegible] to. Ipse DEUS tuus est, atque [illegible] finis tuus ultimus. & talis cu[illegible] nónne æquissimum est, ut [illegible] totum ejus amori impendas? [illegible] aspice, qui pro ultimo fine, [illegible] DEO suo pecuniam statuit: [illegible]

rum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola, ut interirent. Os. 8. v. 4. ô quomodo se totum impendit amori pecuniæ! amat illam *ex toto corde suo*, cum ejus voluntas aliud non desideret, eâ solâ contenta est, & mille se privat commodis, quæ posset consequi, si non pigeret expendere. Amat *ex totâ animâ*, quia ejus cupiditates ad aliud non serviunt: si indignatur, illi indignatur, qui lixem movet de pecunia: si lætatur, non lætatur nisi cùm nanciscitur pecuniam, non tristatur, nisi eam perdit pecuniam, non invidet, nisi illi, qui plùs habet pecuniæ. Amat *ex totâ virtute suâ*, quia nihil est, in quo membra ejus tam impigrè serviunt, non curant aquas, non flammas horrent. maximè verò amat *ex totâ mente suâ*, quia in hoc mens ejus fidelissimam præstat operam. quantum speculatur! quantum studet! non cessat artes excogitare & modos faciendi lucra. Jam si pro DEO tam fallo, qualis est pecunia, homo se totum posset impendere eâ ratione, quâ diximus, quidni idem posset pro DEO vero? quod si posset, æquum omnino est, ut faciat. Ideo in imponendo tam singulari præcepto non satis fuit erat dicere: *Diliges Dominum tuum*, sed dilertè adjungere voluit *DEUM*, quia, si ut DEUS ultimus est finis tuus, nónne rationi consentaneum est, te toto, quantus es, diligere? Avarus tantopere amat suam illam pecuniam, quia credit in illa se habere virtualiter omne bonum, quamvis reipsâ nullum habeat. *Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Eccl. 5. v. 9. & quomodo non possis tantundem, imò etiam magis amare DEUM, in quo reipsâ est omne bonum?

4. Considera hoc ipso exemplo dari tibi regulam in ejusmodi amore servandam, & declarari. qualis est amor ultimo fini debitus? est amor, quo illum omnibus anteponas. atque hoc est, quod Dominus præcipit, cùm dicit: *Diliges Dominum DEUM tuum.* Instar Avari agere te oportet, qui & sibi & alijs multa tribuit, modò nulla interveniat pecuniæ jactura. Id, cui primo loco cavendum est, finis est ultimus. Huic honori, quem Avarus habet pecuniæ suæ, eam omnibus præferendo, jungi etiam solet amor, ut loquimur, formalis, consistens in amanda pecunia propter ipsam pecuniam, qui est soli proprius Avaro, & non propter alium effectum saltem principalem. atque iste etiam est amor, quem DEO debes, si amare illum velis ut finem tuum ultimum. amandus est propter se. nam si amares ad effugiendam pœnam, quæ manet non amantes; si amares tantùm ad obtinendum præmium, quod datur amantibus, neutiquam sufficeret, nam per hunc ipsum actum non præferres illum omnibus, sed præmio & pœnæ posthaberes. Potest equidem tam præmium quàm pœna te stimulare, ut magis ames, sed non ut ames. Imò obligaris sæpiùs in vita elicere talem actum explicitum amoris *super omnia*. Explicitum, inquam, quia negari non potest, ejusmodi

di actum in observantia reliquorum mandatorum *virtualiter* contineri: unde Christus ajebat: *Qui habet mandata mea, & servat, ille est, qui diligit me.* at non continetur *formaliter*, ut idcirco fortè Christus non dixerit: *Diligit*, sed *ille est, qui diligit*, quasi denotando, talem observantiam esse quidem indicium ejus amoris, sed non ipsum formaliter amorem: cùm certum omnino sit hos actus amoris impliciti, qui non distinguuntur ab observantia dictorum mandatorum, potiùs esse actus obedientiæ, & obsequij erga DEUM ut Dominum, quàm amoris erga DEUM ut finem ultimũ. & tamen indubitatum est, etiam ad hos nos obligari, quia jam est sententia damnata tueri oppositum. Verum est, uti præcepta affirmativa non obligant quovis puncto temporis, sed in debitis circumstantijs, uti [illegible] Confessionis, sacræ Comm[illegible] Eleemosynæ præcepta, ita de hoc tiendum, quod nos obligat ad istos explicitos Amoris *super* quos diximus. quæ autem circumstantiæ? meâ sententia potes frequentissimè, *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* Viri[illegible] num non determinare tibi tempus fit in lege Jejunij, Confessionis, Communionis, Eleemosynæ, & [illegible] modi, quia nullum tempus est ne ab amoris debito. Cæteris bus convenit dictum illud: *tempus habent*: huic soli non com atque hoc sufficiat ad præcep declaratione sententiæ, quæ cùm i nium, quas habeat scriptura, p tissima meritò non unam medi pro sui cognitione deposcit.

XXIX.

Diliges Dominum DEUM tuum &c. *Hoc est primum Mandatum.* Mar. 12. v. 31.

1. COnsidera, quomodo præceptum die antecedenti à nobis explicatum dicatur primum: *Hoc est primum mandatum*: & id quidem triplici ex capite. I. quia primum est in intentione ejus, qui dat legem. Istud est præceptum, ad quod alia omnia diriguntur. *finis præcepti est charitas.* 1. Tim. 1. & per consequens primum est in intentione, quia finis aliorum. II. quia est primum in obligatione ejus, qui legem accipit. quippe [illegible] incumbit observare cetera præce quia ad istud referuntur, longè illi incumbet hoc observare, a illa referuntur. III. quia primu ordine dignitatis inter cetera, constituunt Legem, & quodnam inveniri possit magis proportion nobilitati animi humani? Illud que nobilissimum est, quod m libertatem offendit. & tale [illegible]

illud est: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* quia hoc solum non venit in numerum præceptorum, quæ ab invitis adimplentur. Cetera præcepta non furandi, non adulterandi, non occidendi &c. sunt ex genere suo magis servilia, quia impleri possunt solo timore supplicii, quod transgressoribus statutum est. non ita hoc præceptum. Est enim præceptum amandi, quod quoniam nonnisi amando impletur. si times, quòd timeas, jam non amas, atque adeo non adimples præceptum. Non est actus magis voluntarius amore adeòque nec herilis magis. quo pacto, quis non videt dignitate primum est? *Hoc est primum mandatum.* si non est actus magis herilis, quàm sit amor, ergo nec præceptum, quod respicit hunc actum. Tu interim pro voluptate tuâ nota, quantam injuriam DEO facias actum ejusmodi illi subtrahendo, ut eum tribuas vilissimis rerum quisquiliis! Aliud profectò non meretur, quàm ut ille quemadmodum serpenti id infligat pro pœna, quod sponte tuâ facis, nempe ne unquam pectus de terra leves. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Apoc. 22. v. 11. si Dominus non tam diserte præcepisset amorem, summis precibus esset exorandus, ut eam tibi daret licentiam, tanta illius est dignitas. quâ igitur ratione non diliges, etiam postquam præcepit dicens: *Diliges, &c.*

1. Considera, quemadmodum præceptum istud primum est ordine dignitatis, quam obtinet, *primum mandatum*, ita primum quoque esse delectatione, quam affert. nam si Amor est, qui condit & mitigat, quidquid reliquis ineat auferi, quomodo ipse carebit stillâ suavitatis? explicari non potest, quantum amando DEO delectetur voluntas. delectatur laudando, delectatur honorando, delectatur obediendo, sed sine comparatione magis delectatur amando. causam accipe. omnis delectatio provenit ex proportione inter *potentiam & objectum*, quis nescit? sed hoc nō sufficit: præterea requiritur unio, ita, ut quò ista est arctior, eò etiam delectatio major existat. Id in cibo videre est, qui sine dubio sapit palato, ob proportionem, quæ inter utrumque intercedit, sed quando sapit maximè? cùm palatum cibum sibi arctiùs conjungit, eum debito modo masticando, nec obiter solùm gustat, & rursus expuit. Jam verò certissimum est objectum magis proportionatum voluntati inveniri non posse præter DEUM, qui cibus est, qui pascit, sed non satiat. certissimum quoque est potentiam magis proportionatam DEO inveniri non posse præter voluntatem humanam, quæ est palatum, quod equidem pascitur, sed non satiatur. unde necesse est arctissimam unionem talis potentiæ cum tali objecto sine dubio maximum afferre gustum suavitatis. Talis autem est, quem Amor facit. Tu non experiris, an ita sit: sed interroga tot Sanctos, qui sunt experti. O quomodo illorum quisque dicturus est: *Fructus ejus dulcis gutturi meo!* Cantic. 2. v. 3. si non experiris, id neque ab

objecto provenire poteſt, neque à potentiâ. unde ergo? à defectu unionis requiſitæ. te ipſum impende exercitio amoris, impende contemplationi, impende compunctioni, & videbis. tu verò vix guſtas cibum, & reſpuis. *Fructus ejus dulcis gutturi meo*: non ait *labiis meis*, ait *gutturi meo*.

3. Conſidera, quemadmodum præceptum iſtud primum eſt dignitate, & ſuavitate, ita primum quoque eſſe utilitate. cauſa eſt, quia merces, quæ dari ſolet exequentibus, quæſtus potius quàm lucrum dicenda videtur. Ratio exigeret nos potiùs debitores eſſe Deo, quod dignetur nos admittere ad amãdum, quàm DEUM nobis, ſi illum amare ſtatuamus. Ecce igitur grande beneficium, quod DEUS nobis præſtitit, cùm dixit: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* fecit, ut hic amor eſſet lege præſcriptus: *Mandatum*: atque ita ſecuros reddidit hunc amorem fore apud ipſum meritoriũ mercedis, de quo priùs meritò dubitari poſſe videbatur. In ſtatu Religioſo certi ſumus non absque merito futurum, ſi ambulemus, ſi converſemur, ſi cibum vel ſomnum capiamus: quare? quia fiunt iſta ex obedientiæ præſcripto. Ita poſt hoc præceptum: *Diliges &c.* factum eſt meritorium amare, quia amando obedimus. ceterùm quæ merces debebatur ex natura rei amanti ſummum Bonum? & tamen faxit DEUS, ut etiam urgente præcepto vel ſic ames!

4. Conſidera rem eſſe planè obſtupeſcendam, quòd non tu ſolùm, ſed tanta pars hominum tam ſeg[illegible] adimplendo præcepto, quod [illegible] mnibus antecedit in quocunq[illegible] nere *primum mandatum*. Ver[illegible] non poſſe hîc perfectè adimple[illegible] ut meditatione præcedenti [illegible] ſed neque ſatagit adimplere, [illegible] poteſt, ea applicando media, [illegible] ducunt; unde excuſationem [illegible] bet: quæ autem ſunt hæc media [illegible] cipuum hoc eſt, profundâ cogn[illegible] penetrare tantum Bonum, [illegible] nobis præcipitur. Beati Cœl[illegible] cognoſcunt *facie ad faciem*: & [illegible] tantum amant. nobis labora[illegible] ut ſaltem eminus cognoſcamus [illegible] *latores facti illius magnitudinis*. [illegible] 16. Iſtud igitur juxta conditione[illegible] tûs tuum eſto ſtudium: *ſtatue* [illegible] *culam*. Jer. 11. v. 21. cognoſce, & [illegible] bis. ceterùm etiam procùl [illegible] quam amabilis eſt. Quæ ab ip[illegible] creata ſunt, continuò dicunt [illegible] mes. Cœlum cum ſtellis ſui[illegible] bus quid dicit? dicit, ut ames: [illegible] *ges Dominum DEUM tuum &c.* [illegible] dicit aër, hoc aqua, hoc terra, [illegible] faciunt res omnes ab eo conditæ, [illegible] quòd identidem hoc præceptum [illegible] culcent: *Diliges Dominum DE[illegible] tuum*. ſi non audias, inde eſt, [illegible] non attendas. ſi attenderes, non [illegible] ret imitari virum illum ſanctum [illegible] inambulans baculo ſubinde fer[illegible] herbas, ſaxa, ſtirpes, & flores arbo[illegible] jubebátque, ne tam elatâ voce cl[illegible] rent, ut amet, nam ſe illi ferendæ [illegible] imparem. neceſſe igitur re oppid[illegible] gum ac diſtractum eſſe, ſi non [illegible]

porrò si audis, & non respondes; quid tibi dicam tibi, quod olim Satanas dicebat ex ore energumeni interrogatus, quis esset. Ego sum, inquiebat, sed triste ingemiscens, ego sum illa creatura expers amoris, nec aliud apposuit.

* * *

XXX.

Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Mar. 12. v. 31.

1. COnsidera, quàm sublime sit hoc præceptum amandi proximum, quod cùm sit secundum, nihilominus dicitur simile primo, illi, inquam, de DEO amando, de quo prioribus meditationibus egimus. *Secundum autem simile est illi.* ti scire desideres, cur primo simile dicatur, ecce capita compendio perstricta. I. quia obligat ut primum. amare DEUM non est tantum utilitatis, uti sunt voluntaria Paupertas, aut puritas Virginea, sed necessitatis. & ideo non potest tantùm præscribi ad modum consilii, sed vim habet præcepti. sic pariter amare proximum. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Jo. 15. II. quia Divinum est sicut primum. Amare DEUM non est humanæ præceptionis, sed Divinæ. *In dextera ejus ignea lex.* Deut. 33. v. 2. & sic etiam amare proximum. *Hoc mandatum habemus à DEO, ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* 1. Joh. 2. non dicit *ab homine*, dicit *à DEO.* atque ideo tali præcepto debent cedere omnes dispositiones humanæ, omnes ritus, consuetudines, & traditiones, quando illi directè vel indirectè adversantur. *Obedire oportet DEO magis quàm hominibus.* Actor. 5. v. 29. III. quia morale est, sicut primum. Amare DEum non spectat ad Ceremonialia, quæ sunt abrogata à Christo in lege sua: nec ad Judicialia, quæ sunt mitigata, sed ad moralia, quæ sunt confirmata. & sic pariter amare proximum: unde Christus magnam partem sermonis in monte impendit, ut id liberaret à sinistris interpretationibus, quæ sunt factæ, ut perficeret, ut promoveret: adeò ut postremis vitæ suæ diebus posset nominare præceptum novum ob formulam pulcherrimam, quam illi dedit non doctrinâ duntaxat, sed exemplo. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Jo. 15. IV. quia est naturale, ut primum. Amare DEum non est præceptum Divinum positivum, sicut est Baptismi præceptum: est naturale; quia natura dictat amandum esse à quolibet Patrē illū magnū & proprīū. & sic pariter amare proximū, quia natura quoq; dictat à quolibet amandū propriū fratrē. *Omne animal diligit simile sibi.* Eccl. 13. 19. atq; ideo amare proximū non est eatenus bonum, quatenus est præceptum,

tum, sed eatenus est præceptum, quatenus est bonum. V. quia est absolutum, ut primum. Amare DEUM non est præceptum conditionatum, sicut illud Pœnitētiæ, quod injungitur, si præcessit peccatum, sed est absolutū. & sic etiam amare proximum, unde suspendi nequit ut illud Pœnitentiæ, sed per se stringit, quidquid antecedat. *Hæc est annunciatio, quam audistis, ab initio, ut diligatis alterutrum.* 1. Jo. 3. v. 11. VI. quia est affirmativum, ut primum. Amare DEum non est præceptum negativum, sicut illud non assumendi nomen ejus in vanum, sed est affirmativum, quia injungit aliquid boni, & sic verè est præceptum: non vetat aliquid mali, quæ est mera prohibitio. & sic pariter amare proximū. unde præceptum est præstantius omnibus negativis, cùm plùs sit facere bonum, quàm non facere malum. Taceo, quòd in Negativo non includitur affirmativum, at in affirmativo negativum continetur. atque hinc, qui tibi præcipit, ne oderis: *non oderis fratrem tuum in corde tuo*: non idcirco mandat, ut ames: at qui præcipit, ut ames, etiam præcipit, ne oderis: *Dilectio proximi malum non operatur.* Rom. 13. v. 10. VII. quia est universale sicut primum. Amare DEUM non est præceptum particulare, & quod obliget unum sexum præ alio, unum statum, aut populum præ alio. est universale, quod ad omnes gentes extēditur. & sic pariter amare proximū: *Qui non diligit, manet in morte.* 1. Jo. 3. nec solùm est universale, quia datū est omnibus, sed quia datū de omni[illegible] cut omnes debēt amare, ita [illegible] bent amari, nec inimicis excep[illegible] *tum mandatum tuum nimis.* [illegible] VIII. quia Lucidum est ut pr[illegible] præceptum amandi DEum [illegible] sideres, explicatione opus non [illegible] unde rudes sæpe melius [illegible] quàm valde litterati. & sic pari[illegible] ceptum amandi proximum: [illegible] *tum Domini lucidum, illumin*[illegible] Ps. 18. *Præceptum Domini* [illegible] antonomasiam præceptum [illegible] nis, quis ignorat? jam istud [illegible] illuminat oculos; quia, qui [illegible] sæpe plurimis indiget docum[illegible] discendas perfectæ amicitiæ [illegible] non ita, qui amat. amor ipse [illegible] luminat: *Qui diligit fratrem* [illegible] *lumine manet.* 1. Jo. 2. IX. [illegible] perpetuum, sicut primum. præ[illegible] amandi DEum non datur ad [illegible] sed est æternum: unde neque [illegible] finitur: *Charitas non excid*[illegible] 13. sic pariter præceptum amandi [illegible] ximum, quia ita eo stringimur [illegible] ut neque solvamur in patria. [illegible] *tempore diligit, qui amicus est.* [illegible] Itaque si de tā nobili præcep[illegible] hoc est, aliud non nosses p[illegible] quæ hîc memoravimus, nunq[illegible] nino satis ista forent ad ejus [illegible] excitandum? ecce quantæ [illegible] prærogativæ! & tu non æstim[illegible] ceptum amandi proximum est [illegible] mile alteri de amando DEO, [illegible] *li*, ut sint duo gemelli uno parti[illegible] & eatenus præceptum amandi DE[illegible] dicitur primum, & præceptum [illegible]

di proximum dicitur secundum, quamvis proximus amandus est propter DEum, & non DEus propter proximũ. Cererùm ita sunt inter se conjuncti, ut dividi nunquam possint. Non potes amare proximum, nisi DEUM ames, nec amare DEum, quin ames proximum: & ideo etiam plusquam gemelli sunt, quia gemelli equidem nascuntur simul, sed non ideo necesse est eos simul mori. cùm è contrario amores sint adeò tales sint indolis, ut unus vivere sine altero non possit.

2. Considera, quid sit aliquem amare. est velle ipsi bene. tunc ergo amabis proximum tuum, cùm illi bene velis tam quoad ea, quæ ad animam spectant, quàm quæ ad corpus pertinent. & tunc amabis sicut te ipsum, cùm illi voles ut tibi. id, quod intelligit Dominus, cùm ait: *Diliges proximum tuum, tanquam te ipsum.* unde nec colliges sequelas utiles, & ordinatas ad executionem præcepti, quod est tanti momenti, & omnes fundantur in verbis supradictis. Prima est, te non posse ex amore proximi ipsi in re ulla obsecundare, quæ rationi & æquitati minùs congruat. quia si hoc agas, illum non amas, sed maximo habes odio, quia vis illi malum, quod quotidie dæmones procurant, hostes ejus capitales, scilicet peccatum. & hoc posito non solùm tunc non impleres præceptum, sed violas directè, quia jubet Dominus velle bene tuo proximo: *Diliges*: tu verò non solùm illi bene non vis, sed malè instar Diaboli. Altera est, debere te proximo tuo velle bene propter ipsum. Proinde si ames proximum, quia ejus conversatio tibi grata est, vel quia utilitatem affert reciprocam, si præceptum non violas, certè non adimples, quia *diligis voluptatem tuam, diligis utilitatem tuam*, & consequenter *te diligis*, non *diligis proximum tuum*, cùm dicat Dominus: *Diliges proximum.* nôsse cupis, quomodo in hoc casu ames tuum proximum? amas ut servum, non ut proximum, quia propter te ipsum amas. & Dominus usurpare voluit expressè nomen proximi, ut intelligas eum amandum ut proximum, adeóque ut parem, non ut servum, quia si est tibi proximus, in eodem gradu tecum constituitur, hoc est, in gradu, quo possit etiam ipse tecum consequi beatitudinem æternam. qualiscunque sit aliàs, magnus, an parvus, popularis, an extraneus, pius an sceleratus, benevolus, an inimicus, nihil sanè refert, sicut in Paradiso consors esse potest, ita est proximus tuus. hoc sancti nos docent. Tertia est, te non debere proximo velle bene voluntate frigidâ, stupidâ, otiosâ, quæ potiùs *Velleitas* dici solet, quia si sic diligas, non diligis *tanquam te ipsum*, hoc est, non diligis *in charitate non ficta.* 2. Cor. 6. putásne te contentum fore respectu tui sterili desiderio? imò verò quanto studio id procuras, quod tibi proficuum arbitraris! *Intellige quæ sunt proximi tui, ex te ipso.* Eccl. 31. v. 18. aliàs credere quidem potes te observare hoc præceptum ob intentionem illam bonam, quam intus in corde habes, sed non observas, quia

intentio non transit ad actum. *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum.* Ps. 11. v. 3. Itaque à primo ad ultimum si bene perpendas, clarè videbis pauciſſimos in hoc orbe terrarum adimplere præceptum: quia multi amant proximum amore pernicioso, & sic oderunt, cùm se amare existimant. Multi eum amant amore quæstuoso, atque ita se amant, & non proximum. Plurimi amant amore mortuo potiùs quàm vivo, quia pro illa nolunt operari, nolunt laborare, nolunt quidquam expendere, vel sibi incommodum creare, & consequenter non amant ut se ipsos, hoc est, cum alacritate, ardore, efficacit[ate], [se]d quasi rem ad se minimè pertin[en]s hoc est, modo prorsus inanem. [Do]men non dicit Dominus: *Diliges proximum tanquam aliquid tuo, sed quasi te ipsum.* numquid hæc est materia doloris? Ecce quò [se] reducitur pulcherrima alter tantùm ritatis: ut innumeri sint, qui eam ra transgrediantur, pauciſſimi [ob]ſervent. *Beatus, qui invenit amicum verum.* Eccl. 23. & tamen hæc [est] quæ tantum valet, quantum [est] amandi DEUM. *Maius horum mandatum non est.* Mat. 22.

* * *

XXXI.

S. Ignatius Patriarcha.

Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis? Jo. 5. v. 44.

1. COnſidera, quantum damni tibi afferat cupiditas gloriæ humanæ. non solùm impedit, sed quasi impossibilem reddit fidem. *Quomodo vos poteſtis credere*, inquit Christus, *qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis?* fides, ut talis sit, qualem esse convenit, vera simul esse debet & viva. Qui hoc credit, quod docet Ecclesia, etsi non operetur juxta id, quod credit, habet nihilominus fidem veram, quia falsa penes Ethnicos, & hæreticos est: sed non ideo habet fidem vivam, quia non operatur. *Fides ſine operibus mortua eſt.* Qui operatur, non solùm veram, sed vivam fidem, quæ [est] non est cadaveris. Jam verò [qui] tus gloriæ humanæ summè [in]habilem ad utramque fidem. *Initium ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare a Deo.* Eccl. 10. v. 14. Cùm hæc cupidinimia est, nec simplicem relinquiram fidem, quia fides requirit actum docilem, qui non tantùm [as]ſinat sed captivari in obsequium [&] & ambitio, quæ est cupiditas humanæ, eum facit superbum,

macem, obstinatum, adeò ut si quis etiam inter Catholicos tacitè subire posset animum non unius ex his insatiabilibus, deprehenderet revera nullum ipsis inesse fidem: quippe qui de certis articulis molestioribus, quales sunt de immortalitate animæ, & aliis hujusmodi, si eos non omnino negant, saltem dubitant. & si de his dubitant, jam non habent amplius ullam fidem, quia ad hanc amittendam satis est dubitare de eo, quod docet: necesse non est id expressè negare. atque ut ista cupiditas tanta non sit, saltem valdè reddit inhabilem ad fidem vivam, quia ad operandum, ut decet Christianum, ad condonandas injurias, ad omnimodam servandam, ad cedendum, ad humiliandum se ipsum, necesse est sæpe multos superare respectus humanos, spernere approbationes, contemnere applausus, imò gravissimis se objicere dictériis. Id autem quomodo facere poterit, qui in corde suo non omnino dejecit hoc Idolum Gloriæ, & si non adorat, saltem habet in pretio. *Verumtamen & ex principibus multi credidérunt in eum* (dicebat Joannes) *sed propter Pharisæos non confitebantur*, & quæ causa fuit? *Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam DEI.* Jo.12. Videergo, quantum meretur non solùm prosterni hoc Ambitionis simulacrum, sed comminui, ut de eo nec memoria superfit. *Mihi quidem pro nihilo est, ut à vobis judicer.* non *pro parvo*, non, sed *pro nihilo*. 1.Cor.4.v.3. Arca Legis, quæ est symbolum fidei non solùm veræ, sed vivæ, conciliari nunquam potest cum ejusmodi Idolo. aut illud prosternit, aut ab eo pulsa discedit.

2. Considera, quanta sit dementia illorum miserorum, qui amant gloriâ, quæ venit ab hominibus, quia ista impedit saltem magnâ ex parte, quò minùs gloriam, quæ est à DEO, consequantur. & tamen quænam è duabus æstimationem meretur? an illa, quæ est ab hominibus: nequaquam: sed illa, quæ à DEO est. ista quippe fundatur in merito, & ita solida est: illa verò in opinione, & sic non modò solida non est, sed frivola. Opinio, quam de te habent homines, tres patitur defectus, qui eam faciunt omnino contemptibilem. Primus est, quòd illa de te plerumque formare non possit æquam æstimationem, & si possit, non velit. *Chanaan in manu ejus statera dolosa. calumniam dilexit.* Abac.1.v.6. Alter est, quòd sit oppidò incertum, an eam sis obtenturus. unde sæpe *repletus es ignominiâ pro gloria.* Tertius est, quòd etiam obtenta sit valde instabilis: unde sequitur: *& vomitus ignominiæ super gloriam tuam.* Abac.1.v.16. hinc notatu dignum est, quomodo hoc loco Christus loquatur. dicit, non solùm ab hominibus non procurandam esse laudē, sed nec acceptandam, cùm eam offerunt. & rursus dicit, à DEO non solùm libentissimè acceptandam, sed etiam procurandam. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo DEO est, non quæritis?* cùm loqueretur de laude, quæ est ab hominibus, dixit, *accipitis*: quia

ipsa acceptatio non est absque gravi damno. cùm loqueretur de illa, quæ à DEO est, dixit: *non quæritis*, quia illam etiam non procurare, grave nocumentum affert. & tamen faxit DEUS, ut tu non sæpe facias contrarium: ut non procures illam, quæ est ab hominibus, & alteram nec cures quidem, quæ est à DEO, bonum scilicet conscientiæ testimonium. *Gloria nostra hæc est, testimonium bonæ conscientiæ.* 1. Cor. 2.

3. Considera multos esse, qui curant laudari à DEO, imò id etiam procurant, *accipiunt, & quærunt.* sed non sine desiderio, ut eodem tempore laudentur ab hominibus. Hoc DEO displicet, atque idcirco dicebat Christus: *& gloriam, quæ à solo DEO est, non quæritis.* non dixit *à DEO*, sed *à solo DEO*: quia in hoc denique vera virtus consistit, quòd quis contentus sit, si placeat soli DEO. *Gloriemur in laude tua.* Ps. 105. Cùm placere DEO non infert necessitatem displicendi hominibus, multi sunt, qui hoc curant, atque etiam procurant. at quando hanc infert, tunc enimverò adduci nequeunt, ut curent. Quis ergo explicet, quàm vili loco tibi sit gloria, quæ à DEO est, si fueris de numero eorum, quibus non sufficit placere DEO, nisi etiam hominibus placeant. Si Generalis ductor exercitûs te laudat præsentibus omnibus militaribus copijs, tanquam militem generosum, an multum tuâ refert, quid dicat calonum turba, quæ manet ad sarcinas? ô si scires, quid sit habere gloriam coram DEO! *super [illegible] bit te populus fortis.* Isa. [illegible] potest ille te laudare, quin [illegible] dent innumeræ Angelorum [illegible] qui multitudine superant [illegible] mos, & arenas aquæ. quin [illegible] omnes Apostoli, Patriarchæ, [illegible] tæ, martyres, & omnes Sanctæ [illegible] ctæque Cœlites: verbo quin [illegible] te laudent, qui continuò ejus [illegible] contemplantur, quorum [illegible] numerus: *Populus fortis*, nec [illegible] tantùm, sed sensatus, sed [illegible] sed nobilissimus, ita ut [illegible] populus, sed numero tantùm, [illegible] rà sit populus Monarcharum. [illegible] pensi habes, quid contra te [illegible] circulus de fæce hominum [illegible] tantium? quid autem aliud [illegible] ræ homines coram DEO, [illegible] li seu quisquiliæ vilissimæ? [illegible] tanti sunt. *Omnes gentes, [illegible] sint, sic sunt coram eo.* Is. 40. [illegible] Non est igitur alia differentia [illegible] quòd æstimatio hominum tibi [illegible] nifesta, atque ideo moveat; [illegible] tio DEI sit occulta, & ideo [illegible] te rapiat. Quidsi autem occulta [illegible] certior quàm manifesta? occulta [illegible] certa per fidem, manifesta per [illegible] rentiam. Assuesce igitur non [illegible] in pretio habere gloriam, quàm [illegible] cognoscitur ad lumen fidei, quæ [illegible] est vera. *Ut placeam coram DEO [illegible] lumine viventium*, non *coram hominibus in lumine mortuorum.* Ps. 5[illegible] talis est illa, quæ venit à solo DEO. Vide, quanta sit laus, quam [illegible]

nota tibi tribuit Curia Cœlestis, *Populus fortis.* Laus ista tanti non esset, nisi aditum præpararet ad illam, quæ est à DEO. adeò certum est, illam duntaxat veram esse gloriam, *quæ à DEO solo est.*

4. Considera tanti faciendam esse æstimationem, quam DEUS de te habet, ut nec ipsa Beatitudo in pari pretio sit habenda, quia Beatitudo ponit te esse æstimabilem, æstimatio verò, quam DEUS de te habet, etiam facit. Unde nota, quomodo loquatur Dominus: *& gloriam, quæ à solo DEO est, non quæritis.* nec dicere quidem voluit *apud DEVM*, sed dicit *à DEO*, intelligatur, de quâ gloriâ loquatur. Multi curant, ut salvi fiant, & sic multi procurant gloriam, quæ *apud Deum* est: sed pauci curant soli DEO placere, sine proprio quæstu saltem vel hujus gloriæ, atque idcirco pauci procurant gloriam, *quæ à solo DEO est.* Et tamen ad hoc ipsum videtur invitare Christus, cùm dicit *à DEO*, quia istud, in omni perfectionis rigore, videntur idem esse, ac non velle aliud quàm illam gloriam, quæ à solo DEO est, nempe velle ipsi equidem placere, sed non ob aliud, quàm hoc ipsum, ut ille placeat: *ut ei placeat, cui se probavit.* 2. Tim. 2. v. 4. Scio quærere gloriam, *quæ apud DEVM est*, non præjudicare quidquam fidei etiam vivæ, potiùs eam juvat, quia animat ad operandum. præjudicat tamen fidei saltem vivacissimæ, quia facit, ut non operaris ex puro & solo Charitatis impulsu. *Charitas non quærit, quæ sua sunt.* 1. Cor. 10. v. 15. Qui vult multum placere DEO, necesse est, ut exuat omnem affectum ad seipsum. *Nemo, quod suum est, quærat*, ita ut quærat placere illi, sed non quærat ad proprium emolumentum: solùm quærat ad exequendum id, quod ipse mandavit, nempe ut quæramus ipsi placere. Hoc enimverò est velle placere soli DEO, procurare gloriam, quæ DEO redditur, & simul non curare gloriam, quam reddit DEUS in Regia Paradisi. *Recti diligunt te*, non *diligunt tua.* Cant. 1. v. 5. Hoc est amando quasi exæquo certare cum DEO. *Dilectus meus mihi & ego illi.* Cant. 2. v. 16. quia est velle amare ipsum, ut ille nos amat unicè nostro commodo. ille me amat absque suo emolumento, & sic totus est *mihi*, non *sibi.* & sine meo emolumento ego volo amare ipsum, & esse totus *illi*, non *mihi.* *Dilectus meus mihi & ego illi.* nisi quòd in conflictu Charitatis tam pulchro vincamus, ut ita loquar, & evadamus Superiores, prout vicit Jacob; quoniam DEUS sine nostris bonis se ipso beatus est, nos autem sine bonis ipsius quid sumus?

5. Considera, quomodo hæc omnia mirificè implerit S. Patriarcha Ignatius, qui velut novellus Jacob egressus domo suâ cum solo baculo in manu vidit in diebus suis dari sibi à DEO tam nobilem propaginem: *Dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem.* Gen. 38.

v. 14. quæsivit haud dubiè desponderе sibi vitas duas adeò laudabiles, Liam, & Rachelem, Activam & Contemplativam. Nihilominus non videtur in hoc posuisse fundamentum sanctitatis suæ, sed in contemptu omnis gloriæ, quæ est ab hominibus. *In cœtu eorum non sit gloria mea.* Gen. 49. v. 6. Ista fuerunt verba moribundi Jacob, & eadem fuerunt verba Ignatii jam sibi mortui, ut DEO viveret. atque ideo evasit deinde instrumentum tam stupendum procurandæ gloriæ Divinæ, quia sprevit, & omnino sprevit humanam. Ex hoc contemptu primò manavit fides illa altissima, quâ se præditum agnovit: fides tam fortis in intellectu, & ideo tam vera, ut dicere esset solitus, si universus mundus deficeret à Christo, se solum perstiturum in fide, vel ex eo, quod Manresæ cognovisset de ipso, cùm scilicet modo suo dicere potuit cum Jacob: *Vidi DEVM facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* anima, quæ priùs se perditum ibat. Gen. 32. v. 3. Et fides adeò fervens in voluntate, atque ideo tam viva, ut vellet ipse pro omnibus arq; in omnibus operari in honorē Dei, in plateis, in Templis, in carceribus, in scholis, in hospitalibus, in agris, agitatione quadā indefessâ, in æstu & frigore: *Die noctúque æstu urebar & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis.* Gen. 31. v. 40. nec solùm in his gloriam ab hominibus non quæsivit, sed *nec accepit*; imò potiùs omni studio vitavit, uti inter cetera fecit, cùm patriam reversus cautè declinavit omnem occursum honorificum, & magis haberet suspectum, quàm Jacob habuit suum. Hinc sæpe solebat, se denique electum esse, ut ab omnibus pro stulto haberetur, si sine culpa sua communi judicium potuisset consequi. Sic ita DEI gloriam quæsivit, ut [illegible] quæreret eligendo talem modum sanctitatis, quæ in speciem nihil haberet singulare, austerum, asperum, consequenter admirandū, solúmque judicaret id aptius futurum [illegible] Divino ad juvandas animas illi dilectas. nec satiari potuit eum repetendis verbis illis Jacobi primis, quæ potiore jure dicebat DEO ex cordis affectu, quàm Esau ex timida adulatione: *Non tantùm indigeo, ut invenam gratiam in conspectu tuo Domine mi.* Gen. v. 15. Quid futurum erat tanto de, cui non renuntiâsset ad [illegible] illi gloriam? Renuntiâsset ipsi [illegible] tudini Cœlesti. Id quod abundè rat, quàm quærere illam gloriam *à solo DEO est. imò, quæ solùm est*: non illam, *quæ est apud DEVM.* Adeò insignis luctator cum DEO in hoc eximio Charitatis certamine. Quodsi ipse quoque *fortis in hoc contra DEVM*; quid mirum, si *magis* deinde *contra homines prævaluit*, tot pertrahendo ad DEUM [illegible] 32. v. 28. Tu sanctum hunc [illegible]

cham Advocatum elige ad ſpernendā gloriam humanam. nec exiſtima à me illum tibi offerri tanquam à partiali ex communi affectu, quo quiſque filiorum etiam minimus in Patrem fertur: ſiquidem ipſe Chriſtus daturus electæ ſuæ filiæ Magdalenæ Paziæ de Cazo ſanctum, qui ipſi ſublimiſſimam Humilitatis diſciplinam traderet, ex omnibus S. Ignatium delegit, quo denique ſtupendum in modum expreſſit ſenſum illum viliſſimum, quem de ſe Jacob demonſtravit, cùm dixit DEO: *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & voluntate tuâ, quam explevisti ſervo tuo.* Gen. 33. v. 10. niſi fortè alium longè etiam humiliorem expreſſit, cùm jam jam ultimum daturus halitum hanc poſtremam gratiam poſtulavit à filijs, cùm ijs benediceret, non ut eum ſepelirent, prout Jacob petebat, *in ſpelunca duplici*, geminato honore, qui cadaveribus conceditur Illuſtrium perſonarum. Sepulcri ſcilicet, & tumbæ, ſed inſtar canis mortui in fimetum abijcerent.

* * *

AUGU-

AUGUSTUS

I.

Vincula S. Petri.

Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri s[illegible] berum natum putat. Job. 11. v. 12.

1. CONsidera hominem, qui hîc dicitur Vanus, esse hominem Sapientiâ, sensu, & quovis alio bono vacuum: hæc enim vis est vocabuli *Raca*, unde habet originem, quâ voce Christus usus est, cùm dixit: *Qui dixerit fratri suo Raca*, id est, *Vane, reus erit concilio.* Mat. 5. v. 12. & tamen, quis credat? & tamen hic est, qui plerumque præ alijs superbit. *Vir vanus in superbiam erigitur.* & quod plus est, eò usque superbit, ut existimet se in mundo esse Dominum sui, non vult, ut par esset, se submittere superioribus, non reveretur eos, non obsequitur, & tantùm non ab omni lege vult esse eximius. nec interim advertit, se eâ ratione aspirare ad id, quod vanè sibi persuadet pullus asini in sylvis, qui credit cum summa licentia se illic inter feras natum ad libertatem. Sed ô quantum fallit se ipsum! quia cùm ceteræ feræ potestati suæ permittantur, ipse quæritur ad jugum, & facilè adducitur, ut etiam ipse vinciatur, ut laboret, sudet, & [illegible] rat more aliorum generis sui, [illegible] stabulo nascuntur. *Vir vanus [illegible] perbiam erigitur, & tanquam [illegible] onagri*, qui tantopere decipit[illegible] sui æstimatione, *& tanquam [illegible] lum onagri se liberum natum [illegible]* Interea nôsse oportet, homine[illegible] esse natum, ut sine lege vivat [illegible] dine, sed ipsi quoque persiste[illegible] vinculis eadem tranquillitate [illegible] Petrus in suis perstitit. N[illegible] vides Apostolum in suis vinc[illegible] versatum, ut etiam dulcem [illegible] caperet? *Erat Petrus dormien[illegible] duos milites, vinctus catenis [illegible]* Act. 12. v. 6. Sic igitur te [illegible] agere oportet, si te velis gerere [illegible] mesticum Domini, non agres[illegible] sylvaticum. Tria porrò sunt [illegible] la, quibus nemo sperare potest [illegible] quam integrè eximendum. [illegible] sunt vincula præceptorum, [illegible] vincula omnium justorum. qui [illegible] constringi patitur, omnino [illegible]

est & duobus reliquis peccatorum scilicet, & pœnarum. at qui illis se non ponitur coërceri, repentè incidit in peccata, quæ sunt propria vincula peccatorum super terram. & qui ab istis tam tempestivè revertitur ad illa præcepta peccatorum, demum incidit in vincula pœnarum, quæ sunt vincula damnatorum ad Inferos. In tuo est arbitrio eligere, quæ velis, seu vincula Justorum, seu vincula peccatorum. Sed cave, quia, si mahs illa peccatorum, quam justorum, necesse erit, velis, nolis, transire aliquando ad illa, quæ dolis, ad vincula, ut audisti, damnatum.

2. Considera imprimis, quàm digna sint vincula præceptorum. ista videntur primâ facie te arctè obligare, sed non est ita. imò magis quàm quæcumque alia faciunt te esse liberum in operando, quia faciunt te operari non ex affectu sed ratione. Nemo reverà magis est servus, quàm qui proprijs suæ cupiditatibus: quippe qui talis est, quasi necessitate quadam adstringitur, ut vel invitus faciat, quod nolit. *Ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato: non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi, malum.* Rom. 7. v. 13. Ille solus est liber, qui propriis non servit, sed dominatur cupiditatibus. atque hoc est, quod consequeris obediendo præceptis. putasne ergo vincula ista tibi probro esse? imò hæc vincula sunt Justo quasi monilia, quæ non ligant collum ullo modo, sed ornant potiùs, & condecorant, faciuntque, ut tantò majore cum decoro illud levare sursum possit. vel certè si dicere placeat hæc vincula vincire quodammodo colla justorum, quæ DEO subjecta servant, certè non onerant, quia sicut illis sunt summo honori, ita summum gaudium, & lucrum afferunt. Gaudium certissimum est, quippe qui verus est Justus, hoc est, qui bene operatur non externo timoris impulsu, sed quia amat, quod facit, tam parùm legem suam persentiscit, ut demum dicere non vereatur, se non habere legem: *Lex justo non est posita, sed injustis.* 1. Tim. 1. v. 9. Non quòd justus non etiam ipse sit subjectus legi, ut injustus, sed quia quidquid isti imponitur, imponitur ut onus; cùm è contrario lex justo non sit oneri, sed solatio, quia adid tantùm obligat, quod est rationi consentaneum, id est, ad hoc faciendum obligat, quod faceret etiam sine lege: & sic lex illi datur, non imponitur. Soli injusto imponitur, qui tanquam onus grave collo suo libenter excuteret. Deinde certius gaudio est lucrum. an enim ignorat Justus maximam utilitatem, quam accipit ab his vinculis, in quæ lex illum conjicit? satis sit dicere esse vincula salutis: *Vincula illius alligatura salutaris.* Eccl. 6. v. 31. Salutis scilicet temporalis, & salutis æternæ. quia sicut Josepho vincula sua fuerunt causa, ut DEUS primò illum speciali curâ protegeret, deinde etiam à vinculis transferret ad solium: Idem sanè vincula sua Justo præstant, faciùt imprimis, ut DEUM magis habeat propitium in casibus præsentis vitæ mortalis:

mortalis : *In vinculis non dereliquit illum.* dein ut ab ipsis vinculis denique extollatur ad gloriam Paradisi : *donec afferret illi sceptrum Regni.* Sap. 10. v. 14. quia à vinculis corporis in hoc mundo rarissimus equidem fuit hic transitus : *De carcere enimque interdum quis egreditur ad Regnum.* Eccl. 4. v. 14. at ab his vinculis, de quibus loquimur, frequens & continuus est. quî igitur fieri potest, ut non animeris ad illa retinenda, si habes, aut si non habes, ad illa induenda? beata vincula, quæ te verè faciunt Dominum tui ipsius cum summo honore tuo, animum cumulant gaudijs, faciúntque cum utilitate maximâ Divinam opem in vita, & in morte etiam Regnum adipisci.

3. Considera secundo loco, quàm ab his vinculis præceptorum diversa sint vincula peccatorum. Ista sunt vincula, de quibus non facilè judices, majúsne sit probrum, quod afferunt, an dolor, an damnum. nam quod ad probrum vel ignominiam attinet, eadem ratio, quæ Justis sua vincula reddit honorifica, facit illa indecora peccatoribus. quodnam majus opprobrium, quàm cedere instar bruti illi violentiæ, quam tibi inferunt Libido, Avaritia, Ambitio, quæ sunt tres illæ Furiæ effrenatæ, à S. Joanne descriptæ? *Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & ignorat, quòd ad vincula stultus trahitur.* Prov. 7. v. 22. Et quoad dolorem, quam quietem habere unquàm potest cor tuum, dum id vincula tua ad summas deni- que redigunt angustias, & mo- scrupulis, molestijs, angoribus perturbationibus gravant? quo- nus trahi quidem summo labo- test, at portari non potest. *Qui- culum plaustri peccatum.* Is. Et quoad damnum, non solùm tibi patrocinium Divinum, sed constituunt mancipium Satanæ, ut si in ipsis te mori contingat, de te sit. Neque dicas sub cu- culum te exiturum his vincul- ro enim, quis hoc tibi spondet? *cujus confugietis auxilium*, dic- minus : *ne incurvemini* illi h- mortis horâ, *sub vinculo*, magis quàm priùs, *& cum interfectis* ca- ita ut in extremum eatis inter- Is. 10. v. 14. Oportet ergo nam- cutere quàm primùm vincula tu- mnosa, tam dura, tam pudenda- do ad hunc effectum certius e- lium Divinum : *Excutere de pul- consurge, sede Jerusalem : solve vin- colli tui captiva filia Sion.* Is. Si excutere illa velis, tres ad hu- tent viæ. Contritio, Confessio tisfactio. Contritio facit, ut modi vincula non sint amplius s- scenda, quia dolor tam nobilis, q- solvit, vel potiùs incendit, & suis in cineres redegit. *Exce- deo viros solutos in medio ignis, & hil corruptionis,* quod aspectu facie- formes, *in eis est.* Dan. 3. v. 52. C- fessio specialiter obtinebit, ut le- onere tot scrupulorum, quibus nuò tenebaris oppressus (ob vi- fortitudinem, quæ inerit

verdotis in te absolvendo ab omni culpâ) & sic vincula tua olim tam duri nihil molestiæ afferant. *Dissoluta sunt vincula brachiorum illius per manus potentis Jacob.* Gen. 49. v. 24. Et Satisfactio speciatim quoque faciet, ut dicta vincula non sint tibi damnosa ob pœnitentiam, quam feceris in compensationem peccatorum. *Hac dicit Dominus: Afflixi te, & non affligam te ultra, & vincula tua disrumpam*, ita ut non amplius ad Inferos pertractura sint. Nahum. 1. v. 13. Et tu non usurpabis media tuæ saluti tam proficua? Bene adverte, à vinculis peccatorum denique non restat aliud quàm transitus ad vincula pœnarum: quæ causa est, cur peccatores dicantur *Declinantes in obligationes.* Ps. 124. v. 5. quia *declinant a præceptis in peccata, quæ ad pœnas obligant.*

4. Considera, quot ergo sint ista vincula pœnarum, quæ sunt propria damnatis. Sacræ paginæ ad tria referunt. Ad tenebras, ad tormenta, & ad irrevocabile Decretum, quod fecit DEUS illos miseros æternum servandi in suo carcere funesto. Prima vincula sunt illa tenebrarum, quæ sola sufficiunt ad tollendum omne effugium. atque his damnati omnes eodem modo stringentur: *vinculis tenebrarum compediti.* Sap. 17. v. 2. Cogita ergo, quid illis futurum sit. In illâ horridâ caligine, quæ tridui spatio Ægypto incubuit, ait sacer Textus neminem fuisse ausum vel pedem movere de loco suo, metu majoris mali. *Nemo movit se de loco suo.* Exod. 10. v. 23. nemo accurrere ad socium, nemo eum levare, nemo opem ferre. *Unâ enim catenâ tenebrarum omnes erant colligati.* Sap. 17. 16. Tu ergo cogita, quid damnatis futurum sit in eo situ, in quo quisque fuerit illorum infelicium, à densâ nocte suâ, quasi eâdem catenâ ligati omnes ceu totidem mancipia poterunt equidem invicem maledictis proscindere, sed nemo alterum juvare. Secunda vincula sunt illa tormentorum, in quibus quisque gemet sine remissione, quia Princeps iratus, uti scriptum est, *non parcet de malitiâ, & de vinculis.* Eccl. 13. v. 15. & tamen quis hoc genus vinculorum explicet? ô quot erunt modi! ferri, ignis, bituminis, serpentum, scorpionum, draconum, malorum omnium, quæ possis imaginari. Non est necesse ea sigillatim referre. tu facilè te ipso potes ea percurrere. quamvis hæc ipsa vincula, quæ sensum affligunt, sunt pro nihilo illis comparata, quæ cruciant Spiritum. *Vinculum illius vinculum æreum est.* Eccl. 28. v. 24. tantò ceteris est gravius. Tertia denique vincula sunt illa, quæ veniunt ab immutabili Decreto DEI, quæ proinde dicuntur æterna. *Angelos verò, qui non servaverunt suum principatum &c. in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservavit.* Et hæc demum vincula sunt, quæ damnatos ad desperationem redigent. Dilecto suo Ezechieli dicebat Dominus: *Ecce circumdedi te vinculis, & non te convertes à latere tuo in latus aliud*: sed decretum adeò austerum mox mitigavit solatio, quod sequi-

sequitur: *donec compleas dies obsidionis tuæ.* Ezech. 4. v. 8. At hoc solatium non est pro Reprobis in inferno. Dies obsidionis Ezechielis, quæ typus esse debuit obsidionis imminentis Jerosolymæ, non superârunt trecentos nonaginta, & sic brevi completi sunt: At quando complebuntur dies obsidionis, quâ damnati cinguntur? Transibunt decem millia seculorum, *& dies obsidionis non complebuntur.* transibunt quinquaginta, centum, imò plures seculorum myriades, quàm sit cumulus arenarum, quo vastissimum ... tum à terra ad stellas usque ... & adhuc erit obsidionis ... *obsidionis non complebuntur.* ... ergo te foret, qui adeò ... cos dies constringi vinculis ... rum, sive damnari contingeret ... esset pro omni æternitate ... Vincula præceptorum finiuntur ... vita: & illa peccatorum ... mortem habent effugium: ... la pœnarum nec effugium ... unquam nec finem.

II.

Amen Amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, ... tem non videbit in æternum. Jo. 8. v. 51.

1. COnsidera grãde discrimen, quod intercedit inter rudem & imperitum pastorculum, qui per dies vitæ nunquã cognovit virtutẽ herbarũ, & præstantẽ herbariũ, qui novit eas sigillatim omnes discernere. Ambo per æstatẽ montẽ perambulãt lectissimis florentẽ herbis: & pastor eas aspectu suo nõ dignatur, sed per eas inambulãs pari facilitate conculcat omnes: cùm è contrario herbarius intentus illarum formæ contemplandæ eas quærat, carpat, in fasciculum colligat, & domum reversus summo studio conservet ad usus maximè sibi profuturos. Idem accidere puta circa Christi documenta. Sunt nonnulli, qui earum virtutem nullâ ratione cognoscunt: & ideo non magis curant, quàm dicta quævis alia ordinaria: *Præterierunt sermones ... pessimè*, Jer. 5. 28. Alij valde ... cognoscunt, & ideo ô quàm ... custodiunt! atque hoc est, ... incitare te Christus vult, cùm ... *men Amen dico vobis: si quis ser... meum servaverit, mortem non ... in æternum.* Dic, si foret herba ... qua, tantæ virtutis, ut arceret ... tem posset per decem secula, ... dares illi locum in tuis scrinijs ... tissimum, pro ea etiam inde ... adamantes, ne dicam margaritas ... pyropos? quanto igitur majori ... dio servandi erunt sermones Chri... quibus tantò major virtus inest? ... faciet, ut non moriatis in æternum.

2. Considera, quàm verum ... monibus Domini hanc inesse ...

rem. Mors duplex est. una corporis, altera animæ. quoad mortem corporis, ait Dominus, cum qui servat sermones suos, *mortem non visurum in æternum*. non quòd moriturus non sit (id enim commune etiam Christo fuit) sed quia mortuus ad pulchriorem, quàm unquam habuit, resurget vitâ, ad perfectiorem, feliciorem, sicut triticum, ad breve tempus sub terrâ putrescens, ut pulchrius reflorescat. & licèt *videbit mortem*, equidem *videbit*, sed *non videbit in æternum*, ut prò dolor! damnati videbunt, quibus semper ob oculos versabitur: & si vivent, eorum fine vivent, ut sentiant se mori. Quoad mortem animæ, quæ est culpa, ait Dominus, *qui servat sermones suos*, non *visurum mortem in æternum*, quia nunquam mortaliter peccabit. Et sanè in quo alio consistit meos adeò luctuosa, nisi in hoc, quòd ejus sermones non serventur? quisquis vivit juxtà id, quod docet Dominus, nunquam certè perdet gratiam, atque adeò nec vitam, de qua loquimur. *Fili serva mandata mea, & vives.* Prov. 7. v. 2. Præterea sicuti mors corporis tribus ex causis accidere potest, ex infirmitate naturali, casu fortuito, ut ex lapsu, inundatione, incendio, & assultu violento, ita tribus ex causis facilè evenire potest mors animæ. Potest evenire ex infirmitate naturali, pravâ, inquam, dispositione internâ, quam affectionum perturbatio commovit in nobis. & istæ per sermones Domini temperantur, ut mortem non afferant. Potest evenire ex casibus fortuitis, qualia sunt pericula, quæ inter occasiones malas vel invitis occurrunt. & sermones Domini præservant, ita ut in his homo non pereat. Potest evenire ex aggressionibus violentis, quales sunt tentationes Diabolicæ: & sermones Domini vim habent eas repellendi, ut omnes evanescant. Ecce ergo quanti faciendi sint sermones illi, quitantum possunt! *Fili mi ad eloquia mea inclina aurem tuam: vita enim sunt invenientibus ea.* Prov. 4. v. 20.

3. Considera, quomodo servare te oporteat dictos sermones Domini tui, ut inde trahas utilitatem tanti momenti. Tribus modis servare oportet, *Corde, ore, & opere.* Corde quidem in intellectu præscriptis temporibus eos meditando, quale præcipuè est matutinum, quo intellectus solet esse limpidior: in voluntate, eos amando continuò: & in memoriâ sæpe eorum recordando, maximè autem in periculis peccandi, quæ occurrunt. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Ps. 118. v. 11. *Ore* servare te oportet non modò libenter de illis loquendo, sed demonstrando te magni facere, nec esse de numero eorum, qui in humano commercio probro sibi ducunt eos profiteri. *In labiis meis pronunciavi omnia judicia oris tui.* Ps. 218. v. 13. *Opere* denique fideliter illos exequendo. *Levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, hoc est, ad exequenda mandata tua. Ps. 118. v. 48.* Nunc teipsum diligenter examina, & vide tantisper, quàm in omnibus, & tribus hisce modis sis studiosus servandi sermones Divinos. fortè putas id

laboriosum esse? si labor est, certè haud paulò major fructus existit. Memineris esse *verba vitæ æternæ*, quid ergo de te fiet, si negligas? sicut servando vitam habes, ita ni ser[illegible] superesse non potest qui[illegible] æterna.

III.

Venit hora, in quâ omnes, qui in monumentù sunt, audient [illegible] filii DEI, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectio[illegible] vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem Judicii. [illegible] 5. v. 28.

1. CONsidera, quomodo appropinquante horâ magni Judicii, Archangelus Michaël, comitantibus magno numero Angelis ceteris, sonorâ tubâ suscitaturus sit eos mortuos, qui quasi dormientes in sepulcris suis conquiescent. *Surgite mortui, venite ad Judicium.* Tubâ, inquam, non metaphoricâ, qualem aliqui putâtunt, sed verâ. *Canet enim tuba.* 1. Cor. 15. v. 52. & canet ut instrumentum huic functioni aptissimum. Quippe cùm quatuor essent fines, propter quos Hebræi olim solebant usurpare tubam, ad convocandum concilium, ad promulgandum bellum, ad celebriores reddendas solennitates majores, & ad levanda tentoria cùm proficiscerentur: ex omnibus his capitibus æquum omnino erit insonare quoque tubam in die Judicii. tum quia tunc erit consessus amplissimus, qui unquam in mundo extiterit: *Dominus ad judicium veniet cum senibus populi &c.* Is. 3. v. 14. tum quia tunc bellum indicetur generalissimum omnibus Reprobis: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra in[illegible]tos.* Sap. 5. v. 2. tum quia fest[illegible] solennissimum omnibus Electis: [illegible]*cinate in Neomeniâ tuba: in [illegible] solennitatis vestræ, quia præceptum [illegible]raël est, & Judicium DEO Jacob* [illegible] 80. v. 4. *Præceptum* hominibus [illegible]bus comparendum est, *Judicium* [illegible] cui de ipsis ferenda sententia. [illegible] tunc movebuntur tentoria, [illegible]cam, postremâ vice, ituris qua[illegible] diversâ viâ Electis & Reprobis: [illegible]*cedent, qui bona fecerunt, in resurrectio[illegible]nem vitæ, qui verò mala egerunt, in [illegible]surrectionem Judicii.* Cùm igitur [illegible] audis, quòd omnes mortui, quo[illegible] sunt, *omnes, qui in monumentis su[illegible]* dituri sint vocem filii DEI, qui [illegible] vocabit ad Universale Judicium [illegible] jam inchoandum, ne putes ab ip[illegible]lio ore proprio vocandos, qui [illegible] decori exigit, ut Judex ipse voce[illegible] non commodet citandis reis, [illegible] tantùm, quos mittit. voce tuba [illegible]candi sunt. nihilominus hæc ipsa [illegible]dicitur Filii DEI (eo fere modo, [illegible]

vox Sacerdotis in administratione Sacramentorum dici pariter solet vox Christi, & vox sui Ministri) tum quia vox erit voluntatis suæ, tum quia vox erit virtutis suæ. Voluntatis suæ, quia ipse præcipiet citationem tantam. virtutis suæ, quia ipse faciet, ut etiam mortui audiant, & reviviscant. Atque hoc est, quod dicitur, Dominus eo die *dabit voci suæ vocem virtutis*, hoc est, *dabit vocem suam*, quæ est vox tubæ, *esse vocem virtutis*. Ps. 67. v. 34. quia tali voci eam vim tribuet, ut ad primum ejus sonum quæcunque corpora jam dudum non solùm in pulverem redacta, sed dissipata, & dispersa, formam suam recipiant & vitam, id quod est solius Divinæ virtutis prodigium. *vox Filii DEI*. Hinc est, quòd, cùm aliàs loquens Christus de eodem Judicio ordinariè se vocaret *Filium hominis*, prout in alia meditatione notavimus, hac vice singulariter se nominaverit Filium DEI, quare? a virtute, quam habebat, vitam illico reddendi mortuis, probare nunc volens certitudinem Divinitatis, quam de se affirmabat rebellibus Hebræis. Tu autem perpende tantisper, quàm solennis futura sit obedientia, quam illo die omnes mortui ipsi præstabunt. atque hoc præcipuè spectat vox illa *audient*, non quòd mortui non etiam non auditi sint suis auribus vocem illam tremibilem (dum excitati ad sonum illorum verborum: *surgite mortui*, facile dem cetera distinguent: *venite ad judicium*.) sed quia ad auditum etiam accedere debebit executio. Tantum significat vox ista *audient*, audire scilicet & obedire. *Non audivit populus vocem meam*. Ps. 80. v. 12. O quot sunt illi, qui jam nolunt audire vocem Christi! nolunt audire immediatam, quâ utitur in suis inspirationibus: nolunt audire mediatam, quâ utitur per os suorum Ministrorum. sed non poterunt miseri idem die illo facere. Quid juvat obturare aures, & dicere cum Pharaone: *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus*? Ex. 5. 2. Parvi, Magni, Plebeij, Reges, pauperes, divites, Idiotæ, Philosophi, omnes pariter debebunt huic voci obsequi. *Omnes audient, omnes*. Ah te miserum, si contemnes modò vocem tui Domini, sive immediata sit, sive mediata! Quid horâ illâ de te fiet? & tamen indubitatum est horam illam esse venturam. *Venit hora*, non dicit *veniet*, sed *venit*. adeò certò veniet, ut de illa loqui fas sit, quasi jam venerit.

2. Considera juxta modum obedientiæ, quam omnes mortui præstabunt promptissimi ad vocem hactenus dictam. præterea adjungi eos omnes de sepulcris suis prodituros: *Procedent*, sed ô quantùm à se diversi! Electi invenient reddita sibi corpora non amplius gracilia, quassata, vulnerata, asperitate continuâ attrita, ut erant priùs, sed glorioſissima. Reprobi è contrario invenient equidem integra compositione membrorum, cetera verò tam horrida, squalida, fœtentia, ut in ea reverti tanquam fœdissima diversoria magna futura sit pars malorũ. Nec mirum, quia illi *procedent ad resurrectionem vitæ*, isti *procedent ad resurrectionem judicii*. Procedent Electi

cti *ad resurrectionem vitæ*, quia procedent non solùm ad vivendam vitam, quæ opponitur morti (cùm & Reprobi ad talem vitam surrecturi sint) sed ad vitam veram, quâ in Paradiso fruemur, cujus beatitudo frequenter vitæ nomine significatur. *Quoniam apud te est fons vitæ*, hoc est, *fons beatitudinis*. Ps. 35. 10. Et *Procedent* Reprobi *ad resurrectionem Judicii*, non solùm, quia resurgent, ut judicentur (cùm id commune futurum sit etiam Electis) sed quia resurgent, ut condemnentur. Hanc vim habet vox ista *Judicium*. Aliquando discussionem significat: *Judicium determinat causas*. Prov. 26. v. 10. aliquando condemnationem. *Qui increpationibus sunt correpti, dignum DEI judicium experti sunt*. Sap. 12. v. 26. & sine dubio condemnationem hoc loco significat, quia *Judicium* opponitur vitæ. Itaque juxta diversum resurrectionis suæ statum habebunt homines tunc corpora diversa. Quo posito, quid te fiet, si tam abominabile habere contingat? quæ tunc illi officia exhibebis, quæ blandimenta, quos amplexus? Tunc enimverò execrabis amorem illum immodicum, quo nunc illud prosequeris, & non advertis.

3. Considera, quemadmodum de omnibus die illo supremo resurgentibus dicatur, *Procedent* de suis tenebris, & non simpliciter dicatur, *exibunt*, quia propinquabunt Christo non temporis ordine sed dignitatis. Non temporis, quia omnes eodem momento pariter resurgent tam boni quàm mali *In ictu oculi*. 1. Cor. 15. [illegible] major appareat virtus vocis Dei [illegible] quæ facit eos resurgere. sed [illegible] tis, quia primò procedent Electi [illegible] *Christo in aera*. 1. Thess. 4. v. 16. [illegible] Reprobi, quibus in terra [illegible] ctandus. & inter ipsos Electos [illegible] procedent, qui sunt magis [illegible] sto affluentiâ meritorum, & [illegible] alii gradatim *unusquisque in [illegible] ne*. 1. Cor 15. Tu interim [illegible] eo spectaculo quàm horribilis [illegible] sit illa divisio, cùm ex eodem [illegible] egressi tam boni quàm mali [illegible] bunt adeò contrarias. *Procedent [illegible] bona fecerunt, in resurrectionem [illegible] qui verò mala egerũt, in resurrectionem Judicii*. Istud est bivium, [illegible] pellare placeat, ad quod [illegible] consistent Angeli destinati ad [illegible] grandem illam separationem [illegible] rum à Reprobis. *Exibunt Angeli [illegible] separabunt malos de medio [illegible]* Hic autem ô qui planctus [illegible] inter reprobos, qui ejulatus, [illegible] rugitus! *Consolatio abscondita [illegible] culis meis, quia ipse inter fratres [illegible]* Os. 13. v. 14. Non tantùm [illegible] separatio probro maximo illis [illegible] puè, qui cùm dominari & [illegible] consueverint, se agnoscent [illegible] ad fœcem Universi: sed cedet [illegible] summo dolori, quia signum [illegible] festum miseræ sortis, quæ illorum [illegible] liber continget in illa Decretorum [illegible] tentia, ad quam citantur. [illegible] modo ibi accidet, quod accidit [illegible] mus in famosa divisione Jordanis [illegible] cta à Josue, qui erat typus Christi.

quæ sursum spectantes, qui sunt Electi, ejus imperio in altum consurgent cum summa gloria, & aquæ spectantes deorsum, qui sunt Reprobi, impetu decurrent, donec in mare mortuum se conterent. Jos. 3.

4. Considera sortis hujus adeò diversæ, quæ continget Electis & Reprobis, dum illi *procedent ad resurrectionem vitæ*, & isti *ad resurrectionem judicii*, aliam non assignari causam quàm operum præteritorum diversitatem. Et sic nota ad terrorem animæ tuæ, quibus utatur vocabulis Christus veritas irrefragabilis. Non dicit, *ad resurrectionem vitæ procedent* illi, qui erant nobiles, qui erant docti, qui erant opulenti, qui in terra plausus populi ferebant: dicit, ad eam unicè *procedent, qui bona fecerunt. Qui mala egerunt*, qualescunque forent, etiam in summis positi fastigiis, *non procedent in* [illegible] *ad resurrectionem vitæ*. ad quam verò procedent? *ad resurrectionem judicii*. Tu interim quid dicis, qui fortè nunc quidvis aliud bonis anteponis operibus? Eo die videbis, quid sit illa neglexisse, ut magis te immergeres lucris terrenis, ut opes cumulares, dignitates aquireres, deliciis indulgeres, Beati omnibus seculis erunt, qui *bona fecerunt*. Damnati omnibus seculis erunt, qui *mala egerunt*. Hoc sublato, cujuscunque dotis alterius nulla habetur ratio. Constat deinde hac sententiâ manifestè confutari eos, qui tanquam vecordes vellent ad salutem sufficere solam fidem, etiam à bonis operibus sejunctam. Tu verò utique non es de horum numero stultorum adeò exorbitantium. Igitur in comodum tuum hoc utile documentum cape, id, quod in quovis homine maximè æstimandum, esse bona opera. *DEVM time*, abstinendo à malo, quod tantopere ab ipso punietur in die Judicii, *& mandata ejus observa*, faciendo bonum, quod solum referet præmiũ: *hoc est enim omnis homo*: nam in hoc totum consistit. Eccl. 12. v. 13.

IV.

S Dominicus Patriarcha.

Charitas Christi urget nos, ut qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. 2. Cor. 5. v. 15.

1. Considera quid sit illud, quod Christo fuit propositum, cùm voluit pro te etiam in Cruce mori? fortè hoc solum, ut te à dœmonis servitute redimeret, haud sanè: nam in hunc finem satis erat vel minimam impendi pretiosi sanguinis stillam. Itaque dum voluit ejus rivos profundere, tot ferre probra, tot devorare ludibria, ita lucrari proposuit cor tuum, ut, etsi vel-

les, tibi vivere non posses, sed necessitatem haberes illi soli vivendi. Idcirco Apostolus, qui bene assecutus est hanc veritatem, idcirco, inquam, prorupit in hæc verba tam pulcra: *Charitas Christi urget nos,* non dicit, *invitat,* non dicit *impellit,* sed *urget,* quia tantæ virtuti resistere non poterat. Quamvis cessare voluisset à labore serviendi Domino, peregrinandi, prædicandi, impendendi se totum in salutem animarum, quas adeò ille diligebat, id facere haud unquam potuisset. faces habebat nimium ardentes, quæ latera stimulabant, nec requiem illi concedebant. *Lampades ejus Lampades ignis atque flammarum. Ignis,* quo arderet in se ipso. *flammarum,* quibus etiam alios accenderet. Cant. 8. v. 7. Tu quomodo hanc beatam inquietudinem spiritûs experiris in te ipso? nam ista profectò signum est, quòd quis verè sit DEI Filius. *Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii DEI.* Rom 8.

2. Considera meritò videri dicendum fuisse Apostolo: *Mors Christi urget nos, ut qui vivunt, jam non sibi vivant &c.* Nihilominus dicit *Charitas Christi.* quia si multùm movere te debet id, quod Christus toleravit pro te, sine comparatione magis movere debet amor, quo toleravit. Vide, quantum fuerit, quod Christus pro salute tua pati dignatus est. & tamen nihil hoc fuit illi comparatum, quod adhuc passurus erat, si ita placuisset Patri. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem.* Illa flumina calumniarum, improperiorum, insultationum, proditionum, virgarum, colaphorum, confixionum, angustiarum, [illegible] dinum, extensionum, convulsionum, agonum non sufficerunt ad extinguendam sitim flagrantissimi amoris. [illegible] inde si id, quod Christus pro te [illegible] nuit, movere te debet, ut non [illegible] ceps tibi vivere, sed ipsi soli, Christo quâ sustinuit, debet etiam urg[illegible] *Charitas Christi urget nos.* Deus cruciatus quantumvis immodo[illegible] buerunt suos limites præscripsi[illegible] Divinâ. Charitas non habet.

3. Considera, quid sit tibi [illegible] est vivere pro arbitrio suo, pro[illegible] cro, honore, libidine. Cuncta [illegible] necessariò cessare debent, po[illegible] Christo placuit tanto amore [illegible] mori. Ratio clarissima est quia [illegible] mortuus est pro te, æquum om[illegible] ret, te saltem mori pro ipso. Du[illegible] tem: quia, si fieri posset, meriti[illegible] aliquid præstares, siquidem vita [illegible] se non habet proportionem ul[illegible] vita Christi. Illa erat vita infi[illegible] loris, tua verò est vita vilis, [illegible] misera, digna morte. Quid ign[illegible] gni faceres, si contingeret te [illegible] Christo, postquam Christus [illegible] pro te mori dignatus est? Verum [illegible] tibi pro ipso mori cõtingat, nec[illegible] constringeris saltem id modic[illegible] ciendi, quod est ipsi soli vivere, [illegible] vivere, ad amandum, & vivere [illegible] quærendum, ut omnes ament. Id [illegible] mirificè implevit magnus Patr[illegible] Dominicus cum sua spectatiss[illegible] bole. *Anima mea illi vivet, & [illegible] meum serviet ipsi.* Ps. 21.

V.

Maria ad nives.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei, Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Prov. 8. v. 34.

1. COnsidera, quomodo vera Devotio erga sanctissimam Virginem tres habeat gradus, quibus ad perfectæ ejus adeptionem nitimur. Primus est ejus amore renunciare peccato. nam enimlli hoc negat, quem porrò exhibebe honorem, qui gratus esse possit? secundus est adjungere priori obsequiũ aliquod speciale, uti faciunt, qui Sabbatho jejunant ad ejus honorem, ejus templa visitant, coronam recitant, vel alio cultu simili ipsam venerantur. Tertius est addere secundo imitationẽ pulcherrimarum virtutum. atque hoc demum est, quod ejusmodi devotionẽ in gradu perfecto constituit. Jam verò tres isti gradus sunt ipsissimi, quos Virgo designat verbis, quæ jam tot seculis illi Ecclesia attribuit: *Beatus homo, qui audit me.* Ecce primum. *Et qui vigilat ad fores meas quotidie.* en secundum. *& observat ad postes ostii mei.* Ecce tertium. si nondum cœpisti scandere hos gradus, incipe quàm primum, ut ad summum evadas.

2. Considera quoad primum gradum, dicere Virginem. *Qui audit me.* hoc enim est, quod ante omnia à te requirit, ut auscultes, quo insinuat, ut cesses à peccato. si aures obtures, ne in hoc audias, periisti. quomodo prætendis, ut illa pro Amatore te recipiat, aut agnoscat? Peccatum duas habet qualitates pessimas, quæ faciunt summo odio dignum, turpitudinem & malitiam. Malitia nascitur ab aversione à DEO, Turpitudo à conversione ad res creatas. Si turpitudinem spectes, quomodo deposcis, ut Virgo pro amatore suscipiat Diabolum in forma hominis? si malitiam; quomodo petis, ut pro amatore agnoscat actualem fidei proditorem, Apostatam, rebellem? illa equidem benignè te juvabit, ut exire eo statu possis, obtinendo veniã, adeò misericors est. at nolet juvare, ut in eo perseveres, obtinendo, uti vellent nonnulli, impunitatem. Itaque audi illam deserendo peccatum, quod tantopere detestatur. Hoc si facias, beatus eris, quia viam tibi pandis ad ejus amicitiam. *Beatus homo, qui audit me.*

3. Considera quoad secundum gradum dicere Virginem. *Et qui vigilat ad fores meas quotidie.* hic enim mos est amantium, vigilare ad portam personæ, quam amant, ut ostendant se val-

de amare. Amor hoc habet proprium, quòd somnum auferat. & quis ille somnus, quem tollere tibi debet amor Virginis? Pigritia. solicitum esse convenit in obsequiis, quæ illi præstas, atque ideo dicit, *vigilat*. & esse convenit perseverantem, atque ideo dicit, *quotidie*. Nullus elabatur dies, quo non eam venereris cultu quodam speciali. Hoc si agas, beatus eris, sic enim nec ipsa patietur elabi diem, quo non auxilium præstet speciale. *Beatus homo, qui vigilat ad fores meas quotidie.*

4. Considera quoad tertium gradum dicere Virginem: *Et observat ad posset ostij mei.* quia qui multum amat, non solùm vigilat ad portam personæ, quam amat, sed etiam per rimas explorare studet, quid faciat, observat gressus, observat actus, ut datâ deinde occasione imitetur, quò magis placeat. Quàm pulchra exempla sumere tibi potes à Virgine, si cum attentione observare illam statuas? Imitare illam, & tunc revera beatus eris, quia non tantùm provocas ad amorem reciprocum, sed compellis. Obsequia faciunt, ut quis ametur per electionem, Imitatio facit, ut ametur per naturam. *Beatus homo, qui observat ad postes ostij mei.*

5. Considera in primo gradu nullas poni fores, quia is, qui in eo versatur, non tam est, quàm se disponit, ut sit, verus cultor MARIÆ Virginis, & sic etiamnum in viâ consistit. In secundo ponuntur *fores*, sed non *postes*, quæ sunt lignea illa repagula, quibus clauduntur, quia is, qui in eo versatur, quantumvis jam sit cultor Virgi[illegible] cialis, nihilominus est, ut ita [illegible] ipso aditu devotionis omnibus [illegible] nauni, nondum penetravit ad [illegible] tiora conclavia. In tertio [illegible] non solùm ponuntur fores, sed [illegible] *stes*, quia qui in eo versatur, [illegible] est penetralibus, quò non tam [illegible] salis accessus patet. sed ad [illegible] sum toto proinde Spiritu tibi [illegible] dum. si aliud non possis, pulsa, [illegible] aperietur. Toto cordis affectu [illegible] à Virgine, ut dignum faciat [illegible] suâ, & imitaberis.

6. Considera, adjungere Vir[illegible] eum, qui hac devotione [illegible] usurpatâ eam invenerit, vitam [illegible] venturum. *qui me invenerit, [illegible] vitam.* Hæc vita est Gratia [illegible] vita animæ nostræ: & qui [illegible] Virginem, inveniet Gratiam Divi[illegible] quia inveniet illam, quæ [illegible] lem gratiam, invenit pro se, [illegible] pro alijs, unde providè illi [illegible] angelus: *Invenisti gratiam [illegible] DEUM*: non solùm *DEI*, [illegible] Gratia sanctam illam constitu[illegible] *apud DEUM*, quæ est gratia [illegible] aptam ad sanctitatem etiam [illegible] petrandam. Quantũ verò hoc [illegible] bet incitamentum, ut illi velis [illegible] votus. quippe si pro miserâ [illegible] ne tuâ perdas aliquando Gratiam [illegible] vinam quid ages? an ad DEUM [illegible] ut petas aliam similem [illegible] Eheu quàm hoc est ostendere [illegible] gnum ad eam impetrandam [illegible] gemmæ ab invitis demum [illegible] at Gratia Divina talis est gemma [illegible]

ſ amittatur, nonniſi à volentibus amittitur. Oportet ergo primò veniam petere ob ſummam negligentiam in eâ cuſtodiendâ commiſſam. Atque ad eiuſmodi obtinendam præcipuè confert eſt hæc Virgo, quia ipſa gratiam poſſidet tam eminentem, ut mereri poſſit etiam alijs gratiam amiſſam. & hinc eſt, quòd ad id alludens dicat: *Qui me invenerit, inveniet vitam*, hoc eſt, *orteniet gratiam*. Itaque ſicut alij ſancti ſunt Advocati ad impetrandum iſte quidem fortitudinem tentationis, alius obedientiam, hic humilitatem, ille aliam hujuſmodi virtutem, ita Virgo eſt pro impetrandâ ſanctitate Divinâ: dum non ſolùm impetrat gratiam *habitualem*, quæ eſt ea, à quâ omnes memoratæ virtutes procedunt, ſed etiam *Actualem*, à quâ conſervantur, promoventur, & perficiuntur. Quo poſito facilè advertis quam referat omni ſtudio conniti ad inveniendam Virginem. nam hac inventâ inveniſti gratiam. Nec metue, quàm magno ſit ſtaturum labore, ut illam invenias; quia ipſa inveniri deſiderat. *Facile invenitur ab his, qui quærunt illam.* Et ratio eſt, quia *præoccupat, qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior ſpondeat.* Sap. 6. v. 14. tanta eſt nativa ejus benignitas. ait tamen *qui me invenerit*, quia ſi ad eam inveniendam non eſt neceſſe ſuſtinere laborem, eſt tamen neceſſe adhibere diligentiam precando illi memoratos actus animi magis devoti.

7. Conſidera parum futurum, ſi Virgo tibi obtineret in hoc mundo gratiam Domini, ſi in altero non etiam obtineret gloriam. Unde denique concludit: *& hauriet ſalutem à Domino.* ſalus eſt perſeverantia ad finem uſque vitæ, quæ Cœlum tibi aſſerit. Iſta venit à Chriſto, quis hoc ignorat? *à Domino*, ſed venit intercedente Mariâ Virgine, hoc diſcrimine, quod equidem omnes Prædeſtinati ſalutem ſuam illâ intercedente conſequentur, ſed faciliùs conſequentur ejus devoti clientes. Omnes prædeſtinati conſequuntur, ut dixi, ſalutem ſuam ipsâ intercedente, quia nemo illam conſequitur, pro quo ipſa non ſpecialiter ſupplicet in hunc finem tanquam communis Advocata generis humani. *Æqualiter eſt illis cura de omnibus.* Verùm ejus devoti faciliùs conſequuntur, quia iſtorum non tantùm curam gerit, ſed ſolicitudinem, & ſic iſtis impetrat, ut Infernus minus habeat virium ad eos tentandos: nec iſto contenta modo particulari eadem illis aſſiſtit ſub vitæ exitum, conſolatur, animat, ſecuros reddit, obtinetque tranquilliſſimam mortem. Atque hoc eſt *haurire ſalutem*: eſt conſequi ſalutem exiguo laboris impendio. *Haurire* vox eſt, quæ duas habet ſignificationes. primò idem eſt, quod *extrahere*, ut aquam è fonte, unde ſcaturit. Secundò idem, quod *bibere*. primum ſine labore eſt, alterum non modò ſine labore, ſed etiam cum voluptate conjunctum. Utrumque convenit propoſito noſtro. facit enim Virgo, ut cultores ſui non ſolùm gravem laborem non ſentiant in his ferendis, quæ

sunt necessaria ad salutem, sed ut etiam in ijs magnam sentiant voluptatem, tanta est abundantia solatij Cœlestis. quod illis impetrat. Atque ex hoc clarè colligitur, quomodo devotio erga B. Virginem sit singularis nota prædestinationis. Ratio est, quia devoti huic Virgini clientes faciliùs salutem consequuntur, spectato præmio speciali, quod tanta Dominus vis occasione illis præstat, maximè sub vitæ finem, quod est momentum illud, à quo deniquè eorum salus dependet.

* * *

VI.

Transfiguratio.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Mat. 17.

1. COnsidera, quàm honorificum sit testimonium, quod Pater reddit Filio suo benedicto, cùm dicit: *Hic est filius meus.* Omnes justi sunt Filij DEI. sed quàm diverso modo! Christus est Filius per naturam: Justi sunt Filij per adoptionem. & sic Christus est Filius, quia est Filius: *Dominus dixit ad me! Filius meus es tu.* Ps. 2. v. 1. Justi sunt Filij, quia sunt elevati ad sortem filiorum, & admissi quidem ad intimam conjunctionem cum Naturâ Divinâ, sed non ad Unionem, ut vocant, Hypostaticam. Ista facit, ut Christus sit Filius per ejusdem communionem substantiæ; illa facit, ut Justi sint filij per consortium naturæ. *ut efficiamini Divinæ consortes naturæ.* atque ideo ista facit, ut Christus sit Filius æqualis Patri: illa facit, ut justi sint similes. Vides proinde, quàm bene Pater illo felicissimo pronomine *Hic* designando personam Christi ibi dicat: *Hic est Filius meus.* quia mo magis est talis, quàm qui per ram. & sic omnino est. Christus DEUS, nec ut homo Filius fuit vus, sed naturalis. unde enim ctum illud *Meus* non ponitur ficandam dependentiam, ut nos, sed ad significandam substantiæ. Ut quid igitur ex animo gaudere cum ipso de gloriâ? *Hic*, hic ipse, quem naitæ volebant vincire quasi cum, hic, quem tot accusabam fœderatum cum Belzebub, hic tus pro Idiota, tractatus pro niaco, hic, quem Nazareni ex alto præcipitem, vide, quis quit Pater: *Hic est Filius meus.* ad id quid respondes? an non quòd hodie tantum accipiat qui jam tantum sustinuit

portò? gloria fuit data privatim, cùm probrum sit permissum in publico. Signum ergo est eum non versari in terra, ad accipiendam gloriam, sed probrum.

2. Considera, quomodo Christus non dicatur duntaxat *Filius*, sed etiam *dilectus*. & eodem quidem modo dicitur Dilectus, quo dictus est Filius. Observa namque duobus modis posse aliquem esse tibi dilectum, vel propter se ipsum, quo modo diligitur Amicus, vel in gratiam aliorum, quo modo dicis amicos dicti tui Amici. Justi omnes sunt dilecti DEO sed in gratiam alterius, hoc est, in gratiam Christi JESU, qui hanc dilectionē illis obtinuit: *Vocavit nos secundùm gratiam, quæ data est nobis in Christo.* 2. Tim. 1. Christus verò est dilectus propter se ipsum, & ideo absolutè dicitur *Filius dilectus.* imò ipse primò est filius, deinde dilectus, non primò dilectus, dein filius. Justi sunt filij per gratiam, & ideo sunt priùs dilecti, tum filij, quia dilectio, quâ DEUS in ipsos fertur, tantam illis confert excellentiam dignitatis. Christus est Filius per naturam, & ideo priùs est filius, deinde dilectus, quia dignitas, quam in se possidet, tantam illi tribuit excellentiam dilectionis. & hæc potest esse ratio, cur Pater non primò dixerit *dilectus*, dein *filius*, sed primò *filius*, deinde *dilectus*. *Hic est filius meus dilectus.* nam hoc modo distinxit ab illis, qui sunt primò dilecti, tum *filij*, *dilecti filij*, quia sunt quidem filij, sed filij vi solius dilectionis. Ut ut sit. Iste est pulcherrimus titulus, quem toties Christus habuit in scripturis, titulus dilecti. *Cantabo dilecto meo canticum. Veni dilecte mi. Veniat dilectus meus. Vinea facta est dilecto meo.* Eum habuit, quia illi convenit per naturam: & habuit, quia convenit ob majora signa amoris accepta præ omnibus, qui sunt filij DEI. *Pater diligit Filium.* & ideo quid sequitur? *& omnia dedit in manu ejus.* Jo. 3. Hoc est grande signum amoris, quod accepit, esse constitutum à Patre rerum suarum omnium Arbitrum. unde non dicit: *Omnia dedit ei*, quod tamen abunde sufficeret, sed *omnia dedit in manu ejus*, nempe pro arbitrio suo dispensanda. Quanto igitur studio curandum est, ut te conjungas huic filio dilecto, huic, inquam, à quo ut tali omnia bona provenire tibi possunt, modò ad ea danda ipse propendeat. Ama illum, sequere illum, servi illi, & omnia habebis. an non meministi ejus, quod ipse dixit aliquando? *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.* Jo. 14. v. 13. Videbatur juxta regulas emendatæ locutionis dicere debuisse, *hoc faciet:* quia si à Patre perebatur, videbatur ejusdem esse etiam facere. Sed non ita dixit. *hoc faciam*, inquit. quia rogatur Pater, & facit Filius, tanquam instrumentum ejus primarium: adeò est dilectus!

3. Considera, ad hoc ipsum explicandum mox subjunxisse Patrem: *in quo mihi bene complacui*, quia in Filio suo humanâ induto naturâ placuit dare hôinib⁹ cūcta sua bona. *Bēedixit nos omnt*

omni benedictione spirituali in Cœlestibus, in Christo. Eph. 1. v. 3. Possunt ergo duplici sensu accipi memorata verba Patris, sive ad significandum Patrem sibi complacuisse in suo dilecto filio, sicut complacet sibi summus aliquis artifex in opere suo pulcherrimo: & hic verus est sensus, sed mutilus: sive ad significandum Patrem complacuisse sibi in suo dilecto filio, ut faceret, quidquid boni facere vellet mundo; & hic sensus est plenior, sensus, qui campum aperit adjungendi materiam tantæ complacentiæ, ceu Pater verbis istis significare velit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* redimere humanum genus à servitute Infernî. *Complacui* dare gratiam, *complacui* dare gloriam, *complacui* dare omnibus cunctos thesauros meos. Et ad hoc ponitur vox ista *bene*: non ad significandam bonitatem complacentiæ, quia quævis complacentia Divina semper eodem modo est bona, sed solùm ad significandam plenitudinem, quia major complacentia inveniri nequit illâ Patris in Filio adeò dilecto, dum in ipso statuit salvum facere mundum. *Proposuit instaurare omnia in ipso.* Eph. 1. v. 9. Sed numquid aliâ ex parte res est admiratione dignissima? Patrem in se tantopere complacuisse sibi, quòd haberet talem Filium, hoc satis intelligitur; *Pater in Filio complacet sibi.* Prov. 3. v. 11. sed eundè adeò sibi quoq; complacuisse, quòd haberet Salvatorem miserorum mortalium, hoc quidem capi non potest: quid enim boni accedit DEO ex salute nostrâ? ommino. & tamen tantum complacuit: *Complacuit Pat dare vobis regnum.* Luc. Hic est amor ille Divinus, qui non potest. nisi forte hanc causam dici potest DEUM placuisse in salute nostrâ, ipsi placuit. Non est amoris alia ratio, saltem antecedens possit adduci, nisi voluntas *Non vocaberis ultra derelicta vocaberis voluntas mea in complacuit Domino in te.* Si DEUS nos amet, ideo placet amare, & non quòd stri majorem ipsi pariat delectum quàm in se habeat, nonamm idcirco nota, quòd hoc loco sibi placere opus, quod fact in Christo, solùm dicit se comp sibi in opere. *In quo mihi bene*

4. Considera, quomodo terminatione tam amplâ, qua Pater omnia bona nostra tradi di per manus Christi, confe adjungat: *Ipsum audite.* Monarcha aliquis supremus do summo amore in manus niti totius Monarchiæ incol repoluit, etsi possit, si velit, etiam ipse disponere de omnibus hilominus singulis, de negot cuius momenti sibi locuturis re det: ite ad audiendum, quid re judicet Princeps filius meus *audite.* atque hoc est, quod intelligit Cœlestis Pater. Non negotium ullum, seu grande,

dictum, quod non integrè à Christo dependeat tanquam proximo Gubernatore. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terrâ.* Mat. 28. & quamvis ipse simul agat Advocatũ pro nobis orando Patrem, id agit reverentiâ maiuâ, prout idem ille Primogenitus fatetur, qui quantumvis liberam acceperit à Patre rerum omnium dispositionem, nollet idcirco grave quidquam decernere, nisi priùs expressum haberet Patris consensum. Ceterùm, quis vult quidpiam, quid ageret? Ibit ad eum, qui audientiam præstat. *Ipsum audite:* & hic est JESUS, datus nobis à Patre, quia cùm & ipse sit homo similis nobis, tantò plus confidentiæ sumemus. *Prophetam de fratribus tuis suscitabit tibi dominus DEUS tuus.* Deut. 18. v. 15. quam igitur excusationem habebit, qui id facere detrectabit? si quis fratrum tuorum assumptus esset ad gubernationem Regni, in quo natus es, ita ut penes ipsum esset dispensare pro arbitrio reditus Regios, munia, causas, & quidquid expediri necesse est, quid, quæso, faceres? majúsne fingere tibi possis solatium, quàm si liceret quotidie ad loquendum accedere? & tamen tam parvi facis audentiam Christi? Ipse est unus *de fratribus tuis*, assumptus ad regimen longè majus, quàm olim fuerit datum Josepho. Quid agis ergò, quòd non quotidie devotus ejus pedibus accidas? si fortè offendisti, ille nihilominus paratus est te suscipere majore affectu, quàm Joseph suos non iam fratres quàm proditores. Sufficit, quòd accedere non dedigneris quasi ad fratrem, qui erubescendus potiùs tibi sit, quàm in pretio habendus. Nónne vides, quàm gloriosus hodie compareat in Transfiguratione suâ? & tamen quid hoc est? minimus radius ejus gloriæ, quâ super sidera resplendet. *Illuxerunt coruscationes ejus orbi terræ.* Ps. 76. v. 19. Quid est ergo, quòd tu quandoque erubescas illi aures præbere, ejus documenta Evangelica dedigneris, ad usum non deducas, non æstimes, imò per summam impudentiam non verearis illa reprobare quasi indecora homini honesto? An hoc est audire JESUM Christum? *Ipsum audite.* imò hoc est, illi dorsum obvertere. Si vis, ut ille te audiat in precibus tuis, oportet, ut tu eum audias in suis dictaminibus. atque hoc est, quod insuper intelligi vult Pater, cùm ait: *Ipsum audite.* vult dicere non solùm: audite ipsum, sed obedite: *Audite, & vivet anima vestra.* Is. 31. v. 3. Scias igitur hunc esse tot antè seculis promissum Mundo, cùm DEUS Moysi diceret: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similium tui &c. Qui verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.* Deut. 18. v. 18. Et tamen quis scit, an non sæpe libentiùs audias Tacitum vel Tullium, quàm JESUM Christum? *Ipsum audite*, & neminem alium de tot Doctoribus olim magnificis, jam nullius fidei.

VII.

S. Cajetanus.

Humiliamini sub potenti manu DEI, ut vos exaltet in tempore [illegible] tationis, omnem solicitudinem vestram proijcientes in [illegible] quoniam ipsi est cura de vobis. 1. Pet. 5.

1. COnsidera, maximum malorum, quod fortè in te reperiri possit, hoc esse, quòd nolis plenè te permittere gubernationi Divinæ. Non credam te illorum esse de numero, qui vel invito DEO velint eminere. quàm autem facilè contingit te ex ijs esse, qui superbè sensum suum produnt, cùm adversi quidpiam illis accidit, nec eò se demittunt, ut dicant: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* 1. Reg. 3. v. 18. Ideo clarè insinuat hoc loco Apostolus, ut te humilies sub potentissimâ DEI manu: *Humiliamini sub potenti manu DEI.* quia si nolis te ipsum humiliare cum tuo merito, ipse te noverit humiliare ad probrum tuum: *Humiliabit illos, qui est ante secula.* Ps. 54. v. 20. An putas id illi difficile futurum? imò idcirco hîc dici audis habere illum valde potentem manum, quia facili negotio efficere hoc potest. Manus illa, quæ ad prosternendum Gigantem lanceis, gladijs, securibus indiget, non est potens. Illa est potens, quæ vel fundâ deijcere ipsum potest, uti David fecit pastoritius puer. Et talis est manus DEI. nullo impendio humiliare te potest. *Sicut lutũ in manu figuli, sic vos [illegible] nu meâ domus Israel.* Jer. 18. v. 6. [illegible] vides, quàm facili operâ ille [illegible] quàm maximè nocere possit [illegible] non est illi opus malleo ponderoso [illegible] alijs circa vasa sua, non metallo, [illegible] marmore. uno ictu baculi com[illegible] in mille frusta. & sic tecum [illegible] DEUS potest. *Comminuetur, [illegible] conteritur lagena figuli contritu[illegible] validâ, & non invenietur de fra[illegible] tis ejus testa.* Is. 30. v. 14. Quo[illegible] est, cur non te submittis pro[illegible] mâ cum reverentiâ dispositio[illegible] qui summâ facilitate deterius [illegible] facere tibi potest, quàm quod [illegible] accidit? *Humiliamini sub potenti [illegible] nu DEI.* Hoc vult, hoc præc[illegible] ut te humilies, ut capite demissio [illegible] ris in omnibus, quæ pateris, [illegible] cum agi. *Omnia, quæ fecisti [illegible] Domine, in vero judicio fecisti.*

2. Considera, sicut potens est [illegible] nus Domini ad te humiliandum, [illegible] exaltes, ita potentem esse ad exal[illegible] dum, si te humiles. Exaltare te [illegible] in hoc mundo faciendo, ut illud [illegible] fortunium, quod patienter tolerat [illegible] bi denique cedat ad majorem gloriam [illegible]

ficut Josepho cessit sua servitus in Ægypto. *Vos cogitastis de me malum, sed DEVS vertit illud in bonum, ut exaltaret me.* Gen. 50. v. 20. & cùm in hoc mundo te non exaltaverit, exaltabit, quod longè melius est, in altero, tunc scilicet, cùm fideliter cuivis præbebit præmium subjectionis, quâ ejus sese voluntati submisit. *Exaltabit mansuetos in salutem.* Ps. 149. v. 4. Id, quod solum tibi exoptandum. *Humiliamini sub potenti manu DEI, ut vos exaltet in tempore visitationis*, non *in tempore hoc*, sed *in tempore Visitationis*, hoc est, in die solennissimo Judicij. Ille erit dies Visitationis Universalis, in hunc omnino finem ordinata à DEO, ut rationes omnes generis humani ad calculum reducat, corrigatque, ne quis de onere queri possit. *Ecce, dies Domini veniet &c. & visitabo super orbis mala.* Is. 13. v. 9. In eâ Visitatione quantus erit honor in conspectu omnium agnosci fidelem DEI servum, hoc est servum, qui nobis illi vel minimum suæ gloriæ suffuraris, sed contemni & conculcari se passus est, dummodo id cederet ad DEI Gloriam. ô quæ tunc erit obligatio Domini exaltandi hunc servum suum adeò præclarum! quid minus poterit quàm tenerrimo amoris affectu complecti, blandiri, plausum dare, & imponere coronam gloriæ haud paulò pulchriorem, quàm Assuerus imposuit capiti contempti Mardochæi? *Erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus.* Eccl. 11. v. 13. Itaque ne graveris nunc tantisper inclinare caput in casibus contrarijs, qui facilè accidere tibi possunt, quia veniet denique, venier dies illa, in qua rursum erigas. *Humiliamini sub potenti manu DEI, ut vos exaltet in tempore Visitationis.*

3. Considera, id quod maximè te impedit, ne te duci sinas à DEO, ut illi magis placet, esse, quòd ipsi non confidas. Credis quodammodo, illum tot aliorum intentum commodis non cogitare de tuis, parum abest, ut putes res casu accidere: *& dicis: quasi per caliginem judicat.* Job 22. v. 13. O quantum falleris! ne dubita illum habere curam de te specialissimam, prout habet de omnibus. *Quoniam illi est cura de vobis.* quo posito, macte animo. nôstine quid sit: *Est illi cura de vobis*? non solùm est cogitare de aliquo, sed ita cogitare, ut, quò plùs accidit adversi vel acerbi, id majore tuo emolumento accidat. Quid est habere curam alicujus ægri? *Curam illius habe.* Luc. 10. v. 35. an forsitan assistere ad lectum, ut promptè semper offerat petenti, quod illi maximè est nocivum? haud sanè. Est potiùs illi assistere, ut, si ita ejus utilitas exigat, etiam bolos offerat amaros. Ita pariter tecum DEUS agit. Æger es: *homo marcidus, egens recuperatione.* Eccl. 11. v. 12. Scit ille necessitatem tuam, unde dicitur habere curam tui: *Est illi cura de vobis*: quia dat tibi, quod prodest, non quod liber. si secus faceret; dici non posset habere curam. finge igitur illum tibi coràm assistere affectu planè Paterno, ipsum esse, qui ab-

abrumpat stamen telæ, quam in mente orditus es, quòd pernicioſam fore cognoſcat, ipſum eſſe, qui hanc confuſionem diſponat, adverſitatem determinet, & accuratè definiat, quod in dies accidit. Non poteris cogitatione ſatis fingere in hac materiâ, quod DEUS revera tecum agit. *Illi eſt cura de vobis, illi* in perſonâ, *& non Miniſtris illius.*

4. Conſidera maximum fructum, quem ex hac perſuaſione colliges menti ſemper impreſsâ. fructus erit, quòd omnem ſolicitudinem de te ipſo conijcias in ſinum DEI, adeò ut de te ſcire nolis quidquam, prout agit Sapiens ille Filius, qui de ſe non cogitat, quia ſcit ſe habere bonum Patrem. Et hoc illud eſt, quò te pertingere vult Apoſtolus, dum ait: *humiliamini ſub potenti manu DEI* &c. *omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam illi eſt cura de vobis.* non dicit *deponentes*, ſed *proijcientes*, tantum ipſi nociva videtur. ô ſi intelligeres, quantum detrimenti afferret vitæ ſpirituali cura illi ſuperfluæ, anxia, & calamitoſa, quam de te geris, talis enim eſt ſollicitudo tua, illa nimirum, quæ te impedit omnino, & moras injecit, ne cor tuum ex integro ſaltem DEO conſecres. hanc non ſolùm à te quamprimùm excutere debes, ſed omnino proijcere ad illius modum, qui ſerpentem in ſinu ſe videt gerere. an non enim ſerpens eſt ſollicitudo ſuperflua? quia pejor omni ſerpente. hic enim anguis ille eſt, qui in terreſtri Paradiſo induxit protoplaſtos noſtros geminos, ut DEO diſbo… Proijce igitur hunc ſerpentem, … de ſinu tuo in ſinum DEI: … *eum.* & hic ipſe ſerpens longè … illi donum erit, quàm olim … Columbæ, donum, inquam, … illum ad tantò majorem tui cura … mulabit quotidie, quantò magis … bi confidere videbit: *Jacta … Dominum curam tuam, & ipſe … triet.* Pſ. 54. v. 13. non ſolùm … ſed *enutriet*, quia id facies … am ſpeciali. Hoc eſt lucrum … DEO fidit: parvo impendio … ſibi ſummè obligat: *Erit tibi … tua in ſalutem, quia in me … duciam.* Jer. 18. v. 19.

5. Conſidera, ſi ullus unquàm … extitit, qui hanc veritatè probè … geret, haud dubiè fuiſſe glorioſ… cujus hodie recolitur memoria, … nũ, qui ſpeciali modo ſuos obſtr… lios, ut toti penderet à Providen… na, non ſolùm in rebus, quæ … acceſſoriæ videntur, ſed iis … quarum maior eſt neceſſitas, … victus & veſtitus. Hinc eſt, … nec eleemoſynam eos petere … (quod alii ſanctè faciunt) per DEU… ſed expectare: tantum DEO fi… *In Domino confido. quomodo dic… nimæ meæ: tranſmigra in mon… cut paſſer.* Pſ. 10. v. 1. Paſſer … vallem deſerit montem petitur … citur ſolere ſpicam mordicus … ceu diffidat, in promptu ſibi … bum. non ſic ego faciam, reſpo… bat David. ſi Saulo perſequeatur … ſe fuerit fugere in Alpeſtres …

nam ero ullo modo solicitus, an etiã in futurus sit, qui mihi provideat. Deũ habeo: in ipso confido: non deerit in rebus vitæ necessariis. Fieri quidem potest, ut Nabal aliquis stultus & inhumanus neget mihi crudis modis escam etiam tenuem; at ubi Nabal deficiet, pro Nabale Abigaïl substituet. ita dicere visus est magnus hic sanctus, nisi quod David à Nabale annonam postulavit, ille à nemine postulare, sed expectare tantùm voluit. Tu si eò confidentiæ pertingere non potes, saltem persuasum habe DEUM non defuturum, quin pro statu tuo opportunè tibi de eo provideat, quod utile futurum sit, ut adeò necesse non sit illud tibi procurare modis si non iniquis, certè imperfectis. *Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina?* Jer. 2. v. 31. Non solùm DEUS terra sterilis non est, quæ fructum dare omittat in se confidentibus, sed neque terra est serotina, quæ omittat dare in tempore.

VIII.

Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccl. 19. v. 1.

1. Considera, quomodo hoc loco non dicat Dominus eum, qui committit veniales noxas, paulatim prolapsurum in lethales, sed *qui spernit*; nam quis est, qui eas non quotidie committat? sed aliud est committere, & aliud spernere. Ille spernit, qui ejus rei nullâ admodum curâ tangitur, quasi ab iis cavere necessarium non sit ad salutem. fortè tu quoq; unus ex his miseris? ô in quanto periculo versaris, si ita sit, æternum pereundi, quia hæc est irrefragabilis sententia Domini: *Qui spernit modica, paulatim decidet*, hoc est, *decidet à perfectione, decidet à pietate, decidet à probitate*, verbo *decidet à statu gratiæ in statum peccati*. Ita exponunt sacri Interpretes. Quid juvat ergo modicas esse rimas, quæ in alto navi accidunt, si contemptæ tantum illi mali afferant, quantum magnæ? Illæ ipsæ, quamcunque sint modicæ, constituunt navim in statu perditionis non equidem proximo, uti magnæ, sed remoto saltem, quia paulatim aditum aperiunt aquæ, quæ illam demergat. *In pigritiis humiliabitur contignatio.* Eccl. 10. v. 18.

2. Considera, tres esse rationes, propter quas dicitur à Domino: *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Una se tenet ex parte hominis, altera ex parte dæmonis, & tertia ex parte Dei, omnes cõsideranti æquè terribiles. Prima se tenet ex parte hominis, quia qui spernit malum modicum, tria sibi damna accersit haud levia. primum est, quòd paulatim amittat timorem, qui eum retinet à gravi. & alterum quòd augeat propensionem, quæ ad id inclinat. Amittit timorem, quia, cùm cul-

culpæ parvæ non ita proximè producant pravos suos effectus uti magnæ, sed potiùs instar limæ tacitè erodentis, contingit, ut homo post aliquem lapsum temporis persuadere sibi incipiat tales culpas revera nihil afferre nocumenti. & sic animosior dein factus non solùm in ipsis persistere non dubitat magnâ libertate, sed demum ad graviores exorbitat, adeò ut mortem illi afferant. Venenum statim prodit malum, cujus est causa, ideo cavetur ab omnibus. fructus acerbi non produnt nisi admodum lentè, unde quidam magnâ etiam aviditate eos appetunt. & tamen longiore morâ fructus acerbi æquè ac venenum afferre mortem possunt: nisi quòd venenum eam afferat malignis qualitatibus, quas in se habet, fructus autem illis, quas cum tempore ex se gignunt. Idem in casu nostro contingit. Deinde sicut homo spernendo peccata modica amittit timorem, qui retrahit à malo, ita pari passu auget inclinationem eò trahentem. nam hæc in quovis nostrûm aliud non est quàm Concupiscentia inordinata. Quis autem nescit concupiscentiam talem, quantò plus obtinet, tantò semper reddi audaciorem in petendo? simillima est igni: *Concupiscentia quasi ignis exardescit. Eccl. 19. v. 9.* proinde sicut ignis primò indiget aliquo, qui excitet vel in mediis stipulis, deinde etiam, qui alat, at ubi postea ex illo primo alimento, quod sibi ministrari videt, vires sumpsit, adeò fit insatiabilis, ut id etiam velit depascere, quod negatur. sic Concupiscentia, primò indiget aliquando, qui ex... ritet, adeò est modesta: at cùm ... videt sibi dari, quod desiderat, ... insatiabilis redditur: *Nunquam ... cit: sufficit.* Prov. 30. v. 16. ... tit, semper quærit, semper fr... & donec habet, quod speret, ... nunquam. *Anima calida quo... ardens: non extinguetur, donec ... glutiat.* Eccl. 23. v. 22. Ad hoc ... dit, quòd progressu temporis ... tas, quam percipit in culpis ... fiat voluptas familiaris & assue... ideò parùm sensibilis. Quid ... pereſt, nisi ut majorem quærat ... pis gravibus? Inde tu conclude, ... mo ullus, quantum est ex parte ... possit abstinere à delictis gravi... eò jam est progressus, ut non ... caveat à parvis? hoc est equo ... frænum, & nolle, ut à recto ... deflectat.

3. Considera alteram rationem quæ tenet se ex parte dæmonis: ... dæmon hîc invenit, quod vult ... quis nescit hunc semper ejus ... nium, & consuetudinem? nempe ... rere maximum, quod possit, ... sed paulatim quærere. si primò ... laret adulteria, furta, furores, ... nia, quis est, qui non statim ... pelleret tanquam hostem manifes... Unde initio aliud non petit, ... sum amicitiæ plus æquo familiar... quàm adhæsionem ad opes ... immoderatam, tuendi honoris ... um magis solicitum, infidelem ... quandam potiùs politicam, quàm ... ligiam. ita apertâ viâ ad cor ...

non dubitat illud etiam primo assultu te supersturum. Quid agis igitur, cùm assuescis liberè committere multas culpas, quòd eas leves esse existimes? Primum laborem, qui semper maximè est arduus, tollis dœmoni. undenihil illi restat, quàm ut magno animo prosequatur victoriam, quam tui sponte cedis, dum te ipsum spolias cunctis illis aggeribus, in quibus primos suos conatus consumpturus erat. *Proficit Israël bonum*, dimissâ virâ illâ magis devotâ, rectâ, religiosâ, quam olim agebat. *Inimicus persequetur eum*, donec ad aliam pertrahat scandalum. Os. 8. v. 3.

4. Considera tertiam rationem, quæ se tenet ex parte DEI: quia nemo est factorum Doctorum, qui non affirmet DEUM punire minora peccata per missione majorum. Verum est eum non procedere ad pœnam adeò tremendam, nisi postquam multas præmiserit admonitiones salutares (uti colonus solet, qui non finit pro libitu suo luxuriari arborem, nisi postquam omnem curam proficuam frustra consumpsit) at cùm videt, se non auditum, permittit denique, ut homo cunctis quantumvis inordinatis cupiditatibus suis obsecundet. *Non audivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi.* prionde quid sequitur? *Et dimisi eos secundùm desideria cordis eorum.* atq; adeò miseri *ibunt in adinventionibus suis*, ita ut pertingant ad terminum, quò ducit viatam laxa, & plena licentiæ, qualis est ipsorum, nempe ad obstinationem in malo. Ps. 80. v. 12. Noli itaque abuti Bonitate Domini, dicendo intra te ipsum. Tolerabo culpas meas patienter, quia sunt modicæ. Noli, inquam, abuti illâ, quia hæ ipsæ culpæ, quæ sunt modicæ, fiunt denique intolerabiles propter excessum, quo semper cumulantur magis. ad quod videtur voluisse DEUS alludere, cùm dixit: *Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.* Amos 2. v. 13. Advertisti, quid fieri soleat, cùm rustici currus suos onerant? cùm truncos, lapides, saxa gravia imponunt, cautissimè attendunt, ne nimium onerent. at cùm in prato fœnum aridum est imponendũ, molem accumulant adeò immodicam, ut planè obstupescas. unde fit, ut currus sæpe multò majorem edant stridorem sub ejusmodi fœno, quàm sub ipsis lapidibus. Ne dicas ergo noxæ meæ sunt omnes fœno similes: leves sunt: nam si leves sunt, etiam multæ sunt: & DEUS propter ipsas stridebit sub te, & conqueretur, quòd eum graves, quòd fatiges, quòd ejus benignitate abutaris, quam in te tolerando demonstrat: & si propter eas non auferet suam gratiam, uti quamprimùm facit propter culpas mortiferas, auferet protectionem, justè te privando auxiliis illis specialibus, & superabundantibus, sine quibus brevi continget etiã ejus gratiam deperdi. Istæ sunt tres rationes, propter quas *qui spernit modica, paulatim decidet.* non *subitò*, sed *paulatim*: & ad has omnes aliæ reducuntur, quas ipse potes distinguere.

LX.

IX.

Obstupescite cœli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Jer. 2. v. 12.

1. CONsiderapeccato duo inesse mala maximè horrenda, quorum quodlibet influxu reciproco concurrit ad augendum & aggravandum alterum, Aversionem à Creatore & Conversionem ad res ab eo creatas. si peccando aliud non fieret inconveniens, quàm quòd quis avertatur à Deo, quid tibi videtur? nonne vel hoc solum crimen esset enorme? Jam verò quid erit, dum insuper ideo avertimur à DEO, ut sequamur res creatas vilissimas, quæ demum aliud non sunt, quàm opus manuum ejus? & si peccando aliud nihil fieret alienum à ratione, quàm quòd quis ad res ejusmodi se convertat exhibendo illis obsequium, quod omne earum meritum transcendit, numquid hoc quoque satis esset abominabile? Jam ergo quid erit, si ad reddendum illis tale obsequium præterea avertimur à DEO? Hæc duo mala adeò invicem conjuncta ait Dominus populum suum comisisse. *Duo mala fecit populus meus &c.* & ideo quasi attonitus ipse tam rarâ audaciâ, non solùm cœlo præcipit, ut obstupescat, sed etiam Cataractis Cœli, ut rumpantur, & in talem populum quasi furore quodam effundant nimbos, turbines, tempestates, fulmina, & quidquid aliud esse potest crudelis [illegible] cidii illi debiti. *Obstupescite cœli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer, dicit Dominus.* Quid [illegible] dicere ille posset, hæc ipsa duo [illegible] ita conjuncta à te pariter [illegible] scio DEUM, uti in hoc suo gravi [illegible] lamento per Fontem aliud non [illegible] lexit, quàm seipsum, ita intellexi [illegible] dola per cisternas, sed primariò [illegible] certissimum est per cisternas [illegible] cundariò intellexisse eos homines [illegible] quorum perversâ amicitiâ non [illegible] avelli populus Hebræus, quales [illegible] Ægyptii, Assyrii, & alii ejusmodi [illegible] non erant habiles nisi ad eum [illegible] tendum. Proinde si etiam [illegible] tingat Amicitiam humanam [illegible] nere Divinæ, applica tibi hanc [illegible] tiam, nam illa ad te pertinet. Er[illegible] quam pronum est te unum esse [illegible] rum numero, & forsan jam à te [illegible] longiore.

2. Considera differentiam [illegible] lem, quæ inter cisternas, & fontem [illegible] tercedit. Fons ex se habet aquam [illegible] eámque vivam, largam, perennem [illegible] sic habet, ut, quantumcunque [illegible] tur singulis, nunquam exhaurietur [illegible] Cisternæ solùm habent, quantum [illegible] pere labro suo angusto possunt, [illegible]

si habent, atque adeò non amplius quàm imbrium beneficio accipiunt. Atque ista prorsus est differentia, quæ inter Dominum tuum & illas intercedit personas amatas, quas subinde non dubitas illi anteferre. Ipse fons est plenissimus omnis boni, qui à nemine dependet. *Apud te est fons vitæ.* Ps. 35. v. 10. E contrario omnes illæ per-hinc quid habent ex se præclarum? nihil omnino, solum hoc habent, quod quod à DEO benignè fuit concessum, ut habent in mensura, eâque pressâ omnino, & parcâ. *Ecce gentes quasi stilla situlæ.* Is. 40. v. 30. & nihilominus propter his DEUM deseris? ò quàm ineffabilem illi facis injuriam! Die, quæso, quidve mover, ut velis amicitiam hominum potiùs quàm DEI? certè vel honestum, vel utile, vel delectabile, aliud non supereſt. Verùm quoad honestum, edic, an non majori honori tibi ducis possidere in horto tuo fontem fœcundum, quàm aquæ pluviæ cisternam, quæ nunquam satis sit limpida? quoad utile, quid eligeres in quodam tuo prædio ad faciendum majorem quæstum, an vilem cisternam, quæ vix tantam habeat aquæ, ut sufficiat extinguendæ sitimessorum, an fontem vivum, qui suffeiat satiandis etiam armentis, & irrigandis plantis omnibus tuis? Et quoad delectabile denique, quid facis, cùm tibi peregrè euntì calore enimio sentis ardere fauces? an non illico fonti applicas? ad cisternas ne non vertis nisi necessitate compulsus. quippe dulce non est bibere ex aliis aquas emendicatas, dulce est è fonte bibere. quî igitur fieri potest, ut nihil horum sufficiat, ut malis DEUM quàm homines amare? Fons est DEUS, homines, ut audisti, sunt Cisterna: & tamen homines magis curas quàm DEUM. *Dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas.* Ah quantam habet Dominus causam dicendi: *foderunt sibi.* non dicit populum suum invenisse cisternas jam factas: dicit miserum eas fecisse sibi, quasi ad suum genium: quia semper ita contingit. quivis affectu suo pro libidine sibi fabricat cisternam. quia non spectat rem illam, qualis in se est, omni bono vacuam, sed qualem sibi fingit in intellectu suo (uti faciunt Idololatræ, dum simulcra sua adorant) & sic illam si non adorat, saltem longè supra meritum amat. Contrà tu hoc age, quod suadeo. semper animo sit fixa sententia, homines ex se nihil habere boni, sed quidquid habent, esse à DEO, & fieri non poterit, quin semper magis DEUM ames quàm homines.

3. Considera, tolerabilius futurum, cùm homines sint quasi totidem cisternæ, si etiam forent cisternæ firmæ & solidæ, ita ut retinerent illud pauxillum aquæ, quod in ipsis amatur. sed, quod pessimum est, omnes sunt cisternæ rimosæ, quæ omni ex parte perfluunt, & hinc etiam citò exarescunt. atque hoc est, quod Dominus exprimere insuper voluit, quando, cùm dixisset de his, qui amicos sectantur terrenos, *foderunt sibi cisternas*, maximâ cum Emphasi, subjunxit: *Cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

quippe, si saltem personæ tibi adeò dilectæ perennes forent super terram, aliquis esset excusationi locus, quod tanti illas facias. porrò an non advertis quatridui spatio omnes morituros? Ah quàm plenæ sunt rimis, hoc est, morbis, & miseriis, quibus sensim omne pretium deperdunt, & idcirco *continere non valent aquas*. Quantiscunque juventur adminiculis ad vitam diutiùs servandam, id consequi non possunt. aqua immissa omnis effluit. deficit species, deficit sapientia, sagacitas, dexteritas; deficiunt simul omnes eorum dotes singulares, & quid superest? nil nisi putredo. *simul in pulvere dormient* cum vilissimis [illegible] filiis, *& vermes operient eos*. Job. [illegible] 26. Itaque si tu velis [illegible] strahere à rebus omnibus creatis [illegible] illud DEO tribuas, sicut decet, [illegible] jam illas cernere in sepulcro [illegible] carne, exuccas, & in pulverem [illegible] ctas. tunc enimverò videbis [illegible] *dissipatas*, quia jam non sunt [illegible] nere aquam, si vel integrum [illegible] men acceperint: *quæ continere non valent aquas*. & si tales videris, [illegible] do propter ipsas poteris [illegible] DEUM, qui nunquam moritur.

* * *

X.

S. Laurentius Martyr.

Patior, sed non confundor. scio enim, cui credidi, & certus sum, [illegible] potens est servare depositum meum in illum diem. 2. Tim. [illegible] v. 12.

1. CONsidera facilè maximas, quæ in vita spirituali te impugnant, tentationes esse diffidentiæ. Videtur tibi nonnunquam quidquid in ea facis propter DEUM, frustra esse, eò quòd nihilominus sis damnandus. contra has te arma contextu isto pulcherrimo Apostoli, quem hìc tibi meditandum propono. non audis primam ejus vocem; quam ingens dolor illi exprimit: *Patior*. Candidè fatetur se pati. sed mox adjungit, non ideo se confundi: *Patior sed non confundor*. Tu quidem sæpenumero [illegible] Sanctos, cum tanto æstuarent [illegible] DEI, inter tormenta sua stetisse, [illegible] quando martyres in crucibus [illegible] stis, sine sensu doloris: sed fallebant [illegible] tiebant enim verò injurias [illegible] & infortunia, & incommoda, [illegible] bos: quid porro? etsi sentiebant [illegible] tamen despondebant animum [illegible] dicebant cum Apostolo: *Patior non confundor*. & quare dicebant [illegible] sciebant, quis esset ille Dominus [illegible] permisissent: *scio, cui credidi* [illegible]

mireris ergo, si tu, qui etiam spiritu es imbecillis, valde sentis, quod pateris. nisi sentires, non paterēris. satis est, si patiendo non confundaris, hoc est non desinas servare fidem vivam, atque fiduciam, quam habere debes in Dominum: *Ego Dominum, super quo non confundentur omnes, qui expectant eum.* Is. 49. v. 23. ô quantâ Emphasi, in hoc propositio dicendum tibi cum Apostolo: *scio, cui credidi.* si genium Dominum probè nosti, non pateris ullo modo avello te averti, etsi non desinat, qui ejus fidem tibi faciant suspectam, quasi te non curet. sed rides potiùs dicendo intrate ipsum, scio, cui credidi. atque hoc est, quod in casu nostro dicere oportet. quid refert, quòd cogitationes tuæ phantasticæ mille umbras, & horrores objiciant, ceu servias alicui, qui denique ob culpas tuas te destituat? ne cum illis altercare, sed solùm dic intra te: *scio, cui credidi.* atque hac ratione facilius fugabis.

2. Considera quid, distinctiùs loquendo, hoc loco intelligat Apostolus, cùm ait: *scio cui credidi.* duo significat, quæ demum ad unum reducuntur. significat: *scio*, quis sit ille, *cui credidi* me ipsum, & rursus significat: *scio*, quis sit, *cui credidi*, quidquid facio bona: *depositum meum.* Dicit, *scio, cui credidi.* non *scio, quid credidi.* quia sufficere tibi debet, quòd scias manifestè, quàm fidelis sit Dominus, cui servis, quàm benignus, quàm pronus ad miserendum, quia DEUS est. cetera si extricare te nescias illis difficultatibus, quas cogitationes tuæ ad te confundendum tibi suggerunt circa gratiam, quam aliis dare velit, & non tibi, circa Prædestinationem, Perseverantiam, & alia hujusmodi etiam doctis obscurissima: noli hinc angi, sufficiat tibi dicere, quòd scias, à quo dependeas: *scio, cui credidi.* an ergo non majorem securitatem tibi præstat fides, quàm omnes revelationes, quas de rebus ejuscemodi habere possis? revelationes sunt illusioni obnoxiæ, sed non Fides. & sic necesse non est talia intelligere, prout sunt, ad operandum bene, sufficit ea credere eliciendo actum fidei. imò neque necesse est posse dicere: *scio, cui credo.* sufficit, quòd possis dicere: *scio, cui credidi.* quia cùm aliquando versaris in tanta offuscatione mentis, in tanta ariditate, in tanta angustia, ut in corde tuo fidem ejusmodi actualem excitare non possis, sufficiat habitualis. Memoriâ repete illos actus fiduciæ, quos jam olim elicuisti, atque in iis te conserva. illi ipsi actus præteriti facient, ut in præsens sis securissimus: *scio, cui credidi, & certus sum.* audisti? non ait, *fui*, sed *sum.*

3. Considera, quale sit illud depositum, de quo loquitur Apostolus, cùm dicit: *Certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* sunt ærumnæ, quas toleravit pro Deo, Peregrinationes, prædicationes, carceres, plagæ, & sic de ceteris discurrendo. omnia ista depositum suum vocat, quia semel in manib⁹ Dei illa deposuit, ideo de se cogitare nullo modo voluit, nequidem in his, quæ ad salutem spectant

ctant, sed solùm de ipso. O quàm præclarus actus hic fuit! cur ergo non satagis saltem pro tenuitate tui spiritûs illum imitari? depone tu quoque in manu DEI tui vel ipsum æternæ salutis negotium, quod nonnunquam tantas curas injicit. & pro eo, quòd aliquando molestè cum cogitationibus triceris, discurrásque, sísne futurus salvus, an non, potiùs te impende exercendis actibus amoris, labora propter ipsum, stude propter ipsum, psalle propter ipsum, dic te nolle nisi ab ipso solo dependere: *In manibus tuis sortes meæ.* Ps. 30. v. 16. & sic tempus lucrabere, quod perdis in cogitationibus inutilibus, vel inquietis.

4. Considera noluisse Apostolum sigillatim recensere, quæ patiebatur, dicendo: *Potens est servare labores meos, vincula mea, verbera mea*, sed omnia complecti voluit nomine generico depositi sui, ut te doceat, non curandum, ut coram DEO minutim memores, quæ pro ipso es passus, quasi ostentare illa velis. sufficit eorum aliquando generatim meminisse, ut te animes. an putas, si etiam eorum obliviscaris, te non inventurum omnia minutissimè servata, quæ pro illo es passus? Ne dubites: non peribit vel stilla sudoris, ne dum sanguinis. Quod plus est: *Capillus de capite vestro non peribit*, cùm fuerit recisus pro Deo. Luc. 21. v. 18.

5. Considera, quare non dicat Apostolus: *Scio, quia depositum meum servabit*: sed solùm: *quia potens est servare.* Hoc facit, ut efficaciore u-

tatur modo loquendi. minus [illegible] sed plus significat, an non credis [illegible] Dominum in custodia sua optime [illegible] vare, quidquid pro ejus amore es [illegible] sus? at si hoc potest, certò tibi per[illegible] facturum, quia nostro modo [illegible] scendi majorem injuriam DEO [illegible] res, si ejus fidelitati diffideres, [illegible] diffideres viribus. *Potens est servare* [illegible] & si ita est, de quo times: *si potens* [illegible] *servare, servabit. non injustus est* [illegible] *US* (dicebat Apostolus oppressis [illegible] libus) *ut obliviscatur operis vestri* [illegible] *dilectionis, quam ostendistis in* [illegible] *ipsius.* Hebr. 6. v. 10. & tamen [illegible] iste modus loquendi? dicendum [illegible] tiùs videbatur: *non immemor est* [illegible] *US, ut obliviscatur:* quàm ut [illegible] *Non est injustus.* Veruntamen [illegible] xit, ut intelligatur, qualis sit Deus [illegible] rius, de quo agitur. Inter nos [illegible] vio rei alicujus non magnæ, quæ [illegible] data sit in depositum, potest aliquis [illegible] sine culpa accidere, sed non [illegible] Ille in magno mentis suæ [illegible] tens est servare vel stipulam, [illegible] causâ sit humo levata. & ideo, [illegible] re hoc possit, etiam debet: & [illegible] non posset oblivisci operis [illegible] particularis pro se facti, quin esset [illegible] justus. hinc est, quòd hominibus [illegible] ne quadret illud monitum Eccle[illegible] ci 42. v. 7. *Quodcunque is ad[illegible] ra, & appende: datum verò & [illegible] omne describe.* at respectu DEI [illegible] superfluum, adeóque injuriosum [illegible] curæ totum permitte, tibi [illegible] nôsse, quòd sit *potens servare depositum*, ut noveris, quòd servet [illegible]

mes, si servat, non fideliter redditurum aliquando? ita homines faciunt, sed non DEUS.

6. Considera, quare dixerit Apostolus: *certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem*, hoc est, in extremum diem. non poterat obtinere à DEO, ut etiam priùs redderetur istud depositum, atque ipse in Terra reciperet saltem partem magnam mercedis, quam paulatim promeruit per labores toleratos pro DEO? Poterat utique (quis dubitet?) sed non curabat. Satis illi erat debitum suum servari in diem, quem diximus. Minùs providi, cùm laboriosum quoddam opus faciunt pro aliquo, vel sumptuosum, volunt solvi in dies, & sic nunquam fiunt locupletes: qui sunt magis providi, potiùs amant contrarium: malunt recipere postremo die simul omnem solutionem. Quid agis ergo, cùm tacitè quereris, ceu DEUS omnino tui esset oblitus? vis forrassis, ut ille in dies te solvat? sufficiat differri in diem ultimum, *in illum diem, in illum diem.* ita longè eris ditior. Sed quis ille dies ultimus? Est dies Judicij Particularis, & dies Judicij Universalis. In illo die particularis Judicij DEUS minutissimè rependet mercedem pro omnibus, quæ ejus causâ passus es: & in illo Generalis Judicij præterea reddet corpus, in quo passus es. Atque hoc est alterum depositum, de quo loqui hîc potuit Apostolus, cùm dixit: *Potens est depositum meum servare*, corpus suum ita fatigatum, mortificatum, maceratum, vulneratum. Primum depositum spectat ad primum ex his diebus, alterum, ad secundum. nominatur autem *dies ille* sine addito, quia non est alius illi similis in bonum bonis, in malum improbis. Atque hic est dies, cujus semper oportet probè meminisse ad te confortandum, dum tacitè in corde dicis: *Patior, sed non confundor. Scio enim, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* non *illo die*, quia illo die non amplius debebit servare tibi sed reddere. Sed *in illum diem*, quia ultra diem illum non est servaturus. *Ecce, venio citò: & merces mea mecum est, reddere unicuique secundùm opera sua.* Apoc. 22. v. 12.

7. Considera ex hoc loco posse colligi, ne summis quidem sanctis negari, quin seipsos, maximè tempore afflictionis, angustiæ, adversitatis, animent spe certissimi præmii: imò hoc satis frequens illis fuit, uti cognosces, si sacras paginas percurras. Verum est, aliquando dœmoni, ut majori cum probro abigatur, nec tam facilè redire velit ad turbandam quietem tuam his tentationibus diffidentiæ, ita dicendũ: *Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* at si is etiam servare nollet, sed oblivisci depositi, meâ, uti aliàs potest, damnatione permissâ, ad despectum tuum pergam illi servire, quàm maximè potero, quia tantus est Dominus, ut se solo mereatur amorem omnium etiam, quos ipse oderit. In

hāc ferè sententiā tres illi gēerosi pueri Nabuchodonosori Regi locuti sunt, cùm ad Idololatriam illos compelleret, nequicquam prætendens, quòd illorum DEUS unquam è suis manibus eos esset liberaturus. *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu meâ?* Dan. 3. v. 15. *Non oportet* reponebant ipsi, *non oportet nos de hac re respondere tibi:* quod foret tempus perdere. *Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô Rex liberare. quod si noluerit, notum tibi sit Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* O Responsum planè Divinum! atque hoc est, quod reddendum dœmoni, cùm is tentat ad Idola sua, vitia, inquam, & vanitates, adoranda te pertrahere sub prætextu te denique damnatum iri. *non oportet*, dicendum est, *non oportet de hac re respondere tibi.* ego nolo hîc tecum disputando contendere, ô Rex tenebrarum. scio DEUM meum posse mihi longè plus præstare boni, quàm ego merear. *Ecce DEUS meus, quem colo, potest eripere me de camino ignis ardentis*, ubi tu tot jam secul[illegible] *& de manibus tuis me liberare*, [illegible] etiam nolit ob maximas à me [illegible] injurias: *quod si noluerit*, [illegible] me hoc etiam eventu daturum [illegible] ut ipsi serviam ad mortem usq[illegible] quâ potero, fidelitate, ut ipsum [illegible] ipsum adorem, nec fiet unquam [illegible] quàm ipsi genu flectam. *Notum* [illegible] *Rex*, sed *Rex tenebrarum*, [illegible] *bi, quòd deos tuos non colo, & [illegible] auream*, quæ est felicitas à te [illegible] promissa, *& statuam auream*, [illegible] *rexisti, non adoro, nec adorabo.* [illegible] dœmon tentare te desinet in [illegible] teria diffidentiæ circa salutem [illegible] fortè omnium crudelissima est. [illegible] malis hoc die locum istum [illegible] tam præclarum, quem discussi[illegible] plicare invictissimo Martyri L[illegible] tio, cui optimè quadrat, id tu[illegible] re facillimè poteris. O quanto [illegible] ctu ille dixerit in pœnali sua cra[illegible] *Patior, sed non confundor. scio* [illegible] *cui credidi, & certus sum, quia* [illegible] *est depositum meum servare in illum diem.*

* * *

XI.

Si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se sed[illegible] Gal. 3. v. 6.

1. CONsidera, si bene perciperetur sententia, quam hoc loco tibi contemplandam proponit Apostolus, jam in mundo vanam gloriam fuisse cessaturam. unde est, quòd tam [illegible] ti in dies magis superbiant? *Sa[illegible] bia eorum, qui te oderunt, ascen[illegible] semper.* Ps. 73. v. 23. quia in dies [illegible]

ciuntur magis in cognoscendis seipsis. existimant ex se ipsis se esse aliquid, cum revera nihil sint. Audi igitur generalem denunciationem, quæ omnes complectitur : *Siquis*, quicunque sit, *siquis existimat se aliquid esse : non dicit aliquid magni*, sed *aliquid*, *siquis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.* Ista igitur est summa veritas, quam denique persuadere tibi debes, te ex te ipso nihil esse. *Nihil es.* & quare? quia ex te nihil habes nisi solum peccatum, quod est summè nihil. quidquid possides præter peccatum, à DEO est. Hic est modus adipiscendi veram humilitatem, in hanc cognitionem se penitus immergere. quia quantumvis substantia humilitatis in voluntate consistat, quæ se modestè demittit, nihilominus voluntas non aliunde legem accipit magis minúsve se demittendi, quàm ab intellectu.

1. Considera te imprimis spectari posse juxta ea, quæ unicè à natura possides, atque in hoc statu, *si existimas te esse aliquid*, seducis te ipsum, quia ex te *nihil es*. Nihil es quoad substantiam : *Nihil es* quoad operationes, quæ ut propriæ à tali substantia procedunt. *Ubi ergo est gloriatio tua?* Rom. 3. v. 27. Si substantiam spectes, scisne, quid sis, quantum est ex te? Id, quod eras tot antè seculis, quàm nascereris. In eo profundo contemplare te ipsum. ô abyssum mamam! quò longiùs procedis inter eas umbras, inter horrores quæsitus te ipsum, tantò minus reperies. Id igitur, quod eras tot ante ortum tuum seculis, etiamnum es : nihil omnino es, quia nihil es ex te ipso. Si es, solùm es, quia DEUS esse dedit, & adhuc conservat. Itaque si hoc modo es, à te non es. Dices forsitan, an igitur à se nihil est illa imago speculi, quamvis personam tuam ita ad vivum repræsentet? nihil profectò. & quare? quia omnino à te dependet. quamprimùm re avertis, illa jam evanuit. Idem dici de te potest quoad DEUM, cujus imaginem sustines, sed veram, non apparentem. *Ad imaginem quippe DEI factus est homo.* Gen. 9. v. 6. hac illum tantillum avertere faciem suam : Ecce quàmprimùm in tuum nihilum recides. *In nihilum redigam te, & non eris : & requisita non invenieris ultra in sempiternum, dicit Dominus DEUS.* Ezech. 26. v. 21. Si spectes operationes, quæ ut propriæ à tali substantia procedunt, cujus sunt? illius utique, qui eam substantiam tibi dedit, & adhuc conservat. Fructus arboris cujus sunt opinione tuâ? an rami, qui eos proximè producit, an radicis, quæ dat ipsi ramo, ut sit? si à te nihil habes in eo, quod es; nec habebis aliquid de eo, quod operaris. *Ecce vos estis ex nihilo*, & consequenter, *opus vestrum ex eo, quod non est*, hoc est, *ex eo, quod non est vestrum.* Isa. 41. v. 24. Quæ nobilior operatio, quàm umbræ styli in horologio solari horas designantis, quin aberret aliquando? nemo tamen eam umbræ sed soli tribuit, à quo umbra dependet. tu verò ita dependes etiam à

DEO.

DEO. aliud inter utrumque discrimen non est, nisi, quòd illa non volens, tu volens opereris. Sed hoc ipsum velle à DEO est, qui principio tibi dedit liberam facultatem, & qui deinde semper influit in actus singulos voluntarios, quos facis, sed tali genere influxûs, quod sit proportionatum facultati, hoc est, quod equidem vires tibi tribuat agendi, sed non cogat. & si ita est: ubi est ergo gloriatio tua? quisquis in statu suo naturali omnino pendet ab alio, à se non est. atque ideo dixit Apostolus: *Siquis existimat se aliquid esse* (intellige *à se*) *cùm nihil sit, ipse se seducit*, quia reverà ille solus est, qui à se ipso habet, quòd sit. *Ego sum, qui sum*: hoc est, *qui sum à me ipso*. Ex. 3. v. 14. Id, quod DEUS præclarè docuit dilectam suam Catharinam Senensem, cùm quæreret: scisne, quæ sit differentia te inter & me? *Ego sum, qui sum: tu es, quæ non es*: hoc est, *quæ non es à te ipsâ*, & hoc sensu, *non es*.

3. Considera secundo loco spectari te posse in statu Gratiæ. atque in hoc statu fortè faciliùs potes aliquâ tui æstimatione inflari, diceréque: *Non sum sicut ceteri hominum?* nihil minus, sed prorsus oppositum. nam si in hoc *existimas te esse aliquid*, majori errore deciperis, quàm in primo, quia manifestiùs à te ipso *nihil es*. si iste status est gratiæ, ipso vocabulo moneris, te quidem habere gratitudinis causam, sed non jactantiæ. Accipe rationem. Cum omnibus naturæ donis, quæ habes, an fortè vel [illegible] ctum efficere potes, quo vitam [illegible] ris æternam? certè non potes [illegible] hunc requiritur etiam gratia [illegible] ta: *Habitualis*, inquam, & [illegible] Illa te reddit Justum, & trahit [illegible] tatem operandi bene: Illa facit [illegible] rari ut Justum, qualis es, & [illegible] buit. Ut probè videas, non [illegible] pupillas oculorum esse [illegible] opus est ad cernendam rem [illegible] bet objectam prompto luminis [illegible] xu. Idem in casu nostro [illegible] non satis est animam esse [illegible] Gratiam Habitualem, quam [illegible] quia hæc solùm tribuet agendi [illegible] opus insuper est ad omnem [illegible] huic statui propriam Gratiæ [illegible] adminiculo. *Ubi est ergo gloriatio* [illegible] Fortè tibi tribues, quòd simul [illegible] quid si hoc ipsũ sit à Gratia, qui [illegible] te juvat, ut jungas operam? [illegible] *hil potestis facere*, ajebat Christus [illegible] 15. v. 5. non solùm *non potestis* [illegible] *facere*, prout Pelagiani intelligebant [illegible] sed *non potestis facere ullo modo*. [illegible] mini non solùm tribuendum, [illegible] facilè videat pupilla, sed quòd omnino videat. & sic non solùm in principio vitæ spiritualis opus tibi est [illegible] tiâ, sed etiam deinceps, sed semper [illegible] que ad ultimum vitæ habitum. [illegible] est habitus sancti operis longâ [illegible] suetudine contractus, qui sufficit [illegible] supplendum defectum gratiæ. [illegible] ste exemplo pupillarum, quo res [illegible] magis declaratur. Quantum vis [illegible] exercitatæ jam inde à primo [illegible] usum habeant videndi perfectè, [illegible]

minùs lumine indigent ultimâ diei horâ quàm primâ, nisi velint à videndo desistere. quamprimum lux cessat, etiam visio cessabit. Ita tu quoque nisi cessare velis ab opere bono, eodem modo semper indiges gratiâ. & quare? quia ex te nihil potes. *Omnis sufficientia nostra ex DEO est.* 2. Cor. 3. v. 5. & consequenter à te quid in statu Gratiæ? merum nihil. *Si quis existimat se aliquid esse* in tali statu *cùm nihil sit, ipse se seducit.*

4. Considera tertio loco posse te peccari in statu infelicissimo peccati: atque in hoc statu, *si existimas te aliquid esse*, stultus es, quia non solùm nihil es, sed minus nihilo. causa est, quòd sis redactus ad statum deteriorem nihilo. *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Mat. 26. v. 24. Hæc est status, qui in te totus à te nascitur, & ideo deterior est nihilo, quia ex te facere non nisi malum potes. Unde parùm te juvat esse, si hoc habere necesse est, quod est à te: juvat potius non esse. *Ubi est ergo* in tali statu *gloriatio tua?* gloriaris forsitan ingenio, quo uteris in peccando, sagacitate, vigore animi, ut solent illi, *qui sapientes sunt, ut faciant mala?* Jer. 4. v. 22. at dotes istæ omnes à DEO proficiscuntur, tu aliud non agis, nisi quòd illis abutaris. Id quod ex te tuo inest actioni peccantis, non est nisi mera malitia? & tu propter istam multum te extollis? imò hoc unum est, quod meritò erubescas super terram. Paupertas, ignobilitas, incapacitas per se non sunt causa erubescendi, quia non sunt à te: sed, si rite perpendimus, sola malignitas, quæ à te procedit. *Erubescite super viis vestris Domus Israel.* Ezech. 36. v. 32. Quis igitur explicet, quantam habeas causam erubescendi, cùm posito ante oculos ingenti cumulo peccatorum, quæ commisisti, dicere cum veritate potes: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* Ps. 37. v. 5. Cogita, quàm multæ sunt commissionis, & quantò plures etiam omissionis, ut adeò vita tua huc usque acta non aliud fortè futura sit quàm una quædam continuatio, seriesque peccati. Cur igitur in tali statu non desideras potiùs omnino non esse? hæc sola causa est, quia per pœnitentiam potes tali statu exire. Hoc si abfuerit, sine dubio optabilius tibi foret non esse. Damnato datur in pœnam, ut sit: *Luet, quæ fecit, omnia, nec tamen consumetur.* Job. 20. v. 18. Itaque damnato pejus erit esse quàm non esse: meâ quidem Sententiâ. Sed idem in casu nostro evenire solet. DEUS in pœnam dat esse peccatori super terram, quando prævidet non usurum ad pœnitentiam, sed ut pergat peccare. Talis ergo peccator, qui vult pergere in peccando, nec agere pœnitentiam, etiam ipse versatur in statu, qui sit deterior nihilo. *Melius est non esse, quàm malè esse.* Hieron. in Jer. 20.

5. Considera hactenus te vidisse nihilum *Absolutum*, quod in te reperitur. restat, ut etiam videas *Comparativum*, illud, inquam, nihil, quod magis relucet, alteri comparatum. op-

pone te ipsum magnis illis Sanctis, qui in Cœlo regnant, Apostolis, Patriarchis, Prophetis, Martyribus, & tot alijs Spiritibus sublimissimis, qui, ut tu modò, vixerunt olim in hoc orbe, sed quantò te meliores! quid tibi videris esse in eorum conspectu? an te invenis? an agnoscis? *existimas te esse aliquid?* fieri non potest, quin æstimatione tuâ saltem minui incipias quasi pygmæus coram exercitu Gigantum. *Respiciet homines, & dicet: Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi.* Job 33. v. 27. Ulteriùs progredere, & prætergressus omnes ordines Empyrei, consiste ante thronum sanctissimæ Virginis, quæ ceteros sanctos modò memoratos tantùm superat, quantum illi te antecedunt: *Mons in vertice montium.* Is. 2. v. 2. quid hîc tui reliquum est? ecce jam evanuisse te cernis quasi granulum arenæ ante faciem Olympi. Sed neque hîc necesse est quiescere. altiùs enitere. vade usque ad conspectum ipsius DEI, & eo vix conspecto demitte oculos ad videndum, quis sis. Hîc enimverò hîc ex toto nihil es, & minus, quàm minima scintilla [illegible] composita. Si ad ejus conspectum [illegible] hil apparent omnes simul Apostoli [illegible] hil Patriarchæ, nihil Prophetæ [illegible] Martyres, nihil Sancti ceteri [illegible] Matre sanctissimâ: *Omnes gentes [illegible] non sint, sic sunt coram eo.* Is. 40. [illegible] de te quid erit misero peccatore [illegible] quid videris tibi jam reversum [illegible] mum nihilum, in quo omnibus [illegible] seculis sepultus eras? quâ igitur [illegible] tione venire in mentem tibi [illegible] superbias etiam coram DEO, [illegible] rem tui quàm legis suæ rationem [illegible] beas? Ecce igitur, quid agas [illegible] mo altè impressum habe hoc [illegible] hilum primò absolutum, dein [illegible] lud non sufficiat, etiam com[illegible] vum. Tunc fieri non poterit [illegible] huc existimes *te esse aliquid*: [illegible] nim esset ad lucem meridianam [illegible] le cæcutire. Et hoc nimirum [illegible] quod ait Apostolus: *Si quis [illegible] se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse [illegible] ducit.* nam qui aliquam de se [illegible] bet existimationem, fallitur, [illegible] falli: *Non seducitur*, sed *ipse se* [illegible] adeò palpabilis est error, & vul[illegible]

XII.

Sancta Clara.

Estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis. 48. v. 28.

1. CONsidera, quomodo DEUS excidium meditans regionibus Moabitarum, non solùm mag[illegible] seratione id illis denunciârit per [illegible]

miam (quasi non ausus vibrare fulmen, nisi prænouisset per tonitru) sed præterea dignatus sit hoc illis suggerere singulare monitum, ut imitarentur columbas, quæ nidificant non in sinu, sed in ore foraminis, quod pro receptaculo habent, ut eò sint præcipitiores ad fugam, si ruina tectis immineat. *Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Hoc est monitum, quod quisque in hoc mundo spirituali sensu recipere debet quasi dictum sibi à Dom no. O quantum excidium est, quod infelici huic mundo jam jam imminet! quid igitur agere nos convenit? oportet semper reminisci diversorium nostrum esse diversorium ruinosum: atque ideo in eo equidem habitare, quamdiu placuerit DEO, sed semper paratissimos ad discessum, vel potiùs ad fugam. Stare *in summo ore foraminis*, nunquam debemus hîc figere animum, quasi stabilem habituri nidum, imò debemus nos omnibus liberare retinaculis, omnibus remoris, ut quovis momento simus in procinctu ad volandum: *quasi columbæ* (quod alibi DEUS dixit per Isaiam Prophetam) *quasi columbæ ad fenestras suas.* Is. 60. v. 8. Beati, qui perfectè adimplent hoc monitum. isti sunt veri exules super Terram.

2. Considera, si ullus unquam hoc monitum implevit, ut oportet, maximè impleviſſe Divam Claram sanctitate vitæ celeberrimam cum numerosa turba religiosissimarum filiarum, quæ hodie ejus regulam observant, sed juxta primævi rigoris institutum. Istæ profectò sunt in mundo veræ Columbæ, quæ nihil ejus concupiscunt. Sunt & aliàs columbæ, quis nescit? Columbæ ob summam illam puritatem, quâ vivunt, Columbæ ob solitudinem, Columbæ ob simplicitatem, Columbæ ob altissimum volatum, quo feruntur in Cœlum per contemplationes secretas, Columbæ ob ardentem charitatem, quæ ipsis est causa languoris, Columbæ ob compunctionem assiduam, quæ illas irrigat lacrymis, Columbæ ob castum Domini timorem, qui pavere facit ad omne periculum culpæ etiam levioris. quid autem? Non deerunt aliæ fortassis è Sponsis Christi, quæ illas in his dotibus æquent aliquando. illa, quâ sine dubio vincunt omnes, est, quòd sint de Columbis hîc ab Jeremia descriptis, hoc est, quæ de misero hoc mundo, in quo necesse est ipsas vivere, quàm fieri potest, velint minimum. Vide, quomodo revera nidificent *in summo ore foraminis.* nihil habent. summa est angustia habitationis, summa penuria victûs, summa pauperies vestitûs, lectus arctissimus, si tamen est lectus, qui potiùs ad vigilandum stimulat, quàm invitat ad somnum. Quid minus retinere de mundo possunt? quid mirum proinde, quòd sub finem tam promptæ sint ad migrandum? sunt solutæ, sunt expeditæ, sunt *in summo ore foraminis.* Satis est audiri primam vocem Sponsi invitantis: *surge propera Columba mea, & veni.* Cant. 2. v. 10. cùm promptæ sunt ad volatum

illum maximum, qui eas ab uno mundo transmittit ad alium. Quid ergo ijs fiet, qui modo prorsus contrario animabus hisce electis ita inhærent mundo, ut in ipso quasi corde nidificent? sunt isti fortè *in ore foraminis?* Ah ut quærunt nonnulli semper ad interiora penetrare magis cum nido suo!

3. Considera, quanta sit sine dubitatione dementia tua, si non verearis esse de numero eorum, qui tam malè sibi consulunt. an non vides quamprimum ex hoc mundo migrandum, velis, nolis. ut quid igitur adeò illis hæres affixus, quasi spondere tibi possis æternum isthic domicilium? Columbæ prudentes nidificant *in summo foraminis*, qui in interioribus nidum ponunt, sunt seductæ: *Factus est Ephraim, quasi Columba seducta, non habens cor.* Os. 7. v. 11. & quare sunt seductæ? quia inescatæ illo exiguo milio, quod illis quotidie in sua cavea præbetur, non amplius ad libertatem aspirant. Non habent tanta animi, ut hoc audeant: non habent *cor.* Vident pulchritudinem [illegible] rum, valles, flumina, fontes, [illegible] herbosa. vident Cœlum ipsum, [illegible] eas ad se vocat, & tamen non habent cor, ut pro illo deserant vile istud adeò amor, quo in hoc ferantur, [illegible] seduxit, etsi quotidie magnam [illegible] tur stragem ab altore suo, qui [illegible] trit ad lanienam. Et tu non [illegible] scis ab his accipere stolidum [illegible] plum? Illas Columbas imitare [illegible] laudat Dominus, non quas vir[illegible] Ex hoc momento seriò perpend[illegible] sint vincula, quibus magis adh[illegible] ris huic mundo, illa excute, [illegible] Dominus jam jam tuo etiam [illegible] cidium minatur. Mors in dies [illegible] appropinquat. quid ergo te [illegible] pro eo, quòd existendum [illegible] *in summo ore foraminis*, ab eo tantùm distabis?

* * *

XIII.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Joan. 15. v. 12.

1. COnsidera, quàm libenter oporteat exequi præceptum istud dilectionis fraternæ, quod Dominus suũ appellavit: *Hoc est præceptum meum.* Hac ratione honorare illud voluit præ cæteris aliis, quæ ex ejus ore manârũt, sive quòd sit spectatissimũ, si in sensu particulari sumatur, sive quòd ad illud omnia reducãtur, si sumatur in universali. *Qui enim diligit proximũ, legẽ implevit.* Rom. 13. v. 8. nec obstat, quòd hoc non sum præceptũ jam fuerit in Sina dictum Deo: quia non erat datũ verbis tam excelsis atq; sublimibus, quibus Christus

illud promulgavit, cùm dixit: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* & ideo meritò suum vocare voluit, quia si suum non fuit quoad substantiam, fuit certè quoad modum. atque ad hunc modum contemplandum nos Christus invitat per similitudinem *sicut.* Indubium est, voluisse per eam hoc loco definire quantitatem amoris, quia ipsius amor fuit infinitus, fuit immensus, quo posito, quis æquare illum possit? solùm designare voluit qualitatem: & ad hanc nos obligat lege difertissimè præcipiente. ita ut si non possimus pertingere ad æqualitatem amoris, saltem conemur assequi similitudinem. Pete à Christo efficax lumen bene percipiendæ regulam, quam ille in amando servavit, ut illi exactè te possis conformare, prout facit, qui à proposito exemplari depingit imaginem ab omni errore securus.

1. Considera primo loco, quomodo Christus nos amârit rectissimè. Rectitudo amoris, quo diligimus quemcunque proximum, tria requirit. I. ut sciamus in ipso distinguere inter substantiam & substantiam, hoc est inter corpus & animam, ita ut amemus animam propter Deum, & corpus propter animam, & consequenter magis amemus animam quàm corpus. *ordinavit in me charitatem.* Cant. 2. Ita Christus fecit, qui proinde in Apostolis adeò sibi dilectis non amavit corpus, nisi propter animam, dum mandavit, ut illud viriliter exponerent in utilitatem istius summis laboribus, paupertati, doloribus, lanienis: *Non terreamini ab his, qui occidunt corpus.* Luc. 12. v. 4. & non amavit animam nisi propter DEUM, quia eos non vocavit ad tè animi vel pompæ causâ, sed ut omnes efficeret Sanctos. *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti.* Ephes. 1. v. 4. Tu quomodo observas hanc regulam, dum proximo libenter largiris eleemosynam corporalem, si nudum aspicias: sed non ita spiritualem, si videas errantem; imò aliquando non vereris illi dare consilia etiam noxia saluti æternæ, quia vides esse utilia temporali. *Charitas non agit perperam,* prout contingit, cùm in amore ordo turbatur. 1. Cor. 13.

II. Rectitudo in amore proximi exigit, ut sciamus in ipso distinguere inter substantiam & accidens, ita ut in ipsis odio habeamus peccatum, quod habet à se, at semper amemus naturam, quam habet à DEO. *Omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo.* Jo. 5. v. 1. Ita Christus fecit, qui quantumcunque in Juda summè oderit ejus malitiam, nihilominus juvare illum non destitit, & artes omnes adhibere, ut pertraheret ad bonum, illius pedibus quasi vilem servulum se advolvit, lavit, tersit, amplexus, & oscula dedit excessu teneritudinis inaudito, nec dubitavit illum honorare titulo Amici vel in ipso actu proditionis sacrilegæ: *Amice, ad quid venisti?* Tu verò quomodo hanc regulam observas, dum in proximo tuo quotidie delictum confundis cum delinquente, & quia injuriam aliquam

tibi fecit, illico cœlo ignem evocare vis, qui illum absumat? *Charitas non irritatur* contra vitiosum, sed contra vitium tantùm. 1. Cor. 13. III. Rectitudo in amore proximi vult itidem nos distinguere inter accidens & accidens, quia non omnia sunt ejusdem generis. Quædam accidentia sunt bona, & tales sunt virtutes; quædã mala, & talia sunt vitia; quædam indifferentia, & talia sunt nobilitas, agendi genius comis & amabilis, dotes animi, redditus annui, ceteráque vel naturæ vel fortunæ bona. Hæc accidentia diversa, cùm in eadem persona junguntur, facilè confundunt amorem incautum. unde fiet, ut credat ejusmodi se amare Susannam, quia est *timens DEVM*, & non advertit se equidem amare, sed quia est *pulchra nimis*: Non sic Christus. ille amavit omnes propter id, quod pro tempore vidit dignum amore. & ideo sicut semel Petrum beatum appellavit, quia loquentem audivit secundùm Spiritũ: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi*: ita aliâ vice, quia secundùm carnem loquebatur, Satanam vocavit: *Vade retro Satana, quoniam non sapis, quæ DEI sunt, sed quæ sunt hominum.* Marc. 8. v. 33. Tu quomodo hanc regulam observas, dum aliquando quavis aliâ causâ amas proximum, quàm cujus gratiâ amandus est, quæ est sola probitas morũ? *Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* 1. Cor. 13.

3. Considera, quomodo Christus non tantùm rectè nos amaverit, sed etiam efficaciter, quia non tantùm [illegible] de amavit, sed & opere. Ipse vi[illegible] jus percurre, & videbis, quantum [illegible] utilitate nostra fecerit. nec mo[illegible] to quidem quievit. & quid [illegible] facere potuit, quàm fecit, quando [illegible] dus, derelictus, derisus mori de[illegible] in Cruce pro nobis voluit inter [illegible] latrones suspensus? *Majorem [illegible] tatem nemo habet, quàm ut animam [illegible] ponat quis pro amicis suis.* Jo. 15. [illegible] haud paulò plus fecit, quàm facere [illegible] cesse erat. quia eandem salutem [illegible] trare nobis uno singultu, uno [illegible] potuit, & tamen voluit etiam [illegible] ne comparare. *Dilexit nos, & [illegible] nos à peccatis nostris in sanguine [illegible]* poc. 5. Tu quomodo gloriari [illegible] quasi pari efficaciâ ames proxi[illegible] dum amor tuus est sterilis, nec [illegible] ctus, sed in solos verborum pa[illegible] se diffundit? *Ubi verba sunt pla[illegible] ibi frequenter egestas.* Prov. 14. [illegible]

4. Considera, quomodo Chri[illegible] nos amaverit non solùm efficac[illegible] sed etiam veraciter, quia tantum [illegible] vit, quantum opere ostendit, imò [illegible] tò magis amavit, quia quantum [illegible] ageret pro utilitate nostra, non [illegible] opere æquare magnitudinem [illegible] quo nos complectebatur, ut [illegible] infinitus. Tu verò quoties fictè [illegible] *Spiritus sanctus disciplinæ effugit* [illegible] Sap. 1. v. 5. Id verò quando [illegible] git? Tribus casibus. I. Q[illegible] præfers majorem amorem pro[illegible] quàm reverà habeas, quæ fictio [illegible] est, quia est fictio Amplificatoris. [illegible] *xigua dabit, & multa impropera[illegible]*

Eccl. 20. v. 15. II. quando ostentas amorem, & non amas, quæ fictio pejor est, quia est fictio Adulatoris: *Simulatur ore decipit amicum suum.* Prov. 11. v. 9. III. quando demonstras amorem, & non solùm non amas, sed etiam odio habes, quæ fictio pessima est, quia est fictio proditoris. *Væ qui potum dat amico suo miscens fel.* Abac. 2. fieri potest causâ aliquâ honestâ, ut quis minus amoris præ se ferat, quàm revera habeat, sicut Christus, ut nos exemplo erudiret, sic egit, quasi minùs amaret Matrem suam sanctissimam: *Quæ est Mater mea?* sed non potest amare minus, quàm foris ostendat: *Dilectio sine simulatione*, non *sine dissimulatione*, sed *sine simulatione.* Rom. 19. v. 9.

5. Considera, quomodo Christus nos amârit non solùm veraciter, sed etiam gratuitò, quia nos amavit absq; ullo fructu vel levissimo emolumento, omnem illam gloriam, quam ut Redemptor à Patre suo consecutus est, potetat, si vellet, æquè consequi solo titulo Filii naturalis, sancti, innocentis, impolluti, segregati à peccatoribus: atq; ideo, si nos amavit, sponte suâ, & quia ita placuit, amavit. *Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè.* Ose. 14. v. 15. non amavit, quasi ullum à nobis accepisset beneficium, cùm potius innumeris sit affectus injuriis: nec amavit, quòd beneficium speraret, quia videbat à se amari homines partim ingratos, partim impotentes: atq; ita amavit amore benevolentiæ, qui possit esse, limpidissimo maximéque sincero, quia non solùm utilitatem nostram procuravit ut suam, sed unicè procuravit nostram. *Christus non sibi placuit.* Rom. 15. v. 3. Tu verò quàm procul abes ab amore tã pulchro! *Charitas non quærit, quæ sua sunt.* 1. Cor. 13.

6. Considera denique, quomodo Christus nos amârit non solùm gratuitò, sed & fortissimè in finem usque: *Cùm dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos.* Jo. 13. v. 1. Non erat ejus amor, qualis plerumque soler esse mortalium, amor inconstans, amor instabilis, sed semper fortissimus, etiam in Cruce, nam vel in ipsâ Cruce rogavit Patrem pro illis carnificibus, pro illis crudelibus, qui tantâ rabie eum confixerunt: *Pater dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.* Luc. 23. v. 34. atque ideò non solùm erat fortis *usq; ad mortem*, sed fortis ut mors, imò fortior morte ejus dilectio. fortis ut mors, quia nõ est passus se vinci à morte, ut amorẽ deponeret, nec quidẽ erga eos, qui illã inferebant: & fortior morte, quia eam vicit pro illis etiam moriendo. Quam tu firmitatem habes in amando proximo? *omni tempore diligit, qui amicus est.* Prov. 17. & ideo qui amare nescit nisi ad tempus, non est amicus, nec illo quidem tempore, quo amat. Istæ sunt quinque prærogativæ, quas habuit amor Christi, nobis imitabiles. Unde cùm audiveris deinceps dici: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*, statim intelliges, quid inferre voluerit, cùm dixit: *sicut.* dicere voluit: *Rectè, efficaciter, veraciter, gratuitò, immobiliter*, quæ sunt capita, ad quæ cetera

demum

demum omnia reducuntur. solùm hîc observa mutuum inter nos amorẽ meritò longè majorem esse oportere, si foret possibile, quàm fuerit erga nos Amor Christi, quia ista inter nos conjunctio maximè nobis prodest vel ad ipsam beatitudinis æternæ consecutionem. *Frater, qui adjuvatur à Fratre, quasi civitas firma.* Prov. 18. v. 19. cùm se solo quisque debilissimus existat: porrò Christus tantum potuerit solus, quantum cunctis colligatus hominibus: unde ille propriè amavit amore Patris, nos potiùs fratres invicem diligimus. Nemo ergo magnopere mirandum, quòd cesse sit Christo proprium pro[pos]itum Exemplum, ut ad amorem [mu]tuum nos incitet? imò verò si etiam [de]foret obligatio diligendi invicem, [ma]gnus esset, ut eam nobis impo[ne]ret tantum affert nobis ẽnõbrem hic amor.

(o)

XIV.

Justorum animæ in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, & quod à nobis est iter exterminium, illi autem sunt in pace. Sap. 3. v. 1.

1. COnsidera, quomodo Justi, quamdiu vivunt, aliud non agant, quàm ut animam suam continuò DEO offerant: Unde, quemadmodum Sacerdos Hostiam manibus sustinet, cùm illam ad aram offert his vocibus: *suscipe sancte Pater hanc immaculatam hostiam &c.* ita Justi dicuntur ad hunc finem animam quoque suam tenere manibus: *Anima mea in manibus meis semper.* Ps. 118. v. 109. Finito deinde actu oblationis, quod sub vitæ exitum contingit, transit anima de manibus Justi ad manus DEI, sicut & hostia, cùm fuerit oblata, transit de manibus Sacerdotis. atque hæc est propria ratio, ob quam dicitur hoc loco: *Justorum animæ in manu Dei sunt.* quia hîc, uti contextus ostendit, [de] est de Justis, qui jam finierunt [cur]atque adeò oblationem suam [per]tam DEO. quamdiu vivunt, [non] dicitur Dominus manus suas [eis] imponere animabus: *Posuisti [su]per me manum tuam.* Ps. 138. v. 5. [qua] est tempus eas protegendi: [post] mortui fuerint, rectius dicitur [Do]illorum suis imponere manibus, [qui] tunc non est tempus eas protegendi, sed suscipiendi: & in quem [ho]ut blandè habeat, ut diter, ut [co]retur, hoc est, ut coronet quasi [pal]mas triumphales. O te beatum, [si] tu quoque fueris ex eorum [nu]Justorum, qui continuò DEO [fa]tam acceptam animæ suæ oblatio[nem]

ecce quàm præclarum inde habiturus sis præmium! tu quoque transibis ad quiescendum in manibus ejus. *Justorum animæ in manu DEI sunt.*

1. Considera, quomodo hîc specialiter sermo sit de ijs Justis, qui multum passi sunt, uti sunt Martyres, & alij, qui in hoc Mundo DEI causâ redacti sunt ad vitam laboriosam, paupertem, pœnitentiâ & mortificatione insignem. Isti enimverò solennem sui ipsorum oblationem fecerunt: unde tantò majorem habet rationem in morte illorum animas suscipiendi manibus, & ut charas victimas secum deferendi in gloriam Paradisi, dum eas videt exire corpore ob amorem sui adeò vulnerato, adeò contuso. Hinc audis dici justos hosce tam contentos mori, ut nec sciant, ut ita loquar, quid sit tormentum mortis: *non tanget illos tormentum mortis.* Advertunt se jam jam proximos triumpho, & ideo habent potiùs occasionem gaudendi, & jubilandi, quàm tristandi. Si post mortem deberent decidere in manus Satanæ, cum ijs, qui maluerunt in terri Paradisum, instar illius Epulonis: *receperunt bona in vitâ suâ.* Luc. 16. quis dubitet minimè contentos morituros? at cùm sciant se cum Lazaro, qui *recepit mala*, gloriosè deportandos ab Angelis ad quiescendum non in sinu Abrahæ, sed in manibus ipsius DEI, ô quàm læti moriuntur! *Lætare Zabulon*, tribus adeò abjecta, & arrita laboribus in Ægypto, *lætare in exitu tuo*, quia civitates accipies è manibus locupletissimas, *& thesauros absconditos arenarum.* Deuter. 33. v. 18. Quodsi cupiat aliquis nôsse distinctiùs genus illud tormenti, quod hîc dicitur *tormentum mortis*, videat, quid sentiant peccatores in illo difficili transitu. hoc est tormentum tribus quasi vinculis innexum, quorum cum quodlibet sit pœnalius altero, omnia ad stringendum cor iniquum tunc uniuntur, nempe Præteritum, Præsens, & Futurum. Præteritum affliget impios molestâ memoriâ tot malorum, quæ fecerunt, per crapulas, libidines, vindictas, & tot bonorum, quæ facere omiserunt. Præsens eos anget intuitu tot rerum, quas amârunt, & nunc relinquere compelluntur, uti sunt opes, honores, voluptates, cognati, præcipuè verò proprii corporis, cujus separatio animam rediget ad angustias maximas. Denique Futurum eos percellet expectatione horrendi Judicii, in quo comparendum illis erit cum onere tot peccatorum. Interim tormentum adeò crudele non continget Justos, *non tanget illos.* quando scilicet fecerunt DEO sacrificium sui tam solenne, quod modò dicebam. quia quantum ad præteritum, si peccata commiserunt, ea etiam planxerunt, & quoad licuit, per satisfactionem expiârunt. Quantum ad Præsens, jam dudum cor abstraxerunt ab omnibus, quæ sunt relinquenda. Quantum ad futurum, si diffidunt sibi tanquam propriæ miseriæ probè conscii, tantundem etiam confidunt certi de Misericordia Domini, qui sub eam horam illos tam benignè ad se vocat.

quo posito quis non videt pro ipsis non esse *tormentum mortis? non tanget illos.* quia nullum eorum vinculorum, quibus ejusmodi tormentum conficitur, in ipsis locum habet. Tu verò si in morte tam beatâ illis similis esse cupias, quid ages? satage priùs esse similis in vita, faciendo DEO oblationem tui adeò perfectam, quam ille tantum remuneratur. *Quare lacero carnes meas dentibus meis*, nisi ob hanc causam (ajebat Job nunquam satur cumulandis pœnis) *& animam meam porto in manibus meis?* Job.13.v.14.

3. Considera, quomodo ex dictis hactenus clarè perspiciatur, quantopere fallantur tot fatui amatores mundi in ferendo judicio de talibus Justis jam morti proximis. putant istos sentire in morte amaritudinem terribilē, & post mortem omnino in nihilum resolvi. & tamen modo prorsus opposito res habet. Ideo de Justis ejusmodi dicitur quod sequitur: *Visi sunt oculis insipientium mori*, hoc est, *visi sunt mori ab oculis insipientium.* ab oculis malè purgatis tot infidelium tunc mori sunt visi, sicut etiam reipsâ sunt mortui, & subitò iisdem oculis horum miserorum *æstimata est afflictio exitus illorum, & quod à nobis est iter, exterminium.* exitus est illorum ex hac vita transitus, qui sine dubio malis afflictionem affert crudelissimam ex tribus capitibus suprà memoratis, quæ ad eos arctandos uniuntur: Præterito, Præsenti, & Futuro. at eam afferre justis non potest ob causam, quam diximus. unde contingit multos in eo articulo etiam exultare magis [illegible] lim Hebræos, cùm exirent [illegible] captivitate Babylonis: *In [illegible] do Dominus captivitatem [illegible] mus, sicut consolati.* Psal.125.v.1. [illegible] *consolati* absolutè, (quia plena [illegible] latio haberi nequit ante [illegible] charæ Jerosolymæ) sed *sicut* [illegible] quia illa Jerusalem dilecta [illegible] propiùs videri. Iter verò [illegible] dici potest esse exterminium? [illegible] stud est, quod Justi faciunt de [illegible] undo ad cœlum: *iter à nobis ad* [illegible] *VM.* porrò iter istud non cred[illegible] his, qui solius sensûs judicium [illegible] tur. & ideo, quod reverà non [illegible] liud, quàm iter ex uno mundo [illegible] rum, ab ipsis putatur esse exter[illegible] um. *Æstimata est afflictio exitus* [illegible] *rum, & quod à nobis est iter, exter*[illegible] *um*, quoniam cogitant morien[illegible] pore etiam animam extingui. [illegible] error vel iniquior, vel à ratione [illegible] tior esse possit? Non solùm Ju[illegible] faciunt post mortē iter illud, [illegible] ctum est, sed tale faciunt, [illegible] Triumphator Romanus omnib[illegible] culis præteritis illi simile unqu[illegible] cerit, cùm redibant à debellatis, [illegible] tísque Provinciis ad capiendam [illegible] pitolio coronam. Porrò ad iter [illegible] credendum quid requiritur? [illegible] lùm oculis, uti tot faciunt insens[illegible] ratione judicandum est, imò ex [illegible] dei principiis, quæ sola in Mun[illegible] sunt deceptioni obnoxia. Cl[illegible] culos, & videbis, quàm pulchrum [illegible] sit iter Justorum, quod à tam [illegible] æstimatur exterminium. *Illic iter* [illegible]

ostendam illi salutare meum, ait Dominus, hoc est, *quo ostendam illi me ipsum. non dabo*: nam id termino servatur, *ei ostendam*, quantum scilicet concederet vitæ. Ps. 49. v. 23.

4. Considera, quomodo ad majorem derisionem Judicii, quod formant mali de morte Justorum, concludat Sapiens, istos non solùm exterminatos non esse, quod tam multi credebant, sed insuper tranquillâ pace frui: *Illi autem sunt in pace.* nomen Pacis, cùm in genere è exprimitur in Scriptura, geminum habet sensum, negativum & positivum. in primo significat cessationem omnis mali. & talis est illius loci: *Beati omnes, qui diligunt te, Jerusalem, & qui gaudent super pace tuâ.* quia quasi ad explicandam hanc pacem mox adjungitur: *Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus.* Job. 13. v. 18. In secundo etiam plus significat, nempe cumulum omnium bonorum: qualis est illius loci: *Lætamini in Jerusalem, & exultate in eâ omnes, qui diligitis eam & quia hæc dicit Dominus*: *Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis.* Is. 66. v. 10. Utrâque pace fruitur sunt isti, de quibus loquimur, Justi post mortem suam. fruentur cessatione omnis mali, quia horâ illâ omnis finietur tribulatio: *Liberabit eos Dominus à cunctis tribulationibus eorum.* & fruentur cumulo omnis boni, quia incipiet æterna vita, æterna pulchritudo, æterna sanitas, æterna sapientia, æterna opulentia, & ut verbo dicam, æterna felicitas. *Et declinabit super eos Dominus fluvium pacis.* videri quidem possit pro eo quod dicitur, *illi autem sunt in pace*, vocabulis clarioribus dicendum fuisse: *Illi autem sunt in Regno Cœlorum*, quia Regnum istud utramque pacem perinde complectitur. sed duabus ex causis non sic dixit. Prima est, quia eo tempore Justi, qui moriebantur, habebant equidem cessationem omnis mali, cùm tenderent ad quietem Limbi, ubi tunc boni omnes quiescebant: sed non habebant cumulum omnis boni, qui solus est à visione clara DEI: & ideo quia tunc non habebant utramque pacem, negativam & positivam, sed negativâ tantùm, dici non poterant esse hactenus in regno cœlorum, quod solum utramque præstare potest, sed illud expectare. *servabis pacem, pacem, quia in te speravimus.* Is. 26. v. 3. Deinde, quia nomen istud Regni Cœlestis in scripturis veteris Testamenti usitatum non fuit. Primus hoc usurpavit S. Joannes Præcursor Christi, quando ad Jordanem clarâ voce cœpit dicere: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cœlorum.* ante ipsum dicebatur quidem de Regno cœlorum sed humiliore vocabulo Terræ promissionis, Civitatis, Domûs, Tabernaculorum electorum, sed terrestrium tantùm, divitiarum, quietis, vitæ, atque hoc loco pacis nomine, quamvis sine limitatione, quia quantumvis tunc Justi omnes, qui versabantur in Limbo suo, non haberent *in re*, nisi primam pacem, hoc est cessationem omnis ma-

li, nihilominus, ut modo dicebamus, possidebant *in spe* (& *in spe* non ancipiti, ut est nostra, sed firmâ & stabili) etiam secundam, quæ consistit in cumulo omnis boni, *pacem, pacem*. Itaque si tu quoque velis consequi geminam hanc pacem, quæ tantum valet, facere nunc debes DEO sacrificium tui ipsius offerendo ipsi continuò animam tuam, tanquam hostiam [illegible] gregibus armentorum gratiorem [illegible] *cut in millibus agnorum pinguium* [illegible] *fiat sacrificium nostrum in conspectu* [illegible] *hodie, ut placeat semper*. Dan. 3. v. [illegible] Hoc si facies, ipse in mortem [illegible] hostiam suis imponet manibus, [illegible] in pace servabit secum: *& pacis* [illegible] *rit finis*. Is. 9. v. 7.

XV.

Assumptio Virginis.

Gloriam præcedit Humilitas. Prov. 15. v. 33.

1. CONsidera, quanta sit gloria, quam hoc die Sanctissima Virgo adepta est, cùm exaltata fuit supra omnes Hierarchias Angelicas, supra Martyres, Prophetas, Patriarchas, omnésque Apostolos adeo gratos Deo, & jussa in Cœlo considere in throno eximio tanquam summa universi hujus imperatrix. Jam verò hac celsissimâ gloriâ Mariæ collatâ potior est (quis credat?) potior est Humilitas, quâ se parabat ad eam obtinendam. Unde dici hîc audis à Sapiente: *Gloriam præcedit Humilitas*. Præcedit autem triplici ratione. præcedit merito, præcedit origine, præcedit ordine. atque in his tribus punctis præsens fundanda est Meditatio, ut pariter venerationi Virginis, & utilitati tuæ cedat.

2. Considera, quomodo imprimis Humilitas præcedat gloriam, quia illâ merito præcedit. Hinc est, [illegible] si alterutrâ carendum foret, vel [illegible] quam humilitate obtinuit, vel [illegible] tate, quâ obtinuit gloriam, [illegible] geret omni potiùs privari [illegible] quàm vel minimo Humilitatis [illegible] Quomodo ergo tam stulta sunt [illegible] mina tua, ut non dubites Hum[illegible] continuò anteponere vel ipsam [illegible] riam terrenam, quæ nullius est [illegible] dum illi nec præferri Cœlestis [illegible] quanquam aliquam haberes [illegible] onem, si solùm in Cœlo ma[illegible] Humilitatis pretium quàm [illegible] sed non est ita: majus est etiam [illegible] ra. dic enim, quæso, qui sunt, [illegible] maximè adorant homines, [illegible] mant, quos mirantur? an illi, qui [illegible] gnis passibus sectati sunt glori[illegible] prout incitabat ambitio? neut[illegible] sed illi, qui etiam quæsiti eam [illegible] ribus fugiebant. Franciscus [illegible]

Minor, Franciscus Minimus, Romualdus, Arsenius, Antonius, Ægydius, qui vel in ipsas speluncas se abdebant, ne ibi notitiam sui nominis sepelirent: illi demum sunt exaltati : *Humiles exaltati sunt.* Esth. 11. v. 11. ita perge discurrendo, & videbis, quàm id verum existat. Signum igitur est etiam incerta debere Gloriam Humilitati cedere, quia etiam in Terra æstimatur magis, qui modestè Humilitatem sibi copulavit, quàm qui eâ repudiatâ vehit ardens Amasius quotidie Gloriam reperit. Ecce igitur hîc primam rationem, ob quam dicitur Humilitas præcedere Gloriam, quia præcedit merito. & tu illam dedignaris?

2. Considera, quomodo secundò Humilitas præcedat Gloriam, quia præcedit origine. Si Virgo hoc die evecta fuit ad tantum fastigium gloriæ, quantum illud est, de quo diximus, quare fuit evecta? quia Humiliavit se ipsam. unde quod de Christo quondam dicebatur, dici quoque de ipsa potest : *Quod ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ?* Eph. 4. v. 9. Et hæc ejus devotio, obedientia, Virginitas, fides, cæteræque virtutes ejusmodi fecerunt equidem DEO gratam, sed ad hoc plurimum momenti habuit ejus Humilitas : adeò ut affirment Sancti, hanc fuisse, quâ denique eum permovit, ut saltem citiùs humanâ carne vestiretur, & sic constaret, quemadmodum superbia unius mulieris fuit, quæ eum concitavit ad indignationem tam gravem contra genus humanum, ita Humilitatem unius fœminæ fuisse, quæ illum postea placavit. Hinc est, quòd eadem Virgo diserte testetur Dominum in ipsa singulariter humilitatem respexisse : *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* non quòd non etiam respexerit cæteras virtutes, quæ certatim concurrebant ad eam reddendam tam perfectam, sed quia Humilitatis intuitu specialiter assumpta est ad altissimam dignitatem Matris DEI : ad quod videtur voluisse alludere quamvis modo loquendi obscuriore, cùm dixit : *Cùm esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Cant. 1. v. 12. Rex iste *in accubitu suo* erat Rex gloriæ in sinu Patris, quis nescit? & tamen ex hoc ipso sinu inops puella trahere illum potuit in suum, tanta fuit fragrantia, quam exhalavit ad Cœlum, non Balsamum ipsius, non Cedrus, non Cypressus, non Cinnamomum, non alia ex illis numerosis plantis odoriferis, quibus fuit adumbrata, sed Nardus, herba omniû humillima maximèque demissa omnium, quæ fuerunt electæ ad eam velut typo adumbrandam. Quodsi Humilitas præcipuè effecit, ut Virgo consequeretur dignitatem Matris Divinæ, quid mirum, si etiam fecit consequi excelsam illam gloriam, quâ ut Mater in Cœlo fruitur, ubi se solâ Chorum constituit distinctum, quo longissimè superat Choros omnes seorsim constituros à Sanctis, & solùm illi cedit, quem Rex ejus Filius constituit? Ecce igitur, cur secundo loco dicatur Humilitas præcedere gloriam, quia

præcedit ut causa. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloriâ.* Job. 22. v. 29.

3. Considera tertio loco, quomodo Humilitas præcedat gloriam, quia eam præcedit ordine. quippe si Gloria propter humilitatem datur, necesse est priùs esse Humilitatem, dein gloriam, & non priùs gloriam, deinde Humilitatem. Atque hîc attentè considera modos, quibus Virgo se humiliabat priùs, quàm suam gloriam obtineret, ut exemplum tam pulchrum majorem tibi utilitatem afferat in meditatione hodiernâ. Humiliavit se vili æstimatione, quam habebat de se ipsâ, humiliavit contemptu sui, & amore contemptûs. Ad tres istos gradus humilitatis, si bene consideres, ceteri omnes referuntur, ideo isti sufficiant in præsens. Itaque humiliavit se Virgo per vilem æstimationem sui, qui est primus gradus humilitatis antè dictæ. *Ero humilis in oculis meis.* 2. Reg. 6. v. 22. non quòd ignoraret præclara dona, quæ accepit à DEO, sed quia dona esse cognovit, & ut talia non adscribebat sibi, sed benignitati, bonitati, munificentiæ donantis, ut idcirco vix audito Elisabethæ præconio: *Beata, quæ credidisti*, illico reponeret: *Beatam me dicent omnes generationes*, non hoc nego, sed quare? *quia fecit mihi magna, qui potens est.* non, *quia magna feci.* Deinde si hoc discrimen est inter humiles & superbos, uti S. Gregorius notavit. l. 34. Mor. c. 7. quòd superbi, cùm habent in se aliquid præclari, in eo semper defixum habeant animum, ab illo verò divertant, quod est vile: ubi Hu[illegible] les prorsus faciunt oppositum, [illegible] tes Virginem semper ea dona [illegible] animo. ô quantò libentiùs eam [illegible] gebat in cogitanda vilitate [illegible] ut vel ipso momento, quo fuit [illegible] ad dignitatem Matris Divinæ, [illegible] tuerit ejus oblivisci. nec [illegible] proprium à se concipiendum [illegible] num, utero gerendum, [illegible] habendúmque subditum sibi, [illegible] lùm à se illi in carne mortali [illegible] strandum: *Ecce Ancilla Domini.* [illegible] nique uti mentem divertebat [illegible] tandis his donis, ita longè [illegible] divertebat sermonem. unde [illegible] illi fuit fastidire laudes, quas [illegible] audiebat, eas reprimere, [illegible] aliud facere non posset, [illegible] bari, uti tunc accidit, cùm [illegible] *plenam* titulo nunquam [illegible] dito celebrari audivit. Et [illegible] primum gradum in Humilitate [illegible] vatum, qui consistit in [illegible] æstimatione sui. Quantum [illegible] ad secundum, qui consistit in [illegible] ptu sui: *Ludam, & vilior fiam* [illegible] *quam factus sum.* 2. Reg. 6. v. [illegible] B. Virgo tribus modis perfe[illegible] adimplevit. I. altè dissimulando [illegible] se ipsa, quidquid magnum [illegible] (quæ causa fuit dicendi simile[illegible] *to concluso*, quia nunquam [illegible] fructus, qui in ipsa florebant) [illegible] mulando Deiparæ honorem, [illegible] lando prudentiam, dissimulando [illegible] pientiam, dissimulando sanctitatem [illegible] dissimulando gratiam, quâ enim [illegible] pollebat, miracula patrandi. II. [illegible]

jiciendo se legibus, quibus etiam non obstringebatur, quantumvis id cederet in grave præjudicium honoris, uti tum aliàs sæpe, tum verò maximè ostendit, quando apparuit in Templo instar mulieris immundæ, ut purificaretur post partum. III. subijciendo se ipsam pariter ijs personis, quæ tanto erant inferiores, uti Josepho, Joanni, imò cuivis discipulorum Domini, inter quos, ut est manifestum, illic in cœnaculo postremo loco consedit. Et hæc quoad secundum gradum, qui in contemptu sui consistit. Quoad tertium denique, quo quis non modò contemnit se ipsum, sed & amat contemni, id pariter mirificè tribus modis hæc Virgo præstitit. Primò libenter amplectendo contemptus, qui accidere illi poterant occasione humilis conditionis suæ, ut cùm repulsa à Bethlehemitis non dubitavit se recipere in stabulum jam partui vicina. Secundò libenter amplectendo illa improperia, quæ dici illi poterant propter suos necessarios ad statum redactos etiam infamem, ut adeò quantum declinavit Hierosolymam, cùm eam Filius ad modum triumphantis intravit, tantum eò festinaverit, cùm inde è contrario exivit derisus, colaphis & virgis cæsus, imò instar publici prædonis raptus à populo ad Calvarium, medius inter duos latrones. Tertiò denique libentissimè amplectendo ea vituperia quæ in ipsam conijci poterant ob defectus, à quibus tamen prorsus erat eximia, ut adeò magno animo sæpe se exposuerit reprehensionibus, & sereno prorsus animo tulerit aspera responsa, quæ etiam ipse Filius occultâ quadam dispositione varijs occasionibus danda censuit, maximè verò cùm nihil curare visus est ejus preces licèt tam aptè compositas: *Quid mihi & tibi est mulier?* His igitur humiliationis exercitijs quasi totidem gradibus firmis & solidis scalam sibi Virgo construxit ad eam gloriam, quam hodie in Cœlo possidet. Et ideo denique dicitur Gloriam præcedere Humilitas, quia præcedit ordine. de valle est ascensus ad montem. jam ergo si tu quoque pertingere velis ad gloriam à DEO tibi in Paradiso præparatam, humilia te in terra, quantum potes, quia hæc est communis lex omnibus statuta, ex humili ad excelsa tendendum: *Antequam glorificetur, humiliatur.* Prov. 18. v. 12. *antequam glorificetur* in vita futura, *humiliatur* in præsenti. Vide, num verè sit lex communis, ut dixi. hac viâ Virgo incessit. quid, ajo, Virgo? hac incedendum fuit etiam Filio, licet Divino, de quo proin scribitur: *De torrente in viâ bibet, propterea exaltabit caput.* Ps. 109. v. 7.

XVI.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matt. 11. v. 28.

1. CONsidera, qui sint illi, qui laborant, & dein mercedis loco onus accipiunt: *laborant, & onerati, sunt.* latè sed verè loquendo sunt omnes ij, qui consolationem suam quærunt in bonis, quæ Mundi dicuntur, uti sunt voluptates corporis, dignitates, honores, divitiæ, & alia hujusmodi, si tamen sunt alia, quæ non ad ista referantur. Certum est, omnes istos exantlare labores gravissimos ad inveniendam ejus generis consolationem, dum quærunt, ubi inveniri non potest, cùm bona illa sint similia aquis salsis, quæ non sunt aptæ ad extinguendam sitim, sed magis exasperandam: *Omnis, qui bibet ex aquâ, sitiet iterum.* Jo. 4. v. 13. unde vides, quò magis illi suo corpori satisfecerint, eò magis quærendos novos satisfaciendi modos, quia priores & ordinarij jam viluerunt: quò sunt majores, eò ampliùs eminere student: quò plus gloriæ consecuti sunt, eò magis ambiunt apparere: quò majores opes possident, eò satagunt cumulare plures, & sic extremos labores sustinent: *In multitudine viæ tuæ laborâsti: non dixisti: Quiescam.* Isa. 57. v. 10. Accedit, quòd ejusmodi bona nemo possit consequi sine magno dispendio non sanitatis duntaxat, quæ atteritur, sed aliquando ipsius vitæ. & tamen quis credat? hi ipsi, de quibus hîc loquimur, postquam tantopere laborarunt, loco mercedis, hoc est loco solationis, quam spectabant, cipiunt; quia onerantur peccatis gravissimis, & hac ratione seu colophonem malo suo *Laborant & onerati sunt.* & tibi fortassis peccata leve sunt imò onus sunt omnium *Iniquitates meæ sicut onus grave te sunt super me.* Ps. 37. v. 5. onus valde grave tres habet Affligit, prosternit, & aliquando deijcit in præceps. ita faciunt certum imprimis est, quòd te & quidem magis quovis alio quia sub quovis alio solum pus, sub peccatis cor gemat, tibus scilicet malæ conscientiæ ribus: *Rugiebam à gemitu cordis* Ps. 37. v. 9. deinde prosternuntur magis quovis alio, quia enervares præcipuas, videlicet spiritum reddendo prorsus inhabilem ad endum bonum. *Devoratum est eorum, & facti sunt quasi non* Jer. 51. v. 30. Demum faciunt labi in præcipitium omnium tremendum, nempe in Barathrum ferni, in quod quisquis incidit spem habet in æternum ampliùs emergendi: *eum iniquitas sua, & corrue*

adiciet, ut resurgat. Is. 24. v. 20. atque hac ratione numquid verum tibi videtur, eos, qui consolationem suam quærunt in bonis hujus mundi, laborare etiam gravissimè, & loco mercedis onus accipere? *Laborant, & onerati sunt.* Quodsi tuis ingratijs de eorum numero esses; quid tibi restat agendum, quàm ut probè cognitâ tandemtandem calamitate eidem te subducere allabores?

2. Considera, si verè cupias deserere talem statum, id te posse etiam facilè præstare. & quare? quia promptum habes ad Christum perfugium, qui hoc tibi dabit, quod alibi frustra quæris. Ecce quàm benignè ore proprio te invitat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* ô verba, quæ vel pectus tibi dirumpant præ teneritudine! sed antequam progrediaris ulteriùs, in his tribus subsiste: *Venite ad me omnes.* & attentè considera, quis sit, qui te vocat. Ipse DEUS tuus est, qui tui non indiget. & tamen ipse est, ipse, inquam, est, qui dicere dignatur: Venite. neque solùm venite, sed venite etiam ad me, nec tantùm venite ad me, sed venite omnes. *Venite ad me omnes.* Æquum omnino esset à te vilissimo terræ vermiculo, ardentibus precibus rogari Dominum, ut illi placeat te admittere in numerum servorum: & tamen prior ipse invitat dicens: *Venite.* Deinde, dum te vocat, posset vocare ad solam communionem donorum, quæ sunt ab ipso distincta, sive gratiæ, sive gloriæ, sed eo non contentus te vocat, ut se ipsum tibi donet, qui in se complectitur cuncta bona, hoc est, ut donet bonum infinitum. atque idcirco dicit: *Venite, & venite ad me.* Denique dum te vocat, ut tale bonum largiatur, vocare posset, quando præparationem videt aliquam à te præmissam, quâ mereareris vocationem tam honorificam, at ille te vocat, etsi videat minimè paratum, adeò te prævenire amat, & ideo non solùm dicit: *Venite ad me*, sed præterea dicit: *Omnes*, & absque ulla exceptione dicit. Quidsi autem, dum ille tam benignè te invitat, tu è contrario non digneris admittere vocem invitantis? numquid justissimam haberet causam etiam de te conquerendi ijs verbis: *Servum meum vocavi, & non respondit: ore proprio deprecabar illum.* Job. 19. v. 6.

3. Considera, quantâ cum ratione, dum Christus ad se vocat, tibi etiam refectionem promittat. & sic perpensis tribus modò dictis vocabulis, *Venite ad me omnes*, progredere demum ad reliquas, quæ adhuc considerandæ supersunt: *Et ego reficiam vos.* Duplex est refectio, una Negativa, altera Positiva: utramque Christus verbis istis promittit. Negativa erit sublevatio oneris, & laboris. quia si admittat invitationem Christi, primò exonerabit animam ijs peccatis, quæ nunc adeò tenent oppressam: *Et erit in die illâ, auferetur onus de humero tuo.* Is. 10. v. 27. & tum etiam liberabit à tantis laboribus, quos nunc sustines, sed in cassum, dum quæris in humanis

bonis eam consolationem, quæ nonnisi in DEO reperiri potest. *Et erit in die illâ, cùm requiem dederit tibi DEUS à labore tuo.* Isa. 14. v. 3. Altera refectio, quæ jungetur isti, ut diximus, erit positiva, & hæc consistet tum in ijs affundendis solatijs, quæ frustra alibi quærebas, juxta illud: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Ps. 102. v. 5. tum in producendo tres effectus contrarios illis, quorum causa fuit onus tuorum peccatorum. nam ubi ista te cruciabat angoribus, quos mala conscientia suscitat, ille te recreabit eâ quiete, quam tribuit bona. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum: noctem verterunt in diem.* Job 17. v. 11. & cùm illa te penitus enervarent ad operandum bene, iste tibi vigorem dabit interioribus auxilijs gratiæ, quam speciatim infundit in usu Sacramentorum, quæ sunt illa celebris aqua, quæ refectionis appellatur, & momento vires restituit: *Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit,* nempe de debili in robustam. Ps. 22. v. 2. Et cùm illa denique te præcipitâssent in pe[illegible]nem, ipse è contrario te erig[illegible] spem certam ejus gloriæ, quam [illegible]tam habet in Cœlo, ubi de[illegible]fecta erit refectio. *Lætatus [illegible] his, quæ dicta sunt mihi: in [illegible] Domini ibimus.* Ps. 121. v. 1. [illegible] si ita se res habet; nonne [illegible] Christus habere causam dicen[illegible] *nite ad me omnes, qui laboratis, [illegible]nerati estis; & ego reficiam vos:* [illegible] si bene consideres, *homo nasci[illegible] laborem.* Job. 5. v. 7. & ideo [illegible] sustinendus erit labor etiam in [illegible] servitio ob exactam observ[illegible] præceptorum, quam DEUS [illegible] at videbis, quantò levior sit lab[illegible] in ejus servitio toleratur, [illegible] ferendus est in obsequio Mund[illegible] *berati à peccato,* quod est dur[illegible] *servi facti estis Justitiæ,* quod [illegible] vissimum. Rom. 6. Priùs ego [illegible] dire necesse est, quibus verbis [illegible] Christus in hoc ipso contextu, [illegible] eam observantiam invitat, & [illegible] tibi pro sequenti die novam [illegible] ditabunt materiam meditand[illegible]

XVII.

Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum [illegible] humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. [illegible] 11. v. 29.

1. CONsidera, quomodo Christus vocaverit jugum sanctissimam legem suam, ob similitudinem, quæ inter utrumque intercedit. nam si observes, jugum duas habet qu[illegible] obligat ad eundum simul [illegible] lia, quæ soluta jugo nunquam [illegible] tur. & adstringit eum, cui [illegible]

ter, ad tenendam viam rectam pro arbitrio ducentis. atque hoc est, quod lex præstat Evangelica. Primò univit invicem sub se duos illos populos, qui tam diversa tenebant, Judæum scilicet & Gentilem. deinde facit, ut non pro arbitrio vivatur, sed juxta præscriptum DEI ad tenendam viam rectam, quæ ducit ad Cœlum. *Aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in eâ, & non declinetis neque ad dextram, neque ad sinistram.* Is. 30. v. 21. Est igitur hoc jugum, non ut cetera, vile, sed nobilissimum, unde Christus titulo planè magnifico suum appellat: *Jugum meum.* suum, quia à se tanquam DEO nobis est impositum: & suum insuper, quia à se tanquam homine etiam fuit portatum per annos triginta tres invictâ constantiâ, & ita portatū, ut nullus unquam portare cæperit æque tam tenerâ: *Bonum est viro, cùm portaverit jugum ab adolescentiâ suâ.* Thr. 3. v. 27. Unde etiam Christus in hoc jugo æquè Mansuetudinem & Humilitatem monstravit. Mansuetudinem, dum illud imposuit ut DEUS, hoc est, ut Princeps non austerus, non asper, ad modum Tyrannorum, sed benignissimus. & Humilitatem, dum etiam ipse portavit ut homo, quin ab eo ullam eam peteret exemptionem. atque hæc est ratio, cur verbis istis: *Tollite jugum meum super vos*, illico adjunxerit: *& discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* ceu diceret: Incipite tantisper portare jugum meum, & experimento discetis, me non esse Dominum crudelem, sed mitem, & ideo me non imponere legem duram, qualis est illa Mundi, sed tolerabilem: nec esse Dominum superbum, sed humilem, cui proinde non grave sit, uti Mundo, submittere me ipsum legi, qui eam aliis præscribo. Tu interim quomodo vel solis hisce verbis non excitaris ad jugum ejusmodi tibi eligendum? DEUS est, qui hoc præcipit, quid amplius requiris? fieri nequit, ut ille nimio te jugo premat. & DEUS est homo factus, qui tantò antè portavit. quomodo ergo recusabis ferre post ipsum? Hæc duo capita bene perpende, & sufficient, ut huic jugo aquiescas. *& invenietis requiem animabus vestris.*

2. Considera, quomodo jugum istud non pro brutis animalibus, sed pro hominibus sit factum. quod proinde ultro complectendū. hinc Christus tam disertè dicit: *Tollite jugum meum super vos.* non solùm dicit: *Portate*, sed *Tollite*, quia non vult vel minimum tuam lædere libertatem. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit* tantummodo *mandata, & præcepta, mandata*, quantum ad Legem naturalem, *Præcepta*, quantum ad Legem scriptā. *Si volueris servare, conservabunt te.* non *si servaveris*, sed *si volueris servare.* nam in hoc denique tota ratio meriti consistit, quòd velis. Eccl. 15. v. 15. cur autem non velis? si cupias distinctiùs nôsse, quam tui partem submittere oporteat tali jugo subjectione plenâ obsequij, ecce illud clarè tibi in-

dicatum. Submittere oportet non vilissimam, quod jumenta solent, quæ jugo subijciunt solum corpus, nec nisi cum repugnantia subijciunt, sed nobilissimam, adeóque non corpus tantùm sed spiritum. *Rationabile obsequium vestrum.* Rom. 12. v. 1. Ideo Christo non satis erat hic dicere: *Tollite jugum meum.* Sed adjungere voluit, *super vos*, ut intelligas ex verbis tam manifestis, huic jugo specialiter submittendum, quod est proprium tui. Interdum non admodum difficile tibi accidit submittere carnem tuam jugo Christi eam cædendo, castigando, macerando: porrò quàm durum tibi est illi quotidie submittere Spiritum. & hoc tamen est, quod præ omnibus alijs subijcere oportet, nempe illam arrogantiam capitis, illam vanitatem, ambitionem, cupiditatem eminendi. hoc si agas, tunc enimverò portabis jugum Christi super te, quod est proprium hominis, & non solùm super membra tua, quod est etiam bestijs commune. *Collum vestrum subijcite jugo*: ecce, ut voluntaria debet esse subjectio: *& suscipiat anima vestra disciplinam*, ecce, cujus esse maximè debeat, nempe Spiritûs. Eccl. 51. v. 34.

3. Considera duo esse vitia, quæ maximè retrahunt homines à portando jugo Christi, Impatientiam, & superbiam. Impatientia facit, ut excutiatur tanquam onerosum: *Proijciamus à nobis jugum ipsorum.* P. 2. v. 3. Superbia facit, ut fastidiatur tanquam probrosum. *A seculo confregisti jugum meum, & dixisti: non servi[illegible]* Jer. 2. v. 20. & hæc altera est [illegible] quam Christus hic dicit, ut ab [illegible] discas esse mansuetus, discas esse humilis, quia duæ istæ virtutes [illegible] te esse quietissimum sub jugo. [illegible] *à me, quia mitis sum & humilis [illegible] & invenietis requiem animal[illegible]* Ideo quamvis sensus maximè [illegible] hujus præclaræ sententiæ sit iste, [illegible] suprà adduximus, hoc est, quod [illegible] commodans te jugo Christi [illegible] sis visurus ad quietem singularem [illegible] mæ tuæ, quàm bonus sit Dominus [illegible] præstas obsequium, Dominus [illegible] delis, qui jugum imponat [illegible] le, prout Mundus facit, nec [illegible] qui non juvet portantem; est [illegible] etiam hic alter sensus valde [illegible] licet non ita connexus, [illegible] Sanctorum, videlicet, ut discas [illegible] plo Christi esse mansuetus, [illegible] fuit in omni vitâ suâ, & esse [illegible] quia in his duabus virtutibus [illegible] est illa quies singularis, quam [illegible] quærebas bona mundi sectando [illegible] go putas te quoque possidere [illegible] ce virtutes adeò proprias Christi [illegible] ésne mansuetus, an iracundus [illegible] nibus tuis, humilis, an superbus [illegible] quia hoc est argumentum, quod [illegible] totum hominem requirat, [illegible] est, ad illud pro dignitate [illegible] dum à me proponi ut peculiarem materiam subsequentis meditationis.

XVII.

XVIII.

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiē animabus vestris. Matt. 11. v. 29.

COnsidera, quantum homo naturâ suâ invenire quietem desideret; sed ad eam non pertingat. *Interiora mea efferbuerunt absque ullâ requie.* Job. 30. v. 27. quippe quòd viam ineat prorsus contrariam. Homo ad inveniendam quietem naturaliter quid facit? Effugere nititur, quidquid eum turbare potest, murmurando contra eos, qui turbationis sunt causa, vindicando, ulciscendo, quod perinde est, ac si contendas obtinere ab undis maris, ne in te irruant. oportet ergo non tam fugere procellas (id quod impossibile est homini degenti in medio undarum) quàm in ipsis procellis non moveri, instar scopuli maris fluctibus expositi. *Non timebo millia populi circumdantis me.* Ps. 3. v. 3. Fuit è Philosophis, qui jam olim istam traderet doctrinam, sed splendidè magis quàm solidè. Primus in hoc orbe terrarum tam cū fundamento Christus tradidit cæteris allatam. Et ideo hìc ait: *Discite à me.* quod signum est doctrinam esse tali unique Magistro dignam. Exigere poterat, ut ab ipso disceres prædicere futura, sanare ægros, suscitare mortuos, pede firmo inambulare aquis. porrò quid hoc foret? Christus non tam dignus fuit admiratione propter infinita miracula, quæ patravit in terris, quàm propter innumera, quæ dedit Mansuetudinis & Humilitatis exempla ante ipsum nunquam visa vel audita omnibus retro seculis. Rectè ergo dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* si duas has virtutes, quas Christus docuit, exercere noveris, næ tu quietem invenietis optatam. Itaque accingere tanquam attentus discipulus ad audiendam ejus doctrinā: cùm in ista sit fundanda tua requies, ut sit stabilis. *Fundamenta æterna*, quæ sola nunquam vacillant, *supra petram solidam.* Eccl. 26. v. 24.

2. Considera omnia, quæ possunt turbare quietem tuam, vel extrinsecus advenire, vel intus nasci. Extrinsecus adveniunt contemptus, adversi casus, & alia ejusmodi mala. Intus nascuntur defectus tui tam Physici quàm morales, qui aliquando perturbant magis quàm quævis mala extrinsecus advenientia. contra priora mala te arma per mansuetudinem: contra posteriora per Humilitatem. Mansuetudo facit, ut iram reprimas, atque adeò non movearis ad ea præsertim mala, quæ improvisò tibi foris accidunt. Humilitas facit, ut reprimas spiritus nimis elatos, atque adeò ne movearis illis malis, quæ intus oriuntur, qualia sunt proprii defectus, dum ostendit eos aptè tibi convenire. nam quid aliud germinet terra tua nisi lappas viles &

tribulos ? si his virtutibus id demum consequaris, ut non turberis, jam es quietus. Ideo dicebat Christus: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde &c.* non solùm dixit: *quia sum humilis corde*; nam sola interna Humilitas, sine exercitio tolerantiæ quotidianæ, non sufficit ad reprimendas perturbationes, quæ extrinsecus nascuntur. Nec solùm dixit, *quia mitis sum*, nam solum Exercitium tolerantiæ quotidianæ sine Humilitate internâ non durat. Ad hæc Mansuetudo sola facit, ut feras contemptus, & adversa, quæ accidunt, cùm Humilitas juncta Mansuetudini non solùm faciat, ut feras, sed etiam ames. Humilitas sola facit, ut toleres defectus, quos in te conspicis, tanquam dignos te (nam eos amare, cùm de moralibus agitur, nunquam est licitum) at Mansuetudo Humilitati juncta facit, nt non solùm toleres, sed & domes magnâ saltem ex parte, auxilium præstando ad pervincendos saltem omnes illos defectus, qui ab Irascibili nascuntur, & plerumque faciliores & crebriores existunt Ad hunc statum si perveneris, vide, tantisper, quàm præclara sit quies tua. *Modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.* Eccl. 51. v. 35. Non solùm inter tempestates jam es instar scopuli, qui eas non curat, quia habet extra se, sed es instar Olympi, qui eas nec sentit quidem, quia habet infra se. Porrò tam Mansuetudo quàm Humilitas debent ex corde proficisci: *Mitis corde, Humilis corde.* Ideo Christus tam apertè dicit; *Discite à me*; omnes enim, qui ipsum præcess[illegible] non tam possidere virtutes istas, [illegible] eas prensare docuerunt. Ta[illegible] illas prensas duntaxat, an reverâ [illegible] des?

3. Considera doctrinam [illegible] chram à Christo traditam [illegible] lè cognosci; difficultas in usu [illegible] tur. & hinc pariter Christus [illegible] *Discite à me.* ad eam te conser[illegible] lam, ubi plus corde studetur, [illegible] mente, & disces. ad scholam [illegible] orationis: in hac frequenter [illegible] Christo. pete ab illo, ut te [illegible] qualem ipse se gesserit in casibus [illegible] paulò gravioribus, quàm sint [illegible] debis, quàm citò futurus [illegible] *Qui appropinquant pedibus ejus, [illegible] ent de doctrinâ illius.* Deuter. [illegible] Quæ fuit ejus Mansuetudo [illegible] ternos omnis generis insultus [illegible] *Agnus coram tondente se sine [illegible] non aperuit os suum.* Act. 8. v. [illegible] Humilitas inter debilitates [illegible] ternas, imò inter peccata non [illegible] tamen imposita sibi sensit, [illegible] propria? *Longè à salute [illegible] delictorum meorum.* Ps. 2. v. [illegible] facilè discernas, humiliórne [illegible] Mansuetudine, an mansuetior [illegible] militate. semper utrumque [illegible] *Mitis sum & humilis corde.* De[illegible] ge, & in hac schola observa, [illegible] Magistri fortè hanc doctrinam [illegible] dere tibi possent docendo. at Ch[illegible] eam docet infundendo. O Ma[illegible] præstantem! primò dat exerce[illegible] ctrinam, deinde eam intelligere [illegible] est vis ejus sanctissimæ gratiæ. [illegible]

deo dicit verbis tam disertis. *Discite à me*, non ab ipsis meis Angelis, non à Prophetis, non à Prædicatoribus, nec à libris meis, sed à me. Cum Christo ipso in oratione agendum: *quia Dominus dat sapientiam.* Prov. 2. v. 6. alii docent, ipse *dat.* Nemo unus reperietur in mundo, qui hanc praxin aliâ in scholâ didicerit, quàm orationis. Quid rerum ergo, si non discas? nimium feriaris à schola.

4 Considera de tot aliis virtutibus, quas poterat laudare ut proprias, has Christum elegisse, Mansuetudinem & Humilitatem, quia venit istas præcipuè cœlitus afferre. Itaque sicut Mercator, licet valde opulentus, amat singulariter ostentare merces magis peregrinas, sic Christus fecit. O quanta inde ipsum erat in mundo mercis humanæ penuria! *Quærite justum*, dicebat olim Sophonias ceu rarum prodigiũ, *Quærite mansuetum.* sed quid dicere volunt, dicendo *justum?* dicere volunt *humilem*, juxta illud: *Justus prior est accusator sui.* Prov. 18. v. 17. nihilominus non est usus hoc vocabulo, quia ætate illâ vix esset intellectus, tam pauci erant, qui exercerent rem significatam. Deinde quis nescit has duas esse virtutes, quas necesse est hominem Christianum, qui nascitur ad patiendum, frequentiùs deducere ad usum? Non est semper in promptu occasio exercendi liberalitatem, exercendi commiserationem, charitatem, obedientiam, at semper promptissima est occasio exercendi simul Mansuetudinem & Humilitatem, quæ velut sorores solent invicem porrigere manum præcipuè in casibus adversis. Denique Christus venit allaturus in terram illud bonum, quod extra ipsum inveniri nunquam poterat, nempe quietem cordis, ut idcirco eo vix nato ad illam annunciandam descenderint Angeli: *Gloria in excelsis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* porrò ad hanc quietem obtinendam virtutes istæ, ut vidimus, præ cæteris conducunt: & ideo Christus etiam præ omnibus docendas suscepit: *Discite à me &c.*

XIX.

Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. v. 30.

1 Considera, quomodo bene perceptâ maximè ab Exemplo Christi, Mansuetudine & Humilitate, non solùm inventurus sis illam eximiam quietem, de qua universim locuti sumus meditatione præcedenti, sed clarè aspecturus (quemadmodum particulariùs ad propositum nostrum præmissum fuit in alterâ) jugum, ad quod Christus tanquam Dominus Mansuetissimus & Humillimus invitat, sine comparatione portatu esse facilius, quàm quod Mundus imponit tanquam Tyrannus arrogans & inhumanus. id quod

quod plurimum valet ad reddendum quietum illum, qui anceps hæserit, quodnam ex utroque hoc jugo oporteat amplecti. Ideo cùm Christus dixisset: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*: ita prosequitur: *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Per jugum certè intelligenda sunt præcepta ejus Evangelica, quæ non sunt dura sed suavia, & per onus Consilia, quæ certo modo superadduntur jugo, & tamen adeò non aggravant, ut etiam levius reddant. Quod solum superest contemplationi nostræ ad integrè complendam sententiam Christi jam in plures meditationes divisam. Porrò cùm hoc loco dixit Christus jugum suum esse suave, & onus leve, an de hoc jugo & onere absolutè locutus est, an solùm cum respectu ad illud Mundi? utrumque fecit, magis autem posterius, quia volebat, ut omnes illi miseri, qui servientes mundo *laborant* ejus jugum portando, *& onerati sunt* oppressi scilicet illa mole peccatorum, quibus interea onerant seipsos; aliquādo mutarent jugum, mutarent onus, & sic experimento discerent, quàm prudentem fecerint commutationem. Hæc est connexio præsentium verborum cum antecedentibus. & si istâ occasione bene ceperis diversitatem servitutis, quæ ab impiis præstatur mundo, & quæ à bonis præstatur Christo, nonne magnum feceris operæ pretium?

2. Considera, legem Mundi, quod est jugum ab ipso [illegible] intuitu multò suavius appareat, [illegible] legem Christi; quia vult Mundus [illegible] deflectas à more suorum sectatorum quoad fieri potest, propriis habenis [illegible] sequi cupiditatibus. Concupiscentiæ carnis voluptates sectantis [illegible] sensibiles, tum libidinosas. Concupiscentiæ oculorum, quærendo [illegible] majora incrementa opum, & [illegible] res cumulando. & Concupiscentia [illegible] si ita luber appellare spiritus, qui [illegible] Joanne dicitur *Superbia vitæ*, [illegible] rando omnem eminentiam, omnem gloriam. cùm Christus è contra velit te mortificare, quantum potest [illegible] jusmodi concupiscentias. sed [illegible] reverà sine comparatione suavior lex Christi, quàm Mundi, quia [illegible] ficandis propriis cupiditatibus [illegible] tim ita quilibet assuescere potest, [illegible] denique etiam facilè hoc contemnatur. quis autem unquam [illegible] tur, ut illis satisfaciat? imò quo [illegible] eas fover, reddit etiam magis [illegible] insatiabiles, cùm sint foco similes, [illegible] jus flamma non minuitur pabulo, [illegible] augetur. Quæ igitur ista lex est [illegible] gans ad aliquid, quod obtineri [illegible] quam possit? non est hoc [illegible] licem, sed inquietum. Ecce [illegible] nem spectes, multò suavior [illegible] Christi. *Jugum meum suave est*, [illegible] perinde suavior est, quoad [illegible] si Christus aliquid exigat, cui [illegible] nativa propensio, talia [illegible] subministrat, ut operetur [illegible] naturam, animat, assistit, vires [illegible] cuivis oneri ferendo: *Spiritus*

vat infirmitatem nostram. Rom.8.v.26. Non sic agit Mundus. sed hic naturæ tuæ te permittit, & quamvis jubeat æquè ac quemvis alium vivere in luxu, pretiosis uti vestibus, profundere pecunias, extollere te ipsum, non idcirco sortem tribuit aut censum, qui sufficiat, non dotes, non solertiam, nec vigorem, facit potiùs, quod Pharao miseris Hebræis, cùm eos condemnavit ad magnas fabricas, dein verò nec lapides, nec paleas, longè minùs stipendium laboris dedit, qui ad executionem sufficerent. *Ite, & colligite, sicubi invenire poteritis, nec quidquam minuetur de opere vestro.* Ex.5.v.11. Quis ergo dubitet satius fore servire Christo Domino moderato, quàm Mundo, qui se gerit instar tyranni? & sic jugum Christi, jam est suavius: *Mandata ejus gravia non sunt.* 1. Jo.5.v.3. Quî verò fit, quod, quantumcunque etiam propriâ experientiâ cognoscas veritates istas esse indubitatas, abstrahere tamen à Mundo te non possis, ut Christo te tradas? Ah quantum fallis te ipsum æstimando leges eorum, non quales sunt, sed quales à te finguntur. quo quid iniquius esse possit? *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto,* arbitrio tuo, & vis judicare suave, quod est onerosum, & onerosum, quod est suave? Ps.39.v.20.

3. Considera sicut suavius est jugũ Christi quàm Mundi, ita levius quoque esse onus. *Et onus meum leve.* Onus istud ut dicebam, sunt Consilia Evangelica. Ea juncta prioribus, quæ sunt jugum, aliud non addunt, quàm majorem in iis observandis perfectionem. & hoc quoque onus opponitur oneri, quod mundus tuis humeris imponit, iis scilicet peccatis nec paucis numero, nec naturâ suâ parvis, quibus illi serviendo te oneras. Quis igitur non videt, quantò levius sit onus Christi, quàm Mundi? vis nôsse, quantò levius? vide, quantò sit in se ipsâ jucundior vita perfectorum, quàm peccatorum. Primò si præcepta Christi adimpleas etiam perfectione maiore, quàm obligeris, illam consequeris conscientiæ tranquillitatem omnimodam, cui nulla terræ hujus voluptas comparari queat. *Pax DEI, quæ exuperat omnem sensum.* Phil. 4. v.7. & ista opponitur afflictioni inexplicabili, quam onus peccatorum affert animo, prout in prima ex his tribus meditationibus invicem connexis notavimus. Secundò si perfectè imples præcepta Christi, semper majorem ea adimplendi facilitatem comparas, quia hoc est proprium servitii Divini, ut quo quis magis se mortificat, animetur magis: *Cùm infirmor, tunc potens sum.* 2. Cor.12.v.10. atque hoc opponitur depressioni maximæ, quam suo pondere faciunt peccata, cùm paulatim ita enervant spiritum, ut ad bonum omnino debilem, imò inhabilem faciant. Tertiò si perfectè adimples præcepta Christi, securitatem habes quasi infallibilem salutis. *Bonum certamen certavi &c. in reliquo,* hoc est, *in futuro, reposita est mihi corona Justitiæ, quam reddet*

reddet mihi Dominus in illâ die justus Judex. 2. Tim. 4. v. 7. atque hoc opponitur magno timori, quem habere necesse est in peccatis, ne repentè præcipites in infernum, quò illorum onus inclinat. Quodsi ergo etiam concederemus onus impositum à Christo se ipso satis esse grave, ecce quàm subitò desinat esse grave, quando appenduntur tot commoda, quibus sublevatur. at quomodo dici unquam potest Consilia Evangelica in se ipsis esse gravia, si etiam præceptis onus imminuunt? Ideo dicunt Sancti ipsorum onus esse simile oneri alarum, quæ primâ fronte videntur plurimum gravaturæ Aquilas, & aves prædatrices, quæ habent tam vastas, & tamen adeò non gravant, ut etiam promptiores faciant ad librandam corporum suorum molem usque ad summos non alpium tantùm sed nubium apices. Quid tu ergo ais, qui adeò formidas onus ejusmodi suscipere? scio te ad id ferendum non esse obligatum, unde Christus dixit: *Tollite jugum meum super vos.* sed non dixit: *Tollite onus.* quia injunxit equidem omnibus præcepta, quæ sunt Jugum, sed nemini Consilia, quæ sunt onus superadditum jugo. Nihilominus quid refert te obligatum non esse? quando opus aliquod ingens affert lucrum, quis ad ejus executionem obligationem expectat?

4. Considera id, quod ejus sequacibus maximè reddit suave Jugum Christi, & onus leve, haud dubiè esse amorem, quo feruntur in Christum. hic enim est effectus amoris, [illegible] hemens est. facit, ut amans non [illegible] tiat, quod patitur pro amato, [illegible] *Jacob pro Rachel septem annis, & [illegible] bantur illi pauci dies præ amoris [illegible] tudine.* Gen. 29. v. 20. Porro [illegible] more quomodo diligi potest [illegible] qui denique fit Dominus non [illegible] austerus, sed iniquus, perfidus, [illegible] lentus, & proditorius, quamvis [illegible] adeò malè credulis blandiatur? [illegible] illi potiùs adhærere propensione [illegible] tâ naturæ, quæ te inclinat ad [illegible] cupiditatibus tuis inordinatis, [illegible] docet, hoc est ex amore proprio, [illegible] autem amorem proprium nem[illegible] ferre tantum suavitatis, quantum [illegible] amor Christi. tu fortè in statu [illegible] ritatem istam non capis: at [illegible] sanctis, qui eam sunt experti. [illegible] horum commutaret vel uno die, [illegible] illam corporis puritatem, [illegible] pertatem, sua jejunia, flagra, [illegible] ipsos contemptus, adeò mole[illegible] omnibus, quæ polliceri ipsis po[illegible] Concupiscentia carnis, vel Con[illegible] centia oculorum, vel superbia [illegible] magnifica? *Propter quod placet [illegible] infirmitatibus meis, in contumeliis, [illegible] necessitatibus, in persecutionibus, [illegible] gustiis pro Christo.* 2. Cor. 12. v. [illegible] in quo dicat Apostolus: *Placet [illegible]* non in miraculis, non in approba[illegible] bus, non in plausibus, non in tri[illegible] Divinæ suæ Eloquentiæ, sed in [illegible] tudine tribulationum, quas [illegible] pro Christo. Verùm id non [illegible] pertis persuaderi potest. Quid [illegible]

tuâ tuo agere te oportet ? Conare amare Christum, quantum potes, & mox videbis, an cum auxeris aliqua loco tui sit Christus, cùm dixit sequacibus suis suave futurum ipsorum humeris jugum suum, & leve onus. *Jugum meum suave est, & onus leve.*

(o)

XX.

Sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rotâ. Ps. 76. v. 19.

COnsidera, quid sint cuncta illa mala, quæ in hac terra immittuntur nobis à Domino, omnes ærumnæ, omnia adversa. sunt totidem sagittæ, sive consideres, quas cœlo jaculatur, sive ut nos puniat, sive ut probet, sive ut sibi, ne ab illo profugiamus: sagittæ suis neget, terribiles, sagittę acerbę, sagittæ acutæ, sagittæ, quæ penetrant aliquando ad ebibendum non tantùm sanguinem meliorem, sed & Spiritum. *Sagittæ Domini in me sunt, quarum inardescebit Spiritum meum.* Job. 6. 4. Denique sunt sagittæ transeuntes: *sagittæ tuæ transeunt.* Moritur tibi filius? ictus est transiens. tollitur honor: ictus est transiens: auferuntur opes: ictus est transiens: contra te in tribunali pronunciatur sententia; ictus est transiens. *sagittæ tuæ transeunt.* Quid erit illud, quod nunquam transibit? vox erit horrenda, quâ Christus intonabit in auribus peccatorum, cum extremo die eos à se arcendabit, dicetque iratus: *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Hæc est vox, quæ æternum resonabit in auribus reproborum, æternum affliget, æternum occurret, quin unquam ab illa possint avertere animum: imò omni tot sæculorum gyro quovis momento tam vivam ejus speciem habebunt, quasi tunc audirent ex ore Christi Judicis. adeóque non erit illa vox transiens, uti sunt nostræ, sed erit vox stabilis, vox firma, qualis est Divina, & licet quadam effectûs sui successione transeat, ita transibit, ut transire nunquam desinat, quia moru quodam perpetuo insistet illa semper Rotæ æterniratis, & in corde Reproborum eundem cum prima producet effectum. *Vox tonitrui tui in rotâ.* Quî igitur fieri potest, ut tantopere te perturbent mala temporalia, quæ transeunt instar sagittarum, & consequenter vim non habent denuò revertendi, & tamparùm te moveant æterna, quæ transeunt quidem, sed quasi in circulum eundo semper, & nunquam abeunt?

2. Considera, quare vox illa, quâ Christus pronunciabit in Reprobos decretoriam damnationis sententiam, dicatur *vox tonitrui.* tribus ex capitibus sic vocatur. propter principium, propter proprietatem, & propter effectum suum. 1. ita vocatur propter principium suum. enimverò numquid nôsti, unde procedat vox propria tonitrui? Procedit à victoria, quam deni-

que reportat vapor, quando perfractis nubibus, quibus densatus & constrictus tenebatur, erumpit liber captivitate suâ, sèque per aërem furibundo impetu diffundit. A simili principio procedet horrida vox Christi Judicis, nempè à victoria, quam ira ejus justissima tamdiu retenta & repressa à Patientia denique referet illo atroci die, qui propterea *dies iræ* appellatur, quia ira tunc non amplius quasi captiva tenebitur, uti nunc in corde Christi, sed tantò vehementiùs prorumpet, ut se in audaces illos diffundat, quantò diutiùs retinebatur, ne erumperet. *Tacui, semper silui, patiens fui, ut parturiens loquar.* Isa. 42. v. 14. & tu non dubitas modò ex hoc ipso capite provocare ad iram, quia tacet? II. Vox ista Christi *vox tonitrui* vocatur propter suam proprietatem, nempe resonandi magno cum sonitu. *Vox tonitrui ejus verberabit terram.* Eccl. 43. v. 18. Etiam Angeli die illo insonabunt, sed quâ voce? voce tubæ duntaxat: quia qui audietur in una parte mundi, non audietur in altera. Aliàs quid esset necesse plures mittere? Christus insonabit voce tonitrui, & tonitrui horrendi. *tonabit voce magnitudinis suæ.* Job. 37. v. 4. quia simul à quatuor mundi partibus audietur: unde pariter hîc dicitur vox ejus datura sonum *in rotâ*, hoc est, *in orbe. vox tonitrui tui in rotâ.* III. Vox ista Christi *vox tonitrui* vocatur propter suum effectum, nempe terrorem inexplicabilem, cujus futura est causa. *A voce tonitrui tui formidabunt.* Ps. 103. v. 7. hæc faciet, ut damnati non solùm horrore se vertant ad montes exorandos, ut cadant ipsos, ad marmora, ut comminuant molares, ut comminuant, subito terra dehiscens omnes deglutiat profunda abyssi. sistetamen per, ne pondera verba illa: *Discedite maledicti in ignem æternum:* quod quoddam quasi compendium omnium atrocium, quas omnipotens mere Ira Divina posset, & videtur illa non sint verè incussura tantum maximum. Nunc dici potest loquitur Dominus, nunquam tonitrui, quia nunquam vehementer irascitur: *Nunc non infert furorem suum valde.* Job. 35. v. 5. cùm adveneri dies iræ, & tamen quanti sit causa terroris, disrumpat aëre turbinem excitet, vel tantum in ædibus. Quidergo loquetur voce tonitrui? *Cum vam stillam sermonis ejus audierit quis poterit tonitrua magnitudinis intueri?* Job. 26. v. 14.

3. Considera, quomodo vox tonitrui futura dicatur *in rotâ*, illùm quia implebit totum terræ suâ fortitudine, uti supra ctum, sed etiam quia implebit ambitum æternitatis nunquam dæ furore suo. Perpende tecum ipso, quàm vastum quod impleri oportet. si in æternitatis ineundus esset numerum nutorum, quibus ad eum est opus, an supperet veniendi, quamcunque rithmeticus, eâ facilitate, tur numerus granorum, opus ad implendum totum

terræ usque ad summum apicem firmamenti? Ajunt isti, decem millia millionum, millionum, millionum, millionum, millionum, millionum, millionum granorum, quæ sint tam minuta, quàm tenuissima papaverum semina, spatium istud implentia. Sed quid hæc omnia essent respectu æternitatis? si in ejus vastissimo ambitu omnes istos acervaveris millones paulò antè recensitos, non decem minutorum, sed etiam seculorum, nihil planè feceris. & si totidem alios, nihil, & si totidem alios aliósque, minus nihilo. tantum restabit semper vacuum implendum, quantum primò fuit. omnia absorbet. ô voraginem immensam! quid igitur de te fiet, si in illam incidas abyssum, ubi aliud non est nisi locus pœnarũ. quantum potes, in altum assurge: aliàs actũ erit tecum. *perditus in æternum eris, ait Dominus.* Jer. 51. v. 26. quia rota æternitatis seu bonæ seu malæ non moveretur, uti stulti quidam dicunt de rota fortunæ, stat semper firma: qui in ea semel eminet, semper eminebit, qui deprimitur, semper deprimetur. Volvetur tempus, sed non volvetur sors & conditio hominis, qui non amplius habet tempus operandi bene.

Nunc ergo, dum tempus est, operare.

* * *

XXI.

Quæ seminaverit homo, hæc & metet. quoniam qui seminat in carne suâ, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu & metet in vitam æternam. Gal. 6. v. 8.

COnsidera, quomodo nobis vita præsens sit tempus seminandi, & futura metendi. Id ergo cum proportione metendum erit in futurâ vitâ, quod nunc fuerit seminatum in præterit. *Quæ seminaverit homo, hæc & metet.* Semen sunt opera, messis, ut omnes sciunt, merces operibus respondens sive præmij sive pœnæ. Qui seminaverit triticum, triticum colliget, & qui seminaverit lolium, colliget lolium: hoc est, qui bonum fecerit, habebit bene, malè verò, qui fecerit malum. *Filius hominis venturus est in gloriâ Patris sui, cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundùm opera ejus.* Matt. 17. v. 27. Ista lex est, meo judicio, maximè tremenda, quæ inveniri possit, quia nullam exceptionem admittit, ad omnes spectat, omnes obligat, omnes ferit. & ideo eã Apostolus promulgat formulâ, qualis hęcest, adeò universali. *Quæ seminaverit homo, hæc & metet.* Quiscunque sit sive Princeps sive plebeius, non respicietur facies cujusquam. uti homo est, ita subditus est legi, & ita subditus, ut æternum sperare dispensationem non possit.

Quid agis igitur, quòd tam parum attendas aliquando operibus, quæ facis? bene adverte omnia hæc opera esse semen, quod sine fructu esse non possit: & ideo cave, ne temere manibus excidant. attende imprimis instar seminantis, sintne bona, an mala. si bona, sparge strenuè, quia bene habebis. *Dicite Justo, quoniam bene: quoniam fructum adinventionum suarum comedet.* Is. 3. v. 10. Si verò mala, miserum te, time, & contremisce, ô quantum tibi imminet mali! *Væ impio in malum; Retributio enim manuum ejus fiet ei.* Is. 3. v. 11.

2. Considera, quomodo providus agricola, ut bonam messem colligat, non solùm satagat spargere bonum semen, sed etiam in solo bono; aliàs perinde erit, ac si seminâsset malum semen: *Quæ seminaverit, hæc & metet.* Verum namque est, quòd solum bonum malum semen reddere non possit bonum, at è contrario solum malum reddit malum etiam bonum semen illud depravando. & sic facit denique messem quoque esse malam. *Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt.* Jer. 12. v. 13. Porro hac cautelâ agendum tibi quoque esse persuadeas. habes in te ipso duplex quasi solum sed diversissimum, Carnem & Spiritum. Spiritus est solum purum, pingue, fecundum: Caro verò est solum adeò putridum & malignum, ut corrumpat etiam bonum semen, quod recipit, faciatque malum, hoc est, dignum pœnâ, quod præmio dignum erat. & ideo hîc dicit Apostolus: *Qui seminat in carne suâ, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de Spiritu & metet vitam æternam.* Dicitur seminare in carne, qui operatur in commodum ipsius carnis: ille in Spiritu, qui operatur in commodum Spiritûs. Attende igitur, non sufficit opera tua aliàs esse bona, insuper seminanda sunt in Spiritu, id est, dirigenda in commodum Spiritûs. quamprimùm dirigis in utilitatem carnis, ecce jam in carne seminas, & tecum agitur: non potes metere nisi corruptionem. *Qui seminat in carne suâ, de carne & metet corruptionem.* Explico. si in largiendo sis liberalis, seminas bonum semen, at si ambitiosus giaris pro genio tuo, expendendo crapulas, luxum, lascivias, ornatus profanas; ecce in carne seminas, pro sensualitate ipsius expendas. si prædices, seminas bonum semen, si hoc facias ad quæstum, seminas in carne, quia prædicas pro arbitrio ipsius. Si patiaris, seminas bonum semen, at si patiaris, ut gloriam humanam, seminas in carne, quia pro ejus Ambitione patieris. autem posito non potes expectare messem pestilentem, quale scilicet solum, in quo seminas; quia corruptum etiam corrumpit semen, quæ est causa, cur dicat Apostolus: *Metet corruptionem*, quia omne corruptibile in fine deficit. Eccl. v. 20. Si colligere velis messem lem, non solùm semina bonum semen, sed id semina in Spiritu, hoc est, sic age, ut satisfacias ulli ex

cibus inordinatis, quæ in carne tuâ dominantur, age, quod agis, propter vitam æternam, & tunc non solùm corruptionem non metes, sed metes vitam, & vitam metes æternam. *Qui autem in Spiritu, de Spiritu & metet vitam æternam.* Spiritus dat vitam: *Spiritus est, qui vivificat.* & sic Spiritus dat germina vitæ. Spiritus est æternus, quia nunquam moritur, & sic Spiritus dat germina vitæ æternæ. In quo igitur solo meritò spargendũ puras semen tuum? carnis, an Spiritûs? verum est nunquam fore, ut in alieno tuo prædio illud eligas, quod adeò frustratur labores tuos, & tu eliges in persona tua? Nota ergo, Apostolum, cum de homine loquitur, qui statuit labores suos impendere in utilitatem carnis, dicere *in carne suâ*: at cùm deinde de eo loquitur, qui statuit impendere pro utilitate Spiritûs, non dicere: *in Spiritu suo*, sed *in Spiritu*; quia caro nobis venit quodammodo à nobis; & ideo meritò nobis adscribitur. Spiritus autem totus est à DEO. hac verò ratione quid mirum carnem quoque & Spiritum producere germina tam diversa? A nobis, cui seimus, non possumus polliceri nobis nisi pessima. *Fili non semines mala in Sulcis injustitiæ*, quales sunt illi Carnis, *& non metes ea in septuplum.* Eccl. 7. v. 3.

3. Considera, si, quamprimùm homo bene agit in hoc mundo, etiam haberet bene, & quamprimùm malè agit, etiam haberet malè, utique cautius processurum in quovis opere suo. sed hoc parum te moveat. nam ob hanc ipsam causam operatio hominis semini comparatur, quia non statim respondet præmium vel pœna, sed tempus requiritur. *Qua seminaverit homo, hæc & metet.* non ait, *Metit*, sed *metet.* Ita est, contingit aliquando justissimo DEI judicio subitò alicui præmium decerni vel pœnam. sed hic est casus à communi lege exorbitans, qualis fortè fuit Isaaci, qui dicitur eodẽ anno, quo seminavit in agris Gerari, messuisse, & messuisse centuplũ, quia DEUS modo speciali benedixit. *Sevit autem Isaac in terrâ illâ, & invenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus.* Gen. 26. v. 12. Ordinariè contingit expectari tempus à DEO messi præfixum, *tempus retributionis.* Eccl. 18. v. 24. quod non est vita præsens, quâ seminamus, sed futura. Itaque si feceris malum, ne dicas, hoc feci, nec idcirco recepi malum: Ne dixeris: *Peccavi, & quid mihi accidit triste?* Eccl. 5. v. 4. quia, si peccâsti, seminâsti, satis esto: metes, ne dubita, suo tempore malum illud, quod fecisti. *Qui seminat iniquitatem, metet mala.* Prov. 22. v. 8. & si feceris bonum, ne dicas. tam diu jam pergo operari bene, & tamen nullus adhuc apparet fructus operis: *Quare jejunavimus, & non aspexisti: humiliavimus animas nostras, & nescisti.* Is. 58. v. 3. Patientiam habe, fructum colliges opinione tuâ majorem. *Seminanti justitiam merces fidelis.* Prov. 11. v. 18. non *subita*, sed *fidelis*, fidelis propter certitudinem, fidelis propter abun-

abundantiam, fidelis propter stabilitatem. non vides, quantâ patientiâ agricola expectet messem suam, quamvis sentiat se propè enecari fame. *Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum.* qui sunt primi fructus, *& serotinum*, qui sunt postremi. Jacob. 5. v. 7. noli ergo anhelare ad messem præmaturè in herba [illegible] desiderans, ut te DEUS [illegible] in hac vita: id enim si faceret, [illegible] nè non prodesset. Expecta [illegible] tisque ad alteram, quæ [illegible] cunctabitur venire. *Patien[illegible] estote & vos, & confirmate corda [illegible] quoniam adventus Domini [illegible] quavit.* Jac. 5. v. 8.

XXII.

Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo me[illegible] non deficientes. Gal. 6. v. 9.

1. CONsidera, quomodo consequenter ad id, quod speciatim sub finem præcedentis meditationis expendimus, cùm dixisset Apostolus: *Qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu & metet, vitam æternam*, mox subjunxerit verba ista, argumentum præsentis: *Bonum autem facientes non deficiamus &c.* quippe cùm tantus sit proventus seminantis in Spiritu, æquum omnino est, nisi sensu caret, ut tempus non perdat. *Manè semina semen tuum*, incipiens à puero bene agere, *& Vespere ne cesset manus tua*, id etiam prosequens in senectute: *quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud:* quia sciri non potest, quodnam è seminibus futurum sit magis quæstuosum, id, quod manè, an quod vesperi seminatum est: *& si utrumque simul, melius erit.* Si ambo tantundem fructûs gignant, tantò erit melius. Eccl. 11. v. 6. Tres igitur sunt causæ, quæ facere possunt, ut is, qui seminat, [illegible] abrumpat laborem, qualis hic [illegible] parùm molestum. Tædium, [illegible] tristitia. & istæ facere possunt [illegible] ut cesses operari bene, [illegible] Prima est tædium, quia semina[illegible] bor, lapsu temporis creat [illegible] cùm huic operi nihil misceatur [illegible] ptatis: unde facilè contingit [illegible] optimè procedit, ex pigritia [illegible] Idem accidit in operando bene, [illegible] mè subeunte nauseâ. Itaque [illegible] su excute tædium tam malign[illegible] gerendo tibi, quod, *qui parcè [illegible] parcè & metet.* 2. Cor. 9. v. 6. [illegible] multum metas, necesse est, ut [illegible] semines, & ut multum semines, [illegible] duitate est opus. Altera causa [illegible] mor, quia, qui seminat, expo[illegible] injurijs cœli; & ideo sæpe illi[illegible] tu domum se recipit, cùm non [illegible] ret. ita qui bene operatur, [illegible] mittit aliquando: cur? ob [illegible]

aliquem molestum, quem sentit surgere, sive tentationis, sive tribulationis, sive consilij contrarij, quod à pravis hominibus datum illi fuerit. Porrò oportet hoc loco bene meminisse sententiæ: *Qui observat ventum, non seminat.* Eccl. 11. v. 4. Ut multum semines, contemnendi sunt flatus etiam Aquilonum, & sic secundo loco animositate est opus. Tertia est tristitia, quia, qui seminat, privat se ipsũ tritico, quod habet, & ideo, quamvis sciat se illud non proijcere, sed exponere, ut ita dicam, ad usuram, nihilominus haud satis credit sibi ipsi, & sic non eâ alacritate operatur, quâ metentes solent. *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua.* Ps. 125. v. 6. Idem in casu nostro accidit. exigua fides hominum facit, ut videantur illa proijcere, & jacturam pati, dum in Spiritu seminant, cùm tamen centuplum sint denique accepturi pro uno. Itaque fortiter insiste promissis Christi. ista facient, ut non solùm operetis assiduè, non solùm animosè, sed & hilariter. *Qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.* Jo. 4. v. 26. quippe hoc discrimen est inter sementem materialem, & spiritualem, quòd materialis aliquando fallat, & ideo mirũ non est, non esse tam lætum, qui spargit triticum, quàm qui metit. at spiritualis semper est secura, & ideo is, qui operatur bene, contentus esse debet, quasi jam possideret prœmium: *Fructus justitiæ in pace seminatur.* quia quoad istum non est timenda tempestas, quæ invadat. Jac. 3. v. 18.

2. Considera ad sublevandum laborem miseri coloni, dum seminat, & ad tribuendam illi tum animositatem, tum lætitiã, nihil ita conducere quàm cogitationem messis. *Debet in spe, qui arat, arare.* 1. Cor. 9. Unde dicit Apostolus: *Bonum autem facientes non deficiamus:* & mox pergit: *tempore enim suo metemus non deficientes.* quid autem vult dicere, cùm ait: *metemus non deficientes?* Vult dicere; *metemus, si non defecerimus.* Hæc quippe est conditio maximè illi necessaria, quisquis vult metere fortunata germina illius Beatitudinis, quæ Deus in vita futura nobis præparat, ut in præsenti non cesset seminare in Spiritu propter ullum, quod opponi possit, obstaculum. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* quàm primum desinis seminare in Spiritu, & incipis seminare in carne, totum est perditum. *Germinabit quasi amaritudo judicium super sulcos agri.* Os. 10. v. 4. Verum est alios SS. Patrum prædictis verbis alium duplicem tribuere sensum. Primò *metemus non deficientes*, quia messis, quam in Cœlesti gloriâ colligemus, felicitatis, solatij, satisfactionis, messis erit nunquam finienda. *Qui seminaverit in Spiritu, de Spiritu & metet vitam æternam.* Quodsi messis futura sit perpetua, nonne æquum est, ut paucis hisce diebus vitæ ad seminandum destinatis à DEO ob lassitudinem aliquam manũ non retrahamus ab opere? *Noli cunctari in tempore angustiæ.* Eccl. 10. v. 29. hoc est, in tempore tam compendioso,

dioso, tam brevi, ut est præsens; quia præmium nobis à DEO propositum semper novum sumet initium. *Si homo non imposuerit finem operi, nec Deus imponet remunerationi. Aug.* Secundò *metemus non deficientes*, quia messis futura in Paradiso nullo modo est similis isti, quæ fit in terra. In terra est equidem opus lætum, sed laboriosum, quod citò enervat homines etiã viribus robustos. At in Cœlo opus est meræ delectationis, in quod si simul omnes impendamus facultates nostras, nunquam erit periculum languoris. *Metemus non deficientes.* Hoc autem quid est nisi signum maximæ voluptatis, quæ in hac messe sentitur? omnes mundi hujus recreationes denique fastidimus. illa semper tenebit alacres vegetósque instar comædiæ, quæ in pulcherrimo theatro recèns exhibetur. *Quis satiabitur videns gloriam ejus?* Eccl. 42. v. 26. Quid igitur deduces è duabus istis genuinis expositionibus à me allatis, nisi semper hîc esse seminandum in utilitatem Spiritûs, quamvis id præter morem tibi accideret molestum? *Nolite deficere benefacientes.* 2. Thess. 2. v. 1. quia messis multò erit pulchrior, quàm credi possit. *Qui seminant in [illegible] mis, in gaudio metent.* Ps. 125. v. [illegible]

3. Considera, quomodo [illegible] nendam tam beatam messem, [illegible] loquimur, ita ut non sit certa [illegible] xat, sed copiosa, demum non [illegible] spargere bonum semen, nec [illegible] in solo bono, nec facere reliqua, [illegible] in duabus meditationibus [illegible] ctis dicta sunt. Oportet insuper [illegible] ri semen sparsum contra volucres [illegible] paces, quæ semper illi inhiant, [illegible] námque est per se una obligatio [illegible] boni seminatoris, etsi non [illegible] sa. Sed quomodo tueberis [illegible] men? tegendo. ita Humiles [illegible] isti summâ curâ tegunt, quidquid [illegible] ni faciunt in utilitatem Spiritus [illegible] ideo maximum inde lucrum [illegible] tant. cùm jactabundi id facile [illegible] stentent, atque ideo vel totum [illegible] magnam partem amittant. *[illegible] stis multum, & intulistis parum* [illegible] 1. v. 6. Quæ igitur causa est, [illegible] è bono, quod facis, parùm [illegible] ras? Non tegis, cùm id tegere [illegible] teret. *Volucres Cœli*, quæ sunt [illegible] tes vanæ gloriæ cogitationes, [illegible]

Cœli comederunt illud.
Luc. 8. v. 5.

XXIII.

Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in [illegible]
Eccl. 34. v. 7.

1. COnsidera tantam esse similitudinem, quæ inter bona temporalia, & somnia intercedit, [illegible] Interpretes hoc loco sine dubitatione [illegible]

somniorum nomine memorata bona intelligant. Et sanè quemadmodum somnia solùm æstimantur à dormientibus, à vigilantibus verò ridentur, ita contingit in bonis hujus miseræ terræ. Qui sunt, qui tanti ea faciunt? sunt hi, qui dormiunt: hoc est illi, qui, cùm habeant intellectum malis vaporibus offuscatum, judicant de rebus, non ut revera sunt, sed prout illas vanè Phantasia repræsentat. Sancti verò, qui juxta mandatum inculcatum à Christo semper vigilant, hoc est, non permittunt obnubilari intellectum, ô quàm parvi illa faciunt! Tu quid ages, ut eadem, sicut par est, contemnas? Vigilabis. *Igitur non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus.* 1. Thess. 5. v. 6. Dæmon, quantum potest, conatur animo tuo conciliare somnum adeò nocivum. Ideò procurat, ut omittas orationem mentalem, quæ ad eum propellendum maximè conducit: ideo exosa tibi facit opera pœnitentiæ; ideo invitat ad conversationes, oblectamenta, diverticula, ut hac ratione augeantur vapores, qui sursum in caput ascendunt, & vel invito claudant oculos. Non ita: sed vide oppositum illi, quod dæmon à te postulat, & sic semper vigil contemnes ea, quæ, si obdormisces, valde pretium est, ut æstimes. non audisti, qui sint illi, qui tantopere amant somnia? sunt hi, qui dormiunt: *Dormientes*, inquit Isaias, *& amantes somnia.* Is. 56. v. 10. adeò ista inter se sunt conexa.

2. Considera somnia dici multis sæpe illusisse. *Multos errare fecerunt somnia.* & sic multis pariter illuserunt hujus terræ bona. imò quàm multis etiamnum illudunt, & eo genere & modo illusionis, qualis esse in somnijs solet. Suaviora somnia duobus modis illudunt: vel persuadendo te tùne esse felicem, dum miser es, ut illi mendico contigit, qui somniabat suas esse, quotquot ad portum appellebant, onerarias. vel promittendo te saltem fore talem, uti multis accidit, qui quotidie somniant se futuros Præsules vel Papas, cùm deinde Romam venerint, nec aditum in aula reperiunt. Et sic etiam faciunt hujus mundi bona, divitiæ, clientelæ, applausus, honores faciunt, ut putes te esse felicem. Sed non est ita. imò tunc miserior es, quàm unquam aliàs, quia versaris in summo pereundi periculo, & non agnoscis. *Somnia extollunt imprudentes*, hoc est, *extra se tollunt.* adeò repentè hominem eripiunt sibi. Eccl. 34. v. 1. quodsi aliquando id consequi non possunt, ut te felicem esse persuadeant, tot sunt curæ, quas in dictis bonis tunc sentis, amaritudines, & angustiæ; nihilominus spondent te fore felicem. Sed ne credas; quia si facere felicem possent, nunc sanè facerent. *Qui nititur mendacijs*, quid agit? *hic pascit ventos*, nempe Spiritus suos ambitiosos: sed *idem ipse sequitur aves volantes.* quia eò pervenire non potest, quò aspirat. Prov. 10. v. 4. Imò verò an nescis, quid de somnijs dicatur? dicitur ea plerumque prænunciare oppositum illi, quod accidit. Idem fit in bonis hujus Mundi. promit-

tant dare felicitatem, & postea dant miseriam. ut ideo dicatur : *Exciderunt sperantes in ipsis*, hoc est, *exciderunt a spe, quam falsò conceperant.* ita cuidam contigit, quem refert Gregorius Dial. l. 4. c. 49. qui somniabat adhuc multos vitæ annos sibi reliquos futuros, atque ideo se impendit colligendis, acervandis, cumulandis pecunijs, metuens, ne fortè sufficiens peregrinationi suæ viaticum deficeret aliquando. his ipsis laboribus fractus miser brevissimo tempore occubuit, & magno suo ludibrio deprehendit longè plus sibi superesse viatici quàm viæ. Cave, ne idem tibi contingat. Somnias vitam tibi fore diuturnam. *Anima habes bona posita in annos plurimos.* & sic vivis pariter quasi securissimus pertingendi ad scopum tibi ab imaginatione tua præfixum. Eja ergo attende, ne hac ipsâ nocte tuis quoque auribus insonet vox illa terribilis, quæ clamet : *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, & quæ parâsti, cujus erunt?* Luc. 12. v. 20. Hæc est sors illorum, qui credunt somnijs.

3. Considera, cùm dixisset hîc Sapiens : *Multos errare fecerunt somnia*, non idcirco subjungi : *Exciderunt habentes ipsa*, sed *sperantes in ipsis.* malum enim non in eo consistit, quòd quis habeat somnia etiam multa, quæ maximè blandiantur, sed in eo, quòd illis fidem adhibeat. idem accidere puta interrenis bonis. Verum est, ubi *multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates.* Eccl. 5. v. 6. quia difficile est earum nullam habere rationem, etiam minimam, nihilominus malum hoc non consistit in possidendis bonis, quantumvis copiosis. Possedit Henricus Imperator sanctissimus celebris, possedit Gregorius, Casimirus, Ludovicus Galliæ R. horum nullus hinc damnum sed commodum, quia noverat impendere propter DEUM. in eo consistit, quòd confidat nis, quasi beare possint eum magis abundat. atque studere cavere maximè oportet. ideo de somnijs hic dicit Sapiens : *enim errare fecerunt somnia.* majorem hujus rei confirmationem nota non dici : *Multos enim errare fecerunt somnia*, sed : *errare* quia propriè loquendo, somnia decipiunt quemquam, ut rudi loquendi modo paulò antè dixi mus : dant autem alijs occasionem ceptionis. hoc est, quod ait Deus *Non sit in te, qui observet somnia* 18. v. 10. Non sunt certe quæ te decipiunt, quia ipsa permit ut credas de ipsis, quod lubet, etiam tam variè credunt, & sa prudentes & fatui. Tu es, qui pis te ipsum : quia dormienti plures facis quàm sunt, occa & contemnes. *Velut somnium gentium Domine, in civitate tua ginem ipsorum ad nihilum rede* 72. v. 20. Qualis est hæc imag qua sermo est? Est felicitas Mo norum, felicitas non vera, sed ima naria. Jam verò ista felicitas, multis videtur tantâ mole consti

sta, sita vis, subitò evanescet instar somnii, modò evigiles. at ubi evigilabis? in oratione. ista est illa Jerusalem, ubi DEUS se dat cognoscendum in terra clarâ luce, & ideo ibi, qui dormiebat, evigilat, & evigilans momento videt, quod dormiens tanti faciebat: & ipse quoque fatetur felicitatem amatorum Mundi totam transire in nihilum. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti. velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna.* Job. 20. v. 7.

* * *

XXIV.

S. Bartholomæus Apostolus.

Pro justitiâ agonizare pro animâ tuâ: & usque ad mortem certa pro justitiâ. Et DEUS expugnabit pro te inimicos tuos. Eccl. 4. v. 33.

1. COnsidera Justitiam nostram esse DEI gratiam, hæc enim est, quæ nos justos facit. jam ergo si de hac Justitia agatur, cogita agi de toto homine: *Hoc est enim omnis homo.* Eccles. 12. quid est homo quicunque sine Gratiâ? non est dignus vel nomine hominis: quia longè miserabilior quovis bruto exstit, quovis stipite, quovis lapide, qui aliquo tandem modo in statu suo amantur à DEO: cùm ille in suo nomum quantum odio habeatur. Quoties igitur de hoc agitur, ut patiaris pro servanda DEI gratia, *pro justitiâ*, pugnare usque ad ultimum spiritum, *pro animâ tuâ*, hoc est, *pro virtute tuâ*, te totum impendendo. *Agonizare*, ita Græcè *agonizare*. Redigi oportet, si forte necesse, etiam ad agonem, ita ut nulla sit separatio tam plena doloris, separatio à tuis, à tuo, à te ipso, quam non tolleres. Grande est hoc pretium Gratiæ Divinæ, ut ad tantam pro ea conservanda veniatur abscissionem, quâ ad agonem usque redigaris. *Pro justitiâ agonizare pro animâ tua.*

2. Considera pro gratia DEI te non redigendum duntaxat ad statum agonizantis, hoc est, quantum potest, cum morte luctantis, ne vitam eripi sibi patiatur, sed etiam ad statum morientis: quatenus vitam potiùs adimi tibi sustines, quàm ut Gratiæ talis facias jacturam. atque hoc est, quod ait: *& usque ad mortem certa pro justitiâ.* Non solùm dicit usque ad horam mortis fideliter certandum nunquam armis depositis, sed dicit certandum usque ad mortem fortiter sustinendam. Duplex est mors, una propria, altera metaphorica, morte propriè dictâ moriuntur *pro justitiâ*, qui potiùs se patiuntur absumi flammis, lacerari ferro, à feris laniari, quàm ut velint rebus consentire

iniquis. & ad hanc mortem solùm parandus est animus, atque in hoc casu sui debiti admonendus, moriendi priùs ignibus exustum, confossum pugionibus, venis exsectis laniatum, quàm peccandi. *Usque ad mortem certa pro Justitiâ.* morte metaphoricâ quoquotidie moriuntur illi omnes, qui cum Apostolo possunt dicere: *quotidie morior.* 1. Cor. 16. v. 3. nempe per integram sui abnegationem, quâ quodammodo se vitâ privant. atque huic morti, si necesse sit ad conservandam Gratiam Divinam, etiam te subjici oportet, ita ut in hunc finem vel religiosa intrare claustra non recuses. Claustra, inquam, Religiosa, quia in his solis verè reperitur mors tam pulchra, ut censeatur æquivalere martyrio, ob solemne votum obedientiæ perpetuæ, quod ibi nuncupatur. Neque mirum est, quia dum abnegas te ipsum reliqua duo exercendo Consilia Evangelica Paupertatis & Castitatis, adhuc potes tibi vivere, ut libet, potes esse pauper, & adhuc tibi vivere; potes esse castus, & adhuc tibi vivere, quia cetera potes arbitratu tuo vivere. at cum abnegas te ipsum per exercitium obedientiæ perpetuæ, non potes tibi vivere, jam es instar mortui: quia obedientia gladius est, ut loquitur Gregorius, qui caput à trunco abscindit, nec permittit ut deinceps tuo te capite gubernes. *Repressâ arbitrii tui superbiâ, gladio præcepti te immolat.* L. 35. Mor. c. 10. & huic morti, ut dixi, etiam promptè te subjicere oportet pro justitia. sensus est, si cognoscas conservandi DEI gratiam verum pro te modum si non unicum [illegible] ingressum in monasterium Reli[illegible] disciplinæ studiosum, ad eum te [illegible]gari. *Usque ad mortem,* etiam [illegible]*vè, usque ad mortem certa pro* [illegible] Gratia DEI nonne vita est, quæ [illegible] plus valeat quacunq; vitâ [illegible]di? *Gratia DEI vita æterna.* Ro[illegible] vers. 23. Bene igitur pro vita [illegible] exponi potest discrimini vita [illegible]ralis.

3. Considera id, quod dictum [illegible]ctenus est, non posse cogitari [illegible] hominis inferiore absque summo [illegible]rore, quia illa naturâ suâ vehem[illegible] abhorret ab omni agone, & long[illegible]gis à morte quacunque. sed [illegible] dicitur, ut certes. *Certa pro* [illegible] Pars superior fortiter resistere [illegible] inferiori, donec vincat, numquid [illegible] inferior etiam horret objicere [illegible]pis? & tamen tam multi in bello [illegible]jiciunt, iste ut Principi terreno [illegible] ille amore lucri, alius ambitio[illegible]riæ, alius alio respectu simili [illegible] momenti. Itaque pars superior [illegible] casu nostro dicere inferiori debet [illegible]tientiam habe, & patere, ut ego [illegible] faciam pro DEO, quod tot alii [illegible]rentur facere quotidie, ut [illegible] Mundo. Corona non datur, [illegible] eam armatâ manu obtinuerit. [illegible] *coronabitur, nisi qui legitimè certa*[illegible] 2. Tim. 2. Idcirco Justitia [illegible] suam habet facilè omnium pulch[illegible]mam: *in perpetuum coronata* [illegible]*phat.* Sap. 4. v. 2. quia Justitia, [illegible] est Gratia Dei, conservari nequit [illegible] longo certamine tam interno quam [illegible]

certo, unde sequitur: *incoinquinatorum certaminum præmium vincere.* ibid.

4. Considera certamen non solùm ordinari ad conservandum parta, sed etiam ad acquirendum. Ideo, cùm hic dicitur: *Pro Justitiâ agonizare*, & cùm dicitur: *& usque ad mortem certa pro Justitiâ*, semper utrumque intelligi, *& pro justitiâ retinendâ, & pro justitia acquirendâ*, quia quivis gradus ulteriorîs Gratiæ Divinæ meretur, ut omnem feras ictum quamcunq; doloriferum, omnem agonem, omnem angustiam, imò mortem ipsam crudelissimam. Quo posito, tametsi in mundo salutem consequi posses, quantò tamen amplius consequi in Ordine Religioso potes? quare igitur non animosè pro ea acquirendo tibi moreris, collum submittens gladio, qui parem faciat martyribus Paradisi? si Religiosus jam es, potes equidem fervore operum accelerare tibi mortem naturalem, quod concedo: sed potes quoque majorem facere Gratiæ proventum. Esto igitur, decem annis minùs vivas, quidni fiat? *Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti & auri*, pro quâ tamen in ipso Mundo tam multi quotidie vitam sibi imminuunt. Prov. 3. v. 14. Occurrent tibi, & summo furore aggredientur illi Lupi, quorum faucibus eripere labora miseras oviculas ademptas Christo. Aggrediantur sanè, quid refert? O quantum lucraberis eripiendo aliis arres suas malignas! si operi tam digno animori necesse sit, dic cum Apostolo: *Nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quàm me.* Act. 20. v. 24. Hoc enim verò est certare non solùm *pro retinendâ justitiâ*, de quo in puncto præcedenti dicebatur, sed etiâ *pro aquirendâ.*

5. Considera te fortasse dicturum, quod ab ejusmodi conatu abstineas ob virium tuarum imbecillitatem. sed ideo denique Sapiens adjungit, adfuturum tibi DEUM. *DEUS impugnabit pro te inimicos tuos.* Ita est, non dicit: *Pugnabit pro te*, quia tuum est pugnare. dicit autem: *expugnabit pro te*, quia ipsius est pro te superare. Tu te ipso nihil potes; quis ignorat? sed modicù illud age, quod potes juxta modum auxiliorum, quæ DEUS per intervalla largitur: & interim eum roga, sed ex corde, sed continuò, ut ipse dignetur rebelles tuos expugnare. Tales sunt appetitus tui inordinati, amor sanguinis, amor conversationis, amor comoditatis, amor gloriæ. Istis ad obsequium reductis, quis porrò erit, cum quo confligere formides? *Peribunt viri, qui contradicunt tibi: quæres eos, & non invenies, viros rebelles tuos.* Is. 41. v. 12. tunc posses despondere animum, si tuum esset pugnare & vincere. sed non ita est. DEI est vincere: *Expugnabit pro te.* imò DEI est subministrare tibi vires pugnandi. *Ego Dominus DEUS tuus, apprehendens manum tuã, dicénsque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.* ibid. Unum igitur solum superest, ut nunquam quasi pertæsus cooperari ejus sanctissimæ gratiæ arma projicias.

cias. tunc enim plurimum contra te prævalerent inimici. Ceterùm si Deus jam *non expugnat illos*, ne id te affligat: certò *expugnabit*: quia verbum est fidei, ut advertis: *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* Prov. 12. v. 1.

* * *

XXV.

S. Ludovicus Rex Franciæ

Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis: sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic devorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit. Isa. 51. v. 8.

1. COnsidera, quantum in vita spirituali damnum tibi creet metus ludibriorum, quæ necesse est tolerare ab his, qui vitam profitentur contrariã. Unde Dominus hoc loco hortatur nullam eorum habere rationem. porrò in quo demum hæc ludibria consistunt? in factis, aut verbis, nonne sic est? cogita nunc pessimum, quod in illis tibi possit accidere, quæ sunt facti, esse, non solùm læsionem honoris, non solùm contemptum, sed & opprobrium pati. cogita quoque pessimum, quod accidere tibi possit ex his ludibriis, cùm in verbis consistunt, esse, non solùm dicteria, non solùm maledicentiã, sed & execrationes pati similes illis, quas insani contra cœlum eructant; nihilominus jubet Dominus illa nihili facere. *Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.* quare? quia malum, quod ab his ludibriis refers in terrâ, ab hominibus est, qui citò marcescent: & bonum, quod illis [illegible] ea in cœlo succedet, ab ipso ent[illegible] æternum durabit. Poterat Do[illegible] adducere mille alia argumenta [illegible] mendi illa ludibria. sed hoc com[illegible] est in præsens tanquam validiss[illegible] arcendum timorem. timor na[illegible] apprehensione mali toleratu di[illegible] jam verò argumentum, quod d[illegible] ostendit illud valde esse tolerab[illegible] sic subitò pellit timorem, sed q[illegible] tolerabile ostendit? quia ostend[illegible] lum istud ex una parte, quale cu[illegible] citò transiturum: & ex alia effic[illegible] merearis præmium nunquam [illegible] dum. Hæc duo capita bene pe[illegible] de, & videbis fore, ut non solùm [illegible] desinas malum ejusmodi, sed [illegible] tiam desideres: *Beati, qui per[illegible] nem patiuntur propter justitiam.* [illegible] 5. v. 10.

2. Considera malum istud [illegible] dictum, si rite consideres, deniq[illegible]

opinione consistere: quia consistit in exigua æstimatione, quam de te homines demonstrant. Vin' ergo non timere hanc opinionem? penitius considera quid sint isti homines. homines sunt corruptioni obnoxii. non sunt sancti, quin cœlo regnant: nam isti potiùs, cum bene agis, in pretio te habent. sunt mortales, & ut tales sunt judicii fallacis, iniqui, inconstantis, & ut alia desint, brevi omnes deficient. Nota ergo, quam vivis characteribus DEUS eorum mortalitatem describat. *sicut vestimentum*, inquit, *sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea.* Vermis est: qui nascitur in panno ab externa immunditie, quâ sordescit. tinea est, quæ intus nascitur. Vermi magis sunt obnoxii panni, quorum usus est in vestiendis hominibus, armaria, arcæ, parietes, & alia ejus generis, quia magis exposita sordibus commendis. Tineæ magis sunt subjecti illi panni, qui non sunt in usu, sed custodiuntur in cistis. Ideo hoc loco panno usuali, qui venit nomine vestimenti, tribuitur vermis: & panno simplici, qui venit solo nomine lanæ, adscribitur tinea. & quid Dominus hac distinctione tibi insinuat? insinuat, quemcunque hominem, sive sui curam gerat, sive non gerat, denique morituum. Vermis denotat eas offensas, quæ homini extrinsecus accidunt. tinea, quæ intrinsecus. Unde si ad celerandam mortem deesset vermis, qui primo loco memoratur; superesset tinea, hoc est, ejus naturalis caducitas. *Consumetur velut à tineâ.* Job. 4. v. 19.

R. P. Pauli Segneri Manna Animæ.

ista inhæret viscéribus hominis, & ideo omnino similis est tineæ, quæ eum non solùm comedit, uti vermis facit, sed devorat, quia nec ossibus parcit. Ecce tibi paucis descriptum à Domino statum hominis mortalis. I nunc, & pluris æstima, quàm ipsummet Dominum. *Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet; & oblitus es Domini factoris tui?* Isa. 51. v. 12.

3. Considera, quemadmodum vidisti super terram hos derisores boni, quod agis, ita, quò minùs eos cures, eosdem à te meritò etiam in inferno spectandos: quippe quòd nemo eò certiùs descendat, quàm qui nec ipse per se bene agit, nec pati potest, ut agant alii. Jam si illos in inferno spectaveris, perquam appositè intelligere potes hunc vermem, hanc tineam in sensu morali, prout antè in litterali intelligebas, cùm eos in terra spectares. Itaque persuasum omnino sit, cùm illi miserabiles ibi fuerint *sicut vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic devorabit eos tinea.* Vermis erit remorsus summi mali, quod in terra commiserunt insultando. tinea erit invidia summi boni, quod insultatione suâ tibi attulerunt in cœlo. & quis satis exprimat, quomodo vermis iste, & tinea quasi certatim illos æternum sint cruciaturi? Remorsus cordi inerit, quis neget? nihilominus non ita inhærebit uti invidia, quæ penetrabit usque ad ossa. *Putredo ossium invidia.* Prov. 14. v. 30. & ideo Remorsus repræsentatur per vermem, invidia per tineam. Remorsus illos

debebit arrodere : *sicut vestimentum, sic comedet eos vermis.* at invidia etiam consumere : *sicut lanam sic devorabit eos tinea.* cùm dubitari non possit, etsi remorsus sit futurus atrocissimum tormenti genus, invidiam tamen fore sine comparatione atrociorem : quia ut ut sint impii, non tantopere illis dolet malum à se factum, quàm bonum amissum, maximè cùm vident eos ipsos hoc frui, quos tantopere habebant exosos. *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum &c.* Sap.5.v.3. Invidia, quam quis habet adversus eum, qui consecutus est bonum, semper torquet : at nunquam magìs, quàm cùm bonũ est maximũ, is verò, qui illud est adeptus, extitit inimicus. atq; hoc est, quod in invidia infernali magìs quàm quâvis aliâ concurrit. Quid igitur tanti tibi est, si maligni vel verbis vel factis tibi insultant ? Ne dubites, si nunc paucis annis insultent, certò fore, ut totâ æternitate invideant.

4. Considera ideo omnino tam opportunè subjungere Dominum : *Salus autem mea in sempiternum erit.* Videbatur ludibriis, quæ recipiebas in terra, opponendus honor, quem erant in cœlo paritura : sed hoc illi non erat satis. salutem opposuit, quæ omnia complectitur, *salus.* ut videas, quantum hæc ludibria allatura sint fructum, si ea toleres patienter. afferent salutem, & id quidem ex duplici capite. primò, quia te avellent ab amore rerum creatarum, quibus afficereris, si pro eo, quod te rideant in bono, quod agis, junctis viribus honorarent. Deinde, quia obtinebunt tibi amorem Creatoris. an nescis, quantò ille te amaturus sit magis, si pro obsequio, quod si præstas, ludibrio habearis? si honoratus esses, tu fores obligatus illi. si ludibrio habitus, ipse contrà est obligatus tibi. & ideo ecce casum fortunatissimum, quo DEUS totus fit tuus, quando tu pro ipso facis bonum, & accipis malum. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis.*

5. Considera Dominum saluti, quæ demum tibi continget, tribuere nomen suæ. meritò videbatur dicendum *Vestra. Salus autem vestra in sempiternum erit.* & tamen ille dixit *Mea*, ut intelligas, quantumvis ad salutem istam tu quoque conferas aliquid cooperatione tuâ ; sine comparatione tamen plus ipsum conferre sanctissimâ suâ gratiâ. Tantum ille solus præstat, ut totum facere meritò dicatur. proinde si hæc salus dici potest tua ratione accepti, multò magis dicenda est ratione doni. Quodsi ita est, quid non videt, quantum hoc ipsum momenti habeat ad obtinendum ejus amorem, si feras te ejus causâ contemnere, ita sit, ut reddas obligatum tibi Deum, à quo salus tua magis quàm à te ipso dependet. *Perditio tua Israel : tantummodo in me auxilium tuum.* Oseæ 13. v.9.

6. Considera, si quis unquam exstitit, qui bene perciperet hanc doctrinam, utique fuisse sanctum illum Regem, cujus hodie veneramur memoriam. Ille in Regia fortuna despondere se voluit (prout Grandes omnes decet

virtutem non vulgarem, sed maximè splendidam & excelsam, hoc est, sanctitatem. & ideo stulti Politici eum decidebant, quia in regimine, in vita, in vestitu, in conversatione regulas servabat eorum legibus prorsus contrarias, fastui humilitatem anteponens, simulationi sinceritatem, luxui simplicitatem, quæstui charitatem erga egenos. Ipse longè illis sapientior omnino contempsit ab ipsis esse contemptum: & hinc vide ad quantam surrexerit celsitudinem. Ejus irrisores infrà in Barathro inferni ardent invidiâ. Ipse verò non solùm in cœlo triumphat; sed hodie in terra quoque Regum est maximus, quo unquam gloriata sit Gallia. & sic meritò de ipso quoque legitur hodierno die: *Mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, & dedit illi claritatem aternam Dominus DEVS noster.* Sap. 10. v. 14.

XXVI.

Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus. Eph 4. v. 5.

1. COnsidera, quid sit illud, quod à te petit Apostolus, cùm dicit: *Crescamus in illo.* non vult, ut quæras, more tot aliorum, crescere in magna tui æstimatione, crescere pecuniis, dignitatibus, & aliis similibus bonis: vult, ut quæras crescere in Christo JESU: *Crescamus in illo, qui est caput, Christus.* & quid est crescere in Christo? nisi crescere in illo intimo affectu, quo ipsi est inhærendum: id, quod fit, quando in ipso cor tuum totum habes depositum, nec jam extra illum quidquam curas: omnia in eo reperis, honores, opes, dignitates, & quidquid alij quærunt extra ipsum. Nota igitur, quàm bene hoc loco sit locutus Apostolus, cùm dixit: *Crescamus in illo.* Aliud est *crescere ad illum*, aliud *crescere cum illo*, & aliud denique *crescere in illo*. *Crescunt ad illum*, qui relicto malo applicant se bono cum firmiore semper proposito sequendi Christum. & tales sunt, qui in vita spirituali incipientes vocantur. *Crescunt cum illo*, quia jam facti sectatores eum comitantur quocunque euntem etiam ad Calvarium, imitatione semper exactâ magis Divinarum ipsius virtutum. & tales sunt *Proficientes*. *Crescunt in illo*, qui jam in ejus imitatione exercitati, quantum humana patitur imbecillitas, student semper aquiescere in illo magis, nec cupiunt aliud in hoc mundo bonum. Et tales sunt Perfecti. Placeat indagare tantisper, ut dispicias, an in uno horum statuum versari videaris, & erubesce, si forsan ægrè ad primum perveneris, non dico ad secundum, cum desiderio felicissimæ sortis eorum, qui sunt in tertio.

2. Considera satis facilè intelligi, quo-

quomodo crescendum sit illis, qui sunt de primo, vel etiam de secundo statu; sed non ita, qui sunt de tertio. & ideo, ut hoc constet, tam aptè hoc loco dicit Apostolus: *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo.* nôsti veritatem ex æquo pertinere tam ad cogitationes, quàm ad verba & opera. hinc est, quòd sæpe in Scripturis Divinis compendio significet, quidquid boni fieri à justo potest. *Aperite portas, & ingrediatur gens justa custodiens veritatem.* Is. 20. v. 2. Tu interim cùm ad eum statum perveneris, ut, quoties cogitas, loqueris, operaris, hoc agas, quod oportet, *facias veritatem*, & agas insuper eo modo, quo oportet, nempe *in charitate*, hoc est, ex puro amore DEI, & non *in cupiditate*, hoc est amore voluptatis, vel lucri, vel gloriæ, cùm, inquam, perveneris ad statum adeò excelsum, quærere tamen debes majora semper incrementa: *Veritatem facientes in charitate crescamus in illo.* an putas crescere solis esse incipientibus proprium, vel ad summum etiam Proficientibus? multum falleris. commune est etiam Perfectis. unde Dominus non contentus dicere: *Qui justus est, justificetur adhuc*, mox adjungit: *& sanctus sanctificetur adhuc.* Apoc. 22. v. 11. felicem te, si in corde tuo ardet hoc studium crescendi, uti debes, in quocunq; statu! sed faxit DEUS, ut non opus tibi sit incipere.

3. Considera ad omnem excusationem præscindendam, postquam dixit Apostolus, *crescamus in illo*, etiam docere modum, & subjungere *per omnia.* quippe si videaris tibi totum cum eo, um jam habere defixum in Christo, saltem in omnem partem diffusum, oportet ad faciendum propter ipsum, quàm potes plurima. Mens tua fa- gere debet; ut semper magis de ipso cogitet: lingua tua, ut de ipso loqua- tur, manus, ut pro ipso operentur, ita de ceteris. quia sicut in corpore u- niversale oportet esse omnium pa- tium incrementum, quamvis propor- tione debitâ, ita in Spiritu. *Crescamus in illo per omnia.* ô si nôsses, quanti ne- rat sic crescere! In corpore stabilis qua- dã habetur terminus, ultra quem crescere non cogites, nihil sanè rebe- at in Spiritu status iste locum non ha- bet: imò in hoc quamprimum non quæris crescere, deficis: *non pro- gredi retrogredi est.* & ratio est, quia crescere non quæras amplius, manifestum est signum, quòd reputes te satis crevisse, & hoc ipsum est deficere. ita vides Pharisęo accidisse, qui, ubi con- didit se attigisse talem perfectionem magnitudinem, ut non solùm ex- ret, sed superaret reliquum vulgus ho- minum: *Non sum sicut ceteri homines.* subitò minorem se vidit illo ipso Pu- blicano, quo se hic audax tantò majo- rem esse credebat. si tu desineres non respicere bona, quæ fecisti, & pon- ad ea reflecteres oculos, quæ tibi de- sunt, ô quantum cerneres tuam quoq; necessitatem crescendi! tu verò cen- te jam satis crevisse, quia brevi pede metiris. Te tibi ipsi compara, te in præsenti statu tibi, qualis eras in statu præterito. imò cum iis sanctis te com- pone, qui tantò amplius præstiterunt

pro DEO; & videbis, quantum tibi desit, ut illorum æques magnitudinē, imò aliquâ similitudine exprimas. Tu quoque gloriosum Divum Carolum invitare, qui sæpe numero intra se se collectus studiosè perpendit, quid in majus DEI obsequium & amorem pro statûs sui dignitate posset efficere, ut verè cresceret *per omnia*, & quando etiam putas te aliud agere non posse *per omnia*, crescere non posse magis, cresce *in illo*, ita ut magis magisque semper cor tuum figas in Christo. *Gloria mea semper innovabitur.* Job. 29. v. 20. nec terrearis, quasi hac ratione te ad nimis excelsa velim evehere: quia audis tibi equidem crescendum, sed *in illo, qui est caput, Christus.* Agnosce pro eo, qui est, & ab illo pete vigorem.

4. Considera, ex quo signo possis advertere, in quo statu verseris è tribus hic memoratis, ut intelligas, quomodo oporteat crescere, an in illo Incipientium, an in altero Proficientium, an in tertio perfectorum. Id advertere poteris examinando te ipsum, & dispiciendo, in quo majus adhibendum sit studium. Si necesse est in eo laborare, ut adhuc te serves à vitijs, es in statu Incipientium. Si non tantopere jam laborandum pro vitijs extirpandis, quàm aquirendis virtutibus, es in statu Proficientium. & si non tantum esse debet studium pro virtutibus, quantum pro arctâ unione cum DEO tuo, dici potes ejus favore pervenisse ad statum Perfectorum. Ne putes idcirco, Proficientes non habere necessitatem se custodiendi à vitijs, nec Incipientes obligationem attendendi virtutibus: imò utrumque etiam Perfectis commune est, sicut Incipientibus & Proficientibus, ut procurent aliquando unionem cum DEO. Sed hoc non est sum̃um ipsorum studium. Hinc ergo colligitur conditio statûs, in quo versatur homo, si dispiciat, quid sit illud, de quo necesse sit quotidie magìs vivere solicitum. Verum est sæpe contingere, ut quis aspiret ad eum statum, qui est proprius perfectorum, quin priùs duos reliquos bene pertransiverit. Sed hoc obtineri non potest. Exemplum cape ab eo, quod corpori accidit, postquam in lucem est editum. Primò nutritur duntaxat, ne moriatur, deinde nutritū corroboratur, denique ita corroboratum perficitur. Idem omnino circa Spiritum fieri necesse est. An istud ita vis perfici, ut in DEO solo constituat omne bonum suum, in hoc solo quiescat, si priùs corroboratus non sit virtutum exercitio? & corroborari exercitio virtutum, si priùs nutritus non fuerit primis illis alimentis, quæ eum à morte præservant? Corpus nunquam potest crescere per saltum, ut dicimus: hoc ipsum in Spiritu contingit. *Ibunt de virtute in virtutem.* Ps. 63. v. 8. dicitur *Ibunt*, non dicitur *Transilient.* unde & Apostolus dicit hoc loco: *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo.* Fac imprimis, quidquid oportet in quocunque genere, *fac veritatem*: & fac præterea sicut oportet, hoc est, *in charitate*; & sic facilè procedes ad crescendum etiam *in illo, qui est caput, & Christus.*

XXVII.

Introibunt in inferiora terræ : tradentur in manus gladij : partes vulpium erunt. Ps. 62. v. 11.

1. COnsidera, id, quod tam iniquè prævaricari facit tot homines, esse tres affectus millies jam memoratos, sed hactenus nunquam satis execratos, amorem gloriæ, amorem voluptatis, & amorem lucri temporalis. Jam ergo ne affectus isti sursũ germinent, qui adeò in corde tuo densantur, assuesce crebrò illos resecare in herba, cùm radicitus extirpari planè non possint. In hunc finem expendes verba Psalmi hîc recensita : nam ex his facilè cognosces, quem tandem exitum habituri sint miseri, qui ab his affectibus plus æquo occupari se sinunt. Erant illi nimis avidi gloriæ, & ideo dicitur : *Introibunt in inferiora terræ.* Erant nimis cupidi voluptatis : & ideo dicitur : *Tradentur in manus gladij.* Erant insuper nimium addicti lucris temporalibus : & ideo denique dicitur : *Partes vulpium erunt.* Roga Dominum, ut lumen tibi largiatur etiam enucleatiùs cognoscendi, qualia sint hæc tria, quæ diximus, genera suppliciorum, quibus subijcientur damnati, quò ab illis longiùs abesse possis.

2. Considera primo loco, quod ait de damnatis : *Introibunt in inferiora terræ*, hoc est, in infimum terræ centrum, ubi par est credere infernum esse positum, ut ex omni parte à cœlo Empyreo æquali distet intervallo. *Omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam.* Ezech. 31. v. 14. Primùm si aliam pœnam non sustinerent miseri, quàm quòd æternum claudantur Barathro tam profundo, & consequenter tam putido, tetro, tenebroso, quàm gravis hæc foret ! Caperent etiam in hoc mundo ad vitæ terminum usque protensa pœna censetur apparanda morti : quamvis aliquando pro loco carceris domus concedatur commoda ; vel idoneum cubile. Quid erit ergo versari in ergastulo horribilissimo, quod cogitatione fingi potest ? quippe si Infernus situs est in ipso centro terræ, necesse est esse maximam cloacam totius generis humani, in proinde confluant omnes fœces mundi, quæ in præsens sunt maximæ, & sine comparatione majores erunt in diem Judicij. tunc enim in purgatione, quæ fiet, generali omnium elementorum, cùm ita clarificabuntur, ut superficies Terræ fiat pellucida instar Cristalli, Aqua instar Cristalli, Aër instar Cœli, Ignis instar stellarum, ab illo cernetur, quidquid habent extremum tritij, hoc est, lutulenti, sordidi, fœtidi, fumosi, & in damnatos quasi imbre effuso depluet ad cumulandum tormentum. S. Th. in 3. p. q. 98. a. 4.

§.97.2.1. Hinc est, quòd in sacris paginis, Infernus toties appelletur nomine Lacunæ. *Detraheris in profundum laci.* Is.14.v.19. *Congregabuntur congregatione unius fascis in lacu.* Is. 24.v.22. quia omnes illæ sordes, quæ eò defluunt, derivari non possunt, ut fit inter nos solent, sed ibi hæreant necesse est. Vide ergo, num infernus sit cloaca, quæ possit habitari. & in hac cloacâ tam fœculentâ fœtidâque habitandum erit damnatis per cuncta secula, quasi in ergastulo non in fundo rupis pro securitate excavato, sed in Abyssis. unde cùm dictum esset: *Congregabuntur congregatione unius fasci in lacu*: mox adjungitur: *& claudentur ibi in carcere.* Is.16. ô te miserum, si unquam ducaris ad carcerem tam funestum! est tamen aliquid, quod nunc afferre solatium tibi possit, tempe quòd iste sit carcer, ad quem nemo unquam vi adductus est. Quisquis eò vadit, ideo vadit, quia vult. unde, si observes, dicitur de Reprobis *Tradentur in manus gladij. Partes tanquam erunt.* Sed non dicitur: *Tradentur in inferiora terræ:* solùm dicitur: *Introibunt.* nam si aliquando in inferno existant, quis dubitet, ut maximè nolint, sensuros tamen pœnas omnes, quæ ipsorum similibus illic destinatæ sunt. ceterùm possunt ibi non existere, quia ab illorum pendet arbitrio, an velint introire. Sufficit hic se custodire à peccato, aut si peccant, citò agere pœnitentiam, & sibi satisfacere. Quando contra tuum Principem deliquisti, etsi facti pœniteat, captivus duceris. non sic DEUS facit. tunc solùm te carcere concludit, cùm contra ipsum committis crimen, nec idcirco doles. quis igitur non videt, si damneris, ideo te damnari, quòd velis? *Ibunt hi in supplicium æternum.* Matt.25.v.46.

3. Considera secundo loco, quomodo Damnati *tradentur in manus gladij.* sensus est, omnes, quotquot erunt, permittendos potestati Judicij Divini, quod velut gladius implacabilis æternam de illis stragem edet. *Fugite à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse judicium DEI.* Job 19.v.10. quis ergo vel ex parte explicet, qualis iste futurus sit gladius? gladius, qui perforabit, secabit, concidet, lacerabit, & lanienam faciet Damnatorum. *Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos faciet*, admiratione scilicet malorum, quæ illi ne quidem infligi posse credidissent, *& corde tabescere*, præ dolore. Ezech.21.v.14. Erit autem, quò crudeliùs configat, *Gladius ex utraque parte acutus*, quia unâ feriet corpus per pœnam sensûs, alterâ animam per pœnam Damni. Quodsi tantò formidabilior est, quantò fortius est brachium ferientis; cogita, quales futuri sint ictus gladij, ab omnipotente Principe vibrati. tali gladio resistere nemo potest: unde dicitur de Damnatis: *Tradentur in manus gladij.* & sic ille liberrimè stragem faciet permissam juxta facultatem amplissimam, quam accepit à DEO, cùm dixit: *Exacuere: vade ad dexteram,*

sive

sive ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Ezech. 21. v. 16. Itaque duo tantùm superesse possunt media. ut vel DEUS vaginâ recondat aliquando hunc gladium, vel damnati per fugam illi se subducant. at primum sperari nullo modo potest, quia eò spectant expressa verba, quæ olim dicebat DEUS: *Sciat omnis caro*, nempe peccatis suis deducta ad infernum, *quia ego Dominus eduxi gladium meum de vaginâ suâ irrevocabilem.* Ezech. 21. v. 5. neque magis alterum sperari potest, quia quocunque se vertant Damnati, ut profugiant ex abysso, eodem modo ex omni parte cernunt gladium: atque ideo *non credit*, quisquis horum est in numero, *quòd reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium.* Job. 15. v. 22. Unicum est remedium nunc fugere, quando gladius nondum ferit, sed tantùm fulgurat, ut impellat ad fugam. *Hæc dicit Dominus: Loquere: Gladius, Gladius: exacutus est & limatus. ut cædat victimas exacutus est, ut splendeat, limatus est.* Ezech. 21. v. 9. Et sanè si nunc Dominus studio absconderet tibi gladium, posses credere, eum habere voluntatem utendi in perniciem tuam. at cùm ille tot limis perpoliat ad splendorem, quot sunt linguæ suorum Ministrorum, si non tempestivè saluti tuæ consulas, culpa tua est. Non audis, quoties præcones sacri de suggesto altâ voce clament: *Gladius: Gladius?* Quid igitur cunctaris mutare vitam, si credis?

4. Considera, quomodo terris loco dicatur de Damnatis: *Partes vulpium erunt.* per vulpes omnes [illegible] Interpretes communiter Dæmones intelligunt, qui nunc à nobis superemram nimis magnificè Leones vel Leones creduntur, & in inferno manifestè [illegible] tebit vulpes potiùs fuisse, quia non [illegible] sed fraude nos vicerunt. *Egressus autem Spiritus, & stetit coram Domino & ait: Ego decipiam illum.* 3. Reg. [illegible] v. 22. Jam verò istarum vulpium utique pessimarum ex omnibus [illegible] versantur in Mundo, partes erunt Damnati. *partes vulpium erunt.* [illegible] prædam cedent dæmonibus, [illegible] carnificibus eò magis execrandis [illegible] tò majorem dederunt occasionem [illegible] li, quod deinde plectunt. Itaque [illegible] cum ipso reputa tantisper, quid [illegible] tibi foret, si videres in inferno, [illegible] DEUS avertat, illos ipsos dæmones qui in vita tentatores erant tam [illegible] di, nec cessabant adulari, allicere, [illegible] mille artibus invitare ad vitium, [illegible] tatâ personâ factos tibi carnifices [illegible] sævos, importunos, inexorabiles! [illegible] vulpes maledictæ! inclamares [illegible] implacabili furore, vafræ, [illegible] istâne fides promissorum, quibus [illegible] ceu fidelissimi amici omnem [illegible] batis satisfactionem? *Vocavi amicos meos, & ipsi deceperunt me.* Thr. [illegible] 9. Sed frustra tunc essent exprobrationes istæ: aperi nunc oculos, [illegible] decipi te patiaris: quippe ijdem [illegible] mones, qui nunc tui sunt præcipui tentatores, ijdem, si seduci te [illegible] tui erunt præcipui à DEO [illegible]

orrores, cùm Dominus probè sciat, quis deceptor extiterit, & quis deceptus. *Ipse novit & decipientem, & eum, qui decipitur.* Job 12. v. 16. & sic etiam ob hanc causam dicitur de Damnatis: *Partes vulpium erunt.* quia dæmones inter se partientur fœcem illam hominum, sicut prædones partiuntur denique, quos in captivitatem abduxerunt. & ô quod tunc erit Festum Tartareum! *Lætabuntur, sicut exultant victores captâ prædâ, quando dividunt spolia.* Is. 9. v. 2. nisi fortè idcirco erit Festum Tartareum, quia sciri intus non potest, quale sit, lætum, an luctuosum. ex una parte videtur futurum lætum spectando odium, quo fugerant dæmones in damnatos, quos torquent. ex alia erit luctuosum, spectando majus odium, quo ardent contra Justitiam Divinam, cujus executores se esse agnoscunt, ut tantò gloriosior existat. Erit ergo festum rabie & furore plenum, qui denique magno impetu se in damnatos effunder, eósque imprimis, quos in terra charissimos habuerunt. I nunc, & eorum pœnis amicitiam, si tantum emolumenti afferat.

5. Considera, quomodo in verbis meditationi propositis advertere sit tria illa simul juncta, quæ conveniunt ad reddendum infernum adeò nobis formidabilem: Profunditatem loci: *Introibunt in inferiora terræ*: Acerbitatem pœnarum: *Tradentur in manus gladij*; & societatem dæmoniorum: *Partes vulpium erunt.* Tria hæc mala absque dubio cunctis erunt communia damnatis. nihilominus horum quemlibet cruciabunt modo quodam proprio, & respondente delictis. Debet ergo tanquam indubitatum poni cum damnatis ad infernum descensuros affectus illos inordinatos, quos habebant in terrâ. *Descenderunt ad infernum cum armis suis.* Ezech. 32. v. 27. Quo posito qualem pœnam credimus futuram ijs, qui in vita semper aspirabant ad primos gradus, ad subsellia, ad imperia, si videant se detrusos in abyssos tam profundas? *in inferiora terræ.* Tunc enimverò non poterunt emergere miseri, quando DEUS illis dicet, ut quondam Lucifero: *Detracta est ad inferos superbia tua.* Isa. 14. v. 11. Et his, qui tantopere amârunt voluptates suas, qualis pœna erit cernere se condemnatos ad carnificinam adeò crudelem corporis & animi, quam faciet Justitia Divina, cùm *tradentur in manus gladij.* hic gladius significatione suâ cõplectitur omne genus supplicij, quod juxta legem voluntatis Divinæ promptè exequetur. Unde cùm homines manibus teneant gladium, quo utuntur: DEUS dicitur ore illum præferre. *De ore ejus gladius exibat.* Ap. 1. v. 16. *De ore ejus procedit gladius.* Apoc. 19. v. 15. *Pugnabo cum illis in gladio oris mei.* Apoc. 2. v. 16. magno quippe labore est opus hominibus, si strenuè tractare velint gladium suum. DEO verbum est satis. Quid erit ergo semper hoc gladio configi? Denique qualis pœna erit ijs, qui in terra vulpes agebant sugentes quotidie sanguinẽ pauperum,

perum, & mille fraudibus, mille fallacijs eos circumvenientes, si videriut se demum in prædam cessisse dæmonibus, quasi vulpibus, sed longè, quàm fuerint ipsi, peioribus? *Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Is. 33. v. 1. Demum ex dictis hactenus colligere licet, quàm verè dicatur juxta qualitatem delicti fore etiam pœnarum modum: *Visitabo super vos juxta fructum studiorum vestrorum.* Jer. 21. v. 14. ut tantò magis agnoscatur Justititia Divina non severitas tantùm sed & scientia. *Dominus exercitum nomen tibi: magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cujus aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundùm vias suas.* Jer. 32. v. 19.

XXVIII.

S. Augustinus.

Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jerusalem. Is. 31. v. 9.

1. COnsidera ignem istum, de quo sermo est, esse Amorem Divinum, qui equidem invenitur in Sione nostrâ, quæ est Ecclesia militans, hîc tamen non habet caminum suum. Caminus ejus, Caminus planè ardentissimus sursum est, in superna Jerusalem, in Ecclesia triumphante: quia ibi verè amatur DEUS: nos hîc gloriari vix possumus, quòd amemus. Nihilominus ex his verbis Propheticis innotescit, ignem nostrum specie suâ non esse diversum ab illo Paradisi: aliàs, uti S. Thomas observavit, dici non posset ignis illius camini. *Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jerusalem.* At si specie non est diversus, perfectione tamen longè inferior est, tanquam ignis, qui est extra caminum suum, seu locum proprium. Proinde, qui amorem suum erga DEUM [illegible] lem esse cupit, qualem esse oportet, quid aget? Curabit, ut, quoad [illegible] potest, conformis sit amori Beatorum. Ita S. Augustinus fecit. ideo [illegible] perfectus extitit ejus amor! Quinque sunt dotes, quibus, si rite perpensas, Amor, quo beati feruntur in DEUM, vincit nostrum, & sunt istæ, quod [illegible] purus, cognoscibilis, grandis, [illegible] guibilis, & nulli obnoxius mutationi. Itaque quisquis in his illum imitationabitur, ipse quoque habebit ignem si non æqualem, saltem æmulum illius, qui est in Camino, de quo dicebatur qualem habuit S. Augustinus. [illegible] Dominum, ut, si satis assequi non possis dotes ignis tam præclari, saltem ejus specimen & experimentum [illegible] velit ex alto. ita sola experientia [illegible]

plebit defectum discursûs. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.* Thr. 1. v. 13.

2. Considera primam dotem Ignis Cœlestis, quòd sit purus quoad materiam, quia hæc aliud non est præter DEUM solum. Beati amant DEUM, & nos amamus. at Beati aliud non amant, quàm DEUM, & nos cum DEO etiam amamus nos ipsos, si non supra DEUM, saltem simul cum DEO. quâ mixtione ignis noster redditur minùs nobilis, uti esset ignis de cinnamomo & arborum ramis suscitatus. qualis est materia, de qua fit ignis, talis etiam est ardor: *secundùm ligna Sylvæ & succendet ardescit.* Eccl. 28. v. 12. Ideo ignis Paradisi nequit esse nobilior, quàm nûc sit, quia sicut Beati nõ amant aliud, quàm DEUM, beneplacitum DEI, gloriam DEI, ita extra DEUM ne quidem se ipsos amant, bene autem in se ipsis DEUM amant. quippe Divinus Amor in ipsis destruit omnem alium amorem, adeò potens est. *Ignis consumens est.* Deut. 4. Ecce igitur ut purificandus sit Amor, quem habes ad DEUM: ipsum solum amando, ita ut extra ipsum directè non ames rẽ ullam creatam, ipsum autem ames in omnibus. Rectè facit, qui res creatas amat in DEO, quia hoc est amare fructus in planta sua: at melius facit, qui in ijsdem non amat nisi DEUM, quia hoc est amare plantam in omni fructu suo. Qui sic agit, puram habet ignem, quia nutrit illum limpidissimâ, quæ inveniri possit, materiâ, qualis DEUS est, sed DEUS solus. Et sic imprimis S. Augustinus fecit, qui, postquam seriò se impendit Amori Divino, aliud amare nesciebat in rebus omnibus creatis nisi eum, qui illas condidit. *Injustè amatur* (ita dicere solebat) *injustè amatur deserto illo, quidquid ab illo est.* Conf. l. 4. c. 12.

3. Considera secundam dotem Ignis Cœlestis, quòd sit maximè cognoscibilis quoad formam. Quia qui illic supernè DEUM amat, scit se amare, & se amare omnibus demonstrat. quæ causa est, cur non solùm Beatorum corda ab Ezechiele dicantur similia carbonibus accensis, sed & vultus. *Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium.* Ezech. 1. v. 13. E contrario noster ignis non solùm eos latet, qui nos vident, sed nos ipsos, qui tamen continuò in sinu illum circumferimus, dum DEUM amamus, at eodem tempore certi non sumus nos amare, tantus est cinis, quo tegitur hic ignis, vel potiùs opprimitur. Verùm etsi ignis noster non sit cognoscibilis in se ipso, ut ille, cujus Caminus est in Jerusalem, satis tamen se prodit in effectibus suis. hinc est, quòd progressu temporis etiam in terra discerni possit, qui sint illi Justi, qui seriò DEUM amant. Hem igitur, quid agere oporteat, ut ignis tuus, quantum potest, reddatur similis etiam quoad claritudinem Igni Beatorum. non oportet illum studio celare intra cor tuum, quasi erubescas videri inter consortes ex his unus, qui DEI amorem profitentur. Imò si manifestare non pores,

quòd ames, manifesta, quòd profitearis amorem, superando tot respectus humanos, qui ab eo te retrahunt. S. Augustinus vix cor suum DEO tradidit, cùm ad eos eradicandos in apertam pugnam se conjecit contra omnes ejus inimicos, contra Manichæos, contra Pelagianos, Priscillianistas, Arrianos, & innumeros alios: neque tulit ignem suum ditione suâ Hipponensi, quasi modico terræ angulo concludi, sed flammas totâ Africâ emisit.

4. Considera tertiam dotem Ignis Cœlestis, quòd sit quantitate maximus: cùm noster adeò sit modicus, ut illi comparatus videatur quasi parva scintilla Ætnæ composita. Nec mirum: quia Amor DEI cognitioni respondet. Hic non nisi *ex parte DEVM cognoscimus*: & ideo solùm quoque in parte amamus. Illic in Cœlo eum plenè cognoscemus, atque adeò etiam amabimus. *Cùm venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.* 1. Cor. 13. Tu verò quid ages, ut in terra DEUM tuum ames, quanto potes amore? Cura etiam, quantum potes, cognoscere, uti S. Augustinus fecit. Sæpe cogita sublimitatem Attributorum Divinorum, ea contemplare, considera, lege, roga Dominum, ut dignetur etiam tuis apparere oculis, uti fieri frequenter solet his, qui fideliter illi serviunt. At si nullum adhibeas studium eum cognoscendi, quid mirum adeò parùm te amare? *In meditatione meâ exardescit ignis.* Ps. 38. v. 4. Hæc fortè potissima fuit ratio, quare S. Augustinus DEUM amaverit voluntate magis, quàm tot Sancti, qui & ipsi amarunt DEUM sed amore non pari, quia semper satagebat magis eum [illegible] cognoscere.

5. Considera quartam dotem Ignis Cœlestis, quòd sit inextinguibilis quoad ardorem: quia scilicet ipse est in camino suo. non sic noster, qui identidem extinguitur, & quidem duplici ex capite, sive quia aurâ intercluditur, sive quia aquis suffocatur. Aura sunt auxilia spiritualia, quibus per intervalla nobis opus est ad eum [illegible] mandum. Aquæ sunt concupiscentiæ carnis, quæ semper tendunt ad hunc ignem extinguendum tanquâ hostem suum maximum, quem habere possunt in hac terra. & utinam non sæpe eum prævaleant! At in cœlo duo hæc [illegible] locum non habent: & ideo illic semper erimus ignem istum æternùm esse [illegible] surum. Locum non habent inanitiones, quia caro non tantùm erit subjecta Spiritui, sed & conformis: [illegible] locum habet necessitas auxiliorum spiritualium, quia, cùm ignis ibi in sphæra sua existat, nullis opus habet adminiculis, quibus servetur, ut in terra contingit. Tu, qui probè nôsti, quàm facilè ignis tuus extinguatur, quid ages aliud, quàm ut procures quocumque impendio illum in vigore suo conservare? Ita similis erit igni Beatorum in cœlo, quia erit æternus: qualis fuisse dici potest ille S. Augustini; qui ubi semel in ejus corde ardere cæpit, eum semper servavit vivum, tum studio reprimendi cupiditates carnis, [illegible]

illi priùs dominabantur, tum auxiliis spiritualibus maximis, quibus deinceps est usus. *Ignis in altari semper ardebit.* Lev.6.v.10.

6. Considera quintam dotem Ignis Cælestis, quòd non sit inextinguibilis duntaxat quoad ardorem, sed constans, stabilis, firmus, nec, ut noster, crescendi & deficiendi vicibus obnoxius: nam uti ignis est in sphæra sua, ita quietissimus est. Noster est inquietus, quia ad sphæram anhelat, & ita semper in motu existit, & quo se movet, & quo movetur. Hîc Amor Divinus debet habere rationem meriti non præmii, & consequenter necesse est eum moveri semper ad operandum, nec unquam quiescere: *Ignis*, dum in his imis versatur, *nunquam dicit, sufficit*, Prov.30.v.16. In cœlo contrà habet rationem præmii, non meriti, & sic ibi non operatur, sed ab operando quiescit, & solùm frui curat bono amato. Præterea hîc multos habet, qui facilè illum statu suo dimoveant, & sic movent. in cœlo nemo est, qui illum disturbet. Tu, cùm super terram talem Amorem promittere tibi nec possis, nec debeas, saltem cura, (prout denique S. Augustinus fecit) ut alium motum non habeat, quàm igni consentaneum, qui est sursum tendere, per aspirationes continuas.

7. Considera huic Camino, qui est in Jerusalem, opponi caminum alium, qui est in Babylone, ubi tres pueri, qui Justos omnes repræsentabant, perstiterunt illæsi, Chaldæi verò, qui erant typus Impiorum, quasi paleæ sunt consumpti. Hic caminus est Amoris proprii, amoris oppositi Divino: atque hinc ignem sibi sumunt miseri, licet diversum pro varietate falsorum bonorum, quæ illi magis quàm DEUM amant. Quodsi ergo omnes istos ignes consideres, ad tria genera denique reduci comperies, de fimo, de sarmentis, de lignis aridis. Primus luxuriosis convenit, secundus ambitiosis, tertius avaris. Luxuriosi præ DEO amant brutas suas fœditates, & ideo istorum ignis est ignis de fimo: ignis qui tantum inquinat habentem, quantum calefacit, & qui omni destitutus splendore ad aliud non servit, quàm ut fœtore suo omnes inficiat appropinquantes. Ambitiosi præ Deo amant vanam suam gloriam, & ideo istorum ignis est ignis de Sarmentis: Ignis qui multùm fulget, sed parùm durat. *Transivi, & ecce non erat.* Avari præ DEO amant pecuniam, quam in ærario repositam habent: ideo istorum ignis dici potest Ignis de lignis aridis. ignis, qui durat tantisper, sed nihil valet. Putásne ergo Caminum Babyloniæ esse præferendum Camino Jerosolymæ? heu me! ab illo Babyloniæ non potest non transiri ad alterum Inferni, ubi quisquis ardet, igne ardet non amoris sed furoris: furoris contra DEUM, furoris contra dœmones, furoris contra damnatos, furoris contra se ipsum. & in hunc furorem denique desinit Amor proprius. qui in hoc mundo DEUM amaverit plusquàm se, non mutabit totâ æternitate amorem (quia ignis ejus idem planè

est cum illo, qui est de Camino Jerosolymæ) sed solùm perficiet, ita, ut nihil habeat pœnale, sed beatus existat. Qui se plus quàm DEUM amat, mutabit amorem in furorem eâ ratione, ut ties sit execraturus sortem suam, quoties se natum esse recordabitur.

XXIX.

Decollatio S. Joannis.

Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris, Jer. 15. v. 19.

1. COnsidera primum sensum horũ verborum, nempe si separaveris in te, ut oportet, pretiosum à vili, attribuendo DEO, quod habes ab ipso, id, quod non nisi pretiosum est, & attribuendo tibi, quod habes à te, quod nonnisi vile est, te futurum quasi os ipsius DEI, quia ita semper verum dices: *si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Quid est, quòd dicatur *omnis homo mendax*? quia non facit separationem aliàs adeò consentaneam rationi. sibi tribuit, quod suũ non est: *Os eorum locutum est superbiam.* Ps. 14. v. 4. Dic, quid habes pretiosi per te ipsum? nobilitatem? ingenium? indolem? opes? scientiam? sanitatem? pulchritudinem? omnia à DEO sunt. à te nihil habes. & sicut DEI sunt omnia naturæ dona, ita longè magis omnia dona Gratiæ, quæ ideo dicuntur dona. A te nihil habes nisi solum peccatum. tu verò non bene percipis hanc veritatem, idcirco toties mentiris, hoc est, vanè gloriaris. fac separationem tribuendo semper Deo, quod ad ipsum pertinet. hoc fuit idioma Sanctorum. *In manu sua percussit illum Dominus DEUS noster. Dominus interfecit hac nocte inimicum meum &c.* hic fuit loquendi modus semper usa est fortis Judith, cum cendum esset occisum à se impu Holofernem: quia videbat, quam DEO faceret injuriã, si de succes præclari facinoris vel modicam attribuisser. Tu verò prorsus oppositum. tibi tribuis, quidquid boni: DEO verò quid servas? nonnunquam ejus mali, quod fe quia si pecces, pro eo, ut adscribas litiæ voluntatis tuæ, adscribis malignitati naturæ, quam DEus adscribis fragilitati tuæ, fomiti difficultati legis Evangelicæ, omnino facta videtur ad reddend difficilem gloriam Paradisi. *cies me hodie à facie terra.* Gen. sic age. dic, sed ex corde, si quid in te boni est, non te esse, qui hoc sed DEUM: te verò nihil ex te nisi malum. & hac ratione dum ris separationem convenientem quasi os DEI; quia semper verum

dices irrefragabilé, omne bonũ à DEO esse, omne malum tuum. *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.*

2. Considera secundum sensum horum verborum, si sapienti æstimatione separaveris super terram id, quod meretur æstimari ab eo, quod meretur contemni, te futurum quasi os DEI, quia semper utéris linguâ Dei, quæ est recta: *Recti sunt sermones mei.* Nunquam utéris linguâ hominum, quæ est admodum distorta. quænam est lingua hominum? dicere felicem, qui magnis opibus abundat, qui dominatur, qui arbitrio suo disponit, qui deliciis fruitur. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* & quænam lingua DEI? dicere felicem, qui in isto votorum summam constituit. *Beatus populus, cujus Dominus DEUS ejus.* An ista tua lingua est? ô quàm facilè contingit illam conformari hominum loquelæ, quæ est adeò humilis & abjecta! *Humiliaberis, de terrâ loquéris, de humo audietur eloquium tuum.* Isa. 24. v. 9. Oportet ut in mente tuâ nôris facere debitam separationem pretiosi à vili. Bonum pretiosum non invenitur in terra nisi unum solum. & tale est Gratia Divina. cetera in se ipsis nullius sunt pretii. qui his abundat, *est quasi divus, cùm nihil habeat.* Prov. 13. v. 7. Quid habent pretii, in eo solo consistit quod possint contemni pro Gratia acquirenda. Quid est ergo, quòd tam ægrè veritatem capias adeò certam, nec vereàris toties accipere aurum pro luto, lutum pro auro? quàm fœda est lingua illius, qui tantopere celebrat bona hujus Mundi, eorúmque possessorem miratur, laudat sectatorem: & nihili facit, qui thesaurum tam opulentum laceris tegit centonibus! & tamen cùm ille dives appareat, est pauperrimus, & cùm iste appareat pauper, ditissimus est. *Est quasi dives, cùm nihil habeat, & est quasi pauper, cùm in multis divitiis sit.* Prov. 13. 7. fac separationem, quæ momenti est maximi. si eam mente feceris, illico facies etiam linguâ: & sic fies quasi os DEI, qui loquitur de rebus, ut sunt, & non ut apparent. *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.*

3. Considera tertium sensum horum verborum, si curæ tibi fuerit, ut animas eruas è peccato, ita separando pretiosum à vili, facies quasi os DEI, quia DEUS per os tuum loquetur, & te quasi instrumento utetur, in iis revocandis, qui ipsi verterunt dorsum. Hoc munere fungitur, quisquis studet homines retrahere à malo, fungitur nimirum legatione pro DEO. & ideo quàm acceptum esse DEO oportet, si fideliter hoc præster. Hoc munere functus est Christus in terra. Patri suo os fuit: *Quæ ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* Jo. 12. v. 50. & hoc ipso dein sunt functi Apostoli cum omnibus eorum legitimis imitatoribus. fuerunt os Christi: *Pro Christo legatione fungimur, tanquam DEO exhortante per nos.* 2. Cor. 5. v. 20. quamvis non hæc sola sit ratio, quare dicat, qui tali fungitur officio, quasi os suum futurum.

est

est & alia præstantior, videlicet, quia, qui tali fungitur officio, imitabitur loquendo summam potentiam, quæ est propria oris Divini. ora aliorum vim habent loquēdi, sed non faciendi. os DEI dicit, & facit. *Ipse dixit, & facta sunt.* an non vides, quomodo DEUS vi solius verbi sui de nihilo produxerit res omnes creatas? jam verò de uno tantùm opere dubitari potest, sítne majus an minus creatione mundi, quodnam illud? *Justificatio* impii. S. Augustinus ait esse majus non ob modum, qui in operando servatur, sed propter excellentiam operis: siquidem creatio mundi erat ordinata ad bonum naturale, & Justificatio ad bonum superius naturâ. si ergo separaveris pretiosum à vili educendo animas de culpa, in qua non minùs sepultæ jacent, quàm olim universum ante creationem suam erat in suo nihilo sepultum, os tuum par fiet ori omnipotenti ipsius DEI. nam si istud prævaluit in modo operandi, quem habebat, res è nihilo educendo, quin istæ quidquam operæ conferrent, tuum prævalebit excellentiâ operis. Id quod, eodem sancto teste, innuere Christus voluit, cùm dixit: *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Jo. 14. v. 12. & tu non inflammaris intimo quodam desiderio, ut tu quoque possis pro conditione [illegible] separare pulchram aliquam margaritam à limo, hoc est, animam à peccatis an majus incitamentum dare tibi DEUS possit, quàm cùm dicit: *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris?* Tuum nunc est, si placet, dicere, quàm meritò verba ista aptentur Magno Præcursori Joanni hodie [illegible] collato: qui probè separavit pretiosum à vili tribus modis suprà memoratis: dum de Christo semper tam magnificè, de se tam demissè locutus est, dum fastum omnem terrenum [illegible] berè contempsit non in sylvis tantum & speluncis, sed in ipsis Regiis, [illegible] omnibus prædicabat Regnum Cœlorum, ut unicè æstimabile: dum [illegible] toto vitæ suæ tempore aliud non [illegible] quàm ut ad pœnitentiam permi[illegible] incredulos, vel obstinatos. atque [illegible] co bene dici potest fuisse in terra [illegible] os imò vox Christi. *Ego vox.* [illegible] hodie demum obmutuit, alia causa fuit, nisi quòd nimis altùm clamaverit, luxuriosos eductura è luto, in quo hærebant.

* * *

XXX.

JESUS ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Hebr. 13. v. 13.

CONsidera, quomodo Christus Dominus noster non sit mortuus intra civitatem Jerusalem, sed extra, in valle publico reorum supplicijs destinato. *JESUS, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* quod quidem tribus ex causis ita disposuit. Primò pro majore solatio illorum, qui emolumentum capturi erant ex morte sua: sic quippe videbatur se non mori utilitati illorum privatæ, qui habitabant in illo quantumvis amplo murorum ambitu, sed publicæ totius generis humani; unde in antiqua lege præcipiebatur, ut victima, cujus sanguis offerebatur ad ritus populi expiationem, non combureretur inter castra (uti quotidie cum illa fieri consueverat, quorum sanguis offerebatur ad unius vel alterius singulatim sumpti expiationem) sed *extra castra.* Lev. 16. II. ad majorem terrorem illorum, quibus mors illa non erat profutura. quia non est dubium, Judicium, quod publicè exercetur, maximè si illud aliunde satis fuerit rigidum, multo majorem incutere terrorem, quàm privatam. quis autem major vigor judicij, quàm quo non vulgaris conditionis homo, non civis, non consul, non Rex terrenus, sed ipse cœli Rector, quod cogitatu horrendum est, nudus trabalibus clavis patibulo confixus est, ob peccata, quibus maculatus nunquam fuit, sed solùm apparuit. Hoc fuit tam ferale judicium, ut, si etiam executioni datum esset non dico in foro publico Jerosolymæ, sed in turri bene custoditâ, clausâque, meritò vel solâ famâ, etsi visum non esset, mundum debuisset reddere attonitum. Quid ergo faciat, dum non solùm executioni datum est in foro publico, sed in monte, quò patebat accessus immenso populo, qui maris instar ad spectaculum undique confluebat? quid hinc reus quilibet concludat, nisi dirum supplicium de se sumendum ab Ira Divina? *si hæc in viridi, in arido quid fiet?* III. Ad majorem confusionem ipsius Christi, qui hac ratione non solùm pasci voluit, sed *saturari opprobriis.* fortè non erat satis probrosum mori inter muros Metropolis tam famosæ, qualis erat Jerusalem, tam populosæ, tam frequentis, præsertim tempore Paschali; Erat sanè. sed Christo non erat satis. & ideo sicut in nativitate Bethlehem antepositi Jerosolymæ, & in morte Jerosolymam præ Bethlehem elegit, ita inter partes ad Jerosolymam spectantes sibi peculiariter

riter servavit maximè ignobilem & infamem, servavit Calvarium, locum urbi vicinum, ad quem porta ducebat, quæ vel solâ nomenclatione suâ monstrabat, quàm vilis esset, quia stercoraria dicebatur. & per hanc ipsam portam vides exire JEsum inter duos latrones oneratum ponderoso crucis patibulo, ad sonitum non tam tympanorum & tubarum, quàm sibilorum, quibus illum ad lucem meridianam immensus populus comitabatur. I nunc, & satiare, quantum libet, illâ tuâ gloriâ humanâ, quam adeò prensas.

2. Considera non ita facere voluisse Apostolum, qui dicebat: *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.* Hæc est vera conclusio, colligenda ex facto Christi tam generoso, & non altera de procurandâ vanâ sui æstimatione. sed quodnam illud improperium, de quo hoc loco loquebatur Apostolus? juxta litteram est nomen Christiani. Istud eo tempore erat probrosum, quia significabat sectatorem Crucifixi, cujus paulò antè mors ignominiosa spectabatur in monte Calvariæ, & nondum audiebantur triumphi. & ad hoc nomen magno animo portandum *extra castra* omnium humanorum respectuum, etiam per Tribunalia, per Synagogas, per Curias, per Regias, tunc hortabatur Apostolus Judæos conversos, ut qui dubitarent dimittere ceremonias legales magis receptas, ne se ostenderent adhærere novo Legislatori neglecto. *Non erubesco Evangelium.* Rom. 1. v. 16. ætate nostrâ hoc improperium non inest amplius nomini qu[illegible] Christiani, sed Christiani vitæ [illegible] pauperis, pudici, patientis, m[illegible] talem enim omnes audent aspe[illegible] *Deridetur justi simplicitas.* Job [illegible] & hoc tibi portandum est. [illegible] hîc non dicere Apostolum: *Exeamus ad eum extra castra ignominiam [illegible] portantes,* sed *improperium.* [illegible] difficillimum est, propriis auribus [illegible] audire probra deridentium [illegible] vendi modum, & illa non tolerare [illegible] tùm, sed & gloriæ sibi ducere. [illegible] hoc tamen parandus est animus, [illegible] spondere velis pro his, quæ Chr[illegible] tui causa est passus. Vide [illegible] quale fuit improperium, quod [illegible] cùm Crucem bajulans tam [illegible] diebat, qui petulante linguâ ip[illegible] tabant pro libito, & nemo [illegible] è tanto populo, qui ejus defe[illegible] auderet suscipere. hic eum [illegible] batur ut falsum Prophetam, [illegible] pocritam, alius ut dœmoniacum [illegible] ut arrogantem, & ille tamen [illegible] non destitit probrum tam publ[illegible] etsi posset modis etiam [illegible] confundere scelestos, & men[illegible] vincere. Tu ergo quid agis, [illegible] nondum exeas *extra castra* [illegible] tuorum vilissimorum? Non [illegible] quòd te geras ut verum Chri[illegible] intra privatos parietes tui [illegible] domûs tuæ, oportet exire in pub[illegible] *extra castra, extra castra.* & [illegible] causâ te deriderent; rideant [illegible] Christo rideberis.

3. Considera non satis fuisse [illegible] stolo dixisse. *Exeamus extra* [illegible]

improperium ejus portantes, sed adjungere *ad eum*. nam in hoc vis tota solatio. Imaginare tibi videri à te Dominum exeuntem portâ Jerosolymæ cum illo opprobrio, quod modò repræsentavimus, tu quid ages, ut respondeas cruce charitati? fortè expectabis, dum te vocet ex illis tuis castris, quibus includeris, quasi puderet nominis, quod impositum tibi fuit, Christiani? in ò fronte tuâ obviam progredi oportet alacritate summâ, lætitiâ maximâ, insuper habitâ derisione qualibet. Quantum Apostolus aliud dicere noluit quàm *ad eum*, ne sensum restringeret. qui dicit *ad eum*, totum dicit: *ad eum sequendum, ad eum sociandum, ad eum prædicandum, ad eum confitendum, ad eum colendum, ad eum omnibus modis glorificandum*. Dicit *ad eum sequendum*, prout faciunt, qui relicto seculo perfectam ejus sequelam profitentur per observantiam trium Consiliorum Evangelicorum. *Relictis omnibus secuti sunt eum*. Dicit *ad eum sociandum*, prout faciunt, qui in tali sequela eum propiùs sectantur abnegando omnes suas cupiditates parvas æquè ac magnas, paratissimi ad moriendum in cruce cum ipso. *Eamus & nos & moriamur cum eo*. Dicit *ad eum prædicandum*. prout faciunt, qui portant nomen ejus ad illos, qui id vel non cognoscunt, vel non curant, nec erubescunt ubique prædicare JESUM, & hunc Crucifixum. *Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum Crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*. 2. Cor. 1. v. 21. Dicit *ad eum confitendum*, prout faciunt, qui hoc nomen JESU Crucifixi nonsolùm sustinent in cathedris, sed etiam in tribunalibus, in carceribus, in patibulis, in crudelissimis tormentis. *In defensionem Evangelii positus sum*. Philipp. 1. v. 16. Dicit *ad eum colendum*, prout faciunt, qui de fidelibus saltem honorant, prout exigit verus honor, dum singulari cum reverentiâ versantur in templis, sanctissima Sacramenta crebrò recipiunt, orant, psallunt, sacrificant, &, ut æquum est, summam habent Divini cultûs æstimationem. Dicit *ad eum* denique *glorificandum* omni modo possibili, prout faciunt, qui nunquam ejus procurandâ gloriâ satiari possunt, etsi maximè studeant eam promovere in se ipsis, propagare in aliis, sive per vitam, sive per mortem, aliud non spectantes, quàm quod magis cedat in honorem Christi. *In nullo confundar, sed in omni fiduciâ, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem*. Phil. 1. v. 20. Jam verò certissimum est, in cunctis his casibus, quibus itur ad eum, eundum esse animo ad omnem contemptum præparato; secus fit nihil. ideo dicit Apostolus. *Exeamus ad eum*, at semper *improperium ejus portantes*. quia si exire velis *ad eum sequendum*, portandum erit improperium, quod accipies à proximis agnatis, qui te stultum dicent, si mundum deseras, dum amore hominum & ætate flores, cum notabili familiæ tuæ detrimento. si

velis exire *ad eum sociandum*, portandum erit improperium, quod à conviventibus accidet, qui tibi dicent te plus aliis conari, cùm minus valeas. si velis exire *ad eum prædicandum*, portandum tibi erit improperium ab his, qui deridebunt tuum modum concionandi, ut minùs elegantem, acutum, altum, aptum docere, téque deserent, ad audiendos alios, qui auribus potiùs quàm cordi loquantur. si velis exire *ad eum confitendum*, portandum tibi erit improperium ab iis, qui te ridebunt, quòd mediteris adire Indias cum censu virtutis tam exiguo, nec verearis tantum enavigare pelagus ad quærendas lanceas Taicosamæ, dum sufferre nequis ictum muscæ te pungentis in cella. si velis exire *ad eum colendum*, portandum tibi erit improperium ab iis, qui si advertant te in templo adesse solito devotiorem, confiteri, sacram synaxin sumere, alios Religionis actus exercere, dicent te hac arte per [illegible] tatem captare gloriam, quam [illegible] qui non possis per dotes naturæ. si [illegible] exire *ad eum glorificandum* quoad [illegible] tes in omnibus, nusquam magis [illegible] mari necesse est. nam portandum [illegible] erit omne genus improperii, [illegible] iis, qui modestissimè loquuntur, [illegible] audies te majore zelo quàm pro [illegible] operari. Tunc ergo JESUM [illegible] exeuntem portâ vilissimâ Jerosol[illegible] tam specioso ornatum habitu [illegible] prûs, & dic tibi ipsi. *JESUS* [illegible] *ctificaret per suum sanguinem* [illegible] *extra portam passus est.* & ego [illegible] intra septa me continebo? [illegible] *Exeamus igitur ad eum extra* [illegible] *improperium ejus portantes.* quanquam quando unquam necesse erit [illegible] *improperium ejus?* vix pro ipso [illegible] properium portabis, quod ejus [illegible] properio simile dici possit.

XXXI.

Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus, utinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Apoc. 3. v. 15.

1. COnsidera tepiditatem adeò invisam DEO illam esse haud dubiè, quæ usurpatur in servitio Divino. hoc posito manifestum est, qui sint illi Tepidi, de quibus hîc sermo est sensu maximè legitimo, qui sint calidi, qui frigidi. Frigidi sunt ad servitium Divinum, qui cùm nunquam illustrati sint ad cognoscenda bona in ipso abscondita, nec auditi sunt ad illud amplectendum unquam accedere. Calidi qui hoc amplectuntur, huic invigilant, uti par est, maximo fervore. Tepidi qui invigilant equidem, sed admodum remissè. Oportet ergo acutè observare hoc loco (si velimus penetrare [illegible]

sensum hujus sententiæ non adeò facile] duos esse modos Tepiditatis, unus est, cùm res aliqua ex frigida transit in calidam, alter, cùm de calida denuò redit in frigidam. Jam verò satis indubitatum videtur, Dominum non loqui de his, qui erepti suo frigore, sunt quidem adhuc tepidi in ejus servitio, sed ideo duntaxat, quia sunt in via, quâ ex frigido transitur in calidum. Isti, utcùm sint, tendunt ad statum bonum, & ideo non possunt nauseam creare DEO. De his loquitur, qui à primo fervore declinantes sunt in via, quâ de calido transitur in frigidum. isti enimverò, isti non tantùm nauseam DEO creant, sed abominabiles existant, ob stultum, quod faciunt, animi decretum. De quorum numero tu es? si de his, qui de frigore transeunt ad calorem, macte animo, ut citò absolvas transitum tam laudabilem. *Confortare & perfice.* 1. Paral. 28. v. 10. an de illis, qui à calore transeunt ad frigus, miserum te, time, & contremisce, quia unus es de funestissimo numero eorum Tepidorum, ad quorum detestationem hìc DEUS exclamavit. *Utinam frigidus esses aut calidus*, adeò à statu isto abhorret.

1. Considera hoc *Utinam* videri captu satis esse difficile. nam si esse frigidum idem est ac non cognovisse, nec suscepisse servitium Divinum, qui fieri potest, ut gratius DEO sit esse frigidum, quàm tepidum, hoc est, primò magno fervore illud suscepisse, deinde neglexisse? verùm non dicitur gratius esse DEO, si frigidus, quàm si tepidus existas: solùm dicitur esse minùs molestum. Unde nôsse oportet per hoc, quòd dicatur *Utinam*, non exprimi desiderium boni, ut ajunt, *Positivi*, sed *Negativi*, hoc est, minoris mali, quale erat illorum quondam desiderium, qui dicebant: *Utinam in servos & famulos venderemur.* Esth. 7. v. 4. *Utinam consumptus essem, ne oculus me videret.* Job. 10. v. 8. Minus malum est nunquam agnovisse vel suscepisse servitium Divinum, quàm illud magno fervore susceptum deinde negligere. Dixi minus esse malum, quia si non suapte naturâ minus est, est tamen minus ob sequelas, quas secum trahit. quid enim? an putas Tepiditatem esse statum, in quo possis consistere? multum falleris. Status est, in quo nemo, ut ut velit, perseverat, sed semper declinat, & vergit in deterius, donec pereat. Vas aquæ, quod ab igne fuerit remotum, non modò aptum non est retinendo fervori summo, quem conceperat admotum igni, sed nec illi mediocri, in quem ab igne recedens deflexit: imò necesse est sensim omnino frigescere. Idem in casu nostro accidit tepido. Recessit ab igne: cœpit omittere orationem: non habet gustum in lectione librorum spiritualium, non se mortificat, non moderatur, totus est addictus recreationibus superfluis, si non malis. Quid putat ergo? an quòd in tali statu perseverare din possit? ô quantum decipitur! continuò de malo in pejus ibit: &

quousque ? donec penitus frigescat. Unde DEUS, quia videt in ipso dispositiones tam fœdas, adeò illum in tepiditate suâ abominatur, ut dicere non dubitet cum exclamatione primo aspectu adeò paradoxâ: *Utinam frigidus esses aut calidus!* porrò quis scit, an non tu ipse sis ille miser, de quo hoc loco disserebam?

3. Considera nihilominus adhuc superesse scrupulum. nam si Tepiditas adeò grave malum est eo ex capite, quia paulatim deducit ad frigus, oportet ergo frigus istud esse malum multò deterius tepiditate. & si ita est, quî fieri potest, ut DEUS potiùs velit esse frigidum, quàm tepidum? verùm an non jam notâsti distinctionem, quam principio innuebam, ut valde necessariam ad cognitionem sententiæ, quam meditaris? Aliud est frigus, quod præcedit fervorem tam convenientem servitio Divino, & aliud, quod sequitur. Primum excusari quodammodo corã DEO potest, quia nascitur, ut dicebamus, ex defectu cognitionis debitæ: sed non ita secundum. hoc enim præmittit ejusmodi cognitionem, & ideo non meretur excusationem. Cùm igitur hîc dixit Dominus: *Utinam frigidus esses vel calidus*; de quo frigore locutum credimus? fortè de eo, quod consequitur calorem? haud sanè: quia istud est summum illud malum, in quod demum deducit Tepiditas illius, qui remittit fervorem in bono, quod fecerat aliquando: & sic profectò Tepiditate deterius est. Loqui voluit de eo, quod antecedit. & ideo, si bene notes, non dixit: *Utinam calidus esses aut frigidus*: sed *Utinam frigidus esses, aut calidus*; & quoties voces istas iteravit, toties eundem ordinẽ tenuit: primò frigidum deinde calidum nominavit, ut intelligas, de quo frigore loquatur, de illo, quod habet, nec qui à calore redijt ad frigus, sed qui nondum ex frigido transivit in calidum. Neque mirum id tibi videri debet. Erga illum, qui in eo statu versatur, ut nondum complexus sit bonum, quia nunquam cognovit, quod nos frigus antecedens vocavimus, DEUS haud ægrè miseratione utitur pertrahendo nonnunquam ad summum Spiritûs fervorem: quia videt, si peccavit nihilix, solùm per ignorantiam peccasse, quæ est ratio, quare Apostolus de se scripserit, quòd furoris sui veniã consecutus sit: *Misericordiam DEI consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* 1. Tim. 1. v. 13. At è contrario erga illum, qui in eo statu versatur, ut complexus sit bonum, deinde verò deseruerit (quod frigus consequens appellavimus) quo nullo eadem miseratione utatur Dominus: par est eum relinqui in frigore, quod elegit. & sic multos legimus, qui de peccatoribus facti sint Sancti, & Sancti quidẽ maximi (quia datur transitus ab uno contrario ad alterum) paucissimos autem, qui ex perversis iterum facti sint Sancti, quia à privatione ad habitum non est regressus, ut docet Philosophus, saltem de lege ordinariâ. Id

quod

quod Psalmista confirmat, cùm hominem dicit Spiritum, qui equidem vadit, sed non redit. *Spiritus vadens, & non rediens.* Ps. 77. v. 39. quia facilè de bono vadit ad malum, sed non perinde de malo redit ad bonum. opus est in hanc rem manifesto miraculo Gratiæ. *Impossibile est*, id est, difficillimum est, *eos, qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt, iterum renovari ad pœnitentiam.* Hebr. 6. v. 4. En igitur causam, cur DEUS te maller esse frigidum, qualis eras ante conversionem, quàm tepidum, qualis es, cùm jam incipis perverti: quia talis tepiditas statum affert longè magis deplorandum, quàm fuerit prima frigiditas. *Utinam frigidus esses aut calidus.* imò en causam, cur pariter adjungat: *Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* quia si tepiditate tuâ exire paras de sinu DEI, quid mirum, quòd DEUS non expectet, dum sponte exeas, sed ipse te evomat, cùm resistere non possit tantæ nauseæ?

2. Considera, quis sit iste vomitus tam funestus, quem DEUS tibi minatur. forsan est Damnatio tua? non hoc ajo: quia DEUS ob solam in obsequio suo tepiditatem non potest te damnare, sicut facere hoc potest ob frigiditatem, qualiscunque sit antecedens vel consequens. Ratio est, quia frigiditatem antecedit culpa gravis, Tepiditatem non antecedit nisi venialis, sed voluntaria. Vomitus ergo, si rite loquamur, non est damnatio, sed dispositio ad damnationem. Tunc enim DEUS te evomere dicitur, quando non habet amplius curam tui tam benevolam, quam habebat antè. non amplius spiritualibus blanditur solatijs, qui primus est gradus, ut dicunt quidam, hujus vomitûs; occupari te sinit gravi quadam aversione à rebus ad ejus servitium spectantibus, mœrore, tædio, tentationibus, qui est secundus gradus. Demum prolabi te permittit in sensum reprobum, qui est tertius gradus, cui denique damnatio succedit irreparabilis. Unde dicit: *Incipiam.* non simul totum evomit, quia hoc fieri non assolet nisi à stomacho nimis nauseante. paulatim evomit. Itaque si evomere nondum desiit, citò te collige, tempus est etiamnum te continendi in ejus sinu licet commoto. Renova proposita bene serviendi, reforma vitam, instaura fervorem, quia ob hanc ipsam causam dicit: *Incipiam*, quia spatium dare cupit antidotis, quibus nauseæ occurras.

5. Considera, quare Dominus non contentus dixisse: *sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Sed cùm dixisset *Tepidus*, addit insuper, *& nec frigidus, nec calidus.* nunquid satis erat dicere: *tepidus*? satis erat, quis dubitet? nihilominus quoniam agebatur de re tanti momenti, excedere maluit quàm deficere claritate vocum, & mentem suam bene explicare, nequis nomine tepidi falsò intelligeret eum, qui parùm frigidus, aut parùm calidus est. qui parùm frigidus est

est, etiam est frigidus, & qui parùm calidus est, etiam est calidus. ille tepidus est, qui jam amplius *nec* est *frigidus, nec calidus*. Si ergo esses frigidus, ita ut ignorans bona, quæ affert servitium Divinum, hactenus isti non te applicâsses, Dominus nunquam sinu suo te recepisset ut amicum, & sic evomere non posset. Si fores calidus, esses bono loco. Sed quia jam nec frigidus es nec calidus, ideo, ut ait, evomere te incipiet. In eo ergo consistit tepiditas, quòd scias debitum, quo obstringeris Domino tam bono pro tot gratijs, quibus ille te cumulavit, ex quo ejus obsequio te dedicâsti, & tamen negligas. ô quantum tibi incutere timorem debet negligentia tam importuna, si in te fortè niduletur. nónne etiam tibi stomachum movet, si videas quendam è clientibus tuis, quem præ alijs eximiè fovebas, & complectebaris, jam jam meditari perfugium, quando ex asse tuum esse credi potuit? Hoc verò est, quod tu facis respectu DEI, cùm in ejus obsequio fueris negligens. Perfugium meditaris, quandoquidem, ut suprà audisti, Tepiditas non est status, in quo diutius te possis continere. Necesse est quamprimum per ipsam de calore transire in frigus, & istud quidem longè contumacius, quàm quod primò te constringebat: ita ut demum de te quoque dici possit, quod de perfida Jerosolymæ: *sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* Jer. 8. v. 7. Cisterna aquæ frigus fudit longè immitius, quàm prius habuit: id autem non simul sed paulatim communicat. ita anima facit, quæ instar infidelis Jerosolymæ denique cor suum avertit à DEO.

SEPTEMBER.

I.

Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tuâ docueris eum. Ps. 93. v. 12.

COnsidera in discipulis nihil ita accendere ardorem discendi quàm bonitatem magistri. quis autem melior Magister unquam fuit in hoc Mundo, quàm Christus JESUS? fuit, qui tantò antè per Isaiam promissus fuit his verbis: *Erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum.* Is. 30. v. 20. unde meritò maximum ad ejus scholam concursum esse oportebat, & tamen vix est, qui eò vadat, ne dum curret. Itaque ne mireris, quòd hoc loco Psaltes exclamet: *Beatus homo, quem tu erudieris Domine.* Nota, quòd dicat *Homo*, non *Homines*, quia ratus omnino est, qui inducat animum ad discendum sub tali Magistro, quam vis non digno, ad eos libentiùs quotidie curritur, qui sunt *prurientes auribus*, hoc est ad Magistros fallaces, qui tibi grunniunt, si ipsos auscultes, illico delituros beatum illis suis dogmatis, quæ tradunt, ulciscendi, ambiendi, accumulandi, omnem sensibus indulgendi licentiam: & deinde te fallunt, reddendo obnoxium æternæ miseriæ. *Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Is. 3. v. 12. Verè beatus erit, qui fiet discipulus Christi, sed fidelis, quia is solus consequetur summum Bonum. Gratias age Domino, quia tam facilè frui nunc potes tanto Magistro, maximè in schola orationis lectissimâ, & si non audias, erubesce.

2. Considera supremos Legislatores equidem leges dare populis, sed non docere. Hanc curam Doctoribus permittunt, ut deinde Cathedram conscendant, & doctrinam explicent. non ita hic Divinus Magister. Iste postquam in monte Sinai ore suo promulgavit legem, ipse descendit, ut conscensâ Cathedrâ explicaret legem jam datam, ostenderétque cuivis modum eam adimplendi, quàm fieri potest, perfectissimè, ne ullus superesset excusationi locus, si non impleatur. *Ego ipse, qui loquor, ecce adsum.* Is. 52. v. 6. unde ipsi dicebat hîc David; *Beatus homo, quem tu erudieris Domine!* non *tui*, sed *tu*. non invidebat iis, qui Magistrum sortiti sunt Moysem aliquem, Isaiam, vel Jeremiam, sed illis, qui aliquando JESUM Christum DEI Filium essent sortituri, quales videlicet nos sumus. cur igitur non toto corde in-

inflammamur ad ſtudium ? tantóque magis, quòd ceteri Magiſtri, qualeſcunque ſint, auribus præcepta ſua inculcare poſſint, ſed non cordibus. Solus ipſe eſt, qui *dat viam ſonanti tonitruo.* Job. 28. v. 25. facítque, ut vox Miniſtrorum, præconum, Prophetarum ſuorum pertingat ad mentem, eámque ſuſciret, ac illuminet. ideo non ſolum dici cum veritate poteſt optimus in terra Magiſter, ſed & unicus. *Ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter unus eſt Chriſtus.* Mat. 23. v. 10. nam omnes ceteri, qui ſe Magiſtros venditant, non intus, ſed foris agunt. nullus alius facit, ut intelligsa, quod dictum eſt, nullus, ut exequaris.

3. Conſidera, ſi alij ſupremi Legislatores etiam inducant animum ad docendas, quod rarum eſt, leges ſuas; eos non ſuſcipere laborem tradendi ſcholaribus prima elementa, ſed alijs relinquere curam erudiendi in ſcholis inferioribus per gradus, ipſi verò jam altioribus aptos diſciplinis recipiunt. Non ita Legislator noſter: *Ego eruditor omnium eorum.* Oſ. 5. v. 2. ipſe docet eruditos, & ipſe erudit. *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tuâ docueris eum.* Imò quis explicet, quantâ patientiâ exerceat hoc imprimis erudiendi munus? *ſicut homo erudit filium ſuum,* quando nempe filius incapacior, & ineptior eſt: *ſic Dominus DEUS erudivit te.* Deut. 8. v. 5. Tu per te ipſum facilè potes intelligere, quantus labor fuerit exantandus à Domino in primis, quas tibi tradidit lectionibus, ut Spiritum tuum erudiret, hoc eſt, in eximendis pravis illis propenſionibus, quæ te impediebant ab addiſcendâ ejus lege, in tollendâ ſuperbiâ, tollendâ ambitione, tollendo, qui tibi inerat, nimio amore proprio. *Eruditus ſum,* [illegible] quoque dicere cum veritate potes, *eruditus ſum quaſi juvenculus indomitus.* Jer. 31. v. 18. & utinam etiam [illegible] te ſatis erudiverit, poſtquam tot annis ejus ſcholam frequentas. Et [illegible] ſi non tradat lectiones illas ſublimes propriè ſuas? cauſa eſt, quia [illegible] rudem invenit. Tu velles in omnine illis frui luminibus, quæ Sancti recipiunt. facilè conceſſerim. Sed [illegible] ſcilicet malum tuum eſt, quòd [illegible] velis à præceptore tam præclaro, [illegible] non erudiri: ſine, tibi prius tollat [illegible] mium affectum, quo tuis adhæres [illegible] modis, tuos impetus ſequeris, [illegible] non dubita etiam traditurum eas [illegible] cuperes, lectiones. at niſi cures, [illegible] perfectè priùs erudiat, nunquam [illegible] docebit. Audi, quomodo loquatur Pſaltes: *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tuâ docueris eum* priùs *erudit,* tum *docet:* non primùm *docet,* deinde *erudit.*

4. Conſidera proprium eſſe [illegible] Magiſtri non ea tantùm docere, [illegible] ad implendam ejus legem pertinent, ſed etiam altiſſima Fidei myſteria, [illegible] lia ſunt illa de Trinitate Perſonarum Divinarum, de Prædeſtinatione, [illegible] Providentia, de Gratia, cetera [illegible] nunquam antea audita. *Eructabo [illegible] ſcondita à conſtitutione mundi.* [illegible]

Ps. v. 35. veruntamen nota mysterium. Psalmista non vocat beatum quenquã eorum, qui de talibus mysterijs, sed qui de lege suâ docentur à DEO: *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tuâ docueris eum.* non *de arcanis tuis*, non *de judicijs tuis*, non *de incomprehensibilibus tuis*, sed *de lege tuâ*. quia sine scientia speculativa mysteriorum eam sublimium consequi salutem potes: at non potes sine practica legis, quam diximus. Vide proinde, quantum interesit, ut in hac potiùs scientiâ profectum facias, quàm quavis alia. hæc est scientia, quæ te beatum efficit. Duplex est beatitudo. una perfecta, quæ est Patriæ, altera imperfecta, quæ est viæ. Beatitudo patriæ est videre DEUM. Beatitudo viæ est rectà incedere per eam viam, quæ ducit ad Patriam. porrò via, quæ ducit ad Patriam, non est scientia exactissima mysteriorum, sed legis: *Beati immaculati in viâ, qui ambulant in lege Domini.* Ps. 118. v. 1. Ecce, qui dicuntur *Beati in viâ*: illi, qui se servantes immaculatos à luto, quod in hac ipsa, quæ ducit ad cœlum, viâ, plurimum occurrit, constanti pede progrediuntur in lege Divinâ. *Ambulavi in lege Domini.* quod si ita est, quis non videt, quantò majus studium ponendum sit in addiscendâ DEI lege, quàm omnibus Mundi disciplinis? quid tibi proderit scientia Poëticæ, Juris Civilis, & Canonici, Moralis, & Theologiæ sublimissimæ, si damnari contingat? & tamen cum his omnibus, & alijs hujusmodi, ut sic dicam, infinitis damnari potes: at non cum illa Legis Divinæ, si quidem scientiam habeas, quæ docetur, ut diximus proximè à DEO, & est scientia practica. Scientia legis speculativa etiam discitur è libris sacris, qui de ea disserunt, practica verò à solo DEO. Unde hîc pariter Psalmista dicit: *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tuâ docueris eum.* quia nec in ista materia tanti momenti, qualis est lex Divina, curabat ille speculativam, volebat practicam. cujus possessione gloriari tu potes? fortè nec unius nec alterius, bene autem scientiarum profanarum, quas Mundus habet in pretio.

II.

Militia est vita hominis super terram. Job 7. v. 1.

COnsidera verba ista jam cunctis esse notissima, sed non perinde notas esse sequelas utilissimas, quæ inde ducuntur. atque idcirco tuo Spiritu profundius penetra ad eas eruendas: neque facias more quorundam, quibus satis est ita ponderâsse scripturas sacras, uti aurum jam cusum in monetam, etiam illas rimari, & investigare convenit, quæ auro in terræ

viſceribus abſcondito comparantur. *Si quæſieris ſapientiam quaſi pecuniam*, quod primi faciunt, *& ſicut theſauros effoderis illam*, quod inſuper faciunt ſecundi : *tunc intelliges timorem Domini* : qui ſufficit ad continendum in officio voluntatem : *& ſcientiam DEI invenies*, quæ ditat intellectum cum maximo emolumento ipſius voluntatis, quæ ab illo dependet. Prov. 2. v. 4. Ut ergo revertamur ad propoſitum. Eſt vita hominis militia quædam, cujus ſi Archiſtrategum quæras, eſt is DEUS. duces inferiores ſunt, qui ejus locum in terra obtinent. milites ſunt homines obligati ad militandum per omnem vitam ſuam, ut ideo non dicatur : *Militia eſt in vitâ hominis* : ſed *vita hominis eſt militia*. locus certaminis hæc terra eſt, ſuper quam in varios ordines pro ſuo quiſque ſtatu diſponuntur. Inſigne eſt pulchrum Chriſtiani nomen : arma ſunt preces, quibus in pugna utuntur, ſunt ſcripturæ, ſunt Sacramenta, Caſtigationes aſſumptæ, & alia ejuſmodi adminicula ſpiritualia. hoſtes ſunt cupiditates inordinatæ, animatæ à dæmonibus infernalibus, qui cum ipſis fœderantur: ſtipendia ſunt ſolatia, quæ recipiuntur à Gratia : jacturæ ſunt lapſus in peccatum : lucra parta actus præclari virtutum: clades eſt damnatio: triumphus gloria Paradiſi, quæ denique victorem coronat, ſuâ functum militiâ. Sed iſta cunctis ſunt nota. tu in præſentiarum utiles illas expende ſequelas, quas in majus tui commodum ipſe potes eruere.

2. Conſidera, ſi vita hominis ſit militia, ſequi ergo, quòd ea ſit continuus laboris, & non quietis, hoc eſt, quod Leges dicunt, *in Militia nullas ferias admitti*. nam ſi in exercitu ceſſatur à conflictu, quod in ſpirituali militia, de qua loquimur hoc loco, rariſſimum eſt, non idcirco etiam à labore ceſſatur. quando etiam non congreditur, quòd hoſtes non lacceſſant, debet tamen quiſque ſtare paratus ad conflictum : *ſtate ergo ſuccincti lumbos veſtros*. Eph. 6. v. 14. debet pugnare, & repurgare arma : neque poteſt hinc inde vagari, prout otioſi ſolent, ſed vel domi, vel in ſtatione ſua, vel in excubijs ſtandum eſt. *Super custodiam meam ſtabo*. Abac. 2. v. 1. Quomodo ergo vis ideo neceſſe ſit exponi omnibus temporum injurijs, gelari frigore, conſumi fame, & graviſſimum quemque laborem ſuſtinere. quid ais ergo, quis in hac vita cupis circumfluere delicijs ? an hoc convenire videatur militiæ ? *Militia eſt vita hominis ſuper terram*, non voluptas.

3. Conſidera, ſi vita hominis ſit militia, hinc inferri, non eſſe cuique præmii, uti vellent aliqui, ſed merita. quid mirum ergo, tot bonos ſuperiorem habere malè ? Prudens dux exercitûs non ſolet generoſos milites arcere à grandine globorum: quin eoſtos maximè in prima acie hoſtium ictibus pervios exponit, & collocat. eoque ratione oſtendit illos à ſe amari præcipuè & æſtimari. ſufficit, quòd eos obtentâ plenâ victoriâ etiam ſuper aliis remuneretur. quid dicis ergo,

quàm facilè Divinam Providentiam condemnas, quòd in hoc mundo tantum det justis patiendi materiam? *In mundo pressuram habebitis.* Jo. 16. v. 33. ita fores tractantur. *Militia est vita hominis super terram.* finem expecta: & videbis, an DEUS non magis sit remuneraturus eos, qui magis laborârint. Hic nihil amplius requiritur, quàm ut stipendia largiatur æqua laboribus impositis. *Quis enim militat suis stipendiis unquam?* 1. Cor. 9. 7. & ut idcirco majora quoque det adjumenta gratiæ quàm aliis.

4. Considera, si vita hominis est militia, esse igitur tempus humiliter parendi, & non suo vivendi arbitrio. & qui nescit, quàm exacta obedientia semper requisita sit, & adhuc requiratur in Militia? non est in mundo obedientia, quæ isti comparari possit. unde miles examinare non debet jussa ducis, sed exequi clausis oculis. *Habeo sub me milites, & dico huic: vade, & vadit, & alii veni, & venit.* Mat. 8. v. 9. nec ista obedientia locum tantùm habet in facilibus, uti sunt vadere & venire, sed in difficilioribus quoque: unde contingit quotidiè atrocissimis pœnis castigari milites, qui ausi fuerint Duci suo repugnare, cùm ille sublatâ virgâ eos percutit. Tu ergo quid dicis, qui molles legem aliam in terra, quàm arbitrium tuum? *Militia est vita hominis super terram.* si vita tempus est militandi, etiam tempus est obediendi perfectè, nec inter verbera querendi, quæ proveniunt à Duce, vel ejus partes sustinentibus in terra.

5. Considera, quodsi vita hominis militia est, præterea sequi vitam esse tempus summi periculi non securitatis. & quis dubitet? *Communionem mortis scito.* Ecce quid Sapiès denûtiet omnibus, qui, dũ nascuntur, velint, nolint, huic adscribuntur tam grandi militiæ, de qua agimus: *Communionẽ mortis scito.* Intelligat quisque, dum vivet, semper se victurum in periculo damnationis perinde ac quemvis alium. quare? *Quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.* Eccl. 9. v. 20. causa est, quia continuò mille imminent insidiæ, mille imminent insultus. Insidiæ sunt pericula peccandi, quæ non expectas. Insultus sunt, quos equidem expectas, sed imparatus ad eos viriliter repellendos. Illæ sunt formidabiles multitudine, isti feritate: & ideo de prioribus dicitur: *In medio laqueorum ingredieris:* & de secundis: *& super dolentium arma ambulabis.* O si ex alto posses despicere terram vastissimum illum locum certaminis, in quo versaris! videres illam undique armis, ut ita dicam, obsitam, quæ denique fœdè exciderunt manibus miserorum, qui frustra nunc in inferno suas plangunt strages. & quid aliud sunt arma ista, quàm testes cladis, quæ in hujusmodi insultibus quotidie accipitur? *Arma dolentium.* & tu tamen securus vivis non secus, ac si salutem tuam pugno concluderes? multum falleris. *Militia est vita hominis super terram.* & ideo cautus esto, quia tu quoq; perire potes: *Varius est belli eventus, & nunc hunc nunc illum consumit gladius.* 2. Reg 11. v. 25.

6. Considera, si vita hominis est militia, sequi ergo, quòd pariter sit vita probationis, non præsumptionis. Putas fortè te ingentem virtutis apparatum intus in corde circumferre. at si ita est, ad experimenta veniendum. atque hoc est, ad quod præcipuè quoque ordinatur Militia, quam hoc loco septuaginta Tentationem appellant. *Tentatio est vita hominis super terram.* ordinatur ad probandam alterius vel constantiã, vel vecordiam. quippe quæ nullo loco meliùs probatur, quàm in acie, vel medio certaminis loco. Hinc est, quòd 4. Reg. 25. v. 19. ubi dicitur: *Sephar princeps exercitûs probabat tyrones de populo terræ*, pro verbo *probabat*, in Hebræo legatur, *militare faciebat.* hoc solum discrimen est, quòd in illa militia alii non probabantur nisi *Tyrones de populo terræ*: in ista verò etiam probantur Veterani. *Tentavit DEUS Abraham.* Gen. 22. v. 1. quia experimenta, quibus DEUS exercet homines tanquam milites suos, non finiuntur usque ad vitæ exitum. quid agis ergo, quòd tam facilè credas superbiæ tuæ, cùm illa tibi dictat te jam attigisse sanctitatis fastigium? falleris: falleris. nondum est finis probationum. *Militia* (hoc est *Tentatio*) *est vita hominis super terram*: & in hujus fine patebit, quis sis.

7. Considera, si vita hominis est militia, sequi demum, eam non esse tempus liberum, sed præfixum? quis sensus verborum? Erant è Philosophis audaces quidam, qui ut colorem illinerent fortitudinis desperationi summæ, ajebant ad vitandam calamitatem quandam vel ignominiæ, vel infirmitatis, vel alterius mali tolerantiæ nimis difficilis, posse hominem cum laude necare seipsum. sed hoc erat quid crassius? *Militia est vita hominis super terram.* quâ igitur ratione licebit militi deserere stationem, injussu Ducis? imo actus iste semper judicatus est ab omnibus & iniquissimus esse & insolentissimus, & ut talis etiam hodie ab omnibus populis gravissimè plectitur. & si ita est, quomodo erit laudabilis? Potest equidem miles, maximè cùm longo labore jam fessus est, ardentibus votis contendere à Duce, ut illum manumittere dignetur. sed non potest sponte suâ deserere militiam, atque hoc est, quod etiam homo praestare potest respectu DEI. *Sufficit mihi Domine: tolle animam meam: neque enim melior sum quàm Patres mei.* 3. Reg. 19. v. 4. Hinc est, quòd Job videns amicos suos graviter scandalizatos, cùm audirent ab eo tam instanter desideratam mortem quasi per impatientiam tolerandi graves suas miserias, denique in ista verba proruperit: *Militia est vita hominis super terram.* & ista designare quid voluit? nisi quòd probè sciat suum in terra debitum, nempe militandi & consequenter patiendi multum, sed hoc non obstare suo desiderio moriendi citò, quia nullus miles prohibetur suspirare finem militiæ, eúmque postulare. id quod ipse alibi expressit, cùm diceret: *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.* Job. 14. v. 14.

Quid ergo diu vivere in terra cupis, ut faciunt amatores mundi, quid indicat? indicat se militem parùm fra-

ctum laboribus, quippe quos studiosè declinaverit.

* * *

III.

Medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis. Jo. I. v. 26.

COnsidera, quantus sit error aliquorum, qui DEUM quærunt, quasi ab illis procul abesset, & non sine gemitibus, lachrymis, lamentis ad se attrahere nituntur, dum eum intra habent. Istis profectò cum veritate dici potest: *Medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis.* faciunt isti mo fullorum, qui cùm fontem domi habeant, foras prodeunt ad hauriendum. imò si sunt foris, quampri imùm ipsi est redeundum intro, colligendus animus, recedendum à turbis: ita in se tandem invenient, quod extra se frustrà quærebant, per vias publicas vagando. hæc vera est regula. tu ergo quid agis, quòd eâ uti non incipias? si invenire vis Dominum, ut illi facilè uniaris, ne per imaginationem tantopere vagens extra te ipsum. verum quippe est, quòd eum res creatæ demonstrare ubi possint, sed sæpe etiam divertunt, & abstrahunt. deinde facere quid possunt amplius, quàm ut certò tibi persuadeant eum esse intra te. Itaque potius in intima cordis tui penetralia te recipe, & ut rem indubitatam cognoscere satage, ibi te habere totum DEUM tuum, vivum & verum, quin sit necesse eum alibi quærere: & tunc facilè tibi erit semper in ejus præsentia versari, uti faciunt illi Justi, qui æmuli beatorum curant, ne unquam dimittant è conspectu. nonne summum est probrum, quòd Dominus tanto tempore intra te fuerit, & tu vix eum nôsse incipias? *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me?* Joan. 14. v. 9.

2. Considera verbum istud *Nescire* in sacris paginis geminum habere sensum. unus pertinet ad intellectum, & non cognoscere significat. *Nesciunt eum, qui misit me.* Jo. 15. v. 21. alter ad voluntatem spectat, & significat non curare. *Nescio vos.* Matth. 25. v. 12. Utroque sensu potest accipi hoc loco, quem meditaris. quippe Christus versabatur quasi in centro Judææ, & tamen plerique illorum eum nesciebant: qui verò cognoscebant, non curabant æstimantes eum de vulgo hominem. Idem tibi accidere videtur. continuò DEUM habes in intimis cordis tui penetralibus, & tamen *nescis illum nescis*, quia non cognoscis, & *nescis*, quia non curas. quid mirum igitur, te tam parùm in virtute proficere? *Non est Deus in conspectu ejus: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Ps. 9. v. 26. Cæterùm si tu semper esses præsens DEO, ut ille præsens est tibi, qui fieri posset,

ut

ut quidquam faceres, quod illi displiceat? quis est, qui audeat in ipso conspectu Regis committere actum non dico perfidiæ, sed etiam irreverentiæ, & incivilitatis alicujus? Itaque si viam velis brevem consequendi perfectionem, hoc age, & exercitio Divinæ Præsentiæ te impende, quod omnes sancti adeò commendant, non solùm ut utilissimum, sed necessarium: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Gen. 17.v.1. Quodsi tamen distinctiùs cognoscere velis, in quo consistat tale exercitium, non est necesse longius illud petere: in eo consistit, ut oppositum facias illi, quod significat hoc verbum *Nescire.* consistit in cognoscendo Domino, & curando. consistit in applicando intellectu ad cognoscendum, quomodo revera intra nos sit, & in applicanda voluntate ad correspondendum illi iis affectibus devotis, quos illico ex intimis præcordijs emittet, quisquis eum curaverit.

3. Considera, quomodo applicare debeas intellectum ad cognoscendũ, quòd Dominus intra te sit. applicare debes ante omnia ad cognoscendum per fidem, nempe firmiter credendo sic esse, quia fides hoc docet: *Non longè est ab unoquoque nostrûm.* Act.17.v.38. hæc via & multò facilior est, quàm altera attentæ imaginationis, atq; etiã fructuosior. porrò ut meliùs te disponas ad cognoscendum intellectu, quod credis, persuasum habere debes, Deum intra te esse, quemadmodum Rex est in Regno suo. Rex est in Regno suo tum quoad substantiam personæ, tum per notitiam, quam habet de omnibus, tum per potentiam, quam ibi [illegible] & sic intra te versatur DEUS. primus est modus per substantiam naturæ, quia DEUS est in te, uti Rex est, [illegible] per se ipsum, & non per aliquem [illegible] Vicarium in Regno residet, nisi quod Rex non in quacunque sed unâ tantùm parte regni resideat, DEUS autem [illegible] sideat in quavis parte tui. Alter modus est per notitiam, quia, uti Rex omnia scit, quæ aguntur in Regno suo, ideo dicitur omnibus adesse: ita DEUS scit omnia, quæ in te aguntur: [illegible] quòd Rex, si tamen scit omnia, [illegible] ex relatione aliorum, DEUS autem sciat, quia propriis videt oculis. Tertius est modus per potentiam, quia [illegible] cut Rex disponere potest in regno [illegible] ut liber, ita DEUS disponere in te potest: nisi quòd Rex parùm operari [illegible] se ipsum possit, Deus autem cunctis [illegible] peretur. Et ecce id, quod probè [illegible] vult intelligi, qui dicit: *Medius vestrûm stetit, quem vos nescitis.* non [illegible] *Medius* ad designandum solum [illegible] cum, quem occupat, quia hic [illegible] scribi non potest, sed ad significandum dominium. dicitur esse in medio, [illegible] ferri eodem modo in quamcunque partem potest ad modum Regis, [illegible] corde Regni sui residet. Quod [illegible] est, quomodo fieri potest, ut eum [illegible] quam è conspectu tuo dimittas? [illegible] quàm benignus sit Dominus! ne [illegible] ses dicendo, quòd superare stellas [illegible] queas, ad eum reperiendum in Regno suo, intra te illud posuit: *Ecce Regnum Dei intra vos est.* Luc.17.v.21.

4. Co

4. Considera, quo modo pariter applicare debeas voluntatem ad demonstrandum, quòd cures Dominum, nec eum velis relinquere solitarium in ipso, quasi Regem in Regno suo desistum. applicare debes frequendo affectus devotos, quos interdiu erga ipsum elicere oportet, uti sunt adorationis, amoris, oblationis, laudis, gaudii, gratiarum actionis, pudoris, contritionis, & alii his similes, maximè verò crebræ invocationis. ita verè illum tractas ut Regem, quia sic demonstras, te ab illo summè dependere. Invoca illum, ut in viis tuis te dirigat. invoca, ut in tentationibus corroboret, invoca, ut te confortet in laboribus, ut in pauperie tuâ te locupletet, ut speciali modo assistere tibi in morte non diguetur, quæ quavis horâ accidere tibi potest. Dominus ut bonus aliud non desiderat quàm præstare gratias, sed ut Rex, etiam vult rogari. Tale est exercitium illud Præsentiæ Divinæ, quod facilè usurpari potest ab omnibus. Duo ergo ad hunc usum impellere præcipuè te debent. unum est Gratitudo, alterum necessitas. Gratitudo quidem; quia DEUS semper est intus in corde tuo unicè ad beneficia tibi facienda intentus. & hoc posito nonne æquum est, si ipse semper de te cogitat, te quoque cogitare de ipso, non dico, semper, quia tantum tibi non conceditur, attamen indefessè? Necessitas verò, quia, ut primum è conspectu illum amiseris, instar terræ es, cui magnum quoddam obstaculum conspectum solis abstulerit. non es jam aptus ad producendos flores vel fructus, sed solas urticas. *Quasi hortus voluptatis terræ coram eo: & post eum solitudo deserti.* Joël. 2. v. 2.

* * *

IV.

Vos estis Templum DEI vivi, sicut dicit DEUS: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum DEUS, & ipsi erunt mihi populus. Cor. 6. v. 16.

1. Considera, si DEUS universim existit in cordibus hominum per Essentiam, ut ajunt, Sapientiam, & Potentiam, prout meditatione præcedente fuit declaratum, modo quodam peculiari existere in cordibus justorũ, quia in his præterea inest per gratiam, & ideo si in omnibus est ceu Rex in Regno suo, in his est insuper uti Rex in sua domestica Regia: id quod hoc loco intelligit Apostolus, cùm ait: *Vos estis Templum DEI vivi.* sunt quippe Templa quasi Regia, quas DEUS habet in terra, & ideo aptè adornantur ad nitorem, ut quæ destinantur Regi Regum pro habitatione magnifica. *Elegi locum istum mihi in domum.* 2. Par. 7. v. 12. Porrò Justi Templa nuncupantur,

tur, & Templa DEI vivi. Templa quidem, quia sunt receptacula consecrata Deo & Tēpla Dei vivi, quia nō sunt cōsecrata Deo falso, uti Tēpla Gentilium, sed DEO vero, neq; credas hæc esse nuda templa. ô si quis penetrare posset oculis ad cernendum pretium ornamētorum, & splendorem supellectilis, næ ille fateretur, tantam esse diversitatem inter ipsa & Salomonis Basilicam, quanta est inter typum, & quod eo adumbratur: *Homines divites in virtute.* Tales sunt Justi. non dicit in actu, sed *in virtute*: quia in actu sæpe nihil habent: sed tantò magis in virtute thesauris omnibus abundant. Eccl. 44. v. 6. Quando igitur ad vivendum justè aliud incitamentum non esset, quàm quòd per fidem scias te in eo statu esse Templum DEI, nonne vel hoc solum sufficeret? *Dominus in templo sancto suo.* Ps. 10. v. 5. atque istud est Templum, quod verè sanctum dicitur, Templum spirituale. quia si sanctum est, tale non est sanctitate quadam externâ, uti est materiale, sed internâ.

2. Considera quatuor esse operationes DEI in Templis materialibus, quę habet in hoc orbe terrarum. Prima est ibi habitare, altera est favere nobis peculiari quodam modo per visitationes suas interiores, tertia audire in ipsis itidem peculiari modo preces nostras, & exaudire. quarta est eodē modo recipere à nobis cultum illum, qui aliàs æqualiter ipsi alibi esset debitus. Atque ex his omnino quatuor operationibus probat Apostolus, quomodo Justi sint Templa DEI. *Vos estis Templum Dei vivi, sicut dicit DEUS.* & quæ sunt [illegible]tiones? *Quoniam inhabitabo in* [illegible] En primam. *Et ambulabo inter* [illegible] Ecce secundam. *& ero illorum DEUS* [illegible] En tertiam. *& ipsi erunt mihi populus* [illegible] En quartam. sunt igitur Justi [illegible]mis Templum DEI, quia DEUS [illegible]tat in ipsis per Gratiam sanctificatorem. *Dabo sanctificationem meam in* [illegible] *eorum: & erit tabernaculum meum* [illegible] *eis.* Ezech. 37. v. 26. atque idcirco [illegible] ad ceteros homines rectè dicitur [illegible] in illis esse, prout ubique est: *Plena est omnis terra gloriâ ejus.* Is. 6. v. 3. [illegible] non dicitur in iis habitare. hoc est [illegible]cabulum in Scriptura sacra [illegible]tum Justis. *Psallite Domino, qui habitat in Sion.* Ps. 9. v. 12. *Spiritus* [illegible] *habitat in vobis.* 1. Cor. 3. v. 16. [illegible] *Spiritum sanctum, qui habitat in* [illegible] 2. Tim. 4. v. 16. *Christum habitare* [illegible] *fidem in cordibus vestris.* Eph. 3. v. [illegible] Ratio est, quia in ceteris est per [illegible] illam actionem propriam, quâ [illegible] conjungitur, eos conservando, [illegible] illis dominando, eos discernendo, [illegible] redditione officii reciprocâ, quâ [illegible] ipsis accipiat. In justis præterea [illegible] per actionem mutuam, quâ & ipsi [illegible]guntur DEO, eum amando, illi [illegible]endo, eum venerando, & sic recipiendo in se ipsis. hinc fit, ut, si DEUS [illegible] unde in Justis non esset, sicut [illegible] ubique est per essentiam, scientiam, potentiam, esse in illis deberet per [illegible]morem, qui titulus stringit arctius [illegible] que hoc est, quod ait: *Inhabitabo* [illegible] *eis.* non *ero in eis*, sed *inhabitabo.* [illegible] Rex dicitur esse in Regno, sed habitare [illegible]

in Regiâ. II. sunt Justi Templa Dei, quia modo quodam peculiari visitat eorum animas, præstando quotidie novas illustrationes, novas inspirationes, nova solatia spiritûs, quibus excitat ad operandum bene. ista non durant æqualiter, sed abeunt, redeúntque. quæ causa fuit dicendi, DEUM nunc accedere ad animas suas dilectas, nunc ab iisdem recedere. *si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam.* Job. 9. v. 11. non quòd habitationem suam deserat, sed in ea se variè movet, transeundo scilicet ab intellectu ad voluntatem, & à voluntate ad intellectum per excitationes respondentes conditioni facultatis. Atque hoc est, quod DEUS significat, cùm ait: *Et inambulabo inter eos.* non *ambulabo*, sed *inambulabo*, quia semper eodem modo est intus, & quamvis moveatur per varia Regij sui Palatii conclavia, non discedit tamen. III. sunt Justi Templa DEI, quia modo quodam peculiari eorum preces auscultat, & exaudit, pro occasione demonstrans se eorum Amicum, eorum Patrem, Protectorem, Liberatorem, & omnia. atque hoc est, quod significat, cùm dicit: *Et eorum DEUS.* non *Ero inter illos DEUS*, sed *illorum DEUS.* quia ita sit ipsorum, ut velut de re propriâ possint disponere pro libito. uti de Rege suo opportunè disponere potest Regia, quod non potest Regnum. IV. sunt Justi Templa DEI, quia Deus modo quodam peculiari ab illis recipit cultum sibi debitum, ubi alii vel omnino illum negant, vel solùm præstant materialiter, dum ab ea veneratione & obedientiâ separant, quam illi Justi semper præstant ut sui. *Te elegit Dominus DEUS tuus, ut sis populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* Deuter. 7 v. 6. atque hoc demum est, quod DEUS significat, cùm dicit: *Et ipsi erunt mihi populus.* non solùm *meus populus*, sed *mihi populus*, quia in ipsis habet quasi populum servitio suo consecratum, qualis est ille populus magis selectus & illustris, qui in Regia aulam Regi suo format. Istæ sunt causæ, propter quas de Justis omnibus dicitur: *Vos estis Templum DEI vivi.* Tu modò observa, quomodo eas in te agnoscas, & inde conclude, an Dominus nobiliore modo in te existat, quàm esse in omnibus soleat.

3. Considera, si verosimili ratione sperare possis te esse de fortunatissimo numero illorum, qui sunt Templa Dei, tantò majorem esse obligationem tuam summam adhibendi cautelam & circumspectionem, nequid in te admittas, quod vel minimum habeat profani. *Quis consensus Templi DEI cum Idolis?* 2. Cor. 6. v. 16. quia si vel ipsis Templis materialibus, quæ per meram denominationem, ut vocant, extrinsecam sancta appellantur, tantus est debitus respectus, quantò magis spiritualibus, qualia sunt Sancti vi Sanctitatis veræ, effectricis & substantialis, quam in illis parit gratia, *in sanctificationem Spiritûs.* 1. Pet. 1. v. 2. Quodsi ita est, quomodo finis ergo

menti tuæ propinquare cogitationes vel inutiles, vel vanas, vel vitiosas, aut saltem terrenas potiùs quàm Cœlestes. *Dominus in Templo sancto suo.* quid hinc sequitur? sileat à facie ejus *omnis terra.* Habac. 2. v. 20. Tantò magìs impendere te debes Exercitio Præsentiæ Divinæ, quantò magis peculiari quodam modo DEUS in te versatur in Regia sua. *In Templo ejus omnes dicent gloriam.* Is. 28. v. 9. Totum Regnum agit cum Rege sed è longinquo magis. Regia liberum habet aditum, & cum eo conversatur.

* * *

V.

Sobrii estote & vigilate, quia Adversarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem devoret: cui resistite fortes in fide. 1. Pet 5. v. 8.

1. CONsidera, ne cedas insultibus adeò ferocibus, quales sunt diabolici, non expectandum, ut eos, cùm venerint, fortiter repellas, sed eos etiam solerter prævertendos. Unde primò hîc dicit S. Petrus: *Sobrii estote, & vigilate.* quia cùm negotium nobis sit cum inimico adeò formidabili, id quod primo loco requiritur, est, ne patiaris te improvisò ab ipso occupari. & ecce, quis sit sensus hujus vocis: *Vigilate.* sensus est, ut sis gnaviter intentus tibi, uti facit, qui latebras & insidias metuit tensas sibi, cùm minimè putat. & sic vigilare spectat ad animum. verum tamen est, id obtineri non posse, nisi corpus quoque operam suam conferat. unde non solùm dicit Apostolus: *Vigilate*, sed *sobrii estote.* imò priùs dicit: *sobrii estote*, dein *vigilate.* quia id, quod maximè vigilem servare mentem potest, sobrietas est. *Cibi non sunt allati coram Rege,* & ideo quid contigit? *insuper & somnus recessit eo.* Dan. 6. v. 18. cùm Intemperantia ita gravet, ut etiam necessitatem imponat alto somno claudendi oculos, *porrò Holofernes jacebat in lecto suo, nimiâ ebrietate sopitus.* Judith. 13. v. 1. Tibi verò quid videtur in hac causa? vigilásne, ut oportet? si non vigilas, hoc est, si non excubas intentus tibi, res tuas examina, & certò videbis, causam præcipuã, unde hoc accidit, esse ventris studium. Cura, ut illum mortifices, prout incredibili fervore fecerunt tot Sancti: *Prohibe illi panes dare.* Eccl. 12. v. 6. & videbis, quanto facilius illi futurum sit vigilare. aliàs quo plus boni illi feceris, tantò magis habebis malè: malè quoad corpus, malè quoad Spiritum. *Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi.* ib.

2. Considera, si ejusmodi vigilantia aliquantum molesta sit, non ideo

sinè causa injungi. quia illa oppidò necessaria est. ô quàm tremendo cum hoste negotium nobis est ! nempe cum Lucifero. iste est, qui hoc loco adeò horrificis describitur coloribus: *Quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret.* quia quantumvis alligatus in profundo Abyssi non ipse terram circumeat, circumit tamen per innumerabiles Ministros, quos hîc habet. id quod tanto dererius est. Nota igitur, quod tam sit illud, quod ipsum maximè formidabilem reddit. Est voluntas nocendi. quæ quanta sit, explicari satis non potest. & ideo de ipso priùs dicit Apostolus: *Adversarius vester diabolus*, dein dicit: *tanquam leo rugiens.* tandemum: *circuit, quærens, quem devoret.* Primò dicit: *Adversarius vester diabolus*, ut intelligas dæmonem non esse hostem, cui odisse sit satis. si hoc foret, etiam Apostolo fuisset satis eum nuncupare Inimicum, non Adversarium. hostis est, qui semper adversatur, semper insidiatur, semper te infestat, semper intentus est, quoad potest, in ruinam tuam. *Totâ die impugnans tribulavit me.* Ps. 55. v. 1. atque idcirco dicit Apostolus: *Adversarius vester diabolus*, non dicit: *Inimicus.* deinde hanc ipsam ob causam pergit dicere: *tanquam leo rugiens:* non *tanquam leo*, quod multum foret, sed *Leo rugiens.* ut intelligas dæmonem non solùm esse ferocem, robustum, audacem, superbum, præ quovis alio leone, qui reperiri in mundo possit, sed insuper esse leonem famelicum. Tunc rugit leo, quando in visceribus plurimum cruciatus à fame, oculis prospexit prædam, quam desiderat, & eam jam jam spe devorat. & hinc est, quòd dæmon leo sit, qui semper rugit, *Leo rugiens*, quia semper torquetur fame animarum: semper sperat, ut ut fugiant, eas assequi. innò ideo rugit, ne fugiant: nam iste finis est, cur rugiat visâ prædâ, cùm potiùs silendum videatur, ne se prodat. Finis, inquam, est, ita eum terrefacere, ut subitò Spiritum & vires perdat fugiendi. prout revera hoc obtinet. quia scribitur ad solum ejus auditum feras omnes quasi attonitas stupere. & hic omnino est finis in tanto rugitu dæmoni propositus. ô quantum ille terrere potest animas, maximè virtutem sectantes, quas ille præcipuè venatur, tentationibus diffidentiæ, anxietatibus, angustijs, quas immittit ! *Leo rugiet, quis non timebit?* Amos. 3. v. 8. & ideo ordinariè primò facit audiri hos rugitus, qui eripiant animum, dein molitur insultum dicendo melius proin esse, ut quis delicijs indulgeat, dum potest, genio suo vivat, & voluptati litet, projectâ scilicet cogitatione omni operandi bene. & hoc est, quod impulit Apostolum, ut tertio loco subjungeret: *circuit quærens, quem devoret.* ut constet dæmonem non esse contentum inferre qualecunque malum, sed semper anhelare ad pessimum, quod facere quidem possit. *Circuit quærens*, non *quem mordeat*, non *quem mactet*, sed *quem devoret.* quæ vox in dæmone vim aliam non habet, quàm

ut explicet summam rabiem, quâ ille stragem facit animarum. Sufficiat dicere, eum, si posset, simul omnes unius instar boli devoraturum. hinc fit, ut, cùm leo bene pastus demum satietur, diabolus, quò plus devorat, eò magis semper esuriat. famem habet insatiabilem, & ideo nulla spes est, ut unquam mitigetur, aut mansuescat, uti leo, cùm satur est. at si ita est, numquid opus erit vigilantiâ continuâ contra hostem, qui adeò ad nocendum semper aspirat?

3. Considera, si in sola voluntate nocendi consisteret vis terrendi, ferendum hoc fore. sed pessimum est, quòd ad cupiditatem nocendi sagacitas accedat, solertia, & astutia, quâ id facit. Et ideo de ipso prudentissimè dicit Apostolus non solùm, quòd *quærat*, *quem devoret*. sed quòd *circumeat quærens*. furiosus est leo: & nihilominus non apertè & directè prædam occupat, prout ipsum sua instigare posset audacia, sed ex insidijs aggreditur, quod exprimitur tortuoso illo circuitu. *Circuivi terram, & perambulavi eam.* Job. 1. v. 8. Verum est tres esse sensus præcipuos, quos SS. Patres ex hac voce trahunt. primus est, quòd dæmon instar venatoris agat, qui ut meliùs decipiat feram, non semper eodem situ tendit rete, sed mutat situm, transeundo nunc ex aprico in obscurum, nunc ex alto in profundum. & ideo dicit Apostolus: *circuit*, ut intelligas, quòd ubique sit quæsiturus, domi tuæ, in templo, per vias publicas, in aulis, in claustris, in hortorum latebris, sed diversè: ut adeò difficile sit divinare, ubi potiùs te expectet, bene autem arguere hinc potes, vigilantiam tuam necessariò ad quæ[illegible]ca porrigendam, quia ille *Circuit quærens, quem devoret.* Secundus est, quòd dæmon agat instar belli [illegible] qui ante insultum arcis, quam expugnare cogitat, primò circuit per partes singulas observans, ut eâ aggrediatur, quâ maximè debilis existit. ideo dicit Apostolus: *Circuit*, ut intelligas eum usurum circuitu, ut te undique observet. Imò quis dubitet, quin te continuò observet? Te observat in mente, observat in oculis, observat in auribus, observat in [illegible] observat ex omni latere, & ubi debilissimum advertit, ibi tentat insultum. *Observabit Peccator Justum, & stridebit super eum dentibus suis.* Ps. 36. v. [illegible] ita ut tua contra ipsum vigilantia [illegible]lam quidem tui partem omittere, maximè verò illi attendere debeat, [illegible] consideratâ debilitate tuâ necessaria [illegible] major. Tertius est, quod dæmon agat instar latronis vel sicarij, qui [illegible] noctem ingredi domum possit [illegible] necandũ, utique faceret ad obtinendam promissam sibi sceleris mercedem [illegible] eo, qui tuum sitit cruorem. at quid [illegible]ne custodiris, foris expectat, & [illegible]ciniâ circumit, ut, quamprimum [illegible]dem domo extuleris, confestim [illegible]piat vitam: & ideo de illo dicit Apostolus: *Circuit*, quia si intra [illegible] tua conclusus maneas, DEUS plerumque non dat ipsi licentiam penetrandi quid porrò? etsi proditor non [illegible]

ri, it *circum*, quia in gyrum ambulat circumtus semper, sicubi videat foras effugiat pedem, ut ocyus insequatur. Septa ista sunt leges præscriptæ, quæ pro conditione statûs te circumdant, tuæ regulæ, directio Patris tui spiritualis, Sacramentorum frequentia, Examen, solitudo, silentium, Pœnitentiæ opera, & alia hujusmodi, quæ dæmonem plurimum impediunt, ne appropinquet. Et huc quoque tua dirigi debet vigilantia, ne clausis oculis excas his septis relaxando exercitia, modò enumerata. aliàs perijsti. Ecce dæmon *sicut leo paratus ad prædam.* Ps. 16. v. 12. & tu quid ages? an robur quo poteris declinare?

4. Considera, si quando culpâ tuâ vel aliunde contingat dæmonem, leonem tam malignum, imminere tibi, ut noceat, non idcirco dandas, ut dictum, victas manus, quia quamvis multò sit melius prævenire assultus, ut citiùs insinuatum est, quàm cogi deinde ad eos repellendos; convenit tamen omnino illos repellere, cùm veniunt, quia dæmon denique leo est, qui tantùm potest, quantum illi permittitur, ut possit. & ideo S. Petrus concludit: *cui resistite fortes in fide.* quia probè scit, posse nos resistere, si velimus. Sed quo resistes? audisti. fortes fide, vel, ut melius dicam, stando fortiter in fide. quia fides in se semper eodem modo est fortis, at nos non semper eodem modo sumus fortes in fide. & hoc fortè persuasit Apostolo, ut non diceret: *Resistite fide forti.* sed potiùs: *Resistite fortes in fide.* Oportet ergo, cùm sentis te impugnari à dæmone, illico excitare in mente magna illa dictamina, quæ Fidei vocantur. *Hæc est enim victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* 1. Jo. 5. v. 4. veram gloriam esse contemptum, verum gaudium pati, veras divitias paupertatem, veram Sapientiam placere DEO, unum esse in terra alicujus momenti negotium, servare animam. & sic per reliqua discurre principia fidei specialius opposita tentationi, quæ te infestat. tum verò oportet stare fortem in fide, nec audire, quid in contrarium dæmon suggerat ad te decipiendum, sed quid Christus dicat, qui stat Spectator certaminis, ut vel remuneretur, vel puniat pro ratione meriti, per omnem æternitatem. At quia fides etiam fiduciam significat, eodem tempore recurrendum ad Dominum, qui te spectat, ut tibi præstet auxilium. & hac quoque stare oportet fortem in fide, & pro indubitato habere, dæmonem instar leonis rugire posse, quantum velit, exasperari, furere, perstrepere, sed reipsâ nihil posse, modò illi resistas duplici hac fide, quam diximus, & animosè dicas: apage in malam Crucem. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Jac. 4. v. 7.

VI.

VI.

Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI: stultitia enim est illi, & non potest intelligere. 1. Cor. 2. v. 14.

1. COnsidera duas esse beatitudines humanas, unam in cœlo, alteram in terra: in cœlo frui DEO, in terra pati pro DEO. In cœlo hominis beatitudo est frui DEO, quia factus est, ut DEO fruatur, & ideo quâ primùm id consequitur, fit beatus, quia finem suum consequitur, & finem suum ultimum, in quo solo potest aquiescere cum illa pace maximâ, quam res omnes inveniunt, cum centrum suum attingunt. In terra est pati pro DEO, quia hoc est, quod maximam securitatem nobis præstat, nos eo fruituros in cœlo. & ideo uti prima beatitudo est consequi suum finem, ita altera est cum fundamento ejus consecutionem sperare. quis autem majore cum fundamento speret, quàm qui super terram patitur pro DEO? *Si sustinebimus, & conregnabimus.* 2. Tim. 2. v. 12. hinc Christus beatos pauperes vocavit, beatos, qui persecutionem patiuntur, beatos, qui lugent. tales vocavit ob arrham salutis certissimam, quam habent. *Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.* Luc. 6. v. 21. & hac ratione, si penitiùs consideremus, videbimus, majorem in terra esse beatitudinem pati pro DEO, quàm eo frui per suave in oratione commercium, locutiones, lumina, & extases dilectas, quia cuncta ista sunt dona gratuita. Id autem, quod donum est, non facit securos Paradisi, quàm securos facit, quod est meritum. & tale est pati pro DEO. Jam verò idioma istud, quantumvis clarum, illi, qui vivit secundùm partem, quam habet cum brutis animalibus communem, est barbarum idioma. & ideo hîc dicit Apostolus: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI. non percipit, quæ sunt in cœlo, non percipit, quæ sunt in terrâ.* quippe, ut nemo ignorat, duæ sunt proprietates, quæ Animal ab homine distinguunt. una est ducatus sub fiderijs ab Appetitu, nonâ denotat. Altera regi in judicijs ab apprehensione, non à discursu. His positis, *animalis homo*, qui vitam vivit brutis animalibus propriam, *non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI in cœlo*: quia cùm & ipse ducatur ab appetitu, tamen Paradisum fingere sibi nequit quàm illum Mahometis. & talis in cœlo Paradisus non est, quia non sunt illis ea deliciæ quàm Spiritûs. adeò ut corporis quoque voluptates, cùm eas imaginabimus, quasi Spiritualizabit, quod est, illis, quæ sunt Spiritûs, similes futuræ sint. *Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale.* 1. Cor. 15. 44. *Non percipit ea, quæ sunt Spi-*

ant DEI in terrâ. quia cùm & ipse, qui vitâ vivit bruti animalis, apprehensione se regat, judicare nequit nisi de eo, quod apparet. & sic capere nunquam potest, quantumvis auscultet, quomodo sint *Beati, qui lugent.* eos miseros putat, miseros pauperes, miseros, qui persecutionem patiuntur, quia ignorant miseri. Deplora statûs hujus infelicitatem, si tamen agnoscis. quod si non agnoscas, deplora te ipsum, quia clarissimum signum est, te quoque unum eorum esse, qui vivunt in hoc statu. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI.*

1. Considera causam, ob quam dicit Apostolus eum, qui vivit vitam animalis, non percipere, quæ sunt Spiritûs. Causa est, quia stultus est. *Stultitia eorum est illi.* & si stultus existat, non solùm res ejusmodi non intelligit, sed etiam inexpertis contingit, sed neque *potest intelligere.* Qui bono præditus est palato, sed in omni vita sua nunquam gustavit saccarum, certè nescit, quid sit saccari gustus. sed etsi nescit, scire tamen potest, modò gustet. At cui palatum stupet, ne scit, nec scire potest. Jam ergo hæc est infelicitas ejus, qui deditus est vitæ, quam Apostolus animalem vocat. *Stultitia est illi.* habet intellectum, qui est animæ palatum, obtusum, si non stupidum, quia assuetus non est nisi rebus sensuum delectantibus & carnem, atque adeò capax non est intelligendi Divina. *non potest intelligere.* quia gustare non potest: superant ejus sensum. *Plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi.* Eccl. 3. v. 25. quis verò nescit Divina aliter intelligi non posse, quàm gustando saporem illorum absconditum? unde olim dicebat Moyses de suis stolidis Hebræis: *Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent.* Deut. 32. v. 29. videtur fuisse dicendum: *Vtinam intelligerent, & saperent.* non *utinam saperent, & intelligerent.* quia primum est intelligere, tum sapere, & non priùs sapere, deinde intelligere. at ille non sic dixit. studiosè dixit: *Vtinam saperent, & intelligerent*: quia verum equidem est, in naturalibus primum esse intelligere, tũ sapere: at in his, quæ naturã transcẽdũt, qualia sunt, quæ ad vitam spectant alteram. *Novissima*, primũ est sapere, dein intelligere. *Gustate, & videte.* Ps. 33. v. 9. Id verò quomodo fieri in eo potest, qui habet intellectum jam ab animali vitâ obtusum? quanquam quòd ista non intelligant, non oritur à solo defectu potentiæ, sed fortè magis, si ita loqui libet, à subtractione principij. quia Spiritus Domini nemini communicatur minùs, quàm his, qui vivunt more brutorum. ô quomodo illos deserit, quomodo abominatur! DEUS sui fruitionem non concedit nisi ijs, qui in cœlo omnino sunt mortui sensibus, in terra mortificati. *Non videbit me homo, & vivet.* Ex. 33. v. 20. ita disertè de se ille dicebat. cur autem dicebat, nisi quia, quisquis illo frui desiderat, omnino debet esse vel mortuus sibi, vel mortificatus. Vide ergo, quantopere intersit vitam istam deponi, quæ ut

plurimum animalis est, hoc est, vitam, quæ te inclinat ad tam perditè amandas voluptates tuas sensibiles, & æstimandas. nisi deponas, te reddis inhabilem Divinis delicijs, quia istæ prorsus spirituales existunt: *Spiritus est DEVS: & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.* non *in Spiritu & voluptate.* Jo. 4. v. 24.

3. Considera, si necesse est deponere vitam, quæ sensibilibus delicijs plus æquo indulget, quantò magis illam oporteat deponi, quæ etiam carnis voluptates sectatur. Ista haud dubiè est vita illa animalis, quam hoc loco maximè damnat Apostolus, cùm ait: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritûs DEI: stultitia enim est illi, & non potest intelligere.* quia si is, qui nimium deditus est sensibilibus, Divina capere non potest, Libidinosus ea credere vix potest. & sic Libido est, quæ paulatim fidem cordi eximit, etsi falsò putes te eam retinere. Hæresiarchas vide saltem ætate nostrâ celebriores. Omnes cæperunt à vita primùm Spurcâ, dein sacrilegâ. imò ipse Apostolus ad Colossenses scribens per incredulos luxuriosos intelligebat, cùm diceret: *Propter quæ venit ira DEI*, hoc est, diluvium, *super* [illegible] *incredulitatis.* Coloss. 3. v. 6. [illegible] rum id esse debet. Libido longe progressu facit, ut desperes [illegible] alterius vitæ bona, dum audis [illegible] tinendis necessarium esse abstrahi [illegible] illis voluptatibus, illis commercijs, quibus magis affixus hæres, [illegible] vultur cadaveri. & quemadmodum desperas, pronum est, ut etiam [illegible] eximendam molestiam tibi persuadeas, talia bona in altera vita promissa, [illegible] frivola, esse falsa, & sic prodas [illegible] saltem tacitè in corde tuo, quin [illegible] satis advertas. Quære tantisper [illegible] ipso Apostolo, quinam sint homines *alienati à vitâ DEI propter cæcitatem cordis ipsorum.* dici tibi mox [illegible] esse illos, *qui desperantes semet ipsos tradiderunt impudicitiæ.* Eph. 4. v. [illegible] Miseros illos, qui ad talem [illegible] prolabuntur! & tamen quot [illegible] tinuò prolabuntur etiam inter Christianos? Tu si ab illo procul abesse [illegible] lis, quid ages? Cave à voluptatibus etiam sensibilibus, quantùm potes, quia ab his immodicè amatis [illegible] contingit paulatim fieri luctuosum transitum ad Venereas.

VII.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. 1. Pet 2. v. 21.

1. Considera tres fuisse fines altissimos, propter quos Christus Dominus noster venit in hunc mundum, & posthabitis gaudijs & honoribus

ribus, quos vendicare sibi justissimè poterat, vitæ se subjecit adeò plenæ doloribus. Primus fuit, ut sanguine suo nos redimeret. Secundus, ut doctrinâ suâ illuminaret. Tertius, ut congereret simul & animaret exemplo tam sanctissimo. Unde videtur etiam hunc accommodare potuisse tres illos sumosissimos titulos, quos sibi tribuebat, cùm dixit: *Ego sum Via, Veritas, & Vita.* quippe exemplo Via nobis extitit, doctrinâ Veritas, & Vita denum, cùm nos à morte redimeret. Nihilominus cereris omissis finibus quantumvis excelsis, censuit hîc Apostolus solum memorandum Exemplum, quod in præsens magis est nobis necessarium: siquidem redempti licet à Christo, & illuminati salutem consequi non possumus, nisi planè sequamur illum statuamus per viam, quam illa tenuit, dolorum. Id spectans Apostolus in hunc modum locutus est: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Enimverò, uti dicebat *pro nobis passus*, ita videtur dicere debuisse: *nobis relinquens.* Verùm non ita dixit, sed *vobis*, quia Apostolis equidem dedit exemplum Christus multa patiendi, sed non reliquit. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Jo. 13. v. 15. Reliquit ijs, qui postea succedebant, ut ideo dicebat Petrus; *vobis relinquens*, id est, *relinquens.* Propter nos ergo Sapienti prorsus consilio disposuit Dominus, ut à quatuor accuratissimis Evangelij scriptoribus plenissimè consignarentur omnia exempla, quæ ille dedit, maximè patiendo: ut, cùm oculis nostris ea cernere non liceret, sicut Apostoli cernebant, saltem attentâ meditatione voluminum, quæ sunt adeò sacrosancta, illa disceremus. porrò quid hoc juvat, si pro studio sacrorum voluminum, ab illis abhorres? ô quantum tibi creas præjudicium legendo potiùs toto die libros inutiles, libros ineptos, libros, qui blandientes sensibus corruptis non patiendi amorem, sed fastidium inspirant? Itaque si non animeris ad sequelam Christi, tua est culpa. ipse tibi reliquit exemplum: si non accipias, tibi adscribendum est, qui sponte, ut ita dicam, hæreditati renuncias, quasi onerosa magis quàm lucrosa sit. Sed ô quantum deciperis!

2. Considera ad removendum horrorem, quem incutere tibi possit, si audias obligationem imitandi exemplum Christi, tanta passi, sapienter subjungere Apostolum, exemplum ejusmodi fuisse tibi relictum à Christo, ut sequaris, non ut assequaris. *Vt sequamini vestigia ejus*: non ait: *ut assequamini*: ut olim Tertullianus legit in suo Scorpiaco. c. 12. dicit: *ut sequamini*: quis enim nostrûm illud æquabit? sequi satis est. quomodo verò sequi dicendus est, qui viam tenet semper contrariam? virium tuarum debilitatem quereris. Sed immeritò: quia vires tuæ debiles probant equidem, te non posse pari passu ambulare viam patientis Christi, qui *Exultavit ut Gigas ad currendam viam*: sed non

probant, te per eam incedere non posse, si vel parùm conniti velis cum auxilijs gratiæ, quæ tibi hunc in finem subministrat. Tu verò non vis sequi Christum ne quidem, ut in nocte passionis eum Petrus sequebatur, qui trepidus *sequebatur* quidem sed *à longè*. apertè illi obvertis dorsum, quæris pro viribus quæstum tuum, quæris luxum, quæris solatia, commoditates quæris immodicas. non est ergo debilitas virium, quæ à sequendo te impedit, sed mala voluntas tua. Si non pati potes, quantum Christus, saltem patere cum Christo. *Præcedat Dominus meus ante servum suum, & ego sequar paulatim vestigia ejus.* Gen. 33. v. 14.

3. Considera quosdam verè incedere per viam, quâ Christus incessit, viam, inquam, passionis. & tamen dici cum veritate nequit, quòd etiam isti sequantur. quia incedunt quidem, sed coacti: patiuntur, quia aliter non possunt propter statum miserabilem, in quo versantur, vel paupertatis, vel infirmitatis, vel ignominiæ, vel alterius calamitatis, in quam inciderunt. ceterum ô quàm patiuntur inviti! isti profectò non sequuntur suum Dominum, quamvis ipsi quoque viam ejus ambulent, multa scilicet patiendi. Ideo Apostolo non satis erat dicere: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini viam ejus*, sed *vestigia ejus*. ita dixit, ita dicere debuit, aliud est ambulare per viam alicujus, & aliud etiam ambulare per vestigia, unde non sufficit, ut eas illâ viâ, quam Christus tenuit, quæ fuit via patiendi, sed ire necesse est, uti per eam Christus incessit, cum ea resignatione voluntatis, cum ea patientia, pace, perseverantiâ, & si fieri potest, latitiâ: hoc est, si advertis, ejus sequi vestigia. *Vestigia ejus secutus est pes meus.* Job 23. v. 11. Ita est, nunquam tam alte pedem figes: sed in his tamen insistendum est. Quid juvat multa pati, si intus murmurare non desinis ad adversa, quæ DEUS immittit. aut patiaris quidem, sed pro libidine tua, & ea facias pœnitentiæ opera, quæ tibi placent, ea jejunia, & flagra discipias, at nihil horum pati possis, ad castigandos defectus tuos injungatur? Quodsi ad ista animare te velis, uti par est, memineris, quàm mentis patiaris, & dic intra te ipsum: *Christus passus est pro nobis.* ô dispares tenè voces! *Christus pro nobis.* Dominus tantæ majestatis pro vermiculo terræ vilissimo! Herus pro servo! Princeps pro subdito! DEUS pro homine! Christus pro nobis! & si Christus pro me passus est, quomodo ergo (perge dicere) quomodo ego ego non patiar pro ipso, & cum gaudio patiar? ita non solùm tenebis viam, quam ipse tenuit, sed tenebis ijsdem insistendo vestigijs. *Adhæsit Domino, & non recessit à vestigijs ejus.* 4. Reg. 18. v. 6.

VII.

VIII.

Nativitas B. Virginis,

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, à principio. Prov. 8. v. 34.

COnsidera verba ista, quæ Sapiens juxta antiquissimam Græcorum & Latinorum Patrum expositionem primò Christo tribuit Sapientiæ Incarnatæ, fuisse deinde ab Ecclesia jam inde à principio ex eorundem sensu attributa MARIÆ Virgini ob privilegium, quo fruitur hæc Virgo etiam cæteris omnibus gloriosis Redemptricis, vitæ, viæ, lucis, spei, salutis, portûs, qui in rem propriè soli Christo conveniunt. Itaque velut ex ore Virginis hodierna die hîc te accipere oportet verba ista, ut ad ejus amorem te excites respondentem amori inexplicabili, quo DEUS illam ab æterno est prosecutus. memisse sufficiat illam ab æterno prædestinatam, ut esset Mater filii sui benedicti, & sic pariter præelectam in eodem ordine, quem hi duo soli constituunt superiorem altero reliquorum prædestinatorum, hoc discrimine, quòd Christus propter se ipsum sit electus, MARIA verò propter Christum. Itaque hoc est, quod paucis Virgo insinuat, cùm dicit: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, à principio.* Indicat se fuisse electam à DEO *in initio* non temporis, quia fuit electa *antequam quidquam faceret, à principio*: sed Divinorum Decretorum, *viarum suarum*, quod est illud ipsum initium, in quo electus fuit Christus, quin ullo modo à cæteris dependeret. Jam verò ex hoc solo æstima magnitudinem amoris, quo DEUS ferebatur in Virginem. Ipsam elegit præ infinitis aliis ad tantum dignitatis fastigium, quo gaudet super omnes prædestinatos, qui tantum ab illa distant, quantum illorum Ordines, Apostolorum, Propherarum, Pastorum, Doctorum, & quotquot sunt alii, distant ab eminentissimo ordine, in quo Christus summum eorum caput exstitit. & hinc tu quoque ad eam, uti par est, amandam movearis. non satis est amari Virginem ob ea beneficia, quæ continuò ab illa recipis, quia hoc est te potius amare quàm ipsam. oportet amare propter id, quod ipsa per se est, propter dotes & dignitatem ipsius: quia hoc est verè ipsam amare.

2. Considera, quomodo imprimis Virgo dicat *Dominus*: non dicit *DEUS*, quod in radice sua sonat nescio quid severi, sonat Justum, sonat Judicem. dicit *Dominus* ad denotandum hanc esse peculiarem illam perfecti-

onem, quæ DEO serviebat ad exaltandam Virginem, nempe Dominii. quia in ipsa noluit adstringi ulli ex legibus, quas in cæteris ut DEUS servandas sibi duxit. vide proinde, quantis illam privilegiis ornârit. Mulier & ipsa formata ex carne humana, sed absque fomite. Infans sed cum usu arbitrii cum ratione, cum sensu. Impeccabilis, sed cum merito. Incorrupta sed sine sterilitate. fecunda, sed sine violatione, cùm conciperet, sine onere cùm gestaret, sine dolore, cùm pareret. Pulchra, sed ut pudicitiam videntibus aspiraret. moribunda, sed sine cruciatu: mortua sed sine putrefactione. peregrinata super terram etiam ultra annos septuaginta, sed nunquam lassa, nunquam languida, imò semper apta operi perfecto, quod solorum est beatorum Cœlitum. Itaque velut ad pedem montis Sinai confractæ sunt tabulæ Legis à DEO descriptæ, ita dici potest ad pedes Virginis, quæ mons ille fuit adumbratus à Sina, *Mons, in quo beneplacitum est DEO, habitare in eo.* Ps. 67. v. 17. dispensatum esse in legibus, quæ erant aliis communes. adeò DEUS cum illa agere ut Dominus voluit. Tu quid agis, si non jubilas, gaudésque summè ob tantas prærogativas, quibus præ omnibus ditatam vides Dominam tuam? Et ô te beatum, si id aliquando obsequiis tuis impetres, ut ejus gratiâ potiaris! securus eris. nam sicut DEUS in ea exaltanda nullis esse voluit subjectus legibus, ita neque in illa exaudienda. *Dominus.*

3. Considera, quomodo perrò dicat: *Possedit me*, ad demonstrandum se fuisse semper DEI non solùm proprietate, sed possessione. id quod in cepto Christo de nullo alio dici potest mortalium electorum ad gloriam. Cæteri mortales, qui sunt electi ad gloriam, omnes reducuntur ad duos primos progenitores, & ad eos illorum posteros, qui salutem consequuntur. Posterorum, si ab his Virginem removemas, fuit dæmon priùs possessor quàm DEUS, quia dæmon omnes DEUS potuit antè quàm nascerentur. Primorum fuit equidem priùs possessor DEUS quàm dæmon, sed hi quoque citò sunt illi erepti. solius Virginis semper DEUS fuit possessor simul & Dominus; quia dæmon nunquam illam ipsi eripere potuit nec attingere. DEUS illam possiderat in carne mortali, nec pòst. non antè, quia DEUS fortissimo suo brachio illam ab omnis labe præservavit, à qua ipsam voluit ut absolutus Dominus immunem non post; quia eodem brachio adhuc deinde ab omni actuali noxâ servat. est. Gaude cum Virgine animo hoc honore tam præclaro, quem illa illi habuit, ut semper esset tua mater, per proprietatem, sua per possessionem. & simul erubesce te ipsum, qui cùm DEUS tot titulis sit Dominus, tam parùm tamen ab illo possideris. Quòd priùs ipso te dæmon possideret communis prædo, tua culpa fuit. sed quòd hic ipse prædo possideat, postquam ab illo te DEUS

redemit, est singularis tua perversitas.

4 Considera, quomodo subjungat Virgo: *in initio viarum suarum.* Istæ viæ sunt Decreta Divina, uti jam diximus. porrò Divina ista Decreta ordinantur ad duo genera operum, Misericordiæ, & Justitiæ. huc omnia revocantur. *Universæ viæ Domini Misericordia & Veritas.* sed eâ lege perpetuò opera Misericordiæ semper antecedant operibus Justitiæ, quia uti Dominus naturâ suâ ad miserandum efficilis, & tardus ad iratscendum, ita cum incipit operari, semper ab iis operibus incipit, quæ sunt ipsi spontanea, qualia sunt opera Misericordiæ. Jam ergo quid dicit Virgo, cùm ait: *Dominus possedit me in initio viarum suarum?* dicit, quòd Dominus tantopere me exaltârit, mirum non esse, quia tam ab æterno dignatus est adire ejus possessionem decernendo, ut ederetur mihanc lucem, usus est viâ Misericordiæ, non est usus viâ Justitiæ. non spectavit, quid exigeret Justitia in ea, quæ nascitura erat etiam ipsa ex Adamo, utpote plebeâ, paupere, iniquâ, solam spectavit Misericordiam: & sic accedente ad libertatem operandi, quam habet in Dominus absolutus, propensione benefaciendi, ipse conclude, quantos gratiæ thesauros in ejus sinum effuderit. sed aliud supereſt. quia Dominus non solùm tunc cœpit ab iis operibus, quæ sunt Misericordiæ, *ab initio* (quod jam aliàs ipsi commune est) sed cœpit tunc facere talia opera *in initio*, quia primum opus Misericordiæ, quod decrevit DEUS, fuit, quòd vellet Christum, & eodem momento Mariam vellet, tanquam Matrem Christi, atque huic adjunxit alia opera similia, quæ dein tanto numero voluit, & ipsa Misericordiæ opera, sed secundaria tantùm. atque ideò quid mirum, si primum illorum omnium operum, à quibus semper DEUS incipit, fuit ex genere suo tam perfectum, hoc est, tam perfectum in ratione Misericordiæ? Roga Virginem, ut, quemadmodum ipsa tantam in se sensit Divinæ Misericordiæ copiam, tibi quoque dignetur hoc beato suo natali obtinere vel modicam ejus portionem. quanquam Misericordia, quâ tu indiges, multum ab ea differt, quam Virgo erga se usurpari sensit. Tu illâ misericordiâ indiges, quæ tibi det veniam. Ipsa usurpari erga se sensit Misericordiam, quæ ab indigentia tam infelici eam liberavit.

* * *

IX.

IX.

Ubi zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus pravum. Jac. 3. v. 16.

1. COnsidera zelum, de quo hîc sermo est, illum ipsum esse, quem paulò antè idem Apostolus amarum vocavit. *Quodsi zelum amarum habetis &c. n. 14.* ut adeò aliud hîc non significet quàm Invidiam. quæ cùm satis crebrò zelus nuncupetur, inde est, quia hoc nomine appellatur ejus genitor, nempe zelus proprii honoris, semper hoc inter eum, qui invidet, & alterum, qui odit, intercedente discrimine, ut ambo verè tristentur bono alterius, sed is, qui odit, tristetur directè ob malum, quod vult adversario: invidus autem ob amorem, quo fertur in seipsum, cùm putet alterius exaltationem in sui cedere depressionem. *Iratus est autem Saul nimis, & dixit: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt. quid ei superest nisi Regnum?* 1. Reg. 18. v. 8. hinc est, uti ajebat S. Augustinus, ut æqualis invideat æquali, quia parem sibi videt, & inferior superiori, quia videt se illi imparem, & superior inferiori, quia si parem sibi non videt, ne videat aliquando, metuit. Hæc invidia subinde tota latet in animo, & tunc est simplex invidia. aliàs in actus prorumpit externos, & tunc transit in contentionem tantò fœdiorem, quantò ambitiosior apparet. quippe quòd contentio aliud non sit, juxta eundem Sanctum, quàm obstinatum quoddam studium emittendi quocunque modo licito vel illicito [illegible] bendo pro fine non meritum, [illegible] prævaleat, sed se ipsum. Ubi [illegible] hospitatur invidia tam effrons. [illegible] profectò pronuntiat Apostolus, ibi *inconstantiam, & omne opus pravum*. *constantia* est in intellectu, *opus pra* in voluntate. O quàm necessarium [illegible] te ad statum tam miserum [illegible] concuti! Et ideo roga Dominum [illegible] ejus mala bene tibi repræsen[illegible] ne in eum te conjicias, vel [illegible] exeas, si in eo versaris.

2. Considera, ubi est ista [illegible] quam suprà diximus, ibi primò [illegible] constantiam intellectûs. ibi [illegible] *tia.* quia Invidia non solùm eum [illegible] scat, uti faciunt ceteri affectus, [illegible] pervertit: *Non rectis ergo oculis [illegible] aspiciebat David à die illâ & deinc* 1. Reg. 18. v. 9. ita ut qui primò [illegible] batur dignus omni bono, [illegible] illi cœperis invidere, jam [illegible] mnino diversus ab eo, qui erat. [illegible] in ipso priùs videbatur devorio, [illegible] te censetur hypocrisis: quod [illegible] nerositas, jam est audacia: [illegible] manitas, est affectatio, & sic [illegible] do de ceteris prærogativis, [illegible] quando ornatus videbatur. non [illegible] ille in se mutatus sit, sed quia tu [illegible] tus es animo erga ipsum. *Non rectis*

cultu aspicis. & quis te mutavit? illud
laetanum maledictum, de quo loqui-
mur: mutavit invidia. Ista effecit,
ut intellectus tuus non amplius con-
stans sed instabilis mutet sensus, imò
antequam quiescat. quia ipsa invidia
facit, ut adversarius videatur tibi nunc
vere promereri honores, quos refert,
hunc non mereri. neque scire potes,
quando illa te magis inquietet, an cùm
tibi repræsentat eum meritò honora-
rum, an cùm repræsentat honoratum
immeritò. Hinc fit, ut inconstantia
tam misera judiciorum etiam appare-
at, cùm de ipso fit sermo. jam enim te
difficilem ostendis in credenda tanta
gloria, quæ de ipso narratur: & in cor-
de tuo minorem fingis: nunc etiam
minorem credis, quàm sit, & ita sem-
per tederis inquietus. & licet dissi-
mulare velis virus absconditum in cor-
de, non potes, sed vel invitus tandem
verbo prodis, tanta est agitatio, quâ
exciteris. *Exagitabat enim spiritus*
nequam. 1. Reg. 16. v. 14. & hinc acci-
dit, ut de æmulo tuo loquens non pos-
sis retinere eundem modum, sed nunc
cum laudantibus ipse quoq; eum lau-
des nonnihil, ne te prodas apertè invi-
dum, paulò pòst cum criminantibus
magis ipsum crimineris usurus occasi-
one eum denigrandi. & sic, qui te
observant, inconstantiam tuam clarè
notant. *Dixerúntque servi Saul ad*
eum: spiritus malus exagitat te. 1. Reg.
16. v. 15. nisi quòd criminando semper
aemulaturis præcipuâ. & est ars illi pror-
sus contraria, quâ ut plurimũ servant
adulatores ob affinitatem, quam vitia
alicujus cum virtutibus habent. Exem-
pli causâ cùm Principi astuto dicunt
esse prudentem, avaro, esse providum:
arroganti, esse generosum; crudeli, esse
justum. tu è contrario dicere soles de
adversario, si justus existat, eum esse
crudelem; si generosus, esse arrogan-
tem: si providus, esse avarum: si pru-
dens, esse astutum, & sic abuteris affi-
nitate, quam habent virtutes & vitia,
ad colorandam malignitatem affe-
ctûs, qui te perturbat. *Quare hoc*
unguentum non venit trecentis dena-
riis, & datum est egenis? Jo. 12. v. 5. Ex
his, quæ hactenus diximus, colliges, an
in corde tuo radices egerit invidia a-
liqua; hæc quippe creduntur esse cer-
tiora signa, quæ foris possint appa-
rere.

3. Considera sicut ubi est Invidia
toties jam memorata, ibi est inconstan-
tia in intellectu, ita esse in voluntate
Omne opus pravum. Ad hoc explican-
dum communiter dicitur Invidia ra-
pere hominem ad quemvis alium ex-
cessum malitiæ. quippe cùm is videt
se non posse jam verbis derogare exi-
stimationi Adversarii, id factis præstat,
& sic transit ad imposturas, fraudes,
proditiones, furores, & atrocissima,
quæ unquam fuerint, latrocinia. *Fa-*
ctúsque est Saul inimicus David cunctis
diebus. 1. Reg. 18. v. 29. sed aliam ob
causam dici adhuc potest, ubi est Invi-
dia, ibi esse omne opus pravum, non
solùm fore sed esse; quia Invidia est
quoddam compendium iniquitatis.
fera pessima. Gen. 30. 20. Et sic, si ce-
tera vitia examinas, videbis eorum fin-

gula singulis opponi virtutibus, sed contrariis tantùm, ita ut quod opponitur uni, non etiam opponatur alteri. Gula opponitur Temperantiæ, sed non Liberalitati: ferocia opponitur Misericordiæ, sed non pudicitiæ: Ira opponitur Mansuetudini, sed non parsimoniæ: fraus opponitur sinceritati sed non patientiæ; idem est de ceteris vitiis, quorquot sunt. sed non ita Invidia. hæc sola est, quæ opponitur omnibus virtutibus, quia ex omnibus, dum eas videt, affligitur, quasi omnes essent sibi contrariæ, & sic omnes cupit vel extenuare, vel extirpare, vel commutare in vitia. *Ob hoc invidentes ei Palæstini omnes puteos, quos foderunt servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo,* Gen. 26. v. 15. Eodem modo quodcunque vitium, si unum facit malum, necessariò impedit aliud, quia dum facit avarum, impedit, ne sit prodigus: dum facit audacem, impedit, ne sit pusillanimis. & sic de ceteris loquendo, non ita Invidia: hæc enim nullum impedit vitium, sed potiùs universa conciliat. unde vides ipsam fuisse, quæ cuncta intulit in hunc mundum. *Invidiâ Diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Sap. 2. v. 24. & sic invidi agunt ad instar diaboli, nam sicut iste tristatur bono, quod inest hominibus, & gaudet malo, sic illi faciunt. hinc Apostolus non dixit: *Ubi zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus malum,* sed *opus pravum*, quia malum illorum opetum, ad quæ transeunt invidi, non est malum fortuitum, sed artificiosum, à malitia elaboratum, à malignitate virulentum; & sic est malum quod nascitur à voluntate pertinaci, stortâ, qualis est diabolica. & malo accessum in corde tuo permittis?

4. Considera, quantumvis [illegible] difficilis sit cura, ut ideo contemnas putredini latenti in ossibus: *Putredo ossium invidia.* Prov. 14. v. 30. cui nihilominus ope gratiæ Divinæ [illegible] curari. sed in tempore sunt applicanda remedia: aliàs de gangrena fit fistula, à qua persanari sine miracolo nemo potest. quæ causa est, cur invidia, cùm attigit perfectum malitiæ gradum, annumeretur peccatis, quæ dicuntur contra Spiritum sanctum, quem æquum non est bene facere, qui dolent de bono, quod fecerit. Jam verò mediorum duo sunt genera, unum in cognitione alterum in [illegible] sistit. primum est, ut cognoscas fatagas summum illud damnum, [illegible] tibi ipsi infert invidia, quippe, [illegible] res gaudere bonis alterius, cum [illegible] na aliena verterentur in bonum [illegible] prium, id præstante pulcherrimâ [illegible] ritatis actu: ita ut tu quoque [illegible] DEO posses non sine immenso [illegible] *Particeps ego sum omnium timentium.* Ps. 118. v. 63. At è contrario [illegible] lestè fers, cuncta bona aliena [illegible] vertuntur in malum, & malum [illegible] gravissimum, malum corporis, [illegible] affligit, quod te agitat, quod [illegible] mit, sed absque ullo emolumento [illegible] malum animi, quod DEO [illegible] odiosum quasi diabolicum perfec[illegible]

rem boni, quod DEUS in mundo facit. numquid hæc est stulta negotiatio, omnia alterius bona vertere in malum tuum, cùm tam facilè posses convertere in bonum? *In bono oculo adinventionem facito manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens est, & septies retribuet tibi.* Eccl. 35. v. 12. Alterum remedium est, ut sis promptus ad reprimendos primos motus vitii tam malitiosi, ut aut, si dæmon instar serpentis, insidietur calcaneo, hoc est extremo cujusque operis boni, ne feliciter finem suum attingat: *Insidiabitur calcaneo ejus.* Gen. 2. v. 15. tu contrà studeas illico conterere caput occurrendo principiis ejus tentationis, quam suscitat: *Ipsa conteret caput tuum.* Gen. 2. v. 15. Idque in casu nostro facies tribus modis. corde, verbo, & opere. corde, sæpe precando DEUM pro illo, adversus quem dæmon tuam vult stimulare invidiam. & omnem illi augurando prosperitatem, ac gratiam, omnem gloriam, & satisfactionem. Verbo, loquendo de illo bene, cùm occasio tulerit, magis autem non repugnando, cùm ægrè audis alios de illo bene loquentes. Opere, conferendo aliquid, si potes, ad ejus exaltationem quamcunque intra limites honesti. hoc fac, & erit persanata gangræna, quia ferrum applicaveris & ignem. ferrum erit primum remedium, quod ab intellectu provenit, & penetrat ad aperiendum pus omne, quod in plaga tam fœda claditur. Ignis erit secundum, quod ad voluntatem pertinet, & per actus charitatis tantò salubriores quantò ardentiores pus istud exiccat.

X.

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9. v. 26.

1. COnsidera vitam Christiani, si bene consideres, aliud non esse, quàm cursum quendam continuum, pugnam assiduam: cursum ad bravium, pugnam contra hostes, qui nituntur nos impedire à cursu. Bravium est illa perfectio, ad quam DEUS in sinu nostro nos vocat: *Bravium supernæ vocationis DEI.* Phil. 3. v. 14. hostes sunt appetitus illi inordinati, quos sinu nostro circumferimus. *Inimici hominis domestici ejus.* Mat. 10. v. 37. oportet ergo ad utrumque animari viriliter, ad cursum scilicet & pugnam. sed nota artem, quam nos docet Apostolus. quæ in eo consistit, ut non quasi

casu opereris, sed tibi in particulari præfigas terminum, ad quem currendo pertingas, & hostes, quos pugnando subjicias. In incertum currit, qui cùm ad perfectionem tendat, quæ est ultimus terminus, non designat sigillatim virtutes, quas desiderat consequi. Pugnat quasi aërem verberans, qui vult equidem subigere affectus incompositos, sed non hunc potius quàm illum. Tu quomodo in eo negotio te geris? si facere bene velis, vide, qualis sit virtus, quâ maximè indiges, & ad hanc dirige cursum. vide, quale sit vitium, quod præ ceteris dominatur, & contra istud ordina pugnam. neque hoc tantùm, sed bene perpende etiam modum in utroque servandum, in cursu, & pugna. *Ego igitur sic curro, ego igitur sic pugno.* non solùm *curro*, non solùm *pugno*, sed *sic*. hæc est vera regula faciendi profectum, non sumere negotium quasi in abstracto, sed in forma sua, ut loquimur, individuali. *sic decet nos implere omnem justitiam.* Mat. 3. v. 15. non solùm *decet implere*, sed *sic*.

2. Considera finem, quem sine dubio sibi præfixit Apostolus in cursu suo, hunc fuisse, ut animas traheret ad Christum: ut idcirco sine ulla quiete tam vastas regiones percurreret. & tamen ad id consequendum sumpsit pro medio præcipuo pugnam contra corpus suum, malè illud tractando, macerando, flagellando, hoc enim significat vox illa *castigo*. idem nempe est, quod *contundo*. quod non est absque plagis & verberibus, quasi non sufficiat corpus suum adeò fatigâsse, nisi etiam cruciaret. quis autem hîc non obstupescat? videtur quilibet commiserari [illegible] motus tot gentium pereuntium horreri debuisse Apostolum, ut illarum bono parcat sibi, nec sanitatem defe[illegible] nec vigorem enervet, nec vitæ spiritum contrahat. & tamen ille oppo[illegible] censuit. ad obtinendum finem [illegible] hoc judicavit aptissimum medium [illegible] carnis mortificationem. *Castigo corpus meum. Castigo*, non *occido*; quia talis mortificatio eatenus assumenda est, quatenus conducit ad finem, [illegible] *castigo*, quia id spernendum non [illegible] quasi virtus tyronibus propria. [illegible] etiam post tot annos vitæ spiritualis [illegible] non solùm *castigavi* in principio, [illegible] inter labores, *castigo* inter itinera, [illegible] *go* in prædicationibus, *castigo* in [illegible] ximiis charitatis operibus, quæ se [illegible] sufficere videantur ad salutem. [illegible] dicebat. & tu quid dicis? tu, [illegible] quam, qui continuò tibi blanditis, [illegible] adularis sub specioso prætextu te [illegible] servandi ad majorem DEI gloriam? [illegible] fortè magis necessarius es genere humano, quam quondam esset Apostolus?

3. Considera horrendum magis esse audire, quod subjungit Apostolus *ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*: quasi negligere mortificationem carnis ipsi allaturum sit damnationem æternam. *Quid facies Agnus, ubi Aries timet & tremit?* Aug. serm. 21. de Ver. Ap. tu fortè securus es, neglectum talis mortificationis non tantundem mali tibi allaturum? omnis quan-

quamcunque levis suspicio, quæ tibi venire possit in contrarium, debet te habere solicitum, ut ideirco dicat Apostolus: *ne fortè*; quia agitur de re summi momenti: agitur de salute. Quid juvat universum servare mundum, si demum ipse pereas? *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Mat. 16. v. 26. an credis te nisi ad infernum non posse, postquam ipse multos cœlo transmisisti? Hoc esset, non dixisset Apostolus: *ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* quis unquam tot hominibus ac ipse salutem attulit? & tamen non fidebat sibi, qui si à DEO esset confirmatus in gratia, certam ejus cognitionem non habuit. ô quàm periculum etiam tenue formidandum est, cùm de reprobatione agitur! *Super hoc expavit cor meum, & emotum est de loco suo.* Job. 37. v. 1.

4. Considera hanc reprobationem semper esse possibilem, quia in nobis ipsis elaboratur. à DEO est, quòd simus approbati pro gloria: à nobis, quòd reprobi. unde non dicit Apostolus, *ne fortè reprobus evadam*, dicit *efficiar*: quia quivis sibi faber est mali sui. *Perditio tua ex te Israël.* Os. 13. v. 9. at si intra nos ipsos elaboratur reprobatio nostra, quis est, cui non plurimum sit timendum? Hoc sanè portentum est, quòd Apostolus timeat damnari, postquam tantum laboravit pro DEO, & ideo malè tractet, & maceret seipsum, tu interim salutis securitatem tibi spondeas, cùm adhuc vivas totus propijs addictus commoditatibus. Inter has vis à me credi carnem tuam esse Spiritui subjectam magis, quàm inter labores suos illa fuerit Apostoli? Non persuadebis. Audi, ut ille loquatur ad eorum probrum, qui tam facilè sibi fingunt se impeccabiles esse. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo*: non dicit *in servitute retineo*, sed *in servitutem redigo.* Signum ergo est ejus rebellionem etiam sentiri à perfectis, & in finem usque sentiri.

XI.

Vos è Patre diabolo estis: & desideria Patris vestri vultis facere. Jo. 8. v. 44.

1. CONsidera quatuor modis dici consuêsse aliquem alterius filium, quamvis ab illo proximè genitus non sit. Primus est per naturam: & juxta hunc quondam gloriabantur Hebræi habere patrem Abrahamum: *Pater noster Abraham est.* Jo. 8. v. 39. neque Christus se oppositit, solùm adjunxit: *Si Abrahæ filij estis, Abrahæ opera facite.* nu. 40. Secundus est per adoptionem. & hoc sensu in ordine naturali Moyses renuit esse filius fi-

liæ Pharaonis, quæ illum adoptaverat: *Negavit se esse filium filiæ Pharaonis.* Heb. 11. v. 24. Et in ordine supernaturali omnes justi verè dicuntur Filij DEI. *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per JESVM Christum.* Eph. 1. v. 5. Tertius est per doctrinam, & hoc intellexit Apostolus, cùm suis Corinthijs scripsit: *Non ut confundam vos, hæc scribo; sed ut filios meos carissimos moneo.* 1. Cor. 4. v. 15. quia ipsos adduxit ad fidem Christi. Quartus est per imitationem: & huc spectat, quod idem Apostolus dicebat Ephesijs: *Estote ergo imitatores DEI, sicut filij Charissimi.* Eph. 5. v. 1. & adjunxit: *Charissimi*, quia similitudo est, quæ ut plurimum filios patri facit charíores. dum ergo in sententia, quam tibi meditandam propono, ait Christus ad perversos Hebræos, atque in his ad omnes etiam miseros peccatores, quòd patrem diabolum habeant, non est animus dicendi eos esse filios diaboli per naturam, vel adoptionem, qui sunt duo priores modi, sed per doctrinam & imitationem, qui sunt posteriores. dæmon quippe est, qui dat ipsis exactissimam disciplinam & normam mali: & ipsi tanquam filij maligni prompti sunt ad utramque discendam. nihil ergo ad horrorem peccantium reverà dici posset probrosius quàm istud: *vos ex patre diabolo estis.* Qui patrem habet carnificem, comparere non potest in cœtu civium honestorum absque rubore. & tu sine rubore audes comparere tot inter DEI servos, dum Patrem habes diabolum? Ah quàm parùm cognoscis patris tui probrum infame!

2. Considera, quomodo peccatores, ut se demonstrent genuinos diaboli filios, in omnibus studeant proximis illi se conformare. Atque ideo circo dicit Christus: *Vos ex Patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere.* non solum *opera*, quod satis foret, sed *desideria*. adeò affectant peccatores similitudinem cum patre non in externis tantùm, sed intimis quoque. & hinc sæpe evenit, ut cum mali opere ipso peccare non possint, saltem corde præstent. atque animis gent carnalibus desiderijs, odijs, coribus, malignitatibus, quas non habent. quamvis Dominus forte intelligere voluit. quis, non dixit: *Desideria Patris vestris tis habere*: sed *vultis facere*. & re sic dixit? ut inferat filios vos allaborare, ut etiam superet trem suum. quippe ubi dæmon non potest nocere. Mundo rio tantùm, ipsi supplent dando, quod ille desiderat. zizania cuperet dæmon semina genere humano, si posset? quot ges edere? quot latrocinia re? quot obscenitates in ipsis claustris, & his etiam obseratis? sed non potest DEUS illi manus ligavit. cedunt filij, *& faciunt desideria sui*: opere præstantes illam rum seminationem ab ipso tam, eas strages, latrocinia, tes, quibus vel diabolum

naderet naturæ suæ excellentiam vitæ reddere, ob fœditatis excessum, quam in ipsis agnoscit. neque putes ad ferenda mala tam gravia hos suos filios tam fœdos à dæmone vi trahi. Illud sanè coguntur, sed sponte suâ faciunt. unde non ajebat Christus: *Desideria Patris vestri facitis:* sed *vultis facere.* quia propria eorum voluntas ad id faciendum instigat. hac autem ratione quid monstrant, nisi hoc fingere, quod sunt? agunt in genere filiorum filij, tantò magis infames, quanto magis voluntarij. an igitur in mundo invenies deteriores filios, quàm quos hoc loco descripsi? quidsi tu ipse eorum esses è numero?

3. Considera, quantò sit melius regias ita constitutis repudiare Patrem adeò abominabilem, & commutare cum alio honorato, imò honoratissimo, quippe sicut discendo malum à diabolo, & eum imitando filius efficeris diaboli; ita si malles bonum discere à DEO, & eum imitari, momento fieres Filius DEI. *Dedit eis potestatem Filios DEI fieri.* Jo. 1. v. 12. Accedit, quòd si fias DEI Filius duobus modis jam dictis, talem quoque futurum alio modo, scilicet adoptionis (nam qui est naturæ, soli Christo servatus est) & hac adoptione tam beatâ eò celsitudinis extolleris, ut eandem possessurus sis gratiam, eandem gloriam, quæ est propria filio ejus naturali. *Si filij, & hæredes: hæredes quidem DEI, cohæredes autem Christi.* Rom. 8. v. 17. numquid ergo summa foret dementia, si recusares, censeri in numero filiorum DEI, ut maneas in sorte filiorum diaboli? hoc verò facis, quoties non vis deserere peccatum. *Ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.* Ps. 71. v. 15. sic planè in hoc casu DEO dicis. dicis te nolle esse ejus filium, ut maneas filius non inquam carnificis, quod coram DEO nihil afferret ignominiæ, sed alicujus, qui ejus est proditor, ejus Rebellis, transfuga, in perpetuum relegatus exilium tanquam reus læsæ Majestatis. an non videtur hæc esse impudentia, quâ enormior adversus DEUM nequeat usurpari? si te sufficienter non moveat respectus illi debitus, moveat huic junctum damnum proprium. & ideo cogita tantisper differentiam, quæ erit in die Judicij eos inter, qui comparebunt ut filij DEI, & eos, qui comparituri sunt ut filij execrandi diaboli. *Nos insensati*, dicent hi miseri visis illis, *vitam illorum æstimabamus insaniam*, quia paupertatem amabant, ambiebant dolores, anhelabant ad sui contemptum, *& finem illorum sine honore*, quia sæpe obtinebant, quem eligebant, contemptum. nunc verò ô quæ differentia! *Ecce quomodo computati sunt inter filios DEI*: cum quo proinde gaudendum illis erit omnibus seculis. *& inter sanctos sors illorum est.* Sap. 5. v. 5. hoc cogita, & videbis, an sit operæ pretium velle esse inter diaboli filios, dum esse potes inter filios DEI. nôsti, quomodo aliàs in sacris paginis vocentur hi miseri dia-

diaboli filij: vocantur *Filij Gehennæ*, *Facitis eum filium Gehennæ duplo quam vos.* Matt. 24. v. 15. Id quod aliud non significat, nisi ipsos quoque destinari, ut illâ hæreditate fruantur, quâ gaudet illorum Pater in abysso.

* * *

XII.

Videte, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Eph. 5. v. [illegible]

1. CONsidera dies præsentis vitæ donatos nobis à DEO ad finem maximi momenti, nempe ad tractandum summum æternæ nostræ salutis negotium. Sed ideo negari non potest, etiam ad negotium tam grave ut plurimum illos nobis malè subservire. sunt enim pauci, instabiles, incerti, & ex his ipsis paucis oportet vel invitos multũ cedere illis necessitatibus, quæ ratione originalis peccati nobis dominantur. Proinde sicut instrumentum, quod non satis aptè servit ad finem, malum dicitur, ita dies nostri dicuntur *dies mali.* Mali dicuntur, quia minimum est, quod illis inest boni, ut usui esse possit ad finem convenientem. *Dies peregrinationis meæ parvi & mali.* Gen. 47. v. 9. qui est locus, ad quem hîc allusit Apostolus. & tamen hujus minimi, quod in diebus nostris reperitur, boni, quis est, qui summam habeat æstimationem, quam habere par esset? Multi id perdunt in rebus iniquis, plurimi in inutilibus, rari sunt, qui integrè impendant fini, ad quem datum est. Et ideo vide, quid hîc velit Apostolus. vult ut in pretio tempus habeas, impendendo totum, quod [illegible] tes, in bonum. Examina te [illegible] & expende nonnihil, an non [illegible] lud soleas perdere.

2. Considera, quomodo [illegible] sum Apostolus habeat, te [illegible] didisse jam multum de præte[illegible] plerique solent: ideo petit, [illegible] mas. *redimentes tempus.* at si [illegible] tum est, quomodo redimes? [illegible] pensando in illo exiguo, quod [illegible] est, omnia damna, quæ incurri[illegible] multo, quod est perditum: [illegible] solitudinem, perfectiùs [illegible] multiplicando preces, dupli[illegible] consuetum pœnitentiæ rigorem. *[illegible] ticipaverunt vigilias oculi mei* [illegible] v. 5. sic illi faciunt viatores, qui [illegible] sè cunctati in via plures per[illegible] horas diurni itineris. Eas [illegible] munt accelerando gressum: [illegible] colæ, ita opifices, ita omnes, [illegible] quod fecerunt dispendium ob [illegible] ris jacturam, tantò amplius [illegible] eo redimendo laborant. & tamen [illegible] rum dispendium temporale fuit. [illegible] ergo quid ages, qui fecisti æter[illegible] oculos tantisper demitte ad infer[illegible]

Et ibi quære, quid faceret damnatus, si reverti huc posset, & reddere sibi tempus elapsum? an credis dicturum, se velle vacare somno, uti tu facis, jocis, confabulationibus, facetiis nugis? imò verò quantum ille se laboraturum sponderet, ut multum restauraret in modico. Quid agis ergo, quòd vitæ tuæ rationes hîc studiosè non expendas? an minus fortè DEO obstringeris, quòd pro eo, ut ex inferno te extrahat, quem culpis tuis merebaris, in illum incidere non permiserit? Itaque *redime tempus*, tantòque magis, quia plerumque culpâ tuâ id perdidisti, sprevisti, dissipasti nugis, aut saltem à prædonibus non custodisti, hoc est ab ijs, qui, pro nihilo, illo te spoliaverunt.

3. Considera redemptionem non esse solùm rerum perditarum, sed earum quoque, quæ sunt in perdendi periculo. ita qui pecuniâ vitam à latronibus recuperat, quam jam jam tollere ferro parant, eam redimere dicitur. Et hoc quoque Apostolus præcipit, cùm vult tempus redimi: *redimentes tempus*. vult, ut à prædonibus tantè custodias, & ut recuperes. an nescis omnes, qui tibi suffurantur tempus, propriè dici posse illud prædari? quantum temporis, tantum etiam vitæ auferunt, non temporalis duntaxat, sed æternæ. Hîc oculos ex inferis ad cœlum attolle, & ibi quære, quomodo beatorum quilibet tempus illud impenderet, quod tu non curas, quia nunc demum cognoscit, quantum gloriæ, quantum magnitudinis, & gaudij addere sibi potuisset vel unico momento etiam brevi. Si luctus in Paradiso locum haberet, hæc unica foret porta, quâ intraret infelix, non superesse tempus merendi. Et tu tempus istud cùm habeas tam pretiosum, effluere tibi sinis? In statu versaris, quem ipsum cœlũ tibi invideat, quia versaris in statu merendi. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Gal. 6. v. 10. ne sinas ergo à quoquam tempus tibi eripi. *Conserva tempus.* Eccl. 4. v. 23. tantò amplius, quòd, si perdas, geminum incurras malum, lucri cessantis, & damni emergentis. Lucrum cessans est ille fructus, quem poteras aquirere in cœlo bono usu temporis præsentis, & non aquiris. Damnum emergens est pœna, quam incurris ob exiguam curam creditæ tibi sortis. *Vocavit adversum me tempus.* Thr. 1. v. 15.

4. Considera, qui sint isti prædones, à quibus deinceps redimere tempus debes, ne id perdas. Sunt illi ipsi, qui jam toties idem tibi antè rapuerunt: sunt homines, inter quos vivis. isti in duas classes universim dividuntur. quidam sunt amici: alij inimici. primi sæpe tibi eripere tempus nituntur invitando ad relaxationes inutiles. tu verò redime quocunque impendio, etiam permissâ incivilitatis notâ. Secundi auferre illud tibi volunt te persequendo, movendo lites, turbando, infestando, quasi vi compulsuri, ut multum temporis perdas in tui defensionem; & ab his quoque id redime, quamvis cum notabili honoris aut

aut facultatum jacturâ. *Perde aliquid*, uti crebrò dicere solebat Augustinus, *perde aliquid, ut redimas tempus, quo vacæ* DEO. hom. 10. inter 50. hoc est redimere tempus. & ô quàm sapienter agit, quisquis sic agit! sed pauci intelligunt. Plerique quodvis aliud temporale bonum magis æstimant, quàm ipsum tempus: & tamen hoc pretiosius est quovis alio temporali bono: quia ab homine sanæ mentis sine quovis alio emi denique bonum æternum potest, sine tempore non potest.

5. Considera, quemadmodum, ne sit necesse magno sumptu redimere vitam, solerter caves incidere in manus prædonum, ita agere oportere, ne redimendum sit tempus. Unde primò dicit Apostolus: *Videte, quomodo cautè ambuletis.* quia hoc est primum, quod facere convenit, nempe cautè incedere, ut te ab illis custodias, qui furari tibi tempus volunt: quando deinde te custodire non potes, illud recuperare. quanquam non solùm dicit: *Videte, ut caute ambuletis*, sed dicit: *quomodo.* quia excogitare oportet etiam modos aptiores declinandi offensas. ita faciunt sapientes, ubi stulti se sponte ingerunt manibus prædonum. quæ causa est, cur, cùm dixisset Apostolus: *Videte, quomodo cautè ambuletis*, mox subjungat, *non quasi insipientes, sed ut sapientes.* Insipientes sunt, qui nec quidem cognoscunt præsens malum. *Vir insipiens non cognoscet.* Ps. 91. v. 7. Sapientes sunt, qui etiam prævident futurum, & sic illud evitant. *Sapiens timet, & declinat à malo.* Prov. 14. v. 16. & idem omnino te quoque esse convenit, providendo occasiones, quarum multæ possunt occurrere perdendi tempus, & eas dextrè declinando. ne spectes hac re, quæ majoris est momenti, quid credi possit, ne spectes, quid vulgò fiat: quia *stultorum infinitus est numerus.* Et tales sunt, qui non æstimant tempus, viventes otiosi, omnes stulti, vel ut meliùs dicam, stultissimi. *Qui sectatur otium, stultissimus.* Prov. 12. v. 11. Id potius spectа, quod feciisse optabis in mortis articulo. quantum tunc gaudij tempus sibi bene impensum! quantum veri boni actûs acerbi, quod ita impensum non fuit! sed cui bono? redimere tempus non licebit. *Tempus non erit amplius.* Ap. 10. v. 6. nam si ipsi dies vitæ non malè nobis serviunt ad agendum bene, uti par esset, qui idcirco *dies mali* dicuntur: dies ille mortis serviet nobis nil poterit, qui idcirco nonnullis vocatur quàm dies. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Jo. 9. v. 4. que hoc est, quod intendit Apostolus, cùm dicit: *Videte, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

* * *

XII.

XIII.

Nunc Judicium est mundi: nunc Princeps hujus Mundi ejcietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Jo. 12. v. 31.

COnsidera duos fuisse effectus fortunatissimos, qui obtinebantur per mortem Christi. Unus erat spoliare dæmonem Principatu, quo dominabatur universo generi humano: alter verò Christum ipsum in illius principatûs possessionem introducere. Sed neutres id casu aut temere factum. factum est ex justa sententia, quam DEUS tulit ut summus Judex in æquissimo judicio, quod Christum inter & dæmonem instituit. atque ideo Christus morti vicinus ista verba protulit: *Nunc judicium est Mundi.* atque his dictis postea subjecit: *Nunc princeps hujus Mundi ejcietur foras: & ego si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum.* ô quos pios sensus eruere poteris ex his verbis tam sublimibus in utilitatem animæ tuæ, si ijs velis attendere! ideo illa profundè scrutare.

1. Considera, quomodo homo ultrò se passus se vinci à dæmone, præbendo consensum malo: atque ideo justo DEI judicio subitò fuerit damnatus ad infelicem servitutem ejus crudelis tyranni, quem sibi elegerat. Nec potuisset miser unquam ab illa eximere seipsum: imò summâ vecordiâ succedentibus cedens tentationibus, quotidie cumulâsset peccata eò usque, ut in ijs moriendo pœnas daret, quæ tunc in igne æterno illi parabantur. Hinc ergo potestas dæmonis in hominem, ut ait Augustinus l. 3. de lib. arb. c. 10. in se erat justa, quamvis perfidus eam exerceret intentione injustissimâ. At si justa fuit, talis non fuit, quòd ullo titulo juris illi deberetur, solùm erat justa, quia DEO placuit eam illi concedere: sicut justa est potestas, quam carnifex habet in Reum, postquam illam accepit à Principe. Poterat ergo DEUS, si placuisset, facere gratiam homini: & sicut jam ultro dedit in manus dæmonis, ita poterat etiam inde eruere, quin per hoc minimam illi injuriam faceret: eo ferè modo, quo quivis Princeps cùm vult, potest eripere reum de manu carnificis, quin isti ulla fiat injuria. At DEUS in hunc modum agere renuit: *DEUS judicij Dominus.* Is. 30. v. 18. & ideo voluit causam istam absolvi, ut ita loquar, non in tribunali gratiæ, sed Justitiæ. In hunc finem disposuit, ut JESUS Christus suus Filius, Sanctissimus, Innocentissimus, Illibatissimus, & solus inter homines non subjectus servituti dæmonis, in terram descenderet, & in se ipso eorum culpas exolveret. Vidit dæmon in mundo Virum

rum tam sanctum, & nimis audax exercere in ipsum pari fastu voluit illud suum Dominium. ausus est in deserto ad eum tentandum impudenter accedere, & vel ipsam suadere Idololatriâ: illum persequebatur, impugnabat, petebat insidijs, demum efficiebat, ut furore summo damnaretur ad mortem non secus, ac si & ipse tanquam peccator eâ dignus foret. Vori sui damnatus est perfidus, temeritate usus vehementissimâ ad concitandum populum Hebræum in exterminium Christi. Christus justissimè provocavit ad Patrem suum dilectum. *Exurge DEVS, judica causam meam.* Ps. 73. v. 22. audivit Pater, uti par erat, contra dæmonem pronunciatâ sententiâ, quam ille fremens accepit instar fulminis horrendi de cœlo tonantem. *De cœlo auditum fecisti judicium.* Ps. 75. v. 9. & quoniam injustè tentavit dominium suum extendere in Christum, quamprimum illo quoque fuit privatus, quod in reliquos homines illi erat concessum, fuitque declaratum dictum dominiũ jure debitum esse Christo, qui abunde satisfecisset pro peccatis universi generis humani: non dæmoni, qui illa solùm augere cuperet abutendo potestate licet justâ ad facienda injusta. Ecce igitur, quid voluerit Christus exprimere, cùm Passioni suæ vicinus dixit: *Nunc judicium est Mundi.* Exprimere voluit, nunc demum appropinquare horam, quâ sit ferenda sententia, ad quem pertineret dominium totius Generis humani, significati per nomen Mundi, an ad se, quem fecisset ad illius salutem asserendam, an potius ad dæmonem, qui tam gloriosè illud esset persecutus. Quo ad ista, qui credis te, ut dicitur, opere exiisse servitute diaboli? potius, quantis id steterit, & quas immensis ærumnis, quas vel ab ipso dæmone accepit DEI Filius, noster ac si ipse quoque fuisset homo sui similis. *Tentatus per omnia pro similitudine absque peccato.* Hebr. 15. Et tibi curæ non erit, ut omittaceam, exercere erga DEI Filium tam gratitudinem, ad quam propterea obligaris, persequendo & impugnando diabolum, qui, si posset, vel ad sidera illi strueret insidias?

3. Considera, quomodo sententiam tam æquam primo loco sit spoliatio, quæ, ut paulò antè dicebam, facta est tollendo Principatum dæmoni, qui illi in omne genus humanum culpæ obnoxium concedebatur. Atque hoc Christus intelligebat, cum adjungens dixit: *Nunc Princeps hujus Mundi ejicietur foras.* Princeps hujus Mundi (nescio quàm splendidis antonomasiâ) dæmon dicitur plurimis scripturæ locis. *Venit Princeps hujus Mundi, & in me non habet quicquam.* Jo. 14. v. 3. *Princeps hujus Mundi jam judicatus est.* Jo. 16. v. 11. & quare hoc illi nomen tribuitur, nisi propter authoritatem, quæ illi data est a Mundum malignum? *Ipse est Rex per universos filios superbiæ.* Job. 41. v. 25. Jam verò tali authoritate privatus est per expressam sententiam

maximè ob injurias, quas Christo intulit. Ideo Christus dicebat jam esse tempus, quo Princeps tam malus demum ejiciatur foras, non quidem ex Mundo (id enim justis de causis fieri voluit) at è suo Principatu. *Nunc Princeps hujus Mundi ejicietur foras.* hoc est, *foras è ditione, foras è dominatione, foras è regno.* Unde sequitur eos, qui nihilominus remanent sub potestate dœmonis, uti sunt tot Idololatræ, tot Hebræi, tot Ethnici, tot Mahometani, & tot etiam Catholici nimis quàm mali, non remanere, quasi dœmon habeat in ipsos eam potestatem, quam haberet, si Christus non esset mortuus pro ipsis: sed manent, quia stultè manere volunt, fiuntque vilissima, quæ possint esse, mancipia, quæ voluntaria vocantur. Verum siquidem est, homines non potuisse unquam exire de potestate dœmonis absque gratia, quam illis Christus morte suâ promeruit. at positâ hac gratiâ aliter res habet. hac enim positâ poterant, si vellent, exire omnes. *Nunc enim soluti sumus à lege mortis, in quâ detinebamur.* Rom. 7. v. 6. atque idcirco, si dœmon adhuc est Princeps, quatenus eos sibi subjectos habet, solùm est Princeps eorum electione, quia illi obedire malunt quàm Christo. Quid interim videtur tibi de scelere perduellionis tam audaci, quod adhuc committit pars tanta generis humani? numquid meritò videtur tibi deplorandum, & detestandum, & quoad vires tuæ permittunt, omni studio funditus extirpandũ? Quid foret igitur, si è contrario tu quoque unus esses è conjuratis, ad eam magis exaugendam? Restaret considerandus alter effectus, qui sequebatur sententiam datam à Patre æterno in favorem Christi, nempe ut is adiret possessionem ejus Principatûs, qui auferebatur dœmoni. Quem effectum Christus verbis illis expressit: *Et ego si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum.* Verùm ut ista commodiùs & pro merito possint ponderari, placeat transmittere in sequentem diem, quo opportunè celebratur Exaltatio S. Crucis.

XIV.

Exaltatio Crucis.

Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Jo. 12. v. 31.

1. Considera morem esse satis proprium Scripturæ sacræ, ut dicat *Omnia*, quando vult designare *omnes homines.* sic legitur uno loco: *omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet.* hoc est, *omnis homo.* Jo. 6. & alio: *Con-*

clusit DEUS omnia sub peccato. Gal. 3. & alio: *Ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* Jo. 17. quasi homo sit quidam microcosmus, seu compendium omnium. Unde cùm hîc audis dicentem Christum: *Et ego si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum.* scito per vocem omnia non voluisse exprimere propriè umbras Veteris Testamenti, aut Prophetias, aut Prodigia, aut Elementa in sua morte commota, quemadmodum Sanctorum quidam doctè sunt interpretati; neque solùm exprimere voluit *omnia genera hominum*, uti sunt Judæi, Græci, Romani, & alii ejusmodi: sed exprimere voluit reverà *omnes homines* sigillatim & sic clarè apparet ex autographo, in quo leguntur voces istæ expressæ. at quâ ratione verum efficitur, quòd Christus in cruce moriens traxerit omnes homines ad se modo, quo diximus, hoc est etiam sigillatim? Illud est, cujus cognitio nunc quærenda ad ducendas inde eas consecutiones, quæ sine dubio in magnum cōmodum redundent. ideo roga Dominum, ut illud tibi probè demonstret.

2. Considera, quomodo Christus morte suâ (quam ipse exaltationem vocavit pluribus ex causis ad tertium Maij notatis, præcipuè verò, quia accidere debuit ex loco sublimi, qualis erat ille Crucis) tractos ad se dixerit *omnes homines*; hoc est, individuè singulos: quia cùm dœmon spoliatus esset Principatu, quem in ipsos obtinebat, & is traditus esset Christo, prout præcedenti meditatione diximus, consequens erat, ut omnes etiam in individuo spectarent ad Christum, si tibi facto, quæ est contumacia multorum saltem jure. Ista est solutio dubii promissi. Videtur tamen captu difficile, quomodo Christus voce tam libera glorietur se tracturum ad se omnes homines, cùm tot essent repugnantes quamvis sponte suâ, ne illuc irent, & quos proinde ipse quidem meruit, sed non traxit. nihilominus mentem explica, & videbis Christum locutum in omni rigore veri. Omnes homines, uti constat, in duas classes dividuntur: quidam sunt devoti Christo, alii indevoti. inter hos non sunt medii. ut Devotis Christus verum dixit, dum vi mortis suæ trahendos ad se, quia per eam omnes facturus erat sui sequaces. Pariter verè id dixit de indevotis, quia vi ejusdem mortis suæ saltem erat, illos sibi redditurus subjectos in die Judicii, faciendo, ut trepidi pedibus irradant non ut sequaces, quia hoc homines digni non erant, sed ut Rei à Iudicibus tracti. *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi:* non solùm *omnes in genere*, sed *omnes in individuo.* scriptum est enim: *Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu.* Rom. 14. n. 10. Negari non potest, illam ratione ad se quosdam fuisse tractos per amorem, alios per vim. hoc certè non obstante verissimè omnes eos tracturus. *Ad te omnis caro venet.* Ps. 64. v. 3. At ô quàm diversa sunt hæc duo genera trahendi! Tu interim opportunè ad te ipsum hîc redi, & vide tantisper, an tibi expediat procul esse

Chri-

Christo. Ad ejus pedes aliquando adiscendus es sive per amorem, ut adiscendi, sive per vim: sive ut discipulus, sive ut Reus; nullum hîc est effugium. & tu mavis trahi ut Reus, quàm ut discipulus sequi? o malum consilium! dic potiùs DEO semper te mori nolle, quàm trahi modo tam turpi. *Ne simul trahas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.* Ps. 27. *ne trahas vocando ad judicium: ne perdas condemnando finaliter in judicio.*

3. Considera hac intellectâ interpretatione verum potiùs videri, quòd Christus eos ad se trahat, qui post mortem ipsius manent indevoti, quàm eos, qui sunt eidem devotissimi. nam illi, si bene perpendimus, non trahuntur, sed ultrò veniunt. trahuntur illi, quos duci necesse est, prout in Judicio Reis contingit. sed non est, cur repugnes. quia quantumvis ambo trahantur, nihilominus majore jure trahi dicetur, & quidem nobili prorsus modo, qui ex amore vadunt, quàm qui compulsi per vim. Ratio est, quia, qui ex amore vadunt, sequuntur potentissimum ex omnibus impetum, nempe propriæ voluntatis. *trahit sua quemque voluptas.* observare ergo oportet homines non perinde ut bruta trahi: trahuntur modis conditioni naturæ, hoc est, liberrati suæ proportionatis: unde ubi dicit DEUS: *In funiculis Adam trahàm eos*, alii legunt, *in funiculis hominum.* hoc est, in iis funiculis, in quibus attraxi mihi *Abraham, Isaac, Jacob &c.* quod semper fiebat *in funiculis charitatis.* Os. 11. v. 4. Isti modi deinde sine dubio multi sunt, sed demum reducuntur ad ternos. ad vim persuasionis, ad vim beneficiorũ, & ad vim sympathiæ. & tribus his modis, qui sunt vehementissimi, mirabiliter in Cruce sua usus est Christus, ut tot ad se homines traheret: quamvis plurimum revera promoveret interiore virtute gratiæ, quæ dari ab ipso solo potest. Primus modus trahendi homines est virtute persuasionis, quæ duplex est, una verbis, altera operibus. qui novit persuadere verbis, subitò trahit dulci quadam violentiâ multa hominum millia. & longè magis trahit, qui persuadet operibus, quæ sunt quasi lingua ab omnibus intellecta. *Loquere cum omni imperio.* Tit. 2. v. 15. Altera est vis beneficiorum, quæ bifariam dividitur: nempe beneficiorum, quæ facta sint, & beneficiorum, quæ sint facienda. vi beneficiorum, quæ facta sunt, trahuntur homines à gratitudine. & vi beneficiorum, quæ sunt facienda, etiam magis trahuntur amore lucri. *Qui dat munera, animam auferet accipientium.* Prov. 22. v. 9. Tertia est denique vis sympathiæ, quæ & ipsa duplex est. una latius sumpta, & est illa, quæ de similitudine nascitur. quia simile appetit simile: *omnis homo simili sui sociabitur.* Eccl. 13. v. 20. alia strictior, quæ procedit ab intima quadam propensione naturæ, qualis est illa, quam habet palea ad succinum, ferrum ad magnetem, flamma ad cœlum, & resomnes ad suum centrum, ad quod sanè majore impetu cen-

tendunt se ipsis, quàm in quamvis aliam partem funibus trahi possint. *Descenderunt in profundum quasi lapis.* Exod.15. v.5. Jam si enucleatiùs nôsse cupias, quomodo Christus à cruce tot ad se traxerit sequaces, & verè traxerit, omnes pondera tres modos hactenus recensitos. I. Eos traxit vi persuasionis per prædicationem, quâ ita multos, ut sic loquar, quasi iucantavit, ut abstrahi ab illo audiendo nullo modo possent. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Jo.6.v.69. Adjunxit exemplum, dum mortuus est nudus in stipite inter duos latrones, tantâ humilitate, tantâ patientiâ, tantâ pace, tantâ resignatione, ut amorem sui inspiraverit vel ipsis carnificibus, qui de Calvario descendebant tam diversi ab his, qui ascenderant. *Percutientes pectora sua revertebantur.* Luc.23. v.48. II. Eos traxit vi beneficiorum, tam præteritorum, quàm futurorum. Præteritorum, quatenus eos solvit à servitute inferni: *Congregabo illos, quia redemi eos.* Zach.10. v.8. & futurorum, quatenus illis aperuit portas Paradisi. *Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.* Prov.4.v.2. III. Traxit denique etiam vi sympathiæ: quia in Cruce Christus est agnitus verus homo Deus: nam ut homo sustinuit mortem, ut DEUS de eadem triumphavit. Ideo ut homo traxit homines leviore sympathiâ, quam parit similitudo, & ut Deus traxit ad se homines illâ forti sympathiâ, quæ res omnes rectâ ducit ad centrum. quippe cùm aliud centrum humana corda non habeant, quàm solum DEUM, quî fieri potest, ut illum [illegible] noscant, nec curent? si tres isti [illegible] trahendi etiam singuli & seorsim [illegible] ctati adeò sunt fortes, tu judica, [illegible] sint effecturi simul juncti. & tamen [illegible] simul junctis usus est Christus, & [illegible] utitur, & porrò utetur usque ad [illegible] mundi in utilitatem eorum, [illegible] oculum in eo figent è Cruce [illegible] atque hoc posito numquid ipse [illegible] simè dixit: *Et ego si exaltatus [illegible] terrâ, omnia traham ad me ipsum?* [illegible] igitur foret, si nihilominus [illegible] modi frustra hactenus laborassent [illegible] uno trahendo? si verbis non cedis, [illegible] xemplis cede. si non cedis exemplis [illegible] cede beneficiis, tam his, quæ tibi [illegible] stitit, quàm illis, quæ præstare [illegible] est. si neque beneficiis cedis, [illegible] saltem summæ illi propensioni, [illegible] vel sola te deberet ad eum pertrahere, non solùm quia similis est tibi [illegible] super, quia in eo solo tanquam [illegible] tuo quiesces. *Hæc locutus sum [illegible] ut in me pacem habeatis: in mundo [illegible] est extra centrum: pressuram habebitis.* Jo.16.v.33. si nulli horum seorsim [illegible] pto, hactenus cedere sustines, [illegible] tem omnibus cede simul unitis.

* * *

XV.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Mat. 5. v. 16.

COnsidera hanc admonitionem à Christo primò factam Apostolis, & cum his æqualiter omnibus, qui Apostolis erant succeſſuri in munere vel prædicandi, vel prædicandi. atque ideo horum lucem, hoc est, doctrinam ita splendere jussit coram hominibus, ut semper cerneretur unita operibus consentaneis, & sic cuivis daretur occasio laudandi DEUM. *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* id est, *esse bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Per lucem apertè significari doctrinam Evangelicam, non est dubium: *Nunc ego mitto te*, ita Paulo quondam dicebat Dominus, *aperire oculos eorum*, hoc est, *infidelium, ut convertantur à tenebris ad lucem.* Act. 26. v. 18. Jam ergo, quando ad lucem tam manifestam apparet, eum, qui illam spargit in populo, etiam opere exercere, quod dicit, ô quantum simul omnes accenduntur ad laudem DEI! ubi enim apparet contrarium, ô quantum potiùs scandalizantur, ecu videant opere ipso simul damnari doctrinam, quam verbis audiunt celebrari! Nec mirum. vel enim talis doctrina potest ab hominibus mollis cretâ compositis executioni dari, vel non potest. si non potest: cur ergo docetur? si potest, cur eam non adimplet, qui docet? ita populi discurrunt: & ejusmodi discursus, qualiscunque sit, tantam vim habet in eorum animis, ut malint ipsi quoque agere, ut illorum agit instructor, quàm agere, ut loquitur. Unde dicitur in Psalmo: *Peccatori dixit DEUS, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Ps. 49. v. 16. non ait *Pœnitenti.* quia qui resipiscit, prædicare magno fervore potest, imò debet, ut compenset offensas, quas DEO fecit, illo obsequio, quod procurat ab aliis. quæ causa est, cur in tali statu diceret David: *Docebo iniquos vias tuas.* Psal. 50. Neque dicit *Peccanti*, quia qui subinde per fragilitatem labitur, non debet illico deserere prædicationem, quasi minùs sibi convenientem, sed ab ipsa prædicatione debet potiùs resumere novas vires, ad resurgendum viriliter, & demonstrandum, quòd ex eo pharmaco, quod aliis porrigit, ipse sibi utilem possit parare medicinam. *De fructu oris viri replebitur venter ejus.* Prov. 18. v. 20. sed dicit *Peccatori*, quia qui ex proposito vivit malè, habet obligationem strictissimam tacendi. aliàs quis dubitet, quantò meliùs dicit, tantò pejùs facturum, quia magis demonstrat, se pro fabula habere legem, quam tam bene declama-

clarat, & tam malè observat. si à te danda sunt aliis præcepta vitæ; ecce quantum tibi incumbat onus vivendi, ut loqueris. *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est.* Non requirit hîc Christus à quocunque verbi sui præcone opera omnia ad singularem perfectionem exacta: hoc enim esset os occludere innumeris. sed etsi non requirat in suo genere perfecta, exigit tamen bona, cùm non deceat eum, qui alios reprehendit, dignum esse reprehensione.

2. Considera hanc admonitionem à Christo secundo loco fuisse directam ad omnes, qui gerunt nomen Christiani, multò magis Religiosi, Regularis, vel alio speciali modo consecrati servitio Divino: omnibusque præcepisse sic agere, ut nomini tam splendido, quale hoc est, respondeant facta, non solùm coram DEO, sed coram hominibus, ut hi tantò majus inde sumât argumentum laudandi DEUM. *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Nomini Christiani cõvenire titulũ lucis tã speciosum, res est è sacris paginis manifesta. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Eph. 5. v. 8. sed quid juvat & hos & illos ram multos appellari hoc nomine, si deinde dissentiant opera? Hoc qui videt, aliud facere non potest, nisi criminari legem, quam ipsi profitentur. Hinc Christianis jam inde à principio nascentis Ecclesiæ semper fuit inculcatum, non solùm ut sint boni, sed ut tales se etiam ostendant. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Philipp. 4. v. 5. Videlicet hoc est, quia aliàs redargutio omnium illico redundabat in probrum Christi: at ubi clarè apparet omnium vitæ integritas, necesse est, ut, quisquis videt filios tam bene moratos, hinc patrem laudet: unde Christus tantò clarè dixit hoc loco: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* non *DEUM* verbo, sed *Patrẽ vestrum*, ad inferendi gratum debitum, quod omnes habent Christiani suis moribus honorandi Patrem tam bene meritum. Ecce igitur, quo maximè Christus dicto isto spectarit, nempe vetare scandalum, immo amare omnes ad probitatem excitare quidem, ut istud non servandi stimulo propriæ gloriæ, sed Dei: unde non dixit, *ut glorificentur*, sed *ut glorificent Patrem vestrum.* Adhibeo in operando intentionem tam rectam si non habes; næ tu degener es, nimium ingratus, dignus sanè, qui die Judicii condemnent tres illi Gentiles filii Diagoræ Rhodij, qui cùm res bene gestas à populo coronatus in circo ludorum Olympicorum, omnes tres concordibus animis coronas detractas capitibus Patri suorum posuerunt. si ames exercere proprium luci, sume illud à fidelibus quibus scribitur: *vocate sunt, ut non parerent in tenebris, & dixerunt: nos sumus.* tanta fuit earum promptitudo, *& luxerunt ei cum jucunditate,*

ant: non *luxerunt sibi*, sed *ei*: nam in hoc consistit obsequium. Bar. 3. v. 32.

3. Considera quosdam tam procul abesse à sensu tam pio, ut etiam abutantur hac Christi sententiâ ad suam hostili titulo colorandam vanitatem; dum solam ejus accipiunt primam partem: *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*: alteram omittunt: *& glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est.* unde videntur facere boni nihil posse, quin ostentent, adeò ut nec Templo donaturi sint exigui pretii, non pallium Sacerdotis, non vestem altaris, quin operi Phrygio in illis spectentur gentilitia signa: & sic quavis aliâ occasione bonâ, quod faciunt, studiosè procurabunt conjungere gloriæ, quantum possint, non Christiano nomini sed proprio, quod ubique vanè resplendere debet in auratis metallis, vel duris marmoribus. Isti proinde cùm solùm attendant ad primam partem sententiæ Christi, nec ultra progrediantur; falsèm bene advertant ad id, quod ibi dicitur. Dicitur omnino: *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*, hoc est, *ut videant opera vestra esse bona*. sed non dicitur: *ut videant opera bona esse vestra*. Quid amplius ad horum confusionem requirimus? Hoc posito, tibi quidem omni studio allaborandum est, ut advertant omnia tua opera esse bona: sed non est laborandum, ut dicta opera advertantur esse tua. sunt hæc duo diversissima studia. primum est prorsus ab ambitione alienum, alterum illi maximè obnoxium: quia primum omnibus præbet occasionem laudandi DEUM, alterum laudandi te. dixi laudandi te: quia hodie lingua hominum admodum est perversa. olim, si videbatur vir sanctus e. g. visum cœco restituere, omnes concordibus animis incipiebant laudare DEUM: *Omnis plebs, ut vidit, dedit laudem DEO.* Luc. 18. 43. Hodie è contrario omnes potiùs incipiunt extollere virum illum sanctum, quia non satis advertunt, bonorum nostrorum omnium autorem DEUM esse. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est.* Jac. 1. v. 17. Ideo necesse est hodie oppidò cautè procedere, quando non solùm volumus demonstrare, opera nostra esse bona, sed insuper esse nostra. verum est, id sæpissimè non esse studiosè dissimulandum: hoc enim foret velle lucernam condere sub modio, quod Christus improbavit, cùm diceret: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Mat. 5. v. 15. sed neque laboriosè ostentandum est. hoc enim esset lucernam non tantùm ponere super candelabrum, sed etiam sub oculos eorum, qui non quærunt, aut videre non curant. Atque hoc est, quod sæpe propositum videtur iis, qui suis sive insignibus, sive inscriptionibus ubique volunt relinquere memoriam cujuscunque vel levis boni, quod præstiterint Mundo. omnino videri volunt vel ab invitis, id, quod Christus nunquam suasisse legitur. unde dicebat etiam: *sic luceat lux vestra coram*

hominibus, ut videant opera vestra bona, non *ut cogantur videre.* Hinc est, quòd nonnulli Evangelici Præcones aliquãdo magno ardore reprehenderint morem istum adeò hodie in Ecclesia vulgarem, non reprehenderunt, quasi nullo modo deceat relinquere Posteris honoratam memoriam bonorum, quæ illorum probi Majores quondam fecerunt: sed reprehenderunt, quia sæpe non relinquitur talis memoria causâ boni, quod factum est alio sanctiore fine, sed quia sit bonum, [illegible] linquatur memoria. Verum est [illegible] adeò esse facile definire, quando [illegible] diat celare bonum, quod sit, & [illegible] non celare. ideo huic rei [illegible] consecrabis meditationem: [illegible] jus notitia multum facit, ut [illegible] negotio eâ procedamus libertate [illegible] tûs, sine qua haud unquam [illegible] lè cum gustu operamur.

* * *

XVI.

Attendite, ne Justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut vi[illegible] mini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Pa[illegible] vestrum, qui in Cœlis est. Mat. 6. v. 1.

1. COnsidera nomen Justitiæ hìc esse genericum ad designanda omnia opera bona, quæ deinde à Christo proximè sunt divisa in tres species, Eleemosynam, Orationem, & Jejuniũ, quasi ad has omnes ceteræ referantur. Nec mirum est: quia Jejunium opponitur Concupiscentiæ carnis: Eleemosyna Concupiscentiæ oculorum: Oratio, quæ nostrum nobis nihilum repræsentat, superbiæ vitæ. Jejunium speciali modo nos ordinat respectu nostri: Eleemosyna respectu proximi: Oratio respectu DEI. & sic Jejunium servit ad continentiam, quæ est virtus propria partis concupiscibilis: Eleemosyna ad Commiserationem, quæ est propria Irascibilis: Oratio ad Devotionem, quæ est propria partis Rationalis. Et quamvis [illegible] hæc opera semper in se habeant [illegible] iuncta meritum, satisfactionem, & [illegible] petrationem, uti est omnibus [illegible] commune, Jejunium tamen vim [illegible] maximam ad merendum, Eleemosyna ad satisfaciendum, Oratio ad [illegible] trandum. Quibus positis nota, [illegible] hîc Christus loquatur. Non [illegible] citer dicit: *Attendite, ne Justitiam [illegible] stram faciatis coram hominibus,* [illegible] tiùs adjungit: *ne videamini ab eis:* quippe nihil est mali Jejunia tua, [illegible] mosynas, & orationes tuas videri [illegible] hominibus: malum est illa [illegible] hoc fine, ut videantur. imò nec [illegible] est malum, si ea videri velis propter gloriam, quæ inde DEO resultare [illegible] test. Malum est, cùm vis illa [illegible]

pro tua gloria. Unde sapienter Christus non dixit: *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis*, sed *ut videamini*. nam in hoc est periculum, contra quod summâ attentione est opus, habere pro fine non ostentationem operis, sed sui. Ceterum ô quantum continuò obtinere nititur dæmon, ut parum illud boni, quod fit in mundo, clàm fiat, non secus ac si illa viveremus tempora primorum persecutorum, quorum mens Christiani nunc cavernas, nunc catacumbas quærebant. Scit ille, quanta vis sit exempli ad excitandum in hominibus fervorem boni, & ideo quoad potest id tollere allaborat. & quam ob causam putas ipsum aliquando tam crudele bellum contra sacras imagines suscepisse? causa fuit, quia ad illarum conspectum omnes vehementer incitabantur hic quidem ad martyrium, alius ad pietatem, iste ad pœnitentiæ opera, alij ad alios virtutum actus magnificos. Jam bellum illud, quod dæmon inter nos contra inimimes Sanctorum imagines gerere non potest, id vivis indicit imaginibus, hoc est, laudabilibus eorum exemplis. Conatur varias prætexens causas apparentes prorsus subtrahere luci publicæ, ne sint probro peccatoribus, incitamento animis pusillis. putasne semper esse Spiritum humilitatis, si bona tua opera occultes? non tunc est tentatio inimici, qui tibi invidet bonum, quod parere in alijs posses non occultando. *Universi canes muti non valentes latrare.* Is. 56. v. 10.

2. Considera universim loquendo duo esse genera operum bonorum. quædam sunt ordinaria, & communia in orbe Christiano omnibus, qui volunt vivere ut veri observatores statûs sui, sive Laici, sive Clericalis, sive Religiosi qualiscunque sit: uti sunt Pœnitentiæ opera tali statui consueta, crebra confessio, frequens Communio, quotidiana & devota in Divinis Officijs præsentia, & alia hujusmodi, quorum defectus imperfectioni adscribitur. Alia non ordinaria, sed singularia. proinde quoad ista suadent Sancti ea plerumque clàm fieri, ad vitandam admirationem: sed non ita suadent etiam quoad priora. imò dicunt nobis, satius esse illa palàm fieri cum omni apparatu tali statui hominum, qui sunt observantiores, usitato. & id quidem non sine causa. vel enim in eo statu es persona privata, vel publica. Si publica, hoc est, Præsul, Princeps, Superior, non solùm rectè agis ita palàm apparendo, sed ita agere necesse est, quia vita tua debet alijs esse norma vivendi. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum.* Tit. 2. v. 7. Si privatus fueris, melius quoque agis amando publicum quàm secretum, nõ solùm ob utilitatem, quam diximus in alios derivari, sed quæ in te redundat: quia eâ ratione declaras te ipsum. & quam ob causam credis te bene agere, si abscondas bonum? ex vanæ gloriæ metu? haud sanè. Sed facis, ne ob-

ſtringas te ipſum. nam ſi illi Congregationi adſcribi te patiaris, ſi quovis octiduo peccata confitearis, & ad ſacram Menſam accumbas, videris tibi jam non eſſe liber in admittendis amicorum invitationibus, cùm ad theatra, ad circos, ad convivia tendunt; ne ſint deinde, qui te inter alios præſentem digito monſtrent. Sed numquid melius eſt ob hanc ipſam cauſam facere generoſum propoſitum? *Uſquequò claudicatis in duas partes?* 3. Reg. 18. v. 21. Tu horres declarare quam partem teneas, DEI an Mundi: & ego denuncio melius tibi fore, ſi declares. quamdiu enim non declaras te tenere partes DEI, ſæpe continget iniquiſſima à te peti, quibus conſenties ex reſpectu humano: cùm contrà futurus ſit nemo, ſi te declares, qui vel audeat tentare. Sufficit ergo in omnibus, quæ agis, retineri ſemper eodem modo intentionem rectam ſoli DEO placendi. Atque hoc eſt, quod indicare Chriſtus voluit, cùm de Eleemoſyna dixit: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua.* De oratione: *Intra in cubiculum tuum.* De Jejunio: *Unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans.* Certè noluit eâ ratione interdicere, ne ejuſmodi opera fierent etiam publicè, cùm toties ea ipſe publicè fecerit. Sed modo loquendi figurato dicere voluit, ut, ſi etiam fierent publicè, eâ fierent nihilominus rectitudine intentionis, quâ illa facit, qui omnibus utitur memoratis artificijs, ut diſſimulet. Ceterùm an nôſſe cupis, quo topere Dominus ſemper amaverit [illegible] ſtam libertatem apertâ fronte [illegible] randi bene? Dicebat quondam [illegible] rahamo univerſalem à ſe indulta[illegible] ſe veniam toti Civitati infamis Sodomæ, ſi in medio tot iniquorum vel [illegible] los quinquaginta juſtos invenerit. [illegible] *invenero Sodomis quinquaginta* [illegible] *in medio civitatis, dimittam omni* [illegible] *propter eos.* Gen. 18. v. 26. [illegible] ſti? non dixit *in civitate* [illegible] ſed *in medio civitatis.* fieri enim [illegible] tuit, quorundam ſententiâ, ut [illegible] ter ſceleratorum millia ſaltem [illegible] quinquaginta, qui clàm [illegible] ſervarent, ſed qui idem facerent [illegible] licè in aliorum conſpectu, non [illegible] *Abulens.* in Gen. c. 18. Atque [illegible] Juſti, qui ſufficiunt placando DEO [illegible] qui non tantùm ſibi ſunt, ſed pro [illegible] bus ſe declarant. *In medio Ecclesiæ laudabo te.* Pſ. 21. v. 23. *In medio* [illegible] *torum laudabo eum.* Pſ. 108. v. [illegible]

3. Conſidera declarationem [illegible] externam tantò eſſe majoris [illegible] quantò major eſt intus intentionis [illegible] ctæ ſinceritas, jam ſuprà memoratum, non quærendi per opera, quæ [illegible] gloriam propriam, ſed Divinam [illegible] verò deficiente quis dubitet, [illegible] ipſam declarationem tam [illegible] parùm denique eſſe poſſe [illegible] DEO? Ideo dicebat Chriſtus: [illegible] *tendite, ne Juſtitiam veſtram* [illegible] *coram hominibus, ut videamini* [illegible] hoc eſt, *ad hoc, ut videamini* [illegible] *alioquin mercedem non habebitis* [illegible]

Ra[illegible]

Patrem vestrum, qui in Cœlis est. Et quomodo vis, ut Pater tuus Cœlestis remuneretur in cœlo bonum, quod facisti, fronte quidem apertâ, sed non ipsius causâ? sinet potiùs, ut id homines tibi remunerentur, quorum æstimationem prætulisti Divinæ. Unde vides hîc non dicere Dominum: *aliquam mercedem non habebitis à Patre vestro, qui in Cœlis est.* Sed dicit: *apud Patrem vestrum.* Quia pro bono, quod feceris studio vanitatis, dabit equidem sæpius remunerationes terrenas propter utilitatem, quæ inde manavit in mundum: sed non dabit Cœlestes. Ad istas habendas oportet intentionem omnino esse defæcatam, omnino sanctam: non enim cœlum remuneratur solum *materiale* operis, qui est cortex, sed *formale*, qui est nucleus, quis ergo satis explicet, quanti momenti sit hæc intentio? quid? an igitur omnis actus vanitatis, qui se infelicitate nostrâ actionibus miscet cetera DEO tam gratis, tollit meritum? haud sanè. sed solùm tunc tollit, quando actus ille vanitatis instar vermis interni eas actiones potest inficere. Explicabo: siquidem hinc Spiritui tuo nasci aliqua quies potest. vel desiderium placendi hominibus (qui est actus vanitatis) est antecedens opera illa bona, de quibus sermo est, v. g. Eleemosynam illam publicam, vel est Concomitans, vel Consequens. Si Consequens, tollere meritum non potest, quia actus vanitatis aliud illi non est quàm vermis quidam externus, qui cùm dente suo maligno corrumpere molitur opus, jam reperit absolutum, adeóque in tuto collocatum. Si Antecedens, sine dubio tollit, quando scilicet finis, quem spectas in Eleemosyna facienda, alius non est, quàm ut hominibus placeas. tunc enim vermis occupat medullam operis. Verum est, hoc ipsum studium placendi hominibus posse aliquando dirigi ad majus obsequium Divinum, uti in viris Principibus & Prælatis contingit, qui Eleemosynis etiam abundantibus solent obtinere affectum & amorem subditorum, ut eos deinde servent DEO magis devotos. & tunc sicut actus iste est licitus, vermis nõ est, & cõsequenter per se nec minimum præjudicare potest valori operis, qui ponitur habere pro ultimo fine honorem Divinum. Si denique talis actus vanitatis est Concomitans, tunc & tollere potest valorem operi, & potest non tollere. Tollit, quando cæptum est opus, studio placendi DEO, sed antequam compleatur, mutato fine potiùs quærimus placere hominibus: sic quippe vermis, ut corrumpat, adest in tempore. Non tollit, quando quis non prosequitur opus, ut hominibus placeat, sed eodem tempore, quo insistit operi, v. g. erogandæ eleemosynæ tam liberali, studio se detinet in vano gaudio, quod in animo oboritur, dum videt multos circumstare spectatores: quia quantumvis gaudium tam vanum etiam pertingat ad venialem noxam, ponitur esse actus omnino distinctus ab illo ultimo fine, qui præfixus est operi, nempe dandi

DEO

DEO gloriam, & sic vermis foris manet, quia eleemosyna antè dicta equidem conjungitur cum actu vanitatis, sed ab eo minimè dependet. Atque idcirco in eo casu non est, cur desistas ab eleemosyna etiam publicè faciendâ. soli repugnandum est vanitati, eam repellendo, reprimendo, vel certè aliò animum divertendo. hoc si facias, illibata stat merces. Quæ cùm [illegible] sint, en ut Pater tuus Cœlestis [illegible] Patris officio fungatur. Non [illegible] non viribus majora exigit. [illegible] vult, ut te geras tanquam obsequiosum filium, hoc est, vult longè [illegible] ri in pretio tibi esse æstimationem suam, quàm suorum famulorum.

XVII.

Sanctissimum Nomen MARIÆ.

Ave Maria Gratia plena. Luc. 1. v. 28.

CONsidera, quantumvis Archangelus Gabriel, quando salutavit Sacratissimam Virginem dicendo *Ave* (quæ vox erat augurans magnitudinem, & annuncians gaudium) non illico expresserit ejus nomen, prout deinde consuevit Ecclesia, id tamen præmisisse, cùm diceret: *Gratiâ plena.* quippe si Maria fuit gratiâ plena, quare fuit? utique ob summam conjunctionem, quam habuit cum illo Oceano, unde gratia derivatur, adeò ut velut subditum in potestate haberet. Itaque si Maria fuit gratiâ plena, ideo fuit, quia fuit Maria: quod juxta præcipuam tam digni nominis Etymologiam significat *Dominam Maris.* Nota igitur, Archangelum in sermone suo nullum posuisse tempus: & sic non dixit: *Ave, quæ fuisti gratiâ plena: Ave, quæ es: Ave, quæ eris:* sed absolutè dixit: *Ave gratiâ plena*, ut sic meliùs omnia [illegible] comprehenderet. Unde sine [illegible] triplici plenitudine gratiæ loqui [illegible] tuit. de illa, quâ Virgo accepit de [illegible] rito: de illa, quam accepit de [illegible] senti. & de illa, quæ ipsi [illegible] etiam in futurum. Si nôsse velis [illegible] sint istæ plenitudines; ajo illas [illegible] esse, quas deinde omnes Doctores [illegible] eri in ea agnoverunt. nempe [illegible] dinem sufficientiæ, plenitudinem [illegible] uberantiæ, & plenitudinem, ut [illegible] cam, Excellentiæ. Prima [illegible] Virginem plenam in se. Altera [illegible] didit plenam in se, & plenam [illegible] lijs. Tertia reddidit plenam [illegible] plenam pro alijs, & plenam [illegible] nes alios etiam simul sumptos. [illegible] raris tantas plenitudines? Mirari [illegible] sines, si in tempore occurrat, [illegible] se Mariam, hoc est, *Dominam Ma*[illegible] habet in suo fundo Oceanum. [illegible]

gi mare, & ipse fecit illud. quid mirum ergo, si illa tam dives existat? sit velut civitas Domina Maris, quæ longè superat alias, quæ tales non habet. *Numquid melior es Alexandria populorum, cujus divitiæ Mare?* Nah. 3. v. 8. Unum est, quod mirari debeas, te, cùm sis mendicabulum adeò egenum, in ista Civitate sedem stabilem non figere.

2. Considera primam plenitudinem sufficientiæ, quæ in Virgine sumpsit initium à primo suo exortu. ut idcirco non dixerit Angelus: *Replera gratiâ*, sed *plena*, ne vel umbram daret suspicandi etiam momento fuisse vacuum. Ista Virginem plenam in se habuit, & sic fecit, ut primò esset gratiâ plena quoad omnes sui partes, quæ est, ut ajunt, plenitudo subjecti. Plena in intellectu, plena in affectu, plena in Appetitibus, plena in sensibus, plena in omnibus facultatibus animæ, quæ semper erant perfectissimè subjectæ DEO. II. Fecit, ut esset plena quoad remotionem contrariorum repugnantium gratiæ, quæ in ipsa locum non habebant. nam illa sola inter omnes Sanctos nullam unquam habuit umbram maculæ, non offuscationem mentis, non ignorantiam, non imprudentiam, non repugnantiam contra quodcunque genus boni, non excitationem phantasmatum, non suggestionem fomitis, non aliud, quod retardaret, quò minùs evolaret ad Sanctitatem. ita factum est, ut exclusis contrarijs esset capacior gratiæ. III. fecit, ut esset plena etiam quoad actus, quos producebat semper cum plenitudine virtutis, vigoris, & sanctitatis commensuratæ luminibus à DEO acceptis. IV. Fecit, ut esset plena quoad omnes gratiæ species, quæ hominem in se perficiunt, & quibus jam inde à principio abundabat. Tales sunt Gratia gratificans, hoc est, ea gratia, per quam jam antè DEUS sibi complacuit in anima Virginis plus quàm in re quavis aliâ merè creatâ. Gratia habitualis, quæ nos sanctificat: Gratia actualis, quæ sustentat: virtutes infusæ, tam Theologicæ, quàm Morales, quæ in Virgine non erant divisæ, ut in ceteris Sanctis, inter quos iste præcellebat in Fide, ille in Humilitate, hic in Obedientia, alius in alia istarum virtutum; sed erant simul unitæ: & denique dona Spiritûs Sancti, quibus operamur modo Heroico: eorum Fructus, qui sunt opera delectabilia, quæ ab illis gignuntur: & eorum Beatitudines, quæ sunt opera summè suavia & jucunda. V. Fecit, ut esset plena respectu officij, hoc est, plena illo proprio gratiæ genere, quod conveniebat Virgini, quæ destinabatur, ut esset DEI Mater, & per consequens *Domina Maris*, ut ejus nomen demonstrat: quæ est gratia non solùm omnes complexa suprà recensitas, sed eas elevans ad ordinem quendam superiorem, quàm concipere mente possimus: cùm dignitas Maternitatis Divinæ speciem quandam habeat infinitatis, quam illi tribuit, ut ajunt, affinitas cum ipso DEO. Ista fuit plenitudo sufficientiæ, quam inde à princi-

pio Virgo habuit. id verò non impedit, quin eam in dies perpetuis exaugeret incrementis: si cogitemus semper fuisse Viatricem, semper indefessam. Dicitur tamen illa *gratiâ plena*. quia vox ista plena in vase ordinario, quale foret catinus, vel concha, terminum designat; in vase amplissimo, qualis est lacus quasi æmulus maris, eum non designat. Tibi hac plenitudine sufficientiæ summè gaudendum est: quia fieri nequit, ut, quæ adeò in se plena est, non libenter opes suas effundat in alios. Ita Nutrix facit, cùm plena sunt ubera: ipsa quærit infantem, qui lac concupiscat. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini*, hoc est, *ab uberibus meis*. Eccl. 24. v. 19.

3. Considera secundam plenitudinem, dictam Exuberantiæ, quæ cæpit in Virgine, cùm suis purissimis visceribus concepit Verbum æternum: eámque reddidit exuberantem in se, quia omnis illa plenitudo sufficientiæ, quam hactenus Virgo retinebat intra alveũ animæ, quasi ruptis aggeribus etiam redundavit in corpus; quod dignum fuit, ut esset habitaculum Altissimi, imò de suo subministraret primam illam materiam, quâ opus erat Altissimo, ut sese humanâ carne vestiret, dein alimenta, & adminicula cetera pro omni ætate infantili. Exuberantem in utilitatem aliorum, non solùm, quia illo momento Virgo adijt possessionem omnium gratiarum, quas dicimus gratis datas, & eam perficiebant in bonum aliorum, uti sunt dona linguarum, Prophetiæ, prodigiorum sanitatum, & hujusmodi, quæ sine dubio in ipsa eminenti gradu uniebantur, quamvis parùm illis uteretur. Sed longè magis, quia eodem momento aliam adijt possessionem longè ... siorem Mediatricis DEUM inter ... hominem, vi cujus deinde ... sublimissimos titulos, quibus ... gaudet, Restauratricis nostrorum ... lorum, Reparatricis Mundi, Dispensatricis proximæ eorum thesaurorum, qui in nos à Divina manu descendunt: quippe quæ eo temporis puncto ... facta est, quod ejus illustre nomen declarat, facta est MARIA, facta est Domina Maris. unde jam de ipso disponere poterat eâ facilitate, eâ fiducia, quâ Regina Mater disponit, cùm ... dilecta, de Rege suo quidem Domino, sed & Filio. Tu si gaudebas de plenitudine sufficientiæ ob spem beneficij à Virgine in te derivandi; de ista Exuberantiæ etiam jubila ob certitudinem. hæc enim fuit, quæ fecit ... ficio beneficam.

4. Considera tertiam plenitudinem Excellentiæ, quæ reddidit Virginem non solùm in se plenam, & plenam pro alijs, sed plenam eo modo ... superaret omnes, quotquot sunt, ... erunt unquam, beatos Spiritus ... sumptos. Ista cæpit saltem circa ... tæ finem: sed verosimile est, ... cæpisse priùs. Nam omnes ... niunt, eam primo infusæ Sanctitatis momento dono accepisse à DEO majorem gratiam, quàm habuerit primus Seraphinus Paradisi, quæ est ...

tia ineffabilis. Huic gratiæ illa mox actus ipso respondit, utpote dotata omni illâ plenitudine sufficientiæ, quam suprà descripsimus. & sic cum omni vigore & conatu operando saltem promeruit (quæ jam est pervulgata doctrina Theologorum) promeruit, inquam, accessionem tantæ gratiæ, quanta erat illi priùs liberaliter donata: atque ita mox duplicavit sortem. Deinde cùm nunquam pateretur feriari amorem nec in somno quidem, uti vocant nonnulli, novos colligebat fructus, quos Divino adjuta auxilio per septuaginta duos annos non omni hora dumtaxat, sed quovis horæ minuto, quovis momento ita multiplicabat, ut mente nequeant comprehendi grandes illi thesauri, quos cumulabat. Nam si per actum quemlibet, quem exercebat, semper erat duplo ditior quam priùs, cogita, quantæ fuerint eius opes sub ultimos vitæ dies. Quòd si deinde huic gratiæ ita auctæ per modum præmij respondentis merito, addas illam, quam Christus illi liberaliter contulerit per modum donj honorarij varijs occasionibus extraordinariæ solennitatis, ut Carnis assumptæ, Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis, & similium, quis explicet abyssum talis incrementi? Nullo Arithmeticæ calculo definiri potest. Bene proinde Virgini aptatur famosa benedictio, quam Jacob dedit suo filio Josepho ob magna ejus incrementa: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens.* Gen. 49. v. 22. *Omnipotens.* dicebat illi, *Omnipotens benedicat tibi benedictionibus Cœli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ.* Gen. 49. v. 26. ô quantò meliùs id verum ostenditur in Virgine! Ecce illam benedictam *benedictionibus Cœli desuper.* quæ est plenitudo sufficientiæ in ejus sinum effusæ ab illo puncto temporis, quo Sanctitatem ipsi contulit in utero materno. Ecce benedictam *benedictionibus Abyssi*, quæ est plenitudo Excellentiæ, & in comparatione cum beatis Spiritibus illam reddidit similimam abysso, & abysso profundæ, *jacētis deorsum*, adeò illa in se cōtineat majores opes, quàm omnia illorum æraria simul juncta. portò hæ duæ plenitudines unde venerunt? ab eo, quod Patriarcha sapienter ultimo loco posuit ad servandum ordinem dignitatis, non temporis. *benedictionibus uberum, & vulvæ.* ab eo, quòd esset DEI Mater, quòd utero gestaverit, pepererit, lactaverit, educaverit, & demum ut Mater illud in ipsum dominium exercuerit, quod nobis aperit nomen Augustissimum MARIÆ, quia significat ut talem fuisse *Dominam Maris*: & cujus maris? an Alti? non: sed Altissimi: illius inquam, Maris, unde derivantur flumina, quæ nos ditant.

* *
*

XVIII.

Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die malâ liberabit eum Dominus. Ps. 40. v. 1.

1. COnsidera ex sensu accuratiorum Interpretum *Egenum* hîc vocari, qui nihil habet, adeóque in extrema necessitate versatur, *Pauperem*, qui parum habet, & sic ipse quoque in necessitate versatur, sed communi. Utrumque verum ostenditur in Christo Domino nostro, quem videmus & parùm habuisse & nihil: parùm in vita, nihil in morte: parùm in vita, quia vitam egit laboriosam in officina fabri: nihil in morte, quia demum nudus in patibulo expiravit. ut adeò nihil exaggeraret, cùm diceret: *Ego verò egenus & pauper sum.* Ps. 69. v. 6. quia utrumque fuit diverso tempore. Jam igitur, ut ad propositum veniamus: ecce quis juxta Psaltem sit primo loco, *qui intelligit super egenum & pauperem.* Is est, qui dum videt Christum Dominum nostrum in vita pauperem, in morte nudum, in eo aspectu non sistit, sed ultra pregreditur ad intelligendum hunc esse DEUM. Qui sic agit, non sensibus sed fide ducitur, & ideo Beatus dicitur: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Jo. 20. v. 27. Sed ô quàm pauci sunt, qui sic agunt! ut proinde idem planè voluerit hisce verbis suis exprimere David: *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem*, quod deinde suis Christus expressit. *Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* Luc. 7. v. 33. Si multi erubescunt sequi Christum in profunda sui abjectione, *scandalizantur in eo*, unde hoc accidit? quia multi nihil cognoscunt ultra id, quod videre *non intelligunt super egenum & pauperem.* non penetrant sub illa abjectione verè condi omnia bona sua. Id intelligere satage, quantum potes, quia in morte demum cognosces, quod profuturum sit. an non audis, quid dicit Psaltes? *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die malâ liberabit eum Dominus.* Dies mala est dies mortis, quis neget? *Cur timebo in die malâ?* Ps. 48. v. 6. In hac die, quæ absolutè mala dicitur, quia talis est plerisque hominum, ecce quis specialiter sit protegendus à Domino, qui fidelis illi extiterit ad pedem Crucis, quia nemo majorem dilectionem ostendit. Beatum te, cùm sumptum manum Crucifixo dicere cum veniam poteris, te non erubuisse illum sequi etiam in tali statu.

2. Considera Christum tanti fecisse Paupertatem, ut, cùm eam in propria persona ampliùs profiteri non posset, postquam gloriosus in Cœlum ascendit, eam saltem profiteri voluerit in aliena: & ideo liberè contestatus sit,

sub quocunque Paupere, qui occurrat, esse absconditum. *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* hinc est, quòd, cùm in terra existens non nisi in se solo mendicaret, nunc in Cœlum evectus in omnibus mendicet. Quis igitur secundo loco is est, qui *intelligat super egenum & pauperem?* qui vilo quocunque Paupere, qui vel ad extremam, vel ad communem necessitatem redactus sit, bene intelligit facturis centonibus illius miseri Christum regi, atque hinc movetur ad succurrendum, si possit, si non possit, ad miserendum, consolandum, respondendum benignè, uti Christo faceret. Qui hoc modo facit, dicitur Beatus, quia verum habet meritum illius virtutis singularis, quæ respicit pauperes. Et quid magni meriti consequêris, si his bene facias solo instinctu commiserationis naturalis? actus is est, ad quem pertingere etiam possunt idololatræ. Tunc enimverò maximum consequeris meritum, cùm illis bene facis ex impulsu fidei jam dicto in ipsis hønorandi JESUM: quia actus, qui non foret nisi naturalis, transit ad ordinem haud paulò supernotem, quàm Cœlum terram superat, & sit supernaturalis. quæ causa est, ut misericordiæ erga pauperes modo tam eximio præstitæ promittatur præmium adeò præclarum, quale est liberatio ab omnibus malis, quæ aliàs in morte nos manent. *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die malâ liberabit eum Dominus.* non quòd ista commiseratio se solâ sufficiat ad salutem: sed quia ista mala vel sunt culpæ, vel pœnæ. si sunt pœnæ, ejusmodi commiseratio delere illa potest per satisfactionem. *Peccata tua eleemosynis redime.* Dan. 4. v. 24. Si sunt culpæ; arcere illâ potest ab homine per meritum, uti innocentibus accidit, quibus sæpe gratiam conservat: *Eleemosina gratiam viri, quasi pupillam, conservabit.* Eccl. 17. v. 18. vel etiam illa propulsare per viam dispositionis congruæ, uti Pœnitentibus contingit, quibus sæpe obtinet veram in morte pœnitudinem, verúmque propositum, quod aliàs meriti non essent: *Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ.* Eccl. 17. v. 20. Neque dicas fructus istos fuisse communes miserationi pauperum, etiam quando nemo in illis Christum agnoscebat. nam respondeo fuisse quidem communes sed non eo gradu, quo nunc sunt.

3. Considera, quòd tertio loco ille *intelligat super egenum & pauperem*, cui opus non est ab his miseris necessitates suas exponi, sed ipse de his cogitat, ipse prævenit, adeo illi sunt cordi. & qui sic facit, pariter Beatus dicitur. Vel enim nomine Pauperis hoc loco Christum intelligis in propria persona, prout puncto primo declaravimus: & tunc certum est te non habere grande meritum, cùm expectas, donec Christus expresse petat opus aliquod suæ gloriæ, aut gratum sibi, qualecunque sit, sed cùm illud ipse divinas: *Mens justi meditabitur Sapientiam.* Prov. 15. v. 28. nam eò extendendus est amor, quem erga Christum

geris, ut ejus petitionem præcipias, si fieri potest, atque prævertas. sic ipse pro te fecit, quando vel in Crucis patibulo mori pro te voluit, quin ab eo quidquam postulares. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Ps. 10. v. 17. Vel nomine Pauperis Christum intelligis in persona pauperis; & tunc quoque certissimum est non in eo tuum meritum consistere, quòd expectes, dum pauper suis te clamoribus fatiget. oportet tam perspicacis esse ingenij, ut ipse notare possis ejus miserias, & sublevare: præsertim si ille fuerit tam verecundus, ut, etsi sileat, velit intelligi. *Si negavi, quod volebant, pauperibus.* non, *quod petebant*, sed *quod volebant*: *& oculos viduæ expectare feci.* Job. 31. v. 16. an non credis, qui in hunc modum agit, habiturum in morte mercedem merito respondentem? *In die malâ liberabit eum Dominus.* de quo malo? non est, cur illud exprimere laboremus. DEUS hoc intelligit, & ideo si tu conjectare nôris, quod Christus à te tum pro se, tum pro pauperibus desiderat, antequam postulet, ne dubites ipsum quoque sub vitæ exitum facili conjecturâ assecuturum, quid ab ipso desideres, etsi taceas.

4. Considera illum dici denique *intelligere super egenum & pauperem*, qui illorum præest necessitatibus, uti eorum Protector, Procurator, Advocatus, atque ita illorum causam sustinet non secus ac propriam: *Pater eram pauperum &c. conterebam malas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Job. 29. v. 16. qui sic agit, sine dubio beatus est dicendus, & beatior alio: quia hoc modo non solùm pauperibus bene facit per seipsum, sed etiam sese opponit malo, quod illis aliunde accideret. *Auris audiens beatificabat me, eò quòd liberarem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adjutor.* Job. 29. v. 11. Ecce ipse tur Dominum tuum, uti sæpius jam diximus, in se pauperem, & pauperem in suis. Si velis esse beatus, scis, quid facere oporteat, nempe cordi habere ejus emolumenta in quocunque statu, *liberare pauperem vociferantem.* An non vides, quot injurias accipiat quotidie in propria persona ab ipsis superbis, qui dedignantur humiliorem quam ipse professus est: & quot in persona Mendicorum, qui illum repræsentant? Tuarum ergo partium est descendere in arenam, ut eum pro viribus contra quoscunque defendas, certus ita te quoque ejus gratiam lucraturum, imò defensione recuperandum propugnandum. *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die malâ liberabit eum Dominus.* & quid aliud est dicere, in die mala liberabit, nisi contra hostes infernales pro te in certamen descendet, ne audaces illi superare te possint? *Liberâsti me secundùm multitudinem Misericordiæ tuæ à rugientibus præparatis ad prædam.* Ezech. 51. v. 4. & ad obtinendum Liberatorem tam potentem necesse non est, ut in ejus gratiam omnem sensum, omnem Spiritum impendas.

5. Con-

5. Considera, quomodo non dicat Psalmes: *Beatus, qui intelligit super pauperem & egenum*, sed *qui intelligit super egenum & pauperem.* nec id mysterio carere puta. Videri meritò posse dicendum fuisse priore modo ad servandam gradationem. quippe si per *Egenum* intelligatur, qui in extrema necessitate versatur, uti initio observatum est, & per *Pauperem*, qui in communi, haud dubiè prius accidet, ut parùm habeat, atque adeò *sit pauper*, & tam progrediatur ulteriùs, ut nihil habeat, & sic etiam *sit egenus.* sed advertere hîc debes, eum, qui in extrema necessitate versatur, faciliùs invenire aliquem, qui succurrat, quàm qui solùm in communi versatur. & idcirco illi tribuitur nomen Beati, qui intelligit non solùm *super egenum*, sed *super pauperem*, bene percipiens obligationem, quam habet, superflua erogandi pauperibus, non in eorum necessitate duntaxat extremâ sed etiam communi. & hinc forsan est, quòd DEUS vel alijs scripturæ locis eodem modo voluerit conjungere hos voces: *Praecipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi* Deut. 15. v. 11. *Ecce haec fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ &c. manum egeno & pauperi non porrigebat.* Ezech. 16. v. 49. *Egenum & pauperem contristantem.* Ezech. 18. v. 12. *Egenum & pauperem affligebant.* Ezech. 22. v. 9. *Calumniam fecistis egenis, & confringitis pauperes.* Amos. 4. v. 1. & sic pluribus alijs, ut intelligas à DEO commendari non illos miseros duntaxat, qui redacti ad incitas nihil omnino habent, quo se sustentent, *Egeni*, sed etiam, qui parùm habent, *pauperes.* quodsi ita est, quomodo salutem illi consequentur, qui reditus suos malunt in canes & equos dissipare, quàm dare pauperibus, nisi viderint eos fame emori? Ah non est hoc *intelligere super egenum & pauperem*, sed solùm *super egenum.* & tamen Christus sub utroque latet: unde hoc quoque sensu exclamat, ne quis ignoret: *Ego verò egenus & pauper sum.*

XIX.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Rom. 12. v. 21.

1. COnsidera illum vinci ab alio, quem alter ad se trahit. unde dicitur à magnete vinci ferrum, & non ferrum à magnete, quia ferrum se trahi patitur à magnete, & non vice versâ. quo posito en primum sensum verborum Apostoli: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Sensus est, non esse permittendum, ut inimicus te trahat ad patrandum, quod non convenit, sed ut trahas inimicum ad id faciendum; quod oportet. sic eum vincis.

vincis. certè quantumvis offensus non debes excandescere, non agi in furias, nec sumere unquam vindictam in DEI injuriam, sed eam illi soli tanquam Principi tuo reservare. *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* Rom. 12. v. 19. Quodsi ergo trahi te sinas ab inimico ad id agendum, quod non oportet, ecce jam inimicus te vincit. At si non perturberis, ut ille desiderat, non irascaris, non commovearis, imò notabili præstito beneficio eum obstringas ad ponendam simultatem, & agnoscendum errorem, quem te offendendo commisit, séque humiliandum, ecce tu vincis ipsum, quia ad id agendum trahis, quod illum agere oportebat. Eccur igitur mavis esse victus quàm victor, cùm hoc aliàs sit proprium Adversario curare semper, quoad potest, ut vincat alterum? *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* non *in malo malum*, quia hæc est victoria etiam brutis animalibus communis, sed *in bono malum*, quia hæc est digna homine. Ista est victoria tam nobilis, ut si inter eas, quas Christus in terra reportavit, quoad perfectionem statui differentia potest, hæc facilè omnium fuerit maxima. quia jam moriturus in Cruce cogitavit, quomodò illos ipsos ad se traheret, qui ipsum Cruci suffixerunt. Unde pro eo, ut illos flammis absumeret, quod facilè poterat, aut hiatu terræ absorberet, tantam gratiæ suæ copiam superfudit, ut multi descenderent de monte compuncti & confusi, & velut publicam agentes pœnitentiam tunsione pectoris proderent dolorem. *Revertebantur percutientes pectora sua* ô quantò pulchrior hic est actus quàm ulciscentis! & hinc vides tam in sacris quàm profanis historijs, quam sint gloriosiores, qui hoc modo hostes suos vicerunt, quàm sint illi, qui ipsis se vinci passi sunt, hoc est, [illegible] ad bruta & barbara disignanda, quibus malum pro malo redderent. Si tamen omnibus beneficijs inimicis præstitis nunquam ita pervincere illum possis, ut eum trahas ad id agendum, quod oportet; non ideò minus erit gloriosa victoria tua, quia fecisti quantum satis erat ad illum vincendum. Quocunque eventu si non [illegible]hendo viceris, uti ferrum vincitur à magnete, vinces tamen uti aurum vincit plumbum, margarita vincit [illegible]gam, Purpura penulam rusticam, Cedrus sorbum, hoc est infinitè superando quoad pretium, qui est [illegible] communior vincendi modus. [illegible] offendendo actum exercuit cruda malitiæ, tu in condonandis offensis, & reddendis beneficijs exerces actum heroicum virtutis Christianæ. nunquid hoc est eum vincere abunde?

2. Considera secundum sensum horum verborum, qui est, ne sinas te vinci à dæmone, nec ab illis hominibus ei fœderatis, qui ad malum inducere te volunt: sed potiùs de illis omnibus victoriam reportes. Dæmon sæpius in Scriptura per antonomasiam malus dicitur: *Venit Malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus.* Mat. 11. v. 19. quippe qui primus in Mundum

dem introduxit malum, nec eo contentus semper pergit illud procurare, & promovere etiam per suos asseclas, quiad instar illius sæpe & ipsi vocantur mali: *In diem perditionis servantur mali.* Job. 21. v. 30. Verum etiamdem est, si dæmonem spectes, nunquam illum vinci à te posse trahendo ad bonum, cùm in malo suo sit adeò obstinatus, ut etiam sit inflexibilis. sed hoc saltem potes, ut te non patiaris vinci ab ipso, cùm vult te pertrahere ad malum. præterea vincere illum potes faciendo majus bonum, quàm sit malum, ad quod ille te instigat. Potes imprimis non permittere, ut te vincat, quia licet in terra non sit invenire potentiam parem illi: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei.* Job. 41. v. 24. nihilominus non potest illi abuti hac potentiâ ad cogendum liberum tuum arbitrium, sed solùm ad illud seducendum, nisi caveas: *Mitte te deorsum.* Ut adeò in manu tuâ sit, nolle vinci, sufficit negare consensum. unde non ait Apostolus: *Ne vincaris à malo*, sed *noli vinci.* Potes secundò etiam illum vincere faciendo majus bonum, quàm sit ipsum malum, ad quod instigat. quia ob hoc ipsum, quòd dæmon e. g. te tentet vanâ gloriâ, tu facere potes actum demissionis contrarium: quia tentat invidiâ, facere potes actum charitatis: quia tentat rigore nimio, facere potes actum benignitatis: quia tentat gulâ; facere potes actum abstinentiæ etiam severæ, & sic de ceteris. Istud non est duntaxat non vinci ab ipso, hoc est, trahi ad malum, sed potiùs est ipsum vincere: est enim facere bonum superius malo, quod petebat. Ita Job fecit, qui tot impetitus insultibus, ut prorumperet in verba injuriosa DEO, non solùm ab illo se vinci non est passus, sed ipsum vicit, quia è contrario in verba prorupit, quàm maximè potuit, DEO honorifica, dicendo: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum.* Job. 1. v. 21. Quoad homines deinde, quibus dæmon utitur quasi ministris, hoc satis esse nõ debet, sed cùm illi te volunt pervertere trahendo ad malum, ut ad solatia profana, omni conatu allaborandum est, ut eos ipse convertas, trahendo ad bonum, ad Templa, ad monasteria, ad oratoria Pœnitentium secreta. Hæc est victoria omnium glorioſissima, & ad hanc aspirare debes. Exemplum desideras? en, quid circa fratres suos S. Bernardus fecerit. Volebant isti eum à Religiosæ vitæ instituto abstrahere, & reducere ad seculum; ipse verò eos à seculo abstraxit, persuasitque, ut secũ, quotquot erant, Religiosæ vitæ institutũ amplecterentur. Idem proportione servatâ fac socijs, siquando incitãt ad malũ. *Convertentur ipsi ad te, & tu nõ cõverteris ad eos.* Jer. 15. v. 19. Non vincit omnino ignis Salicum & Sarmentorũ fasces, qui ipsum opprimere & suffocare parabant, cùm se non patitur extingui; tunc vincit, cùm eos vertit in ignem.

3. Considera *Malum* aliquando in sacris paginis etiam significare appetitum inordinatum nobis inhærentem:

Quoniam mihi malum adjacet. Rom. 7. v. 21. non quòd ipse per se malus existat, quod dici nequit, sed quia inclinat ad malum, quæ causa est, ut aliquando etiam Peccatum appelletur. *Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Rom. 7. v. 20. quo posito ecce tertium sensûm horum verborũ. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Sensus est, ne vinci te patiãris ab isto tuo bruto appetitu, sed ut vincas, stude: quia quantûvis verũ sit illũ plurimum in te posse, si tamen velis, tu illi dominaberis, propter auxilia sufficientia, quæ tibi DEUS in hunc finem concedit. Numquid igitur probrum est, quòd cùm vincere illum possis, ferè semper ab illo te vinci patiaris? *Subter te erit appetitus tuus.* Gen. 4. v. 7. hic est ordo pulcherrimus acceptus à DEO, secundum quem agere te oportet, tunc erit ... petitus *subter te*, quando non tu ... *à malo.* tunc etiam *dominaberis* ... quando non solùm ab illo ... vinceris, sed *vincis in bono malum* dum facis, ut paulatim ipse ... assuescat delectationibus, quæ non ... propriæ sensûs, sed Spiritûs. ... id quosdam Sanctorum confecerunt ... se, ut gauderent inter probra, ... inter infirmitates, atque in ipsis ... pœnitentiæ suas haberent ... *Superabundo gaudio in omni tribulatione meâ.* 2. Cor. 6. v. 4. & quomodo sunt consecuti? non aliâ ratione, quæ efficiendo, ut assuesceret appetitus ... mare verum bonum. & hic est ... eum vincendi. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Jo. 5. v. 4.

XX.

Si secundùm carnem vixeritis, moriemini si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Rom. 8. v. 13.

1. COnsidera, quàm horrenda sit pœna, quam DEUS omnibus minatur, qui voluerint vivere non in carne (cùm fieri aliter non possit in terra) sed secundùm carnem, à quo non solùm possumus abstinere, sed etiam debemus. mortem minatur: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* Contra verò quàm insigne præmium promittat omnibus, qui voluerint hanc ipsam carnem non equidem mortì tradere, quod nec petitur, nec ... ceditur; attamen mortificare. ... promittit: *Si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* ... igitur est eligere, quod velis. ... *do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.* Jer. 21. v. 8. in tuo prorsus ... trio est inire viam, quæ placuerit, ... illam, quæ ducit ad vitam, vel ... ram, quæ ducit ad mortem. sed ... quam ineas, bene considera: non ...

nam tam facilè semper est redire de medio viæ, quàm eam primò non inire.

2. Considera, qualis sit mors illi intentata, qui in omnibus carni vixerit, hoc est, in omnibus illi obsecūdans, illi blandiens, illi præstans quotidie, quidquid concupiscit. mors est, quæcunque animo possit concipi. Mors culpæ, mors naturæ, mors damnationis æternæ. Talis est mors, quam DEUS his miseris intentat, dum dicit: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* Prima mors est culpæ, hæc enim ordine prima est, quam vitâ suâ contrahunt. Altera est naturæ, quæ uti primò nata est ex morte culpæ, ita ab eadem nutritur, & acceleratur in ijs maximè, qui sunt dediti delicijs, recreationibus, voluptatibus, & sic alijs citiùs putrescunt. Tertia est damnationis, quæ tenore mortem culpæ, proximè mortem naturæ consequitur, & nunquam finitur. *Qui se jungit fornicarijs*, qualis est, qui incipit secundùm carnem vivere, seu more luxuriantiũ, *erit nequam*, ecce primam mortem culpæ, quam expectet; *putredo & vermes hæreditabunt illum*; ecce alteram naturæ: *& tolletur de numero anima ejus*: ecce tertiam damnationis. Eccl. 19. v. 3. Omnes hæ mortes ijs paulatim accidunt, qui nimium propriæ carni obsecundant. imò quoties simul omnes uni accidunt! Eodem momento temporis peccat, expirat, & ad inferos præcipitatur. an operæ pretium esse putas talem eligere vitam, quæ ducat ad mortem adeò horrendam?

3. Considera è contrario, qualis sit vita, illi promissa, qui *Spiritu facta carnis mortificat.* & ipsa triplex est, uti mors erat, de qua modò loquebamur. Vita naturæ, quæ ordine prima est inter vitas, uti mors culpæ prima est ordine inter mortes. vita gratiæ, quæ est altera, & vita gloriæ, quæ tertium locum obtinet. Quisquis ergo carnem suam mortificare novit, primò lucratur vitam naturæ, quia annos prorogat: *qui abstinens est, adijciet vitam.* Eccl. 37. v. 4. Lucratur vitam gratiæ, quia mortificatio illam obtinet, & conservat: lucratur denique vitam gloriæ, quia mortificatio illam auget in mundo altero, & in isto eam anticipat gustu consolationum Cœlestium, quæ in terra nonnisi sese mortificantibus conceduntur. Enigitur, quàm beata sors sit mortificare se ipsum: hoc enim revera est amare se ipsum. Mundus insipiens putat, eum, qui carni mortificandæ studet, illi malè velle. prorsùs contrarium est. nemo magis illam amat, quia nemo magis quærit verum ipsius bonum. Quis dicat parùm amare carnem suam illum ægrum, qui eam exponit ferro & igni sævientis Chirurgi? imò longè magis amat, quàm qui timiditate quadam exponere non audet. & quare magis amat? quia qui non exponit, illi mortis est causa, qui exponit, vitam tribuit. Idem est in casu nostro. & si ita est, quid vereris assuescere mortificandæ carni tuæ? ni mortifices, mortem affers non temporalem duntaxat, sed æternam. Si mortificas,

vitam tribuis. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* & tu potiùs eliges illorum esse de numero, qui mortem ipsi afferunt? ô quàm stultus hic est amor, quem illi exhibes!

4. Considera, quemadmodum dicit Apostolus: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini*, ita videri, ut esset legitima oppositio, dicendum fuisse: *Si secundùm Spiritum vixeritis, vivetis.* Attamen non sic dixit, sed: *Si Spiritu facta carnis mortificaveritis.* quare? quia innumeris in hoc mundo contingit omnino vivere secundùm carnem, nulli verò omnino vivere secundùm Spiritum. Vita purè spiritualis, qualis ista foret, non invenitur in terra: illa nobis in cœlum servatur, ubi nullâ in re caro ab eo dissentiet, quod vult Spiritus. At si modò vivere non possumus omnino secundùm Spiritum, uti nunc diximus, possumus saltem Spiritu retundere & refrenare insultus carnis, quæ nimiâ vivacitate semper repugnare molitur illi, cui debet esse subjecta non in Cœlo tantùm, sed etiam in terra, nempe eidem Spiritui. unde Apostolus solùm dixit: *Si Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* non dixit: *si carnem mortificaveritis*, quia non omnes eodem modo mortificare carnem possunt, eam macerare, affligere, flagris caedere, quantumvis id aliàs plurimum opportunum sit ad ejus subjectionem: at omnes eodem modo mortificare ejus facta possunt, id est motus ejus rebelles, ejus cupiditates, affectus, stimulos infames imò debent. Tres vivendi modos proponere tibi in terra potes. Unus est illorum, qui omnino vivant secundùm Spiritum, & hæc speranda non esset, quæ foret vita Angeli. Alter est eorum, qui omnino vivunt secundùm carnem, & hæc totis viribus est fugienda, quæ est vita brutorum. Tertius est eorum, qui Spiritu facta carnis mortificant, quæque hæc præcipitur hoc loco, quæ vita est hominis, qui inter bruta animalia & Angelos medius est. Quæ ista mortificatio communem modum non supergreditur, solùm est bonum sequentis ductum rationis, quemque quivis Christianus præstare debet; si gradum attigit eximium, est hominis Spiritualis: atque adhuc aspirare debes, si nondum es contentus. *Semper mortificationem JESU in corpore nostro circumferentes, ut vita JESU*, quæ est vita Spiritualis, *manifestetur in corporibus nostris.* 2. Cor. 4. v. 10. non debet apparere tractatione corporis vita alicujus Stoici, Senecæ, Xenocratis, vel alterius gentilis Philosophi, sed *Vita JESU.*

XXI.

S. Matthæus Apostolus.

Spiritus ubi vult, spirat, & vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat, aut quò vadat, sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Jo. 3. v. 8.

COnsidera quemadmodum, qui per generationem naturalem de carne nascitur, illi similis est, qui eum genuit secundùm carnem, quamvis ejus perfectionem non statim assequatur, sed tunc primùm, cùm adoleverit: *Quod natum est ex carne, caro est.* ita qui per regenerationem supernaturalem renascitur Spiritu, etiam ipse est illi similis, qui eum secundùm Spiritum regeneravit, hoc est, Spiritui Domini, quamvis eum non æquet, sed magno distet intervallo, maximè donec perfectam in Cœlo attingat ætatem. *Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.* Hinc est, quòd operationes hominis verè spiritualis ut tales nescio quid habeant Divini, quod Christus eâ sententiâ exprimere voluit, quam hoc loco expendendam sumpsisti. quippe sicut Spiritus Domini in suis inspirationibus tres habet proprietates prorsus singulares, quæ nobis aptè in vento adumbrantur, qui spirat, ubicunque vult: *Spiritus ubi vult, spirat.* & vocem suam equidem audiri facit: *& vocem ejus audis*: simul autem vias suas abscondit: *Sed nescis, unde veniat, aut quo vadat*: sic homo spiritualis per virtutem, quam accipit, dum dictis inspirationibus obsequitur, aquirit in suis actibus agendi modum huic consentaneum. *Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.* quæ vera est loci hujus expositio. Verùm ut id meliùs ipso facto intelligas, præ omnibus S. Matthæum Apostolum tibi repræsento, qui sicut modo prorsus mirabili Divinis inspirationibus respondit, ita clarè demonstravit, quid Spiritus Domini possit in corde, cui penitus dominatur.

2. Considera primò dici: *Spiritus ubi vult, spirat*, quia in inspirationibus, quas nobis immittere dignatur, summam habet libertatem operandi; nulli subditur legi, nullo vinculo ligatur, nullâ necessitate stringitur. *Dividit singulis, prout vult.* 1. Cor. 12. hinc est, quòd Matthæum quæsiverit, contra quàm quisquam crederet, quando iste nec expectabat, nec petebat, nec curabat, nec merebatur vocari; imò potiùs magna objiciebat impedimenta contentus telonio suo, & sordidis intentus usuris. *Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: sequere me.* Mat. 9. Sed ecce, quàm

similis libertas operandi subitò transfusa sit in Matthæum, quàmprimùm se possideri passus est à Spiritu memorato. quia sine mora posthabitis lucris suis statuit sequi Dominum, qui eum ad se vocabat: nec ibat vi aliquâ compulsus, instar mancipij, nec præmio illectus, nec pœnâ territus, sed volens ibat: nec in mutatione tam insolitâ vel minimum curavit, sermones hominũ, sed libertate stupendâ apparuit coram tot socijs incredulis, qui eandem incolebant viciniã, ut se monstraret sectatorem Christi: *& surgens secutus est eum.* Talis est operatio omnis hominis verè spiritualis: *sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.* nempe operatio liberi non servi. *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.* 2. Cor. 3. v. 17. Sufficit illi Divinam nôsse voluntatem, illico eam exequitur superatis penitus quibuscunque respectibus humanis, qui sese obijciunt. An in hoc statu versari tibi videris, an potiùs mille implicari impedimentis, quò minùs liberè procedas, ut oporteret, in rebus ad Divinum obsequium pertinentibus? Bene nota Spiritum Domini nihil odisse magis quàm coactum agendi modum. *Spiritus ubi vult, spirat.*

3. Considera secundò dici, hunc Spiritum ita ad cor loqui, ut non possis non audire. *Et vocem ejus audis.* Potes equidem ejus vocem non cognoscere persuadendo tibi non esse Deum, qui loquitur, sed Spiritum potiùs penitùs diversum, potes resistere, potes repugnare, verbo potes non acceptare ejus inspirationes, prout faciebant tot contumaces Hebræi, cùm inter illos maximè fervebat prædicatio Christi. Sed non ita obturare aures potes, ut non audias. Ideo non dicitur *vocem ejus agnoscis*, dicitur *audis.* Ita est, cùm ipse vult, etiam Spiritus Domini se insinuat modo tam suavi, imò tam efficaci, tam penetrante, ut eo audito minùs facere non possis, quàm ut illi te permittas etiam libens. quippe ut vox omnis notis suis distinguitur, ut, qui habet usum, discriminare illam possit à quavis aliâ, ita contingit vocem Divinæ, quamvis solus animæ audientia discernat. Sed qualescunque sint notæ, certum est ex ijs tam clarè intelligi, quis loquatur, ut dubitari non possit. Id quod sancto Matthæo Apostolo accidit, cui Spiritus Domini ita locutus est, ut non solùm ejus vocem audiret, sed & cognosceret: unde stultissimus fuit, qui Apostolum imprudentiæ arguit, quòd Christum secutus sit, hominem ignotum. Tu verò rursus observa, quomodo Apostolus jam simile vocanti etiam ipse fecerit vi maxima audiri vocem suam. quia quisquis solum vidit relicto telonio adhærentem Christo, facilè notavit jam penitus mutatum in virum alium, jam non cupidum, non avarum, non studiosum rerum terrenarum, sed earum generosum contemptorem. & sic dici potest in omnem partem aliè vocem ejus insonuisse, dum exemplo ad movendum aptissimo ipsis incredulitatem suam exprobravit, quòd post tot prodigia adhuc cunctarentur sequi Dominum, quem ipse vel ad nutum licet tot

ri & turbis implicitus sequebatur. *Auditu auris obedivit mihi.* Ps. 17. v. 45. Idem esse puta de omni verè spirituali. *Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.* Agnoscitur. Satis est illum vel aspicere: & à maturitate interiùs, à serenitate, verecundiâ, humilitate, obedientiâ, morum invariabili tenore illico sentis ceu muto idiomate te invitari ad bonum. *Vocem ejus audis*: ita ut possis quidem non imitari, sed non possis non audire. an tu quoque ejusmodi habes vocem, quæ omnibus loquatur? siquis tibi objiciat, te agere quidem more spiritualis, sed non esse, imò esse hypocritam, & propriis intentum commodis, ne id te fallat. Satis tibi sit, quòd loquaris. Cæterùm interpreteretur, quisquis vellet, te loqui ex humano Spiritu non Divino, nihil sanè refert: saltem vox auditur: *Vocem ejus audis.*

4. Consídera tertio loco dici, quantumvis bene audiatur vox, quâ Spiritus Domini loquitur, sciri tamen non posse, unde veniat, aut quò vadat. *Sed nescis, unde veniat, aut quò vadat.* Sani non potest, *unde veniat*, quia inspiratio Divina venit aliquando à conspectu cadaveris, quod in templo exponitur, aliàs à concione auditâ, ab occursu personæ, à curiosa libri sacri lectione, & sic difficile est definire, quâ viâ tendat. *Quis hominum potest scire consilium DEI?* Sap. 9. v. 13 Nec sciri potest, *quò vadat.* nam quis est, qui determinatè prospiciat, quid de nobis propositum DEO sit, cùm ad vitam meliorem nos vocat? unum facere cogitat martyrem, alium Anachoretam, hunc Apostolum, illum inter mille ærumnas admirandum patientiæ exemplar, & sic nemo potest altissimos ejus fines prævidere. *Quis poterit cogitare, quid velit DEVS?* Sap. 9. v. 14. Quis unquam credidisset, cùm Dominus vocare ad se posset Publicanum tot locis & modis alijs, id facturum in transitu viæ publicæ, & cùm iste assideret telonio numerandis pecunijs, negotiationi suæ, & rei numulariæ intentus, hoc est, cùm videretur major esse difficultas audiendi vocantem, & illi respondendi? quis porrò credidisset facturum ex Publicano tam celebrem suæ legis Evangelistam? & tamen ita factum est, ut in hoc quoque verum esse ostendatur, quòd *Incomprehensibilia sint judicia ejus*, quoad judicandum, *quò vadat*; *& investigabiles viæ ejus*, quoad judicandum, *unde veniat.* Rom. 11. v. 33. Sed ecce, quàm similem cæpit tenere modum Matthæus, quamprimum se permisit immissæ sibi inspirationi Divinæ, secutus est Christum, & quamvis celare non posset, aut etiam vellet sequelam, nulli tamen hominum manifestavit intentiones illas mentis suæ rectissimas in sequendo. imò sentire quèvis pro arbitrio sinebat, ut is quidè crederet relictam esse negotiationem ob decoctam pecuniam, alius putaret ob instabilitatem, vel imperitiam id factum: satis illi fuit DEUM habere testem ejus finis, propter quem Mundum calcâsset. *Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu*, non est ipsi curæ, ut

pro

pro tali vulgò habeatur, quamvis in actionibus suis non dissimulet, ideóque omnibus abscondit vias, quas tenet, illo solo excepto, quem DEI loco in terris elegerit. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* 2. Cor. 21. v. 12. Viderisne tibi an vita tuæ rationibus vero Spiritu agi, si ea ulli hominum vanitate dissimu aperias?

XXII.

Servire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Is. 43. v. 24.

1. COnsidera, qui sint illi, de quibus hoc loco DEUS queritur: *Servire me fecisti &c.* Generatim sunt omnes illi, qui ut peccent, abutuntur donis tam liberaliter acceptis à DEO ut authore naturæ. Abutuntur libertate, abutuntur ingenio, abutuntur scientiâ, facultatibus, sanitate, dominatu, specie, uno verbo, abutuntur viribus, quas illis præbet ad operandum malè, si velint, statûs sui dignitas, in quo DEUS ipsos conservat. Particulariùs loquendo, etiam sunt hi, qui, ut peccent, abutuntur donis, quæ acceperunt à DEO ut Autore gratiæ. Tales sunt illi Ecclesiastici, qui optant, ut immunitas habitûs sui sacrosancti fiat ipsis impunitas. Tales illi, qui tollunt panem suum pauperibus, ut dent consanguineis, quos habent, ut in equos & canes dissipent. Tales illi, qui quæstum faciunt de Beneficijs, quorum ipsis aliquando collatio convenit. qui Sacramenta nundinantur, ut sic loquar, quia ad illa dispensanda nonnisi lucro suo trahuntur. qui ex ambitione quærunt Ecclesias, per avaritiam curias, opulentas Cathedras ad faciendum animarum lucrum nummorum. Si probabiliter non [illegible] numero istorum, quàm facilè contigit te unum esse de prioribus? Vide proinde, an sit æquum, ut DEUS tanto studio serviendum erat, [illegible] to suo probro, si ita loqui fas [illegible] beat servire tibi. & tamen certum siquidem ore suo ipse profiteatur, continuò in peccatis tuis tibi servi non sponte suâ, unde non dicit: *vivi tibi*: sed contra voluntatem de dicit: *servire me fecisti.* Et ad hanc servitutem redactus est cùm copiosa dona largiatur, ut gloriam tibi serviant, tu vice versa uteris ad eum offendendum, cumque adhibeas, ut prava tua lia felicem exitum sortiantur. *confortavi brachia eorum, & ipse cogitaverunt malitiam.* Os. 7. numquid ergo Dominus causam querendi sensu tam tenero ob [illegible] sibi ignominiam? *Servare* (quorumnosiùs dici possit?) *servire fecisti in peccatis tuis.*

2. Co

2. Considera, si omnes peccatores affligunt DEUM obligando, ut sic dicam, ad serviendum in peccatis suis, Peccatores obstinatos etiam ulteriùs progredi, ut illum laboribus faciant: non quòd ille laborare in re aliâ possit, unde non dicit *laborare me fecisti*, sicut antè dixerat *servire*, sed quia, si per se capax foret, laboraret. adeò obstinati ex parte suâ non desunt, quin copiosam illi materiam submini-strent: hinc ait: *præbuisti mihi labo-rem*. Quodsi nôsse velis, in quo con-sistat hic labor: ex Sanctorum sensu in tribus consistit. I. In patientia, quâ DEUS sustinet, quidquid est in-iquarum, quæ quò sunt magis assiduæ, & contumaces, tantò etiam fiunt ma-gis intolerabiles. *Laboravi sustinens.* Ier. v. 42. II. In Longanimitate, quâ arrogantes injuriam expectat ad pœni-tentiam, neque expectat tantùm, sed præterea invitat, animat, hortatur, sti-mulat. *Laboravi rogans.* Jer. 15. v. 6. III. In bonitate, quâ interim et-iam eos tuetur contra dæmones, qui eorum animas, uti par esset, abducere cupiunt ad infernum. quare hæc ipsa verba, quæ perpendimus: *Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*, se-ptuaginta interpretes ita vertunt: *In iniquitatibus tuis defendi te.* Itaque sero intra te ipsum te collige, & vide quæso, an non fortè tu quoque sis ex iis, qui Domino suo tantum præbent laborem: & si fueris, quomodò fieri possit, ut nec advertas quidem? *La-borare fecisti Dominum.* ita Malachias dicebat Hebræis suis obstinatis, & illi non dubitabant audacter respondere: *in quo eum fecimus laborare?* Malac. 2. v. 17. eò cæcitatis denique perve-niunt peccatores, si resipiscere cun-ctentur.

3. Considera, si verba ista, quæ me-ditaris, unquam probè fuerunt intelle-cta, multò magis nunc intelligi, quan-do DEUS vestitus carne humanâ tan-tum pati voluit pro salute hominis. Itaque ante oculos tuos JESUM sta-tue pro re Crucifixum, & attentè con-sidera in eo statu nuditatis, doloris, ignominiæ, derelictionis. Tunc e-nimverò integrè intelliges, quid sibi velint hæc verba: *Servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis.* an non ille nimium quantùm servivit tibi in peccatis tuis, cùm non dubitavit, ut ab illis te libe-raret, assumere formam servi, & servi tam vilis? *Exinanivit semetipsum for-mam servi accipiens.* Phil. 2. v. 7. an non labores etiam exantlavit gravissi-mos, quando pro amore tui humilis instar servuli, in officina fabrili sudore vultûs sui sustentare se voluit? *Pau-per sum ego, & in laboribus à juventute meâ.* Ps. 87. v. 16. & tamen hoc to-tum quid est, si illis comparetur, quæ deinde pro te fecit, quando oppositus se ipsum instar scuti, ut te protegeret à sagittis, quæ tam justè ab Ira Divina tibi imminebant: *& proferens servi-tutis suæ scutum*, prout in hujus rei typum scribitur. Sap. 18. v. 21. *restitit iræ*, non solis precibus, ut Aaron quon-dam, sed sustinendo à capite ad plantas se flagris cœdi, perforari, configi, tru-cidari,

cidari? unde, ubi Latina versio septuaginta interpretum suprà allegata solùm dixit, *in iniquitatibus tuis defendi te*, quidam Sanctorum Patrum majori emphasi verterunt: *In iniquitatibus tuis scutum opposui pro te*: adeóque locum istum in sensu, quem adduximus, qui vel maximè litteralis est, de JESU intellexerunt, qui pro te factus est scopus, ad quem collimaret ira Divina. Quod si ita est, quî fieri potest, ut ad talem conspectum non erubescas? certum est, ut saltem aliquâ ex parte respondeas Domino tam bono, non solùm abstinendum à noxis, quibus illum in hanc usque horam offendisti, sed maximâ, quæ inveniri in mundo possit, fidelitate serviendum, & serviendum quidem non in eo duntaxat, quod nullius est laboris, sed quod tibi laboriosissimum videri possit. ô quàm facilè pigritia tua te retardare potest, ne pro ejus amore labores! hanc excutere si velis, quibus ages? frequenter hæc verba cogitabis, quæ DEUS ore proprio tibi dicit: *Servire me fecisti in peccatis tuis, protulisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*: & si necesse sit, etiam scripta servabis ad pedem Crucifixi, ut semper vel in prehensioni serviant vel memoriæ, quod Dominus tuus, uti diximus, tantum tibi servijt in peccatis tuis, quæ demum aliud non sunt, quàm cupiditates inordinatæ; nónne æquum est te illi servire adimplendo voluntatem ejus Divinam adeò Sanctam? & si le tantùm laboravit pro te in iniquitatibus, hoc est, in peccatis *actualibus* solùm, sed *habitualibus*, nónne æquum est te continuò laborare pro ipso in ejus gloriâ propagandâ?

* * *

XXIII.

Si quis putat se Religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est Religio. Jac. 1. v. 26.

1. COnsidera Religiosos esse, latiùs usurpando hanc vocem, omnes, qui peculiari quodam modo sunt addicti obsequio Divino: quia isti ceteris communibus obligationibus, quibus aliàs inveniuntur obstricti DEO, alias junxerunt propriarum constitutionum vel consuetudinum. At strictiùs loquendo Religiosi dicuntur, qui Divino servitio consecrati sunt nuncupatis votis solennibus Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, qua ipsa sunt alligati DEO iteratis, iisque firmissimis, quæ inveniri in mundo possint, vinculis, dum præceptis addiderunt consilia, nec ad tempus tantùm sed stabiliter, hoc est, in omnem vitam suam ligati sunt. Jam ergo indubium est, omnibus, quicunque speciali quodam modo DEO servire satagunt, ex

cessarium esse, ut frenare linguam possint; at si inter hos ipsos quibusdam magis quàm alijs necessarium est, omnium maximè illis convenit, qui præ alijs hoc nomen Religiosi tam acceptũ Cœlo ceu proprium sibi vendicant. nam isti Religiosi soli se impendunt vitæ, ut vocant, contemplativæ, vel soli activæ, vel utrique simul, docti à DEO, & alios docentes, quod est ordine suo genus vitæ perfectissimum. Si soli contemplativæ, facilè agnoscis, quanti momenti sit frenare linguam; quia silentium est id, quod animam disponit ad obtinendum contemplationis donum. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.* Os. 2. v. 14. & quod jam obtentum conservat: *Sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit se super se.* Thr. 3. v. 28. Si soli activæ; iterum vides, quantopere linguæ refrenatio cordi esse debeat: quia cùm illis necessitas incumbat multum conversandi cum proximo, non equidem tacendum est ipsis, uti qui vitam profitentur contrariam, sed loquendum absque scandalo & offensâ, quod fortè etiam difficilius est ipso silentio: *In multiloquio non deerit peccatum.* Prov. 10. v. 19. Si denique utrique se impendant felicè illorum sorte, ad quos videtur alludisse David, cùm dixit: *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt.* Ps. 144. v. 7. oportet utrumque nôsse, & tacere ad acquirendam hanc suavitatem, & loqui in tempore ad eandem alijs impertiendam: *Tempus tacendi & tempus loquendi.* Eccl. 3. v. 7. Id quod non est, nisi hominum oppidò sapientum: *qui moderatur labia sua, prudentissimus est.* Prov. 10. v. 19. quale tu hactenus in gradu tuo consecutus es dominium linguæ? si nondum consecutus es, audi, quid ore suo tibi dicat Apostolus Domini: dicit te nequicquam gloriari nomine Religiosi, quia Religio tua vana est, hoc est, vacua, & ejus expers utilitatis, quam naturâ suâ tibi alijsque afferre deberet: *Si quis putat &c. hujus vana est Religio.*

2. Considera linguam esse equum adeò indomitum, ut illum edomare nemo perfectè possit, nisi sit major homine. *Linguam autem nullus hominum domare potest.* Jac. 3. v. 8. non vulgari opus est gratiâ ad obtinendum, ne illa uspiam exorbitet. *Quis est enim, qui non deliquerit in linguâ suâ?* Eccl. 19. v. 16. Unde hîc non dicit Apostolus. *Si quis putat se religiosum esse non domans linguam suam, hujus vana est religio.* Sed solùm dicit: *non refrenans.* Quia si ita edomari non possit, quin potestati suæ permissa cespiter aliquando vel per inconsiderationem, vel per imprudentiam; saltem freno coërceri potest. Frenum istud est rationis imperium, quæ sicut ceteris præsidet membris corporis, ut illas in obsequio contineat, ita præsidere pariter linguæ debet, imò linguæ magis quàm ceteris, quia præ alijs difficiliùs gubernatur. Ratio est, quia cetera membra ut plurimum exorbitant in uno genere peccati, gustus in intemperantia, oculi in delectatione, aures in curiositate, tactus in impudi-

citia, & sic de ceteris : at lingua in quovis genere delinquit, unde etiam vocatur *Universitas iniquitatis*. Jac. 3. v. 6. Imò non est contenta ijs peccatis, quæ sunt linguæ propria, uti sunt jactantiæ ambitiosæ, mendacia, murmurationes, imprecationes, perjuria, susurri, & alia ejusmodi mala, sed ad ea etiam concurrit, quæ non sunt propria, uti sunt homicidia, furta, fraudes, obscenitates, cùm indubitatum sit hanc esse, quæ sæpe non vereatur docere hæc mala, antequam committantur, suadere, præcipere, & cùm commissa fuerint, etiam defendere. ut adeò pro servanda linguæ custodiâ non sufficiat hanc solam frenare, sed necesse sit habere affectus omnes verè subjectos, superbiam, iram, avaritiam, invidiam, impuritatem, quæ nos stimulant ad dicendum, quæ non oportet. *Dixi : custodiam vias meas, ut non delinquam in linguâ meâ.* Ps. 38. v. 1. Atque hæc est altera ratio communissima, quare gloriari nequeat nomine Religiosi, qui linguam non refrenat : *Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, hujus vana est Religio.* quia hoc manifestum signum est, eum cupiditates suas nondum habere subjectas, vis linguam frenum pati? vide, ut simul eas affectiones superes, quæ maximè illam stimulant ad recalcitrandum. *Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis.* Prov. 26. v. 20.

3. Considera diversis modis linguâ exorbitare eos, qui vitam dissolutam, & qui vitam ducunt virtutis studiosam. Priores agnoscunt se male agere, dum eo modo loquuntur, nec id magnopere curant, imò datâ operâ curant sese, & vires ingenij intendunt, ut prompta sit lingua ad dicendum, quæ illis ira, livor, ambitio, avaritia & non ratio dictat. Posteriores ut liberè loquantur, priùs quærunt, quomodo decipiant seipsos persuadendo sibi, tunc temporis ita decere loqui, prout ipsi loquuntur. unde videre est loco dicere Apostolum : *Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Hoc enim proprium est Religiosorum, ne obligentur ad frenandam linguam, seducere se vanis argumentis frivolis potiùs quàm solidè subsistentibus. Si rumpere vitam, plus quàm fas sit, silentium adhibere æternæ collectioni necessarium, tacent, dicunt sibi arcum diu tensum rumpi denique, & remissum sæpiùs debili majore vi posse attrahi. Si verbo volunt dicere laudis propriæ, in corde sibi persuadere sibi nituntur, id alios sanctè non facere quàm autoritatem consiliandi, quâ deinde majore cum fructu operentur. Si velint condemnare mandata Superiorum, ad id animum se ipsos dicendo sibi, non esse adhibendum more tot aliorum, & sic reliqua suis murmurationibus prætendunt ad magnanimum amorem veritatis, qui semper flagraverint, vel Zelum correctionis, charitatis, honoris Dei. Tu igitur pro certo habe, si vitam professus religiosam linguæ sit liberæ, te seduxisse cor tuum. & ideo hoc

pu-

primam oportet adhibere curam. Inde ordinare opiniones perversas, quæ in illo nidulantur, & persuasum habe non esse nisi prætextus tegendis cupiditatibus inventos. Saltem pecuniarii curâ illos examina, nec ut primò apparent, crede, hoc enim propriè est decipere seipsum: est pulverem propè inspergere oculis, blandiri sibi, connivere, & facilè approbare rationes, quas suggerit affectus, sed non discutere. *Nolite seduci.* Eccur? quia quocunque modo colorentur sermones minùs recti, semper nocent. *Corrumpunt mores bonos colloquia prava.* 1. Cor. 15. v. 33.

* * *

XXIV.

Dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentiâ. Luc. 15.

1. COnsidera juxta phrasim Hebræam hunc positivum *gaudium erit*, vim habere perfecti Comparativi, prout illis alijs locis: *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.* Ps. 117. 8. *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus.* Ps. 117. v. 9. & sic idem est dicere: *gaudium erit*, quod *majus gaudium.* Verum est, si rite observes, non hìc dici, majus esse pretium in Cœlo unius peccatoris conversi, quàm nonaginta novem Justorum, solùm dicitur *majus* esse *gaudium.* quia tunc majus esset pretium, quando peccator ille conversus se DEO traderet tanto Spiritûs fervore, ut magis illum amaret omnibus ijs innocentibus, de quibus sermo est, etiam simul junctis. At iste satis rarus est casus, qualis fortè fuit in conversione Magdalenæ. hìc autem Dominus non vult loqui de eo, quod in aliqua conversione quasi casu accidit, sed de eo, quod in omnibus contingit, si secundùm se spectentur. unde comparationem instituit inter simplicem pœnitentem: *super uno peccatore pœnitentiam agente*, & nonaginta novem Innocentes, *qui non indigent pœnitentiâ.* non instituit inter Pœnitentem valde fervidum, & nonaginta novem innocentes tepidos. Demus ergo innocentes istos ita simul junctos ordinariè apud DEUM majoris esse pretij, quàm sit unus pœnitens, iste tamen majoris est gaudij, quia gaudium non tam spectat pretium, & æstimationem rei, quàm adeptionem, maximè si ista vel desperata fuit, vel ardua. Hinc Pater ille festivæ lætitiæ, quâ celebravit reditum filij sui prodigi, aliam rationem non dedit, quàm quòd post tot annos eum recuperaverit, perinde quasi de morte redivivum

divivum. *Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est.* Luc. 15. v. 52. Tu verò quomodo non ob id ipsum sum̃o amore exardescis erga Dominum? quippe quæ illi foret causa tantopere lætandi, quòd te recuperaverit, nisi maxima æstimatio, quam de te habet non dico in comparatione tot justorum meliorum te, sed absolutè saltem? numquid perinde esset beatus sine te? perinde magnus? perinde gloriosus? quæ igitur illi causa adeò gaudendi, quòd à peccato ad gratiam sis reversus, nisi quia revera cordi ipsi es? Tantum hoc est, ut planè credi non posset, nisi DEUS ipse juramento testaretur. quod hoc loco facere illum vides. *Dico vobis &c. ô nos beatos, quorum causâ DEUS jurat.* Ter. de pœn.

2. Considera, unde sit, quòd non DEUS tantùm, sed omnes Angeli lætentur in conversione peccatoris: *Gaudium erit coram Angelis DEI*, quasi nunquam foret in Cœlo privata lætitia, sed semper publica. Id tribus ex causis accidit, triplici scilicet ex respectu, quem habent Angeli, ad DEUM, ad homines, & ad se ipsos. quoad DEUM, vident Angeli, quantum ille gloriæ referat, licet accidentalis tantùm. ex conversione hominum ad pœnitentiam, & ideo non possunt non ipsi quoque summè gaudere ob ardentissimum, quo in eum feruntur, amorem. Quoad homines, certum est Angelos nullâ tangi invidiâ, imò aliud non desiderare, quàm ut multos habeant ejusdem felicitatis participes: unde etiam summè gaudent, cùm vident, eos, qui gratiâ simul & jure illius exciderunt, id denuò recuperâsse. Quoad se ipsos verò causa, quam habent, gaudendi, itidem manifesta est: quippe cùm Angelorum munus sit conferre operam ad salutem hominum juxta illud: *Omnes sunt Administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatē capient salutis.* Heb. 1. v. 14. quinimo maximo gaudio affici se sentiri, cùm vident se munus suum cum fructu adimplere? *Quæ est nostra corona gloriæ? nónne vos ante Dominum JESUM Christum?* ajebat quondam Apostolus Thessalonicensibus suis, quos DEO lucratus fuerat. 1. Thess. 2. v. 19. & sic angelos quoque loqui fas est: unde non inveneris in terra Divini Verbi præconem tam zelosum, qui multas animas eruens de peccato tantâ gestat lætitiâ, quantâ quilibet Angelorum, eóque magìs, quòd dæmones continuò satagant intervertere prædam tam opimam. unde illi infinitâ quadam voluptate perfunduntur, cùm vident se contra hostes suos antiquos in tam gravi certamine triumphare. *Proiectus est draco ille magnus, qui seducit universum orbem &c. propterea lætamini Cœli, & qui habitatis in eis.* Apoc. 12. v. 9. 12. Ut ut sit, en quàm facile possis tot beatis spiritibus maximum afferre gaudium, non *substantiale*, cum hoc idem semper est, sed *accidentale*, deserendo scilicet statum, qui nisi æterno foret exitio.

3. Co-

2. Considera, quomodo Angeli, qui alias solent dici Angeli hominum, *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est.* Mat. 18. v. 10. hoc loco è contrario dicantur Angeli DEI: *Gaudium erit coram Angelis DEI.* Atsi bene consideres, ista optimè consentiunt: id enim factum est ad designandas integrè officij sui partes, quæ sunt duæ, assistendi scilicet DEO, & tanquam ministros DEI hominibus serviendi. DEO Angeli tribus modis assistunt, contemplando assiduè, amando ardenter, & continuò junctis viribus laudando: *Omnes Angeli stabant in circuitu throni &c. & adoraverunt DEUM dicentes Amen.* Apoc. 7. v. 11. Hominibus deinde serviunt totidem modis alijs, eos purgando, illuminando, perficiendo. purgando à defectibus: atque hoc est ministerium, quod præcipuè præstant Incipientibus in via Domini. *Et volavit ad me unus de Seraphim &c. & tetigit os meum, & dixit: Ecce, auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Is. 6. v. 6. Illuminando doctrinis: atque hoc est ministerium, quod præcipuè præstant Proficientibus: *Veni, ut docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus.* Dan. 19. v. 14. Et perficiendo fortibus gratiæ auxilijs: atque hoc est ministerium, quod præstant denique Perfectis: *Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: surge, comede: grandis enim tibi restat via.* 3. Reg. 19. v. 5. Geminæ hæ partes muneris Angelici, DEO scilicet assistendi, & ministrandi hominibus, mirificè jam olim fuerunt adumbratæ, uti notum est, in illa celebri scalâ, in qua Jacob Angelos non nisi *Ascendentes & descendentes* vidit. Gen. 28. v. 12. hoc enim totum est, quod ipsorum est proprium. *Videbitis Cœlum apertum, & Angelos DEI ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.* Jo. 1. v. 51. Quod si ergo non solùm recreare velis Angelos conversione tuâ, quod parum est, sed eosdem æmulari, uti par est, in munere suo; ecce quid agere te oporteat, ascendere, & descendere. ascendere per exercitium contemplationis DEUM admirando, amando, laudando; & descendere per conatus vitæ activæ in auxilium proximi, eum purgando, illuminando, perficiendo pro varia conditione statûs. *Sive mente excedimus, DEO: sive sobrij sumus, vobis.* 2. Cor. 5. v. 13. Sic eris si non Angelus, saltem Angelicus, hoc est, totus DEI simul, & totus hominum.

XXIV.

XXV.

Vir obediens loquetur victoriam. Prov. 21. v. 28.

1. CONsidera pulcherrimum actum, qui in hoc mundo fieri possit ab homine, eum esse, quem quidam minimi faciunt omnium, nempe Vincere se ipsum. hic enim est, qui illum maximè facit operari talem, qualis est, nimirum ut hominem. Tigrides considera, Pardos, Panteras, Leones, & alias similes feroces bestias, videbis illas exercere actus maximarum virium in vincendis alijs animalibus etiam majoris roboris, at non videbis eas hoc assequi aliquando, ut vincant se ipsas. Id semper faciunt, ad quod eas vi trahit impetus appetitûs cupidi, vel iracundi, impuri, vel crudelis, qui prædominatur. Magnus hic actus vincendi seipsum in terra homini servatur. Atque hoc est, quod ante omnes alias virtutes Obedientia efficit, videlicet ut vincas te ipsum ijs in rebus, in quibus minùs velles secundùm appetitum inferiorem, & sic facit, ut verè opereris modo humano, hoc est, instar hominis ratione prædîti, & non bruti. Unde non amplius mirari debes Divinè prorsus scribi, soli obedienti concessum esse suâ gloriari victoriâ: *Vir obediēs loquetur victoriā.* quippe quęcunq; victoria, quâ homo solùm referat ut fortis, prosternens alios, est victoria communis etiam bestijs, atque idcirco in nulla harum debet homo suam reponere gloriam, sed in ea tantùm, quam refert ut obediens vincendo se ipsum. tal enim victoria non solùm fortem ob dit instar ferarum, sed & liberum, lis dici non potest, qui ut fuis obtem tur cupiditatibus, adduci nequit, agat juxta id, quod illi DEUS po nistros suos denunciat. Jam vide quæso, si aliud non haberes inc tum prompte & alacriter obed numquid vel hoc solum suffic quòd scias, actum à te exercen bilem, qualis hic est, quem unde vides verè obedientem, h qui non uno solo actu superio sed quasi per consuetudinem, a dit desiderio præmij, quia hæc est: nec obedit metu pœnæ, qua est vilitas abjecti animi, sed quia oportet obedire, virum ri: *Vir obediens.* quia vir fa sed plusquam vulgaris, vir est, omnibus meretur insigne hoc viri.

2. Considera, quomodo omn ctoriæ, quotquot reportantur virtutis studiosâ, quasi compen ducantur ad hanc unam principa quam homo, ut faciat imperata de se ipso. Ideo sapiens juxta nam lectionem Vulgatæ non *Vir obediens loquetur victoria*, plures Doctores legunt, sed exp dicere voluit *victoriam* in numero gulari non plurali. quia quisquis

tatem suam, ut oportet, voluntati superioris subijcit, quæ est propria virtus obedientis, alios hostes non habet, quos timeat. omnes vicit vincendo se ipsum. *Possidebit* (hoc erat pulcherrimum præmium, quod DEUS in Abrahamo donavit omnibus obedientiæ illius veris imitatoribus) *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* Gen. 22. v. 17. Tres inimici adeò potentes hominis, uti constat, sunt Caro, Mundus, Dæmon. Quoad primum, qui Carnem non vicit, quæ est rerum hominis vilissima, nunquam eò pertinget, ut vincat voluntatem, quæ est præcipua. Unde si videatur verus obediens, audenter dici potest esse castus, quia qui id præstitit, quod est majus, etiam minus fecisse credendus est. præterquam quòd ista sit remuneratio singularis, quam, ut ajunt Sancti, ejusmodi homini DEUS dare consuevit, subjectio Carnis. *Qui sibi subijcitur, quod inferius est, se subijciat Superiori suo.* S. Aug. in ps. 143. Ita videmus pro argumento veritatis, quamdiu primi Parentes nō sunt transgressi legem in Paradiso terrestri, quæ illis prohibebat gustare fructum de arbore scientiæ, nullum sensisse stimulum Carnis rebellis. sensisse autem, quam primùm violârunt mandatum. unde pariter dicunt Sancti, DEUM vice versâ dare inobedientibus stimulum Carnis, qui eos deducat ad lapsus fœdissimos, ut eâ ratione, qui honestè obedire derectat suo Domino, qualis est, qui apud ipsum DEI locum in terra obtinet, videat probrosè obsequium sibi debitum à servo negari. *Qui non obtemperas Domino, torqueris à servo.* S. Aug. ibid. Quoad Mundum deinde, qui est alter hostis, non est, quod sibi timeat verus obediens, quia illum pedibus subjectum habet. Ecquid demum illud est, quod maximi Mundus facit? est gloria eminendi. jam verò ista est gloria, quam non curat Obediens. ut idcirco non solùm subijciat seipsum hominibus, qui ipsum naturæ dotibus, titulis, officio superant, prout etiam fieri ab illis solet, qui Mundum sequuntur, sed etiam inferioribus in quocunque genere, quod equidem nemo faceret in Mundo nisi fortè ob quæstum aliquando. unde S. Petrus ajebat: *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter DEUM.* 1. Pet. 2. v. 13. quæ est causa movens, ob quam solam id facit verus Obediens, is verò, qui ex ista causa non facit, obediens dici nequit, sed proprij amans commodi, & sic non vicit Mundum. Quoad dæmonem denique, solus Obediens dici potest certus esse, quòd vicerit. Ceteri sperare quidem possunt, at certi esse non possunt. quia quisquis in opere suo proprio ducitur judicio, mille est obnoxius illusionibus diabolicis, mille fraudibus. ille solus his liber est, qui non judicium proprium sed Superioris sequitur. *Verbum Patris custodiens filius extra perditionem erit.* Prov. 29. v. 7. & ecce, quomodo per tui victoriam omnes vincis. ideo in certamine, in quod descendis, cùm vitæ studes religiosæ, non est, cur laboriosè designes quenquam trium inimico-

micorum, quos diximus. pro ſcopo, quem ferias, deſigna voluntatem tuam, quæ dominatur. *Non pugnabitis contra minorem, & majorem quempiam niſi contra Regem ſolum.* 3. Reg. 32. v. 31. huc oculos defige, huc ſagittas exonera, quia ſic uno hoſte ſuperato plenam conſecutus eris victoriam.

3. Conſidera, quid hinc concludendum, cùm dicitur: *Vir obediens loquetur victoriam.* fortè quòd ſumptâ tubâ latè ſit decantanda glorioſa victoria, quam reportavit vincendo ſe ipſum, & unâ ſecum omnes ſuos ferociſſimos inimicos? Nequaquam: quia ſatis conſtat omnem victoriam adſcribendam eſſe DEO: *DEO gratias, qui dedit nobis victoriam.* 1. Cor. 15. v. 57. Concludendum igitur Obedientem de victoria ſua loqui poſſe cum DEO, illi gratias agendo, eum laudando, & celebrando, loqui poſſe cum Sanctis eos obteſtando, ut & ipſi veniant in conſortium laudis DEO debitæ: demum loqui, ſi velit etiam cum hominibus, ut ad ſimilem victoriam illos inſtruat, eos ſoletur, & confortet, aut aliud ejuſmodi præſter: id enim facere poterit, quia ſciet. Sunt nonnulli, qui pulcherrima dare volunt præcepta vincendi ſe ipſum, ſolùm quia illa in libris legerunt, etſi nullum vel quaſi nullum eorum uſum ipſi habeant. næ iſti meliùs tacent omnes, quia non dicitur: *Vir doctus loquetur victoriam*, nec *vir eloquens*, nec *vir eruditus*, ſed *vir obediens.* Ut cum fundamento diſſeras de rebus Spiritûs, parùm prior ſcientia ſpeculativa ex libris hauſta, ſed praxis juvat: aliàs perinde erit, ac ſi cæcus de coloribus diſputet. *Qui navigant mare, enarrent pericula ejus: & audientes auribus noſtris admirabimur.* Eccl. 33. v. 26. at ſi audiamus eum de tempeſtatibus loquentem, qui liberum ſuum nunquam vel uno paſſu removit à littore, non mirabimur, ſed ridebimus. Hic igitur alter eſt & legimus ſenſus præſentis ſententiæ: *Vir obediens loquetur victoriam*: tamen quiſquis volet agere de modo, quem ſervare oportet in vincendo ſe ipſum, agat ſanè, ſolus ille, qui uſu ipſo dedicerit, exercitio ſcilicet perfectæ obedientiæ, hanc praxin ante omnes alios utiliter docebit. ô quàm facilè præſumis de te ipſo in rebus Spiritum concernentibus, etſi nondum cæpens nisi ſuperficie tenus in ijs exercere te ipſum. *Qui non eſt expertus, paucum cognoſcit.* Quia neſcit in alijs cognoſcere, quæ non priùs cognovit in ſe ipſo. Eccl. 54. v. 10.

* * *

XXVI.

Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te. Is. 6. v. 8.

COnsidera, quemadmodum cùm marmori, metallo, vel trunco prima adhibetur manus ad tollendam scabritiem, erudiri dicitur, ita & animam, cùm prima illi adhiberur manus ad tollendum, quidquid impedit, quò minùs recipiat bonam vitæ formam, cupiditates, inquam, inordinatas, & cacumina perversa, quæ sunt scabra illa segmenta, nodique, quibus circumdatur. Hoc opus, hic labor est. Ideo omnibus, qui animosè desudant, promittitur tantum præmij, ut etiam dicatur: *Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dan. 12. v. 3. Jam verò hic labor est, quem Dominus circa animam tuam libens sustinet. Vult te erudire, hoc est, ruditatem tollere vilissimam, quam in te videt, inclinationem ad voluptates, ad pecunias, ad gloriam, atque imprimis quæ malorum omnium fons est, superbam tui æstimationem. *Erudiens eos instruit disciplinâ, ut avertat hominem ab hoc, quod facit, & liberet eum de Superbiâ.* Job. 33. v. 16. Ita est, vult ille, ut ita eruditi te patiaris libenti animo admittendo manum sculptoris tam præclari, qui equidem te percurit, sed tuo commodo. *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat Anima mea à te.* Opus hoc est, quod nec à te solo, nec à solo DEO, sed ab utroque simul perficiendum est. Itaque, ut eum finas operari, necesse est, nec impedias, neque enim te ut marmor inanime, metallum, vel truncum elaborat, sed ut Spiritum liberum, qui accipere formam potest, quam vult DEUS incidere, vel recusare. Itaque: *Erudire,* an fortè tu quoque vis esse de illorum numero, de quibus scribitur: *Verterunt ad me terga, & non facies: cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire, ut acciperent disciplinam.* Jer. 32. v. 33.

2. Considera malleum, quo DEUS utitur in hoc opere eruditionis, de qua loquitur, esse malleum tribulationis. Istum cùm adhibet, dicitur operari manu forti: *In manu forti erudivit me, ne irem in viam populi hujus.* Is. 8. v. 11. Quia nihil magis servit ad tollendum nimium amorem sui, quæ tandem est scabrities nostra vilissima, ad nos compungendos, & convertendos, quàm insignis aliqua vexatio immissa à DEO. *Castigâsti me, & eruditus sum.* Jer. 31. v. 18. Unde necesse est, ut eo potissimum casu illi te permittas, non querendo, nõ irâ, nõ impatientiam demonstrando, sed æquo prorsus animo acceptando ictus artificiosos, quos ille in te librandos censet: aliàs periculum adibis, ne tollat manum, téque in ruditate tuâ destituat, ita ut vadas deinde pro libitu

bitu *in viâ populi*, quæ est via ducens ad perditionem. ô si nosses, quantum tibi DEUS beneficium præstet, cùm insigni aliquâ tribulatione te castigat! jam non capis, sed spero fore aliquando, ut clarè perspicias, nisi fuisset illa infirmitas, illud probrum, illa calamitas, illa adversitas, quæ adeò intolerabilis tibi visa est, te certò fuisse periturum. an non putas stultum fore gregem in alpibus dispersum, si queratur de virga, quam promit Pastor, ut eum in obsequio contineat? imò tunc maximè gratias illi debet, quia tunc maximè ostendit voluntatem à præcipitio servandi. Sic DEUS facit, cùm tribulatione nos affligit. *Qui misericordiam habet, erudit quasi Pastor gregem suum.* Eccl. 18. v. 13.

3. Considera fieri omnino posse, ut DEUS te non destituat (ut ut magna sit repugnantia, quâ obniteris in adversis ejus amabilissimæ voluntati) sed fieri quoque posse, ut te destituat, an non hoc solum maximâ solicitudine te suspensum teneat? unde dicit: *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* ait: *fortè.* hoc verò quantum momenti habet? omne periculum, quantumvis leve, maximum incutere terrorem debet, cùm de re tantâ agitur, quia agitur de jactura salutis. Scisne, quid velit, cùm dicit: *ne fortè recedat anima mea à te?* vult dicere: ne subtraham tibi protectionem illam singularem, illum affectum, & amorem: id quod hoc loco intelligit per Animam suam. *Complacuit sibi in illo anima mea.* Is. 43. v. 1. Verissimum quippe est, ob contumaciam tuam nunquam ita à te recessuram, ut etiam gratiam neget sufficientem, quæ est necessaria ad salutem: at negabit efficacem, quam nullâ lege data tenetur, negabit curam specialem, negabit auxilia extraordinaria, quæ sunt donum ex benevolo cordis affectu unicè profectum. ideo dicit: *ne fortè recedat anima mea à te.* porrò quam terribilis hæc est comminatio, quæ non solùm percellat tyronem in via Domini, qualem hîc descripsi, sed etiam sanctum. & tamen oppido periclitaris, ne illâ te involvas, à tam parùm Divinæ voluntati te accommodes tempore afflictionis tuæ, quæ est eruditio, de qua loquimur hoc loco in sensu etiam litterali. Quippe si fugas, periculum est, ne DEUS affligere te desinat, adeóque tibi subtrahat benevolentiam illam singularem, quam demonstrat, dum animæ tuæ possessæ & erudiendæ se impendit non solùm proposito, quàm ut eam hoc modo ad recipiendas suas gratias disponat. Unde hîc dicit S. Hieronymus, cùm in tribulatione versaris, quæ te admodum affligat, semper habendum in promptu hunc versum, credendumque eum cordi tuo insinuari à DEO: *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* Si molestè ferat, fortè non statim simul totus abscedet, hoc verò quid juvat? si paulatim se subducat, donec te deserat. atque hic est sensus vocis hujus: *recedet.*

* * *

XXVI.

XXVII.

Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensûs vestri, ut probetis, quæ sit voluntas DEI bona, & beneplacens, & perfecta. Rom. 12. v. 2.

COnsidera per voluntatem DEI intelligi hoc loco ea, quæ vult DEUS, sicut etiam oportet intelligi, cùm dicit: *Doce me facere voluntatem tuam.* Ps. 142. v. 10. Jam verò eorum, quæ vult DEUS à nobis, triplex est ordo. Quædam sunt bona, ut non odisse inimicum, alia meliora, ut est non solùm non odisse, sed etiam amare: & alia optima, ut non amare tantùm, sed etiam se præstare benefactum. Prima sunt Incipientium propria, secunda Proficientium, tertia Perfectorum. Quæ spectant ad primum ordinem, idcirco hîc appellantur *Voluntas DEI bona.* quæ sunt secundi ordinis, *Voluntas DEI beneplacens*; quæ tertij, *Voluntas DEI perfecta.* Prima dicuntur *bona*, quia cuncta sunt opera recta coram DEO. Secunda *beneplacens*, quia sunt opera, quæ extraordinariè illi placent. Tertia *Perfecta*, quia sunt opera ipsius operibus prorsus consentanea. Id verò, quod hoc loco petit Apostolus, est, ut ex parte tua te disponas ad opera ista omnia ita probanda, ut ad omnium usum pertingas aliquando, quod tunc fiet, cùm perfectionis studio seriò te impenderis. Vide, quàm fortè procul hinc absis, quia vix opera facis primi ordinis, & frigus tuum deplora.

2. Consídera, quàm aptè loquatur Apostolus, cùm jubet probare hæc opera: *ut probetis, quæ sit voluntas DEI*: non dicit: ut sciatis, sed ut probetis. quia non sufficit res etiam summæ perfectionis inani contemplatione cognoscere, oportet cognoscere etiam practicè. & quâ ratione cognoscuntur? probando. *ut probetis.* quid prodest tibi totam nôsse virtutis œconomiam, nisi ad usum referas? Dæmon tantum scit, ut ideo omnino vocetur dæmon, cùm Græcis idem planè sit dicere dæmonem & scientem. nihilominus, ut Augustinus notat *de Civ. DEI lib. 9. c. 19.* nomen dæmonis sacræ paginæ semper usurpant in malam partem. quid enim juvat dæmonem rerum bonarum tantam possidere notitiam, si deinde non faciat? hoc ipsum planè illum facit deteriorem. *Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi.* Jac. 4. v. 17. Imò non est hoc loco contentus Apostolus te illa, quæ diximus, agere quocunque modo. vult te agere cum gustu. nam hoc est propriè *probare.* Si bonum habes palatum Spiritûs, illico videbis, quantum differat cibus In-

cipientium ab illo Proficientium, & cibus Proficientium ab altero Perfectorum. Tribus vicibus in Evangelio legitur Christus homines pane pavisse. primâ pane hordeaceo: secundâ triticeo: tertiâ Cœlesti, nempe quem illis in Sanctissimo Sacramento præbuit. Jam verò discrimen, quod inter sapores trium istorum panum intercedit, etiam invenitur in sapore operum, quæ sunt propria horum statuum. tu autem fortè non distinguis, quia hactenus non es de illorum numero, qui gustârunt. *Si tamen gustâstis, quoniam dulcis est Dominus.* 1. Pet. 2. v. 3. adhuc pasceris pane hordeaceo.

6. Considera, quis sit modus adipiscendi palatum, quod bene discernat suavitatem semper majorem, quæ est in opere non solùm meliore, sed optimo. Est reformare mentem. ratio est, quia deliciæ Spiritûs non palato corporis, sed intellectûs gustantur. *Reformamini in novitate sensûs vestri, ut probetis &c. Sensus*, uti vides, idem hic est, quod *Ratio.* quia ratio nostra est sensus ille internus, qui de rebus spiritualibus judicat, sicut tactus, visus, auditus judicant de rebus sibi subjectis, hoc est, materialibus. *Optavi, & datus est mihi sensus.* Sap. 7. v. 7. Jam negari non potest hanc Rationem primò datam à DEO integerrimam, ut idcirco de primis nostris Progenitoribus loquens dicat sapiens: *Implevit sensu cor illorum.* Eccl. 17. v. 6. at deinde per peccatum illa paulatim ita perversa est, ut denique veterasceret in perperam judicando. *Inveterâsti in terrâ alienâ.* Bar. 3. v. 11. Hinc Apostolus motus est ad dicendum: *Reformamini in novitate sensûs vestri.* quia reverti oportet ad primum modum judicandi à DEO nobis datum in statu Innocentiæ, id quod consequimur vi gratiæ à Christo in hunc finem concessæ post lapsum. & quia ille descendit in terram, nisi, ut reformaret dictamina veteris hominis, & ea ad primam novitatem reduceret. Unde nisi bene corrigas dictamina mentis tuæ, nihil agis, quia in eo soli vis maxima consistit. *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Is. 5. v. 20.

4. Considera id omnino esse, quod maximè requiritur ad novam recipiendam formam: Deponere veterem. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum.* Coloss. 3. v. 9. Jam verò forma ista seu species veteris hominis alia non est nisi forma seculi: ideo primo loco dicit Apostolus: *Nolite conformari huic seculo.* Seculum judicat homines frugi omni carere oblectamento, magis autem carere virtutes studiosos, magis Sanctos. *Quam aspera est nimium sapientia indictis hominibus!* Eccl. 6. v. 21. & cui autem sinistrè judicat? quia seculum illa bona non agnoscit, nisi, quæ sunt subjecta sensibus, voluptates, opes, honores, & hæc æstimat. Tu quid ages? omnino depones æstimationem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam horum bonorum, quæ adorantur à Mundo, cognosces esse falsa, esse inutilia, esse inconstantia, itáque te dispones ad eam recipiendam formam, quam Christus in terram detulit, ut eam destrueret, quam invenit. audi, quomodo exclamet contra eos, qui corporis sunt addicti voluptatibus: *Væ vobis, qui ridetis nunc.* Luc. 6. v. 25. audi, quomodo contra eos, qui addicti lucris: *Væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram.* Luc. 6. v. 24. Audi, quomodo contra eos, qui gloriam sectantur: Væ, cùm *benedixerint vobis homines.* Luc. 6. v. 26. an non triplex illud *Væ* vel solum sufficiat ad eximendum illico omnem seculi amorem? & tamen tria illa væ jam sunt in ejus amatores fulminata: *Væ, væ, væ habitantibus in terrâ*, non solùm corpore, sed & animo. Apoc. 8. v. 13.

5. Considera, si verè posses deserere seculum non animo duntaxat sed & corpore, tunc enimverò te fore idoneum ad gustandas delicias ijs proprias, qui omnem Domini voluntatem perfectè adimplent. at quia hoc fieri nequit ab omnibus, nota, quàm caute hoc loco sit locutus Apostolus, cùm dixit: *Nolite conformari huic seculo.* non dixit: *Nolite commorari in hoc seculo*: quia multos ibi commorari necesse est, velint, nolint. neque dixit: *Nolite uti hoc seculo*, quia multi etiam eorum, qui ibi non commorantur, uti tamen coguntur, ut sibi de ijs prospiciant, quibus indigent, saltem de vestitu, de victu, & hujusmodi rebus sustentationi necessarijs. Dixit: *Nolite conformari huic seculo*: quia id obtineri potest ab omnibus. Itaque si manere velis in seculo, maneas sanè, sed audi, quomodo in eo versari debeas, sicut Lot in Sodoma, Job in Huss, Joseph in Ægypto, Tobias in Ninive, Daniel in superba Regiâ Babylonis, & sicut alij ejusmodi, qui se non conformabant ritibus populorum infidelium, quibus convivebant, sed inter eos versati sunt velut pisces inter aquas salsas, quin salsuginis aliquid attraherent: *Conversationem inter gentes habentes bonam.* 1. Pet. 2. v. 12. Dices hoc esse difficile. ita est. ideo meliùs agit, siquidem possit, qui seculum deserit. at si difficile est, est tamen aspirante gratiâ Divinâ possibile etiam multis. nisi foret possibile, nunquam dixisset Apostolus: *Nolite conformari huic seculo.* cùm dixit: *Nolite*, signum est in arbitrio tuo esse, ut id facias, vel omittas. Si grave tibi accidat, stude, quoad potes, illud reddere tibi levius, petendo semper à DEO sanctam ejus gratiam, Confessionis & Eucharistiæ sacra mysteria frequentando, quotidie aliquid è pio libello perlegendo, claustra & Ecclesias crebriùs adeundo, artes malas penitus relinquendo. Hisce medijs utere continuò, & sic volente DEO continget tibi non conformari huic seculo, cujus adeò stulta sunt dictamina. *Scio, ubi habitas: ubi sedes est Satanæ: & non negâsti fidem meam.* Apoc. 2. v. 13.

XXVIII.

XXVIII.

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno DEI. Luc. 9. v. 62.

1. CONsidera ad perspiciendum bene Christi propositum in hac sua terribili sententia, necessarium esse priùs intelligere, quo fine protulerit. Protulit ad repudiandum quendam juvenem, qui se sponte ejus sectatorem offerebat perpetuum: *Sequar te Domine.* Sed antè obtinere volebat licentiam conscios faciendi suos, & res componendi domesticas: *Sed permitte mihi primùm renunciare his, qui domi sunt.* quod nisi permitteretur, non videbatur instituturus proposito, prout indicat particula *sed*, hîc valde Adversativa. Huic juveni aliud Christus non reposuit, nisi cruda hæc verba: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno DEI.* Sive per Regnum DEI intelligatur, quod Christus habet in Cœlo, ubi gaudetur: sive per regnum DEI intelligatur, quod Christus habet in terra, ubi laboratur. quemadmodum talis homo absque restrictione non est aptus Regno DEI, ita nulli horum est aptus, numquid decisio talis summum incutiat horrorem, nisi eam interpretemur modo, quàm fieri potest, lenissimo?

2. Considera, qui manum mittit ad perfectissimam Christi sequelam, qualis erat, quam amplecti statuebat hic juvenis ad Apostolorum imitationem, magno sanè operi applicare manum, quod proinde magnum requirat amorem Christi, magnum animum, magnam applicationem, unde etiã Christus explicavit similitudine admoventis manum grandi operi. qui manum mittit ad aratrum, operi se impendit totius agriculturæ laboriosissimæ, quare & animo opus est, & applicatione: animo quidem, quia in agro vasto vastus est labor, applicatione verò, quia exercere illum nemo potest alteri intentus, sicut qui fodit, seminat, aut metit. sunt enim sulci quasi ad amussim ducendi, quod fieri nunimè ab eo potest, qui retrò flectit oculos. Id, quod mirificè declarat finem, quem Christus hoc loco præcipuè spectavit. quia perfecta sequela Christi, qualis est Apostolica, opus est vastum admodum, & est opus, quod totum hominem requirat: idcirco aptus illi non est, nisi, qui maximè pollet animo ad suscipiendum, & industriam maximam in exequendo. Jam verò hic juvenis non erat magni animi, quia non habebat animum deserendi facultates domesticas eâ generositate, quam demonstrabant non solùm Jacobus aliquis & Joannes, a retibus digressi, sed etiam Matthæus a

telonio

lonio abstractus nec dabat indicium ejus applicationis, quam habere par est, qui ita sequitur Christum, quia simul & eodem quasi momento de eo sequendo, & deserendo agebat, quamvis ad tempus tantùm ob negotia sua domestica. & ideo Christus affirmabat, eum, qui sic ageret, non esse aptum muneri Apostolico. Muneri, inquam, Apostolico; quia continuatio metaphoræ hic requirit, ut dicente Domino: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est Regno DEI*, adjungatur, *existendo*, ad complendam sententiam, quam reliquerat imperfectam. Hæc est interpretatio, quæ dari possit, mitissima propositionis adductæ à Christo. Sed vel ex hoc solo conclude, quàm grave sit malum affici ad bona terrena. Hoc solum sufficit ad impedendum tantum bonum, quantum est fieri Apostolum.

3. Considera præter sequelam Christi perfectam aliam adhuc esse minus perfectam, qualis est, ad quam Christianorum quilibet obligatur. & ideo videtur noluisse Christus strictè complere sententiam, ut juxta varios defectus in memorata sequela commissos debitâ cum proportione posset omnibus aptari, uti faciunt SS. Patres. atque hæc est causa terroris. id enim, quod Christus voluit universè cõcludere, est, quòd, quisquis non fortiter conducit ad finem bona proposita, quæ concepit, sed ea interrumpit sive per inconstantiam, sive per pusillanimitatem, sive per pigritiam, sive per affectum ad lucra terrena, quæ illum ad se revocant, uti huic misero juveni accidit, quem admodum aptus non est ad laborandum viriliter pro DEO infrà in Regno terreno, ita neque mereri, ut eo suprà fruatur in Cœlo. Tu quid dicere cum veritate de te ipso potes? ésne tam fortis, quàm Dominus requirit?

4. Considera Christum primò dicere: *Nemo mittens manum suam ad aratrum*: non dicit, nec, *qui misit*, nec, *qui miserit*, sed dicit *Mittens*, ut intelligas non modò aptum non esse Regno DEI, qui fortis non est ad prosecutionem boni, quod suscepit, sed etiam, qui fortis non est ad suscipiendum, quod proposuit. Mittens manum ad aratrum hic est, qui firmiter operari statuit; nam de operante manifestum est. Itaque cùm speciali instinctu vocatus à DEO agere aliquid statuisti ad ejus servitium pertinens, statim aggredere, ne cunctaris, ne differas, ne retrò te vertas ad audiendum, quid dicant Mundi homines, quid socij, noti, domestici, aliàs summum erit periculum omittendi executionem propositi ob impedimenta, quæ cunctis operibus magnis solent objici. ex alia verò parte quis scit, an non ejusmodi vocationi annexa sit salus tua à DEO in arcana serie, quam ille tibi statuit, cùm placuit destinare ad gloriam, Juveni illi infelici facilè accidere potuit, ut idem planè esset non servire DEO in munere Apostolico, & perire: non quòd

in Apostolatu non serviverit, sed quia ad eum modum non serviens, nec alio servivit, sed hæsit in mundi laqueis. & sic isto loco Dominus primò arguere eos voluit, qui inspirationibus Divinis eâ celeritate non respondent, quæ est propria fortium, sed alias interserunt curas non equidem in se malas, uti faciunt, qui in proposito fluctuant. Quæ tibi cura respondendi?

5. Considera Christum secundò dicere: *Respiciens retrò* non dicit *Revertens*, non *Recedens*, sed *Respiciens*, quia hoc sufficit, ut sis ineptus Regno DEI, unum dare simplicem obrutum rebus terrenis, maximè cùm is nascitur ex amore, quo ad illas afficeris, prout huic juveni accidit. Dominus ad Orientem te vocat, hoc est ad res æternas, & tu eodem tempore Occidentem spectas, res, in quam, temporales. ô quantum est periculum, ne illis ita sinas te inescari, ut sine ipsis vivere non posse tibi videaris. Ideo abrumpere potiùs quàm solvere oportet hos laqueos, quia multò difficilius est solvere, quàm rumpere. *Fugite de medio Babylonis, & salvet unusquisque animam suam.* Jer. 51. v. 6. non ait: *Exite*, sed *Fugite*. & sic voluit hîc Christus secũdo loco arguere illos, qui identidé volunt respicere per affectum, quod per intentionem reliquerunt. Quid tot quæsiti colores utiliter disponendi de tuis? te potiùs quàm tua vult Dominus. Relinque illa, cui lubet: tu ad Christum evo-

la. nimium est in mora periculum. *Qui in agro est, non revertatur tunicam suam.* Matt. 24. v. 18.

6. Considera dicere demique Dominum de eo, qui agit in hunc modum: *non est aptus Regno DEI*, non dicit: non obtinebit, sed ad obtinendum *non est aptus*. non, inquam, dicit, non obtinebit, quia fieri potest, etiam illorum aliquis, qui respicit retrò, postquam manum miserat ad aratrum, salutem consequatur veraenitudine commissi mali: dicit autem non est aptus, quia in se ipso non est præditus ijs dotibus, quas postulat regnum DEI. Nam istud enim homines generosos, stabiles, firmos, temptores omnium, quæ mutant terra fiunt. tales autem istos esse dicat? non sunt apti Regno Christi, in quo laboratur, quia sunt homines frigidi: & sic neque sunt apti illi Regno, in quo gaudebitur, quia gaudium necessariò præcedit labor. *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.* Prov. 20. v. 4.

7. Considera, si hæc Dominica sententia tam altè ferit omnes, qui sunt pigri in exequendis bonis propositis, non ferire tantùm sed fulminare eos, qui ab illis audent penitus recedere, nam si respicere duntaxat indicium est perditionis in eo, qui manum misit ad aratrum; quid erit tollere manum, ut retrò cedat? neque parum tantùm retrocedere, qui revertitur quoad personam, passibus co-

nis, & operibus mundanis, ut solent Apostatæ, qui sunt *vasa iræ apta in interitum*. Rom. 9. v. 22. Retro cedit, qui eò redit simplici desiderio: hunc eum pœnitet aratro admovisse manum, & sic coram DEO non differt ab eo, qui retraxit. Ita semper insiste fortiter, etiam animo, in proposito DEI servitio. *Non recessit retrò cor nostrum.* Ps. 43. v. 19. hoc enim est arattrum, à quo manum tollere non oportet, quidquid accidat. Plurimum hinc pendet. tota pendet æternitas. *De manè usque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reversa est.* Ruth. 2. v. 7. sic agat, quisquis vult consequi gratiam Domini sui.

XXIX.

S. Michael Archangelus.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Luc. 1. v. 51.

COnsidera, quomodo DEUS cunctis seculis semper fuerit persecutus superbiam. at si unquam alàs, id certè demonstravit in ipsis ejus incunabulis, hoc est, in Cœlo Empyreo. ibi primam sortita est infelix originem suam in mentibus Angelorum DEO rebellium, sed quamprimum etiam præceps ruit fulminata è Cœlo tam sublimi in tam profundum barathrum abyssi. Itaque verba, quæ hodie meditanda propono, non moraliter tantùm vel mysticè, sed etiam literali sensu maximè alludunt ad illam tremendam justitiam, quam DEUS olim exercuit in Spiritus tam sublimes, quando propter superbiæ delictum, non solùm è summis sedibus eos deturbavit, sed velut mancipia vilissima condemnavit ad catenas, & compedes, imò pro illorum habitatione infernum condidit, carcerem tam obscurum. Beatum te, si contemplatione tam horrendæ Catastrophæ verum sumeres horrorem ejus vitij, quod tot malorum causa extitit? Certè Christus, cùm vidit nonnihil superbire discipulos prodigijs, quæ patrabant, quamvis in virtute sui nominis: *Reversi sunt cum gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo*: aliud non egit ad reprimendos illorum sensus, & retundendos, quàm ut refricaret memoriam lapsûs gravissimi, quo Lucifer ob superbiam de Cœlo cecidit, lapsûs, inquam, qualis est fulminis, hoc est, velocis, præcipitis, terribilis, irrevocabilis: Et ait illis: *Vidi Satanam sicut fulgur de Cœlo cadentem.* Luc. 10. v.

10. v. 17. Tu ergo discè sapere hoc exemplo. *Si enim DEUS Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus Inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos*; de te quid fiet vilissimo terræ vermiculo, si fastum similem præ te feras? 2. Pet. 2. v. 4.

2. Considera, quomodo Angeli DEO rebelles quasi per antonomasiam hîc vocentur *superbi*. *Dispersit superbos &c.* quia Spiritus superbi magis nunquam comparuerunt in Mundo. Sufficiat dicere, quòd ab iniquo dùctore suo Lucifero inducti ad tantam omnes potentiam aspirarent, ut se ipsis fieri vellent similes DEO: *Similis ero Altissimo.* Is. 14. v. 14. se ipsis, inquam, nam ceterum omnes Angeli boni, quamprimùm in fidelitatis suæ præmium fuerunt assumpti ad visionem beatam, talem consecuti sunt similitudinem, quæ illam comitatur. at non ambiebant eam per se consequi. Si ambiebant, uti probabile est, cùm à DEO ipsis proponeretur in præmium, ambiebant consequi per merum gratiæ donum, non naturæ. Soli angeli mali tam superbi fuerunt, ut eam viribus suis consequi sperarent: *Elevatum est cor tuum in robore tuo.* Ezech. 28. v. 5. & sic dicuntur voluisse pares esse DEO: *Elevâsti cor tuum, & dixisti: DEUS ego sum.* Ezech. 28. v. 2. Quia eò aspirabant, ut possent, quemadmodum DEUS ex se beare seipsos. Jam verò superbos istos dispersit DEUS à cogitationibus corde suo conceptis, id quod præsentibus expeimitur vobis: *Dispersit superbos mente cordis sui.* Tantundem est dicere: *Dispersit superbos mente cordis*, ac: *Dispersit superbos è mente cordis*, hoc est, *è cogitationibus cordis, è cogitationibus corde, in eo, quod meditabantur in corde suo.* Siquidem mens cordis, si rite perpendimus, aliud non est, quàm delegationes, quas in se ipsâ voluntas format. Vide igitur, an non verè Dominus eos dispersérit à machinationibus ejusmodi. Sperabant audire illic considere in throno ipsius DEI, æqualibus propè circumfusi splendoribus; & deinde inventi sunt procul à DEO, eique omnino dissimiles, & difformes torqueri in tenebris profundissimæ abyssi. *Dicebas in corde tuo: in Cœlum conscendam &c. Verumtamen in infernum detraheris, in profundum Laci.* Is. 14. v. 15. Tu verò discè ex hoc loco, in quo constat grave malum superbiæ, nonnisi consistit, quòd quis aspiret etiam ad sedes altissimas. quæ enim altior cogitari possit eâ, ad quam in Paradiso aspiramus? nempe quam sibi Lucifer & suis asseclis deposcebat, ut similes reddamur DEO, nisi fortè nos admonuerit, qui dixit; *Similes ei erimus*, quippe sicut ipse se videt in se ipso, quod ei beatitudinis est causa; ita nos pariter ibi eum videbimus, non, ut nunc in terra solemus in imagine & stinctâ. *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* 1. Jo. 3. v. 2. hæc verò nos inter & Luciferum discrimen

feretur

sentia est, quòd ille eò pertingere voluerit suis viribus, uti S. Thomas docuit 1. p. q. 63. a. 3. & alijs locis plurimis: nos non nisi ope gratiæ id consequi velimus. Huic insistens principio aspira sanè ad celsissimam sanctitatem, quâ superes omnes, ad summam puritatem, ad summam perfectionem, summam obedientiam, nò etiam ad summum contemplationis donum: non est ista superbia: *Æmulamini charismata meliora.* 1. Cor. 12. v. 31. at semper animo impressum habe grande illud dictamen, ex te ipso nihil posse. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, sed omnis sufficientia nostra ex DEO est.* 2. Cor. 3. Pete à DEO, ut continuò assistat tibi sanctissimâ gratiâ suâ, ad eam recurre, illi te commenda, quovis momento debilitatem tuam contestare, & tum aspira, quantum voles, ad ejus similitudinem cum Lucifero, non ideo superbus eris ut ille, sed verè humilis, hoc est, modestus simul & magnanimus.

3. Considera, quomodo Angeli prædicti, qui nitebantur consequi vires naturæ illud magnitudinis fastigium, quod nulli rei creatæ per naturam convenire potest, quia in eo consistit, ut per visionem beatam si non pares, saltem similes reddamur DEO in sua gloria, justo supplicio non tantùm ab ea magnitudine sint exclusi, ad quam non nisi per gratiam perveniri potest, sed etiam alterâ privati, quam jam possidebant per naturam. Proinde postquam dictus est Dominus *dispersisse superbos mente cordis sui*, dum non permisit eos consequi beatitudinem naturali superiorem, quam sibi stultè promiserant; additur præterea: *Deposuit potentes de sede*, quia insuper privavit beatitudine naturali, quâ fruebantur. *Potentes* hoc loco dæmones vocantur per Ironiam, non quòd per naturam non habeant potentiam etiam maximam, sed quia stultè affectabant multò majorem, cùm crederent se posse suis pennis evolare in ipsum thronum Divinum. Jam verò isti, ut ut potentes, non solùm ad talem thronum evecti non sunt, sed etiam probrosè depositi proprijs, & sic ad inferos relegati, è puris sordidi, è bonis mali, è pulchris fœdi, è splendidis obscuri. *Quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui manè oriebaris?* Is. 14. v. 12. atque ut hoc supplicium fieret illis acerbius, quid fecit DEUS? Dedit eorum sedes hominibus, qui tantò erant inferiores ipsis, ut ad eum conspectum superbi tabescerent invidiâ. hinc non dicitur: *Deposuit sedes potentum*, sed *deposuit potentes de sede*, quia sedes Angelorum illis servatæ sunt hominibus, qui eam DEO subjectionem præstarent, quam priores legitimi possessores earum sedium renuebant. Tu interim etiam hinc disce, qualis illa sit virtus, quæ maximè te provehet ad Angelorum sedes, nempe Humilitas. *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles*, hoc est, eos speciatim,

ciatim, qui non arrogant sibi quidquam ex se posse. quippe sicut nomine Potentum intelliguntur hoc loco, qui longè plùs suis se viribus posse credebant, quàm revera possent, ita nomine Humilium vice versâ ante omnes intelligi debent, qui coram DEO fatentur se nihil ex se posse. *Ego vir videns paupertatem meam.* Thr.3.v.1.

4. Considera hanc dispersionem, & depositionem, quam DEus exercuit in rebelles Angelos, factam esse unicè per magnum suum Angelum S. Michaëlem. Isto præ omnibus aliis usus est DEUS tanquam Archistratego suo ad debellandum exercitum tam copiosum, qualis erat ille Angelorum perversorum; quemadmodum etiam nunc illo utitur ad defendendam Ecclesiam suam contra eosdem jam factos perversores: & rursus eo pariter utetur in fine Mundi occursurus crudeli bello, quod suscitabit Antichristus, cùm nequicquam etiam ipse tentabit in terra, quod in Cœlo non successit Lucifero, nempe ut à cunctis habeatur pro DEO: *ita, ut in templo DEI sedeat ostendens se, tanquam sit DEVS.* 2. Thess. 2. v. 4. Ideo dicitur in illa clade Angelorum contra se insurgentium *fecisse potentiam in brachio suo*, quia ad eos devincendos usus est brahio suo, usus est S. Michaële. Iste profectò quavis occasione fuit is, quo DEUS usus est tanquam ministro suo primario: & ideo quis neget eo etiam usum fuisse ut brachio suo? *In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.* Ps. 88. v. 11. Scio per brachium DEI in sacris paginis sæpe intelligi Christum JESUM, juxta illud: *Brachium Domini cui revelatum est?* Isa. 33. v. 1. Jo. 12. v. 38. At Christus JESUS est brachium DEI naturale, quia idem fuit cum Patre, non moraliter tantùm, uti est cum suo Domino primus Minister, sed naturaliter quoque: *Ego & Pater unum sumus.* Jo. 10. v. 30. cùm è contrario S. Michaël sit brachium DEI solùm metaphoricum, tanquam Minister ejus primarius. Ut ut sit, ad ipsum rursus currendum tibi est in omni negotio, maximè verò tempore tentationis, quia S. Michaël singulari quodam modo appellari verè potest brachium DEI ob hanc causam, quòd DEUS illo sit usus, & adhuc utatur, atque semper usurus sit ad fugandos dæmones: *Michaël & Angeli ejus prælabantur cum dracone.* Apoc. 12. v. 7. Ita est, omnes Angeli jam inde ab initio concurrebant ad prælium tam magnum, sed primus fuit S. Michaël, ut idcirco reliqui omnes, si bene observes, vocentur *Angeli ejus*, quia ipsi omnes sunt subjecti.

XXX.

S. Hieronymus.

Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me. Jer. 15. v. 17.

COnsidera, quando sub horrida Palæstinæ specu imaginaberis Hieronymum ad solitariam fluminis ripam hærentem scopulo, sacro volumine ante oculos posito, veste lacerâ, toto squalido ostentare pectus verberibus lividum, imò cruentatum, nec illam retinere sensum viri præter timorem, quo subinde se vertit ad audiendam sonoram tubam, quâ citetur ad judicium, illico manifestum tibi fiet sensum horum verborum: *Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me.* Erant hæc verba Jeremiæ admoniti ob comminationem non solùm denunciativam, sed definitivam, quam hauserat ex ore DEI, cui omnino decretum jam erat excidium Jerosolymæ. porrò quid est unius civitatis excidium comparatum cum Mundi totius excidio? & ideo quantò melius verba ista proposito nostro conveniunt! Tu cura, ut eorum vim bene imprimas menti tuæ: quantum enim fores obstrictus DEO, si tu quoque dicere aliquando cum veritate posses: *Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me?*

2. Considera Propheram non dicere se repletum quocunque terrore, sed eo, qui nascitur ex *comminatione*: quia ille est etiam de malo possibili, iste verò de malo imminente. & talis erat, quem habebat Hieronymus, dicere solitus: *Ego peccatorum sordibus inquinatus diebus ac noctibus operior cum timore reddere novissimum quadrantem.* Terror in extremo die Judicij adeò erit universalis, ut sit futurus communis non solùm hominibus justis, sed & Angelis, sed Archangelis, imò ipsis Spiritibus, qui naturâ suâ fortes dicuntur: *Et virtutes Cœlorũ cõmovebuntur.* Erit autẽ iste plurimũ diversus ab illo peccatorũ & tamẽ ille peccatorũ is est, qui debet tibi proprius esse timor. Timor, cùm est mali gravissimi, trifariam dividitur nempe in Timorem Admirationis, Stuporis, & Agonis. Timor admirationis erit illementium Angelicarum, quæ considerabunt malum imminentis Judicij tanquam malum, quod nec ab ipsis quantumvis sublimibus capi satis possit, & eâ cogitatione fient quasi attonitæ, & absorptæ. Timor Stuporis erit ille hominum justorum, qui malum illud considerabunt ut malum, quo & ipsos proniſſimum erat involvi, nisi DEUS abundanti gratiâ prævenisset.

set. Unde vix credentes sibi ipsis, dum se liberatos cernunt, apprehendunt ut malum infinitè majus, quàm in terra sibi persuaserant, quæ cogitatio illos quasi stolidos reddet & stupidos. Timor Agonis erit ille peccatorum, qui non solùm malum illud apprehendent ut immensum, atque insolitum, sed ut jam jam sibi imminens, & ea cogitatio deducet ipsos ad statum cum morte luctantis. Timor iste peccatorum meritò debet esse tuus, quando diem cogitas extremum. Vide proinde, quò is deducere te debeat, nempe ad angustias agentis animam; quia timor est mali, cui momento succedere necesse est, nisi studeas evitare, mortem æternam. Ut ut sit, dicebat Propheta suo timore se plenum, imò repletum esse: *Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me.* ita ut instar vasis jam exundantis etiam in eos transfunderet, cum quibus agebat. Talis erat timor S. Hieronymi. Habebat timore judicij plenas aures, plenum caput, plenum cor, plenam linguam, unde quasi ferre impotens demum eâ plenitudine cuncta sua volumina replevit. ô quàm facilè te quoque impleret hic timor, si studiosè expenderes grande malum, quod eo die involvere te poterit! *non Phassur vocavit Dominus nomen tuum, sed pavorem undique.* Jer. 20. v. 3.

3. Considera, quis fuerit effectus, quem in Propheta hic ejus timor peperit. A consortio hominum recessit: *Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me.* at hoc etiam in S. Hieronymo suus timor effecit; quia ... fuit, qui ipsum in solitudinem ... lit. Propheta recessit ex metu ... re, Sanctus iste partim timoris, ... securitatis causâ, quia putabat ... cul ab hominibus remorum ... eas culpas declinaturum, de ... rationem daturus erat illo horribi ... Si tu, ut par est, timeres extremum ... dicium, credisne tam libenter cum ... minibus acturum? Dic, quid ... minium commerico trahis? ... infirmitates, contagia etiam ... *Ecce elongavi fugiens, & mansi in ... tudine.* Ps. 54. v. 8. Cur ... tæ utilitatis exemplum non ... tuum profectum adhibes? Tali ... de in solitudinem concedis, ... *fugiens*, sed deinde *non mansi*; ... ægrè diem dimidium ibi ... jam lassatus es. non ita faciebat ... pheta, qui proin dixit: *Solus sedebam*, ... pari modo non ita faciebat ... ronymus. iste *sedit* in solitudine ... non quòd in ea versaretur ... potiùs usque ad ætatem ... tentus erat speculando, scribendo, ... psallendo, & dando responsa ... tione plena omnibus, qui ... Christiano ad ipsum tanquam ... mune oraculum confluebant: ... in solitudine sedem fixit stabilem, ... habitis invitationibus, quas ... dignitatis personæ etiam ex ... faciebant. hoc quippe solum ... tium cordi erat, expectato ... Judicis.

OCTOBER.

II.

Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. 2. Pet. 1. v. 20.

1. Considera, ejus Revelationis præstantiam, quâ Divus Petrus dignus est habitus, cùm in monte Thabor duobus sociatus fratribus Joanni & Jacobo spectavit gloriam Domini nostri JESU Christi *Transfigurati*. & tamen præ illa Revelatione à se scripturis sacras æstimari fidelibus ostentat, cùm has illi præferens ajebat: *Habemus firmiorem Propheticum sermonem. firmiorem*, inquit, non quòd illa Revelatio non etiam ipsa esset firma, sicut omnis alia veritas fidei, sed quia nulla habenda est ratio ejus, quod in quacunque revelatione videmus, quantumvis sublimi, nisi quatenus consentit cum his, quæ audimus à Scripturis Divinis, à quibus illa certitudinem accipit, non equidem in se, sed quoad nos. Unde Christus non adeò grandi mysterio disposuit, ut in illa sua Transfiguratione secum apparerent Moyses & Elias, ad insinuandum nobis, à libris Legis, significatis per Moysem, & libris Prophetis significatis per Eliam dandum concors testimonium omni Revelationi, ut validâ habeatur. Hinc discet æstimare, ut par est, Scripturas Sacras, & eas anteferre illis raptibus extaticis, illis suavitatibus, delicijs, donis, quibus in Oratione in ipsum apicem Thaboris jam provectus tibi videris. Quid tuus tibi Spiritus dicit? an quòd Christum cernas in sua gloria revelatum, cùm oras, & exclamare tu quoque possis cum Petro: *Domine bonum est nos hic esse*? Nè credas, nisi cum Christo Moysem videas & Eliam, hoc est, nisi videas consentire cum omni eo, quod à Divinis Paginis vel sancitur, vel docetur. Tantò plus firmitatis habet hoc audire, quàm illud videre! *Habemus firmiorem Propheticum sermonem.*

2. Considera, quomodo istæ Scripturæ à S. Petro fuerint comparatæ: *Lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Non dicit tenebroso, sed caliginoso: nam ubi lucerna splendet, jam non sunt tenebræ, sed neque lux clara: idem inter nos accidit. Infideles, qui carent ejusmodi lucernâ, versantur in tenebris ignorantiæ etiam palpabilibus:

Gentes ambulant in vanitate sensûs sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita DEI per ignorantiam, quæ est in illis. Eph. 4. v. 18. Nos soli non versamur in tenebris: *Vos autem fratres non estis in tenebris.* 1. Thess. 5. v. 4. Sed etsi non versamur in tenebris, in caligine sumus, *in caliginoso loco*, quia lumen equidem habemus, sed Lucernæ tantùm, quod non potest omnino eximere menti tenebras, quãtumcunque irradiet, dum Scripturæ Divinæ tollunt quidem ignorantiam pravæ dispositionis illis propriam, qui falsum habent pro vero, prout infidelibus accidit, sed non perinde tollunt ignorantiam simplicis negationis, illis propriam, qui sciunt verum, sed ex parte tantùm, uti nobis contingit: *Nunc ex parte cognoscimus.* quia hîc quasi nihil scimus de DEO, si cum eo comparemus, quod ibi sciemus, quando sol successerit Lucernæ. *Cùm venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.* 1. Cor. 13. v. 8. Atque hæc est prima ratio, quare Scriptura Lucerna vocetur, quia mentis tenebras non potest omnino discutere. *Dignè eum invenire non possumus.* Job. 34. v. 23. Sed non ideo tantùm Lucerna dicitur: Lucerna dicitur, ut indicetur eam semper in promptu habendam, quocunque incedas, quippe quæ quovis passu illuminare nos debeat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Lucerna dicitur, ut præterea innuatur nobis, si probè velimus illuminari, maximâ reverentiâ eam sequi oportere adhærentes genuino illius sensui, nunquam verò commutandum, ut illa nos sequatur, interpretatione exoticâ, aut perversâ: *Prophetia Scripturæ propriâ interpretatione non fit.* 2. Pet. 1. v. 20. Statuere parte tua in pretio habere inæstimabile beneficium, quod DEUS ibi præstitit tribuendo in tanta caligine Lucernam tam præclaram, quæ te erigat in quocunque negotio, & erubesce, si stultè lumen emendices à Scriptoribus profanis, Politicis, Poëtis, instar puerorum, qui nitedulas sectantur, & non quæras ab ista Lucerna, adeò sacrosanctâ, quæ nec fallit unquam, nec deficit, & sola à DEO posita est super candelabrum. *Lucerna super candelabrũ sanctũ.* Eccl. 26. v. 21.

3. Considera, quomodo antiqui fideles vix unquam averterint oculos ab hac Lucerna benedicta, adeò intenti semper erant meditandis, relegendis, & comparandis scripturis, ut fructum inde caperent. Unde videt hoc loco Apostolum non habuisse necessitatem eos exhortandi ad studium tam pulcrum, sed tantùm opportunitatem laudandi, tantâ jam attentione in id incumbebant. *Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco.* Dum ergo Discipulis suis hic dicit Apostolus: *bene facitis*, an erunt post hæc magistri prorsus contrarij, qui potiùs dicent suis: *malè facitis*? Tu verò nonne qualis esse debeat attentio, quæ

tis Scripturis conveniat; illi similis, quæ habetur in cavernis caliginosis ad lucernam, quæ sola viam nobis commonstrat. *quasi lucerna lucenti in caliginoso loco.* ô quàm fixos quisque tenet oculos in ejusmodi lucernâ, quando per vias graditur tetras, & terribiles non sine gravi periculo ad passum quemliber pereundi! sic agere nos oportet. *Splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris.* Job. 29. v. 3. nisi forte similitudo sumitur à navigantibus, qui, cùm densâ nocte procedunt, nunquam oculos avertunt ab illâ altissimæ speculæ lucernâ, quæ sola emittus demonstat portum. & talis nobis est Scriptura Sacra.

4. Considera, quomodo ista attentio ad lucernam tam proficuam, non debeat esse exigui tantum temporis, prout aliqui concedunt, sed totius vitæ, *donec dies elucescat.* hoc est, donec nocti hujus seculi denique succedat dies illa beata, quæ sola inter omnes meretur hoc nomen, quia erit clara dies. *Donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.* Vox ista *Lucifer* duplicem admittit sensum. Significare potest stellam illam, quæ lucem affert *in spe*, & significare potest eum solem, qui lucem affert *in re.* Hoc loco secundum potiùs Lucifernm intelligi quàm primum, facis verosimile videtur, non solùm, quia in alia versione, nempe Synodâ, expressis verbis legitur: *Donec sol oriatur in cordibus vestris*; sed etiam quia, si de primo Lucifero sermo hîc esset, videtur fortè dicendum potiùs, *Donec Lucifer oriatur in cordibus vestris, & dies elucescat*, quàm, *Donec dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.* quia primò oritur stella diei nuncia, dein dies illucescit, & non primò illucescit dies, dein stella oritur ejusdem nuncia. Accedit, quòd Lucerna aptari nequeat primo illi Lucifero, qui lucem affert *in spe*, quia tunc omnino nox densa dominatur: aptari potest secundo Lucifero, qui lucem affert *in re.* *Non extinguetur in nocte lucerna ejus.* Prov. 31. v. 18. Tu interim vide, quamdiu servandi sint oculi attentissimi ad lucernam, hoc est, ad lumen, quod præbent libri sacri. quamdiu non abis ex hoc mundo: *Donec dies elucescat*; nam quamdiu hîc eris, illucescere tibi dies saltem clara non poterit. Ideo verum est, si studiosè orationi te impendas, & in ea gradus assequaris altissimos contemplationis, elevationis, extasis, visionis, oriturum tibi aliquem Phosphorum, qui lumen cordi tuo accendat, sed tale semper erit, quod diem afferat *in spe*, nunquam tale erit, quod diem afferat *in re*: stella erit, sol non erit. & quis erit, qui existimet se non egere ampliùs lucernâ, quia stella comparuit, quæ nunquam secum advehit diem clarum, sed tantùm promittit? Necesse est expectare solem, quo apparente lucerna cessabit, aut si non cessaverit, certè non dabit lucem: *Lux lucerna non lucebit amplius.* Apoc. 18. v. 23. & tu ad solem tam speciosum toto Spiritu non anhelabis? ô qualis ille sol

erit, qui non foris tantùm te illuminabit, uti sol iste aspectabilis, sed intima cordis tui penetralia: unde non dicit: *donec dies elucescat, & Lucifer oriatur cordibus vestris*, sed *in cordibus vestris*: Sol erit, qui efficiet te solem alterum illi similem, quem videbis. *Scimus, quoniam, cùm apparuerit, similes erimus, quoniam videbimus eum, sicut est.* 1. Jo. 3. v. 2.

II.

Sanctus Angelus Tutelaris,

Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem tuum. Ps. 90. v. 11.

1. COnsidera, quomodo vox ista *Quoniam*, quæ hîc prima occurrit, maximam in te excitare debeat confidentiam. est enim particula, quâ ratio redditur non ejus, quod antea dictum est, sed quòd proximè dicetur. & sic istum parit constructionis sensum: *Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, ideo in manibus ipsi portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Vin' igitur nôsse, quare Angeli ad custodiam tuam destinati tam indefessè, tam attentè, tantóque studio tibi assistant? *Quoniam DEUS mandavit.* Si tibi desunt merita, nihil refert: sufficit illis loco omnis tui meriti mandatum, quod acceperunt à DEO, ut tibi assisterent. Ita est, libenter etiam alijs ex causis assistunt tibi, ob amorem, quo in te feruntur, ob aversionem, quam habent à dæmone, ob desiderium, quo flagrant reparandi ruinas Paradisi. id tamen, quod maximè eos movet, est mandatum Divinum. Quid igitur hîc dicis, [illegible] ad obediendum DEO in rebus [illegible] lud tibi non sufficit, quod sufficit Angelis movendis, nempe quòd scias [illegible] velle DEUM? DEUS mandavit. [illegible] liud quærere certè non est documentum Angeli, sed diaboli: *Cur præcepit vobis DEUS, ut non comederetis [illegible] omni ligno Paradisi?* Gen. 3. v. 1.

2. Considera, celsitudini mandantis opponendam esse vilitatem [illegible] miserabilem, in cujus favorem mandavit. *DEUS de te.* ô dispares voces! DEUM tantæ majestatis tantum [illegible] scipere curam tui, qui es vilis vermiculus! Verum est illud *de te* hoc [illegible] intelligere Interpretes *de te justo*, [illegible] *de te peccatore.* non quòd non [illegible] quilibet peccatorum bonum habet Angelum custodem sui, qui eum [illegible] mitetur, prout vel ipse habiturus [illegible]

Ant.

Antichristus : sed quia præsens psalmus loqui constituit de homine justo, qui omnem suam fiduciam in DEO collocavit. *Qui habitat in adjutorio Altissimi.* & hic quoque est Justus, quem DEUS præ quovis alio Angelis commendat, hic, qui plurimum ipsi filet, quia hujus maximè curam gerit. *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione DEI Cœli commorabitur.* Ps. 90. v. 1. optas ergo, ut DEUS in favorem tui mandatum det Angelis, quàm desiderare possis efficax, & expressum ? in DEO summè confide.

3. Considera, qui sint illi, qui mandatum istud accipiunt. Angeli sunt, Spiritus sublimissimi, quia omnes sunt Principes excelsi gradûs, quamvis majores, minoresve. ad hæc omnes sunt ad custodiendum aptissimi ob admirandam potentiam, quam etiam naturaliter possident, ob magnam sapientiam, & sanctitatem. Ex quo colligere licet æstimationem, quam DEUS de te habet, cùm tibi custodes tribuit Spiritus tam excelsos. *Angelis suis mandavit de te.* Quem non roldat attonitum sermo tam paradoxus ? at cùm dici audis *Angelis*, ne putes cuilibet hominum non unum sed plures Angelos pro custodia deputari. hoc enim est privilegium Principum, Prælatorum, & aliorum, qui magna tractant negotia : nam isti sicut duplici indigent prudentiâ, unâ inferiore, quâ regant se ipsos, & aliâ superiore, quâ alios gubernent ; ita juxta scholas duplicem habent custodem Angelum, unum inferioris Chori, qui ipsis assistat, ut personis privatis, & alium superioris, qui equidem ipsis assistat, sed ut personis publicis. nihilominus, quisquis ille sit, *Angelis* dicitur, & non *Angelo* : quia quantumvis unus solus Angelus à nativitate tribuatur cuilibet ut peculiaris Custos, simul tamen plures alios sortitur. tales sunt Angeli destinati ad communem populorum custodiam, hoc est, Regnorum, civitatum, arcium, & cujuscunque Reipub. notabilis DEO subjectæ, in quibus æquum omnino est à DEO proprios haberi Ministros, uti etiam magni Monarchæ habent suos. *Super muros tuos Jerusalem constitui Custodes.* Is. 62. v. 12. Quid sentis ergo, dum vides tot inclitas personas tuo quasi mancipari obsequio eo ipso tempore, quo tam parùm illos cognoscis, tam parùm obsequij, & honoris illis exhibes ? numquid hoc est cumulari officijs ? & tu nondum suffunderis rubore ?

4. Considera, quale sit illud mandatum, quod Angelis datum est. *Ut custodiant te.* & à quo ? ab insidiatoribus omnibus, illis præcipuè, quos per te ipsum minùs potes cognoscere. Tales sunt dæmones, qui ut continuò te circumstant, & tu eos non vides ! quid igitur de te fieret, si tuus non esset Custos Angelus, qui tempore suo illos vel repellit, vel coërcet, vel certè efficit, ut modo quodam incognito illorum declines assultus. Itaque mandatum istud te custodiendi non ad unum genus periculorum restringitur, sed ad innumera extendi-

tur corporis & animæ : unde adjungitur : *In omnibus vijs tuis.* Per viam intelligitur aliquando in scripturis lex DEI. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâsti cor meum.* Ps. 118. v. 32. aliàs intelligitur opus, quod homo facit : *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Ps. 5. v. 9. & demum vita ipsa mortalis, quæ est instar viæ ducentis ad terminum, hoc est, ad patriam futuram. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in viâ suâ.* Ps. 56. v. 7. atque in omnibus hisce vijs te custodiendi mandatum habent, juxta propriam cujusque necessitatem. quamvis illarum quælibet adhuc in plures alias dividitur. Lex multa habet præcepta : operatio multos actus ; Vita multas ætates, onera, curas, & omnis generis status diversissimos. Quis igitur explicet, quid sit in earum qualibet à Tutelari Angelo auxilium præstari tam accomodum, & quavis horâ tam promptum, quin tibi occurrat vel gratias vesperi agendas pro innumeris tibi præstitis beneficijs. Dices illa à te ignorari. Sed quare? an quia ille facit, sed non aperit? itâne minori in pretio habebis ejus beneficia, quia carent ostentatione? imò sic demum beneficia sunt : *Cùm dederis, ne improperes.* Eccl. 41. v. 28.

5. Considera cognito mandato, nunc etiam videndum, quâ perfectione Angeli id exequantur non modò plenè, sed cumulatè. Mandatum, quod habent, est te custodiendi, hoc est, ab infinitis protegendi periculis, quæ sine ipsis in horas tibi immine-
rent. ad quod proinde faciendum te-
tis foret assistere ad latus, te dirigere
atque instruere. & hoc tamen illi no-
nimè contenti eo ut etiam brachijs so-
stentant, & sic in tuto te collocent.
In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ita-
que imaginare tibi hunc Custodem
tuum instar ducis esse, qui à Patre
datus in quodam periculoso itinere
nunc per summa, nunc per ima, per
flumina, pérque saxa asperrima
contentus manu ducere, ne labatur,
insuper sæpe bajulat, ne impingat, ubi
sunt graviora discrimina. unde dicitur : *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* non dicitur : *ne forte cadas*, sed ne forte etiam *offendas.* Hæ manus Angeli
duæ sunt facultates, quibus te regit,
Intellectus & Voluntas, quia Intellectus
deducens in actum virtutem suam
ecutricem facere cuncta potest. Lapides sunt impedimenta, & offendicula, quæ per viam occurrunt, quæcunque sint è tribus suprà memoratis,
& pedes tui sunt affectus, duo scilicet
mis Amor & Timor, ad quos omnia
referuntur. quandoquidem quidquid
agitur ab homine, cogitatione, verbo, vel opere, agitur aut amore
alicujus obtinendi, aut timore amit-
tendi, aut timore incurrendi malum,
aut amore evitandi. hi sunt duo lapides, qui quolibet te ducunt, & ne
eorum offendas, Angeli apponuntur, ut quasi manu sustineant, hoc
est, à terra elevent, quò scilicet ap-

ti caducis sive malis sive bonis ex vulgi sensu, nihil boni ames, aut mali timeas nisi æternum.

6. Considera, quomodo dæmon suaturus Christo, ut se præcipitaret de pinnaculis Templi, allegaverit hoc textum, quem fuisti meditatus, ad eum incitandum specioso promissorum ex promptu futuram opem Angelicam. Sed allegavit eo modo, quo ipsius sequaces hæretici faciunt, pervertendo Scripturæ sensum prorsum, & depravando. Primò verum non erat eo loco sermonem esse de Christo, quo dicitur: *Quia Angelis suis mandavit de te*: nullus quippe Angelorum eum custodiendi mandatum unquam accepit à Patre. & cui bono talis custodia? animæ, an corporis? non animæ; quia quoad istam erat ille beatus, unde minùs indigebat Custode Angelo, quàm quiscunque eorum, qui Paradisum inhabitant. Non corporis, quia hoc meliorem quovis Angelo Custodem habuit ipsum Verbum. Ideo Angeli debebant equidem illi inservire, obedire, venerati, manifestare gentibus, at non opitulari. *Videbitis Angelos ascendentes & descendentes supra filium hominis.* Jo. 1. v. 51. *Ascendentes*, ut ab ipso accipiant mandata, *descendentes*, ut ea hominibus nuncient, quasi famuli obsequiosi. Deinde Satanas non retulit integram sententiam; quippe cùm allegâsset illa verba: *Quia Angelis suis mandavit de te*, quæ secundùm litteram reverà non dicebantur de Christo, omissis verbis, *ut custodiant te in omnibus vijs tuis*, ad illa transilijt. *in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* & patet sanè ea per malitiam omisisse tanquam minùs apta suo proposito, quippe ut etiam demus Christum esse sustinendum ab Angelis, qualis illi per hæc verba spondebatur custodia? an quòd esset sustinendus in præcipitijs, in quæ ipse sponte se conjecisset? nequaquam, sed in vijs tantùm, & ijs quidem vijs, quæ ad ipsum pertinerent: *Angelis suis DEUS mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.* ait *in omnibus vijs*, non *in omnibus præcipitijs.* qualis igitur futura erat dementia præcipitare seipsum spe auxilij prætensi potiùs quàm promissi? sed parùm profuit astuto dissimulare verba prædicta, quum deinde omnino absre sequentia adduxit: *In manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* casu offendere est hominis cetera cautè incedentis & circumspectè. quomodo ergo, quod de offendente dicitur, transfertur ad eum, qui ex altissimo fastigio deorsum se conjicit. Aliud est fortè ad lapidem offendere, & aliud in illum ultro impingere. at dum satanas Christum decipere cogitat scripturis depravatis, ipse deceptus est. quia Christus ex una parte non confutavit interpretationem tam stolidam, ut cum dæmone sic ageret, prout agere cum hæreticis convenit, per malitiam peccantibus, nolendo cum ipsis in disputationem descendere. Aliâ ex parte ipsam interpretationem duobus modis elusit, facto

cto imprimis, nolendo ejus causâ quidquam agere: dein verbo, aliam adducendo sententiam sinceram, apertámque, quæ omnes interpretationes diaboli ut improprias uno ictu prostravit. & talis erat, quâ præcipitur, nequis DEUM tentet, quasi obligaturus ad miracula sine necessitate patranda: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Unde etiam tacitè deducitur ad communem profectum, ob vi[illegible] mandati, quod Angeli acceperant [illegible] DEO eximium justis præstandi [illegible] lium, neminem debere se ipsum [illegible] fructu conijcere in pericula, [illegible] mandatum illud non ordinatur [illegible] subveniendum Justis in cunctis [illegible] culis, quibus se vel temere, vel [illegible] ratione exponunt, sed in ijs tantum [illegible] quibus se exponunt ut Justi.

III.

S. Franciscus Borgias.

Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Mat. 11. v. 11.

1. COnsidera illud duntaxat rapi, quod alicui tollitur invito, sicut etiam quod furto aufertur. nisi quòd furtum sit involuntarium patienti, quia nescit, quod sibi aufertur; rapina sit involuntaria, quia scit equidem, sed impedire non potest. Jam verò hoc sensu dici nequit quenquam furari aut rapere Paradisum, quia Dominus libenter eum omnibus indulget. *DEUS vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 1. Tim. 2. v. 4. Nihilominus Christus usus est hoc modo loquendi, quia spectatâ communi corruptelâ generis humani eò adductæ res erant, ut Cœlum videretur non destinatum à DEO nisi paucissimis, hoc est, soli suo populo Israëlis. Hic erat *populus peculiaris*, hic eximius, hic protectus, adeò ut Christus ipse in terram descendere [illegible] maximè intentione, ut huic soli prædicaret: *Non sum missus nisi ad [illegible] quæ perierunt, Domûs Israel.* Mat. 10. v. 6. Ecquis igitur erat, qui Cœlum extra hunc populum speraret, quisquis alius eò cuperet intrare, [illegible] batur velle, quod ad se minimè [illegible] ctaret. quid porrò? debebat [illegible] que mutari rerum facies, præ[illegible] eo populo pertinaciter repudiante prædicationem Christi. E ideo [illegible] Christus ajebat Cœlum non reserv[illegible] dum, uti hactenus videbatur, [illegible] populo, sed exponendum, ut [illegible] quar, assultui generali: ita, ut, [illegible] quis ad id obtinendum præ alijs [illegible] intenderet, sive foret Judæus, [illegible] Græcus, Romanus, Arabs, Armenus, modò non esset labore inferior, [illegible]

obtineret, uti fecit Centurio, fecit Cananæa, fecerunt è Gentilibus plurimi alij, qui & ipsi fide vivâ adhærentes Christo non modò salutem consecuti sunt perinde atque Hebræi, quibus eam Christi prædicatio attulit, sed multos etiam præcesserunt tantâ fortitudine, ut illorum locum occuparent. *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in Regno Cœlorum: filij autem Regni ejicientur in tenebras exteriores.* Mat. 8. v. 11. Ecce igitur primum sensum horum verborum: *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Dicere voluit Paradisum jam non uni tantùm populo fervere, ut primò apparebat, sed quasi cunctis exponi. Unde non est, quod timeas, nobilis sis, vel ignobilis, servus, vel liber, Sacerdos, vel Laicus, doctus, vel rudis, quid refert? Annitere ferventer, & salutem consequeris. *Regnum Cœlorum vim patitur.* annne sæpiùs audisti Cœlum pro pauperculis esse factum? *Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in Regnum Cœlorum.* Mat. 19. v. 23. & tamen vide magnum sanctum, cujus hodie festiva celebratur memoria, Franciscum Borgiam. Grandis est Mundo natus, nec dives tantùm, sed Primas, sed Princeps, & excelsæ dignitatis, & tamen quàm sublimem attigit sanctitatis gradum? Bene igitur primo hoc sensu dici potest non obtinuisse Cœlum sed rapuisse. Tu quoque disce illud rapere, & tuum erit. *Unusquisque quod in præda ra-*

puerat, suum erat. Num. 31. v. 53.

2. Considera Rapere violentiam innuere. *Populi terræ rapiebant violenter.* Ezech. 22. v. 29. idcirco hem alterum hujus sententiæ sensum. *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Sensus est violentiam esse, quæ Cœlum tibi asserit. cui ergo ista inferenda violentia? DEO, & tibi. DEO quidem per orationem, quia quantumvis ille libentissimè tibi concedat Paradisum, nihilominùs bono tuo ita tecum agit, quasi vi ex ejus manibus esset extorquendus: *Propter improbitatem dabit ei.* Luc. 11. v. 8. DEO verò vis inferri non dicitur nisi oratione: *Non obsistas mihi, quoniam non exaudiam te.* Jer. 7. v. 16. Tibi inferenda violentia per integram tui ipsius abnegationem. qui sunt motus violenti? sunt illi, qui naturali appetitui opponuntur, ut si claudas oculos, cùm videre cuperes illam feminam elegantem, aures subtrahas, cùm libenter audires lætos illos discursus, linguam frenes, cùm velles prorumpere in illa responsa iracunda, impatientiæ, fastûs, præsumptionis, perfidiæ, maledicentiæ plena. Tunc sanè contra te illam exercebis violentiã, quæ casu nostro requiritur. Vidésne violentiam, quam miles in assultu facit? violentiam facit sibi, dum sursum eluctatur. & violentiam facit illi, qui ex alto illum conatur repellere. Idem tibi faciendum, si ut fortis obsessor rapere Cœlum velis. Et id quidem exemplo suo admirando sanctus præsti-

tit, quem hodiernâ die veneramur. tam efficacem violentiam DEO intulit, ut ab orando ferè nunquam desisteret, ne quidem in continuis, quibus occupabatur, negotijs: & tam vehementem exercuit violentiam erga seipsum, ut ad negandum proprijs sensibus humanum omne solatium, sufficeret, quòd id peti cognosceret.

3. Considera Rapere etiam dicere velocitatem: *Festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus.* 5. Reg. 20. v. 33. unde fluminis valde velociter labentis rapidus cursus dicitur. *Sicut torrens, qui raptim transit in convallibus.* Job. 6. v. 15. Et ideo en tertium sensum hujus sententiæ: *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Sensus est, si vim possis adhibere debitam, te momento cœlũ lucrari posse. Pœnitentem in Cruce latronem intuere: cur ille rapuit? quia pauculis momentis suum reddidit. Verum est eam fuisse violentiam adeò raram, ut omnes tanquam prodigium celebrent. nihilominùs, si jam multum ætate processisti, ne terrearis. uti noveris in hoc casu violentiâ tantò fortiore tam erga DEUM, quàm te ipsum: erga te ipsum per abnegationem tui, erga DEUM per orationem assiduam; & exiguo tempore consequi poteris, ut locum in Cœlo obtineas tam excelsum, quàm alij longo temporis spatio vix obtinerent. Id quod Franciscus Borgia præstitit, qui in Religione non portavit jugum ab Adolescentia, ætate ingressus adultâ; & tamen præ tot alijs Beatus est, qui à teneris sibi impositum portabant.

4 Considera verbum rapere pa-ter innuere actionem quandam pa-seu publicè fieri, quia per hoc ma-mè rapina differt à furto, quod fu-tum clàm fiat in secreto, rapina in pu-blico. quo posito, ecce quatuor la-quinam sint illi, qui Cœlum rapu-hi sunt, qui id expetunt non nu-cum violentia, non tantùm cum vo-locitate, sed etiam apertâ fronte ni-hil curantes dicteria gentis infa-cùm constet omnem rapinam fo-cum strepitu conjungi: *Omnis vi-lenta prædatio cum tumultu.* Is. 9. 1. Tales sunt, qui in cõspectu mundi pro-fitentur se orationi intentos, & abne-gationi sui severæ. Alij, qui id-præstant, sed furtivè tantùm, qu-ad fugiendos rumores, non tam ra-re Cœlum quàm furari dicendi sunt hinc multi aliquando apparebunt in-se prædones prorsus fortunati, qu-tales nunquam à quoquam essent ha-biti. ut adeò illorum typus esset ab-neus famosa Hæmorroissa, quæ ma-tans in turbâ propinquavit Christo tactum simulans non pietatis fru-non ex fide, vel fiduciâ, sed temere casu factum, furto, quod unquam gerit aliquis, artificiosissimo salu-retulit. non ita decem leprosi, qui viso Christo vel eminùs levabant vo-cem: non ita Centurio, non Cana-næa, ac præ omnibus cæcus ille Je-ruchintinus, qui quò magis prohi-batur à turba, tantò altiùs extulit vo-cem lumen postulans. Iste eos

præsentat, qui non furantur Cœlum, sed rapiunt. & talis esse quoque voluit Sanctus hodiernus. Aliquanto quidem tempore studiosè egit ad modum furis, quando in Aula splendido superbóque pallio texit propositæ Sanctitatis intentionem. deinde verò sumptis majoribus animis abjecit larvam, & raptorem professus est : & cùm omnem ejecisset fastum mundi, sumpto habitu luctui & ludibrijs apto cæpit etiam conculcare, dum sibi erubuit sordidissimo in humeros ejecto animale comparere in publico. Tu igitur quid agis, qui, cùm fortitudine animi ad rapiendum Cœlum necessariâ careas, nec quidem sagacitate polleas illud furandi ?

5. Considera, si tibi non sufficeret robur animi, ut modo, quem diximus, furari Cœlum, vel rapere audeas, non ideo desperandum, quia tuam quoque erit, modò vi capi te velis. An nescis potiores beatorum esse pauperes, esse ærumnosos, afflictos, persecutionibus imperitos, aliósque magno numero, qui diversis tribulationibus à DEO compelluntur in Cœlum ? hi sunt, de quibus dicitur; *Compellentur intrare.* quia verum quidem est, eos invitos in malis suis versari, nihilominus, cùm in pace ea perferunt, non solùm possunt ascendendo æquare eos, qui sibi Cœlum furantur, aut rapiunt, sed etiam superare. Tu igitur saltem ex his esto unus, & salvus eris. An non vides, quod in compressione populi fieri solet ? quantumvis ille intret Ecclesiâ, qui vi urget ingressum, nihilominùs & ille intrat, qui ab impetu turbæ subsequentis se finit introportari, quin nonnunquam citiùs intrat. Idem in casu nostro contingit. Itaque si aliàs sis in Spiritu debilis, sine ut paupertas, angustiæ, ærumnæ, infirmitates, maximè verò graves persecutiones, quæ, ut ita dicam, densantur in humeris, suppleant vigorem, qui tibi deest, sponte operandi : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum DEI.* Act. 14. v. 21. An fortè dono tibi cedere Regnum cupis ? hoc fieri nequit : *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

IV.

S. Franciscus Assisias.

Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem Scientiam JESU Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum Lucrifaciam. Philip. 3. v. 7.

1. COnsidera, quantum possit in anima vivum lumen. Illa, in quibus olim Apostolus ceu mercator, qui in tenebris nundinatur margaritas, omnia sua lucra reponebat, voluptates summas, opes, honores, illa, inquam, viso hoc lumine non modò lucra non videntur ampliùs, sed detrimenta, qualia scilicet viderentur suæ merces illi, qui, cùm putaret se margaritas emisse, dein advertit pro his vitra fuisse nundinatum. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.* Talia erant Ritus Judaici, quos aliquando tam ardenti studio didicerat, professus fuerat, atque defenderat, ut ideò famam sibi in populo maximam compararet Zelosi Israëlitæ. Isti deinde spectati ad lumen fidei, quod cum doctrina Evangelica nactus erat, clarè videbantur detrimenta, seu jacturæ manifestæ, tum ratione lucri cessantis, quatenus impediebant, nequis acquireret amorem Christi; tum ratione damni emergentis, quatenus etiam tollebant jam aquisitum, dum manstinere jam non ampliùs liceret [illegible] cuilibet accidit, qui simile cum [illegible] stolo sortitur lumen. ô quam [illegible] ille se ipsum, quòd & ipse more [illegible] rum deperiverit aliquando [illegible] Mundi dictamina, quòd in prima [illegible] buerit contentiones inutiles, [illegible] dendi certamina, verborum [illegible] titulorum vanitatem, commun[illegible] turbam, plausus, domina, & [illegible] quid reliquit, ut Christum [illegible] tur: *Propter Christum.* Sibi [illegible] simili ex causa non perinde [illegible] scas te ipsum, quid dicemus? [illegible] liud non potest, quàm te non [illegible] in tali luce: *Justitiæ lumen non [illegible] nobis.* Sap. 5. v. 6.

2. Considera Apostolum non [illegible] lùm arbitratum esse detrimenta [illegible] olim lucra putabat, sed ulterius [illegible] gressum existimâsse ob eandem [illegible] sam omnia detrimenta, quæ non [illegible] Christus, hoc est, Nobilitatem, [illegible] quentiam, Eruditionem: & [illegible] ejusmodi dotes quantumvis mag[illegible]

tas : quandoquidem quisquis harum carâ aliquâ tangitur, necesse habet, ut vel non aspiret ad sequelam Christi, vel eam deserat. Atque hoc est, quod vult exprimere Apostolus, cùm pergit dicere : *Veruntamen existimo omnia detrimentum esse.* Dum ait *Veruntamen*, vult dicere. *Quin imò*, quod ejus adverbium corrigentis se ipsum, quasi advertat se hactenus parùm dixisse. unde idem fuit, ac si adjungeret: *Quin imò existimo non solùm illa, quæ mihi fuerunt lucra, detrimentum esse, sed omnia.* Quomodo verò processit Apostolus ad formandum tam promptum judicium contra torrentem, ut ita dicam, totius Generis humani, quò ejus generis bona in summo pretio habebat? Processit ad hoc formandum propter eminentem scientiam, quam adeptus erat non in schola Gamalielis, non Platonicorum, Peripateticorum, vel Gymnosophistarum, sed in schola JESU Christi Filij DEI : *Propter eminentem scientiam JESU Christi Domini mei.* Omnis scientia, quam accipimus à Christo, eminens est, quis nescit? nam illa longissimè ceteras excedit, jam memoratas, quæ non sunt ipsius, at si inter istas una alteram excedere dici potest, quænam erit? illa, quæ docet, eum, qui non suis omnibus, & sibi omnino renunciat, non posse fieri sectatorem Christi : *Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. v. 33. Hæc est scientia eminens, quia nulla capitur minùs, aut certè minùs exercetur, quàm ista, nempe ut nudus nihil in terra velis nisi nudum Christum : at bene eam cepit, bene etiam exercuit Apostolus, prout videre licet ex vita, quam duxit, in tanta penuria, tot peregrinationibus, tot persecutionibus ab ipso toleratis, ut nomen Christi gentibus inferret incredulis. Atque ad hanc aspirare debes scientiam, ad hanc eminentem. hanc si consecutus fueris, habe pro indubitato non solùm omnia bona, quæ possides, aliquando visum iri detrimenta manifesta, sed omnia, quæ possidere possis, *omnia, omnia*, inquam, sine exceptione. *Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam JESU Christi Domini mei.* Sed in eo versatur difficultas, ut verè pertingas ad scientiam talem, hoc est, ut tibi persuadeas, quando omnibus renuncias bonis, quæ mundus tibi possit offerre, ut habeas nudum in Cruce Christum, hunc solum omnia posse compensare, imò præ omnibus satiare. ô quantus est ille thesaurus Christi, qui lucrifactus tantis æquivalet. & tu eum dabis pro ullo bono terreno, infantium more, qui perlibenter nucem à te oblatam porrecto adamante permutant?

3. Considera, quomodo proinde concludat Apostolus se propter Christum bona ejusmodi caduca universim rejecisse. Sed ut loquatur, adverte : *Propter quem omnia detrimentum feci*, hoc est, *omnia rejeci, omnia repuli, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.* An majorem præferre potuit contemptum? ait ille imprimis

se abjecisse. noluit tamen dicere: *propter quem omnia detrimentum feci*, hoc est, *jacturam feci*, ne ostenderet, se in illis reijciendis damnum fortè aliquod incurrisse. Dixit: *omnia detrimentum feci*, hoc est, *feci omnia, ac fi essent detrimentum:* quia hoc illis fecit, quod solet rebus perniciosis, quatenus abjecit. At quia alia quoque erant bona, quæ Apostolus à se non rejecit, quia non possedit, qualia erant sceptra, tributa, throni, aulæ obsequia, ideo subjunxit, quæcunque Mundus haberet bona, sive quæ à se essent possessa, sive quæ possent possideri, cuncta æqualiter à se reputari ut stercora. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora.* hoc est, *Propter quem omnia, quæ possidebam, detrimentum feci, & omnia, quæ possidere possem, arbitror ut stercora.* & quare? quia discrimen notabat, quod inter omnia Mundi bona, & solum Christum intercedit. Itaque omnia ista mundana bona pluribus alijs scripturæ locis cum stercore comparantur: nec immeritò. quia vel hæc bona pertinent ad Concupiscentiam carnis, id est, ad lasciviam. & ista stercora vocantur ob fætorem, quem semper solent reddere remotis malâ nominis famâ, vicinis exemplo malo. *Computruerunt jumenta in stercore suo.* Joël. 1. v. 17. vel pertinent ad Concupiscentiam oculorum, hoc est, ad Avaritiam; & ista stercora vocantur propter sordes, quas in ijs contrahunt plerique hominum; cùm sit oppidò difficile ea tractare, & non inquinari. *De stercore homo lapidatus est piger, & omnis, qui sustulerit eum, excutiet manum.* Eccl. 22. v. 2. Vel pertinent ad superbiam vitæ hoc est, ad Ambitionem. & ista stercora vocantur, quia celeriter computrescunt. *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus stercus & vermis. hodie extollitur, & cras non comparebit.* 1. Mach. 2. v. 62. Prima comparantur stercori jumentorum, quia jumenta vilia sunt pecora, uti erant lascivi. Secunda comparantur stercori boum, quia boves animalia sunt pigra, quales sunt Avari, qui quantumvis cupidi, ne tamen plus laborent exantlare necesse sit, quem appetebant in procurandis Cœlestibus divitijs, dicuntur contenti terreni. Tertia comparantur stercori vermioso, quia talis gloria ambitiosorum fœtet putrescit. *Nomen impiorum putrescet.* Prov. 10. v. 7. Verum est, Patres nonnullos motos verbis, ut in his habentur, per hanc vocem *stercora* detellexisse partes illas fœdiores animalis, quæ canibus projiciuntur, cùm illud exenteratur. quippe qui plùs libent vivi luminis, cùm videant non nunquam eos Christianos, qui possunt aspirare ad Cœlestia bona, tamen facere terrena, credunt se videre totidem canes macellum circumstantes, qui certatim accurrunt, atque mordent, & lacerant, quam ob causam? ut plusculum accipiant ex putridæ fæcis, quæ in terram deferunt intestinis animalis exenterati. Nolim malis dicere cum alijs hanc vocem *stercora*

stercora significare hoc loco non minùs aptè sterquilinium, quod quisque à domo sua amotum cupit. Quid igitur foret, si è contrario invenirentur personæ Christianæ Catholicæ, Religiosæ, quæ oblitæ suæ vocationis illud aliquando certatim ad se traherent? *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Thr. 4. v. 5. Et tu esse unquam velis ex his malè feriatis? quæ autem differentia! Apostolus velut stercora abjecit bona hujus terræ, ut Christum haberet, *propter Christum*: & tamen tot alij reperiuntur, qui abijciunt Christum, vel eum non curant, ut habeant bona Terræ, quæ sunt stercora. ô Mercatores dispares! & tu qualis es?

4. Considera, providum mercatorem, qualem se demonstravit Apostolus, utique fuisse magnum illum Mercatorem Assisiatem, qui cùm generoso pede calcâsset omnia bona, quæ possidebat, quæque poterat possidere unquam, nudum, qualis in hunc mundum venerat, se repræsentavit Episcopo, eo facinore hactenus non viso testaturus, se nudum statuisse Christum sequi, quò promptè magis & exquisitè sequi illum posset, ut eum aliquando totum lucri faceret. quod sanè consecutus est. unde nota, quomodo sit locutus Apostolus. dixit se quasi stercora contempsisse omnia, quare? *Ut Christum lucri faciam.* non dixit, *ut amorem Christi lucri faciam*, prout videbatur potuisse dicere, *ut servitutem Christi, ut sequelam Christi*, sed *ut Christum*, quia nihil volebat minùs Christo. & ô quàm id præclarè obtinuit! dum id demum consecutus est, ut quasi unus idémque cum Christo fieret, adeò, ut non dubitaret prorumpere in verba illa tam admiranda: *Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus.* Gal. 2. v. 19. Atque hoc ipsum est, quod etiam obtinuit Magnus Patriarcha Franciscus Seraphicus. Illum aspice, & tum dic, an satis discernere à Christo possis contemptum, pauperem, & vulneratum instar Christi, Sectatorem omnis doctrinæ Evangelicæ in his, quæ Christus litterali sensu expressit. Eò verò pertingere nemo potest solâ scientiâ ordinariâ, quæ ex Evangelio discitur: opus est eminente.

V.

Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in tuo est, non consideras? Luc. 6. v. 41.

1. Considera, quàm parùm rationi conveniat tantâ cum attentione à te observari defectus proximi tui etiam modicos, eósque acri censurâ castigari, cùm tu longè majoribus urgearis, nec utcunque majoribus, sed in

in eodem genere. atque hoc est, quod tibi hoc loco Christus exprobrat, dum ait: *Quid vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?* Trabs sine comparatione major est festucâ, sed non idcirco diversi est generis: nam & illa fuit principio festuca, hoc est, parvus surculus, qui paulatim excrevit in trabem. & tu vides surculum in oculo fratris tui, hoc est, vides iram parvam, quæ in illo exurgit, & non advertis trabem in oculo tuo, hoc est, non advertis iram adeò adultam, ut jam facta sit odium? Istud haud dubiè iniquitatis portentum est, nisi quòd fortè dicturus sis, multò esse faciliùs videre alios, quàm se ipsum. Sed ad tollendam tibi excusationem tam frivolam, ecce Christus non dixit: *Quid vides festucam in oculo fratis tui: trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides.* Sed dixit: *Trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras:* vel, ut apertè dicitur Græca phrase, *non attendis, non animadvertis.* Quodsi ergo defectus tuos advertere non potes illis ipsis oculis corporis, quibus tam facilè notas alienos, advertere debes oculis intellectûs. antequam judicare statuas, aut condemnare proximum, tecum reputa tantisper, sed animo tranquillo, an in te sit invenire similem defectum, sive Iræ, sive Ambitionis, Superbiæ, Intemperantiæ, sive alium fortè magis exorbitantem: *Ante judicium interroga te ipsum.* Eccl. 18. v. 20. & sic fiet, ut desinas agere censorem proximi, dum cognosces, quantò deterior sit status [illegible] quo tu versaris, quàm sit status [illegible] proximi. Si nec eo casu abdi[illegible] quæ fingi possit iniquitas magis [illegible]vilis, magisque inverecunda?

2. Considera, quomodo Chri[illegible] hic dederit probrosum nomen hy[illegible]critæ agenti modo tam fœdo. *[illegible]pocrita: eijce primùm trabem de [illegible] tuo, & tunc perspicies, ut educas festu[illegible] de oculo fratris tui.* Quando [illegible] non solùm est hypocrita, sed ea [illegible]critis maximè infamis. Cau[illegible] quòd non solùm quærat appare[illegible]lior alijs, cùm revera non sit, [illegible] omnibus commune hypocritis, [illegible] quando insuper alijs deterior est, [illegible] quærat per eleemosynas, jejunia, [illegible]gella aut certas orationes pro[illegible] prout ille Pharisæus faciebat in Tem[illegible]plo, sed per contemptum proxi[illegible] ejus quidem, quem tenetur [illegible] meliorem se, quærat authoritate [illegible]rogantiâ, fastu, & pro superiore [illegible]rendo non solùm in actu præcipe[illegible] qui minor est, sed etiam reprehen[illegible]di, qui est major. Quo posito [illegible] putas ejusmodi hypocritam mag[illegible] ominabilem videri quovis alio, [illegible] animo concipi à te possit? Qui[illegible]go necesse foret in ipso videre [illegible] lineamentis expressum? an igi[illegible]lium non habes modum exist[illegible]nem tibi pariendi nisi adver[illegible] monstrando Zelum, quem illi [illegible] contra te usurparent? hoc est [illegible] sibi existimationem contra omnem [illegible]dinem rationis.

3. C[illegible]

3. Considera, si non fastu aliquo sed bono zelo movereris, quando vis condemnare minores defectus fratrum tuorum, quin priùs curam habeas de tuis, te non solùm rem facere alienam, ut modò demonstravi, usurpando autoritatem tibi minimè competentem, sed etiam inutilem. unde cùm Christus hîc dixit: *Quid vides festucam &c.* illo *Quid* tenuit: *Ad quid vides? Quorsum vides? Quam ob rem vides?* eo ferè modo, quo alibi dicitur: *Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico?* Luc. 6. atque ut sit. quam utilitatem capies ex hoc tuo, quem contra fratres tuos demonstras, quin priùs attendas tibi? nec prote capere illam potes, nec pro fratribus tuis. non pro te, nam ut etiam ex aliorum oculis festucas omnes possibiles tolleres, nihil te juvat, si interea tuam tibi trabem retineas. Cum omni bono, quod feceris alijs, eos corrigendo, convertendo, ipse damneberis juxta illud Christi oraculum: *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno Cœlorum.* Mat. 5. v. 19. Non dixit: *Minimus erit in Regno Cœlorum*, quia talis quisquis est, non habebit locum in Paradiso, nec in angulo quidem. Sed dixit *Vocabitur*, quia quamcunque magnus æstimetur in terra, contemnetur in Cœlo. *Super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit DEVM adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum.* id est, doctrinis illis, quibus in suis concionibus abundabat, in confluxu, in comitatu, in æstimatione, *& prævaluit in vanitate suâ.* Ps. 51. v. 8. Nónne igitur satius est utilitati tuæ tempus illud impendere, & laborem, quod aliorum tribuis commodis? Trabem habes hærentem oculis, & illa nondum tibi lacrymas exprimit? habes, inquam, tecum gravissimum vitium, & non laboras, non affligeris; imò nec curâ aliquâ tangeris tui ipsius, bene autem illorum, qui sunt minùs rei. Stultitia hæc est manifesta: *Qui alium doces, te ipsum non doces.* Rom. 2. v. 21. Deinde sicut pro te capere utilitatem nullam potes, ita neque pro fratribus tuis. quippe loco profectûs, quê faciant ex zelo tuo, quo illorum arguis defectus, nónne vides eum rideri? certè si tu quamvis trabem in oculis circumferens festucam possis cernere in illorum oculis, longè magis illi festucam gerentes in oculis poterunt cernere trabem tuis inhærentem. Quæ cùm ita sint, nónne rideant zelum tuum dicentes intra se: *Medice cura te ipsum.* Luc. 4. non ridebunt duntaxat, sed & scandalum patientur, dum considerant te agere velle Judicem eo ipso tempore, quo sis reus. Quid ergo facies? *Ante judicium para justitiam tibi.* Eccl. 18. v. 19. Si verè desideres prodesse fratribus eos judicando, depone priùs trabem de oculis tuis, excute commissum malum, deplora, detestare, muta vitam, *para justitiam tibi.* tunc enimverò æstimabitur bonus ille zelus, qui aliàs fastus esse

esse censebitur, quippe vel fastum, vel temeritatem insolentem esse oportet velle de alterius facie abstergere pulverem sed manibus lutosis. *Ab immundo quid mundabitur ?* Eccl. 34. v. 4.

4. Considera, nisi priùs emendes te ipsum, te non solùm facere rem iniquam & inutilem circa alios te occupando, sed etiam summè noxiam saltem tibi. *In quo enim alterum judicas, te ipsum condemnas.* Rom. 2. v. 1. An non vides, dum agere vis Judicem, cùm sis ipse reus, te provocare contra te ipsum Iram DEI? verum est, ijs, qui ex officio judicant, uti sunt Principes, Præsules, Ministri, non ideo omittendum officium, quòd majoris delicti sint sibi conscij, quàm sit illud, de quo judicant. at qui tali officio non fungitur, usurpare illud nequit, ne quidem intra solos terminos reprehensionis prædicatoribus concessos. Qui vult alios reprehendere sive privatim, sive publicè ob vitam malè actam, necessariò priùs reformat propriam : *Mundati sunt Sacerdotes, & mundaverunt populum.* 2. Esd. 12. v. 30. Aliàs certum est eum præsumptione peccare, si malum suum ipse solus agnoscat, præsumptione simul & scandalo, si tam ipsi quàm alijs innotescat. hoc verò an tam vehementer provocare Iram Divinam si præsumptione pecces, DEUS confundet tanquam superbum, dissimulare velis iniquitatem eam guendo. *Percutiet te DEVS dealbate.* Act. 23. v. 3. & si scandalo pecces, DEUS te condemnabit ut seductorem, quòd qui conversurus animas eas perverat his, qui *Pseudo-Apostoli* vocantur hoc est, *Operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.* 2. Cor. 11. Quòd igitur velis admonemoximum de stipulis, quæ ejus oculis, hoc est, de illis culpe pijs, quæ forsan ipse cognoscere potest seipso, res sine dubio sed purga priùs oculos tuos à stipitibus, qui jam profundissima ita loquar, radices egerunt, purga eos à culpis, quæ inte graves existunt, sed inveterat cus tantò magis DEO te displicere est, quantò iniquus cum gis pro Justo te geris. *Recede à me, non appropinquo quia immundus es. Isti fumus in furore meo, ignis ardens die.* Is. 65. v. 5.

* * *

VI.

S. Bruno.

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Habac. 2. v. 1.

CONsidera, quisquis attentè considerat id, quod propositum tam magno Patriarchæ Brunoni, quando fundamenta jecit Instituti tam præclari in montibus Gratiano-politanis maximè inaccessis desertisque, judicarum, hausisse illud è verbis Prophetæ, quæ hoc loco meditanda sumuntur. Primum, quod propositum illi fuit, erat solerter excubare in sui custodiam: *Super custodiam meam stabo.* quia verò id consequi nemo potest, nisi instar militis numerosis undique cingatur munimentis, ideo subjungit: *& figam gradum super munitionem.* tum verò ita bene intus foris que defensus quid porro agere sanctas statuit? statuit in munitione suâ consistere instar excubitoris attentissimi ad contemplandum, quid in morte Christus esset quæsiturus circa cogitationes, verba, & opera, quæ in vita præstitisset. & quid ipse redditurus esset responsi. *Et contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.* quippe territus hic sanctus spectaculo Doctoris Parisini, qui ter de sandapila clamabat, se fuisse præsentatum Judici, examinatum, & condemnatum, inde sumpsit occasionem cum socijs secedendi in eas cavernas tunc adeò ab omni hominum commercio remotas, & rationes vitæ suæ ex proposito perpendendi. Situ in eundem modum verba ista Prophetæ verteris ad tuum commodum, ô quantum prodesse aliquando ad salutem possunt! Neque dicas verba ista hîc à Propheta prolata secundùm litteram occasione sermonis de primo Christi in hunc mundum adventu, ut ex sequentibus colligitur: *Apparebit in finem, & non mentietur; si moram fecerit, exspecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* quandoquidem non ignoras, primum Christi adventum & secundum facilè invicem commutari.

2. Considera imprimis adhibendam custodiam tam internam, quàm externam. *Super custodiam meam stabo.* Ecce custodiam interiorem. *& figam gradum super munitionem.* Ecce exteriorem. quoad interiorem dicere oportet: *super custodiam meam stabo*, nec sustinebo, ut quisquam pro-

grediatur ad violandum cor meum. *Omni custodiâ serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit*, hoc est, *vita & mors*. Prov. 4. v. 23. Cor tuum est instar arcis, à qua vita spiritualis animæ tuæ mórsq; dependet. Tres sunt hostes, qui inter se fœderati continuò anhelant, ut eo potiantur. Circa te Mundus est, infrà Caro, suprà diabolus. Mundus obsidet vanitate, Caro voluptate impugnat, diabolus iniquitate quatit. vide proinde, an non suprà, & infrà, omníque ex parte custodiâ sit opus. contra Mundum tueri te debes Paupertatis studio, contra Carnem servare te debes Puritatis amore, contra dæmonem securitatem tibi præstare debes imprimis in oratione per recursum ad Dominum, deinde in Obedientia ad ejus in terra Vicarium. *Omni custodiâ serva cor tuum.* Ita est, custodia ejusmodi non potest in omnibus esse eadem, sed in quolibet conditioni statûs accomodata. unde non solùm dicit Propheta : *Super custodiam stabo*, sed *super custodiam meam*. Diversa debet esse custodia Virginis, & conjugatæ, Clerici, & Laici, Monachi, & Liberi, Negotiosi, & Contemplativi. ideo juxta obligationem tui statûs dicere oportet: *super custodiam meam stabo*. id est, super custodiam, quæ mihi convenire possit, rigidissimam, maximéque restrictam. & quænam ista? cogita, & cognosces.

3. Considera, nullam arcem, ut ut fortis illa sit, & bene custodita, satis esse securam, nisi externa quoque munimenta accedant. ideo Propheta subjungit : *& figam gradum super munitionem*. quænam illa munitio, qua sermo est? sunt sepes, & palifixi, clausträque, si ita loqui licet, quibus non permittitur, ut cuilibet pateat accessus. aliàs improvisa deprioni obnoxia arx erit, quin tempestivè cavere possis. Itaque ut bene custodias, necesse est non admittas domum tuam commercia suspecta vel suspecta. quanquam parum proea intro non admitti, si tu ad illa erenda foras prodeas. unde cauxit Propheta : *& figam gradum munitionem*. cur *super*? an non erat dicere *intra*? Nequaquam. standum tibi in ipsis munimentis qui in apice propugnaculi alicujus cubat, ut etiam eminus prospicat propinquantem. *Super Speculam mini ego sum, stans totis noctibus.* 21. v. 8. ô quantum habent monti omnes istæ custodiæ, siquis consequi salutem. nónne vides, quantâ curâ ubique soleant adhiberi cum aliquem ab armis hostilibus defendendum? & tamen arma illa, ferro, & igne sæviunt, quid posmortem afferre temporalem rantur & durum tibi videtur eos usurpet ut animam ab armis protegas, mortem afferunt æternam? super stodiam meam stabo, & figam dum super munitionem.

4. Considera in hac custodi nunquam fore otiosum. nam prunquam, quòd procul à te arceas tus omnes hostiles, quod non est, habebis occasionem seriò cogi-

de supremam horam, quod fieri unicè nostrâ interest in hoc mundo. an forte nescis quamprimùm venturum Dominum, ut à te strictissimam exigat rationem? quid agis igitur, quòd nunquam seriò expendas, quid ille dicturus sit, neque statuas, quid illi sis responsurus? hoc est negotium, quod hac comparatione premere te magis debet quovis alio. atque ideo omnis curiositatis expers es, si solùm per intervalla, & perfunctoriè duntaxat de illo cogites. Non sic ago: sed audi, quomodo locutus sit vir etiam sanctus. *Et contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.* Non solùm ajebat, *cogabo*, sed *contemplabor*, quia cogitatione opus est attentâ & accuratâ, atque in genere suo tam fixâ, quàm sit illa excelsæ contemplationis. ô si nescirem aliquando figeres non solùm à cogitando, sed contemplando Judicio, quàm brevi fores alius & diversus à te ipso!

5. Considera, si hîc de Judicio sermo sit, meritò potuisse dicere Prophetam: *Contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad judicantem me.* Attamen ille dicere malim *arguentem*, & id quidem sapientissimè. Sic enim uno verbo vivacissimè expressit, quidquid in illo Judicio formidabile invenitur. Vox ista *Arguere* quatuor habet sensus in Scriptura significatos. aliquando significat *Manifestare. Vinum corda superborum arguet, in ebrietate potatum.* Eccl. 31. v. 31. & sic in Judicio DEUS arguet peccatorem, quia dupliciter manifestabit. primò ipsi soli in Judicio particulari. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Ps. 49. v. 11. deinde in Judicio universali coram oculis Universi. *Quare detraxisti sermonibus veritatis, cùm è vobis nullus sit, qui possit arguere me*, hoc est de falsitate convincere. & sic in Judicio DEUS arguet peccatorem efficiendo, ut possit quasi manibus palpare, si damnetur, de nemine queri ipsum posse, nisi de seipso. *Numquid timens* (sicut qui arguens disputando aliud afferre nequit nisi debile argumentum) *Numquid timens arguet te, & veniet tecum in Judicium?* Job. 22. v. 4. Convincet illum argumentis generalibus sumptis ex communibus publicisque auxilijs, quæ illi contulit ad salutem: & convincet argumentis particularibus ex privatis propriisque adminiculis. Aliquando *Argue* significat exprobrando confundere. *Peccantem coram omnibus arguere*, id est, *reprehende, ut & ceteri timorem habeant.* 1. Tim. 5. v. 20. & sic in Judicio DEUS *arguet* peccatorem exprobrando tot delicta contra leges omnes commissa. *Ecce venit Dominus facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra DEVM.* Judæ v. 15. Aliquando significat condemnare post Judicium. *Et hos quidem arguite judicatos*, hoc est, *damnate: illos verò salvate de igne rapientes.* Judæ 23.

ita Dominus in Judicio *Arguet* denique omnem peccatorem condemnans ad ignem æternum. *Domine ne in furore tuo arguas me*, id est, *ne punias me in inferno, neque in irâ tuâ corripias me*, hoc est, *ne punias me in purgatorio*, quæ est satis communis interpretatio. Ps. 27. v. 1. Vide nunc, an habeas in hoc verbo materiam totâ vitâ tuâ contemplandi. Habes imprimis id cogitandum, quod Dominus dicet tibi, quando arguet te quolibet ex his modis quatuor hactenus adductis, id est, cùm oculis tuis objiciet iniquitates tuas, cùm te convincet, cùm confundet, & condemnabit. Habes deinde cogitandum, quid in quolibet respondeas. quæ cùm ita sint, an non meritò tu quoque concludes, quod S. Bruno maximâ utilitate sui conclusit? *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.*

* * *

VII.

Ego sum vitis, & vos Palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Jo. 5. v. 5.

1. COnsidera, quemadmodum Palmites indigent vite, & vitis non indiget palmitibus, ita nos inter & Christum contingere. Abscinde de vite palmitem, abscinde secundum, & tertium, vitis semper vigorem suum retinet, progerminare novos potest. at Palmes nihil habet ampliùs pristini vigoris. Hoc igitur est, quod Christus præsenti loco insinuare nobis potissimum voluit, cùm ait: *Ego sum vitis, vos palmites*, nempe ex una parte non indigere se nobis: *Quid prodest DEO, si justus fueris?* Job. 22. v. 3. ex alia verò non minùs indigere nos ipso, quàm quivis palmitum suâ vite. ô si intimè perspiceres summam illam necessitatem, quâ tu indiges Christo, & nullam omnino, quâ ipse egeat tui. quàm profundè demitteres in ejus præsentiâ, & quàm seriò cuperes in illo manere ad modum palmitis fortis contra nimbos nives, & asperum quodq; genus procellarum! *Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames?* &c. Rom. 8. v. 3.

2. Considera, quid sit, quod hic dicitur, manere in Christo, sicut palmes manet in vite. est ita manere in Christo, ut in te vigorem suum possit transfundere. est manere constantem in eo amando. id quod ipse paulò infrà declaravit his verbis: *Manete in dilectione meâ.* Palmites videbis jam resectos à vite, & videbis illi omnino

ziros, at inter unitos istud discrimen est, quòd aliqui sint uniti mortuo quodam modo, alij vivo. Isti sunt, qui ex vite tantum succi trahunt, quantum sufficit ad ferendum fructum. Illi verò sunt, qui succum non trahunt, ideòque sunt macri, squalidi, exucci, & si non omnino mortui ut recisi, sunt tamen morti proximi. Idem accidit in casu nostro. Quidam cum sunt recisi à vite sua Christo, ut Hæretici, *propter incredulitatem fracti sunt*, Rom. 11. v. 20. Alij sunt uniti, & isti sunt fideles. at istorum aliqui uniuntur solâ fide, alij fide simul & charitate. Qui in fide & charitate uniuntur, dicuntur vitaliter uniti, quia vitis unitur ipsis vicissim, facitque operari: *Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEUS in eo.* 1. Jo. 4. v. 16. Qui in fide sola uniuntur, & ipsi dicuntur uniti viti suæ, sed modo inanimi, quia ipsis non unitur vitis, quæ exclamat: *Ego diligentes me diligo*, & ideo cùm ista in eos non transfundat humorem illum vivificum, sine quo non potest palmes unquam ferre fructum vitæ æternæ, si adhuc uniuntur viti, mortuo & inanimi quodam modo uniuntur. En igitur illorum statum fidelium, qui in peccato mortali degunt, planè infelicem. Manent in Christo: sed heu! quâ ratione manent? ita manent in Christo, ut Christus non maneat in ipsis saltem ut Autor Gratiæ: manent, & non manent, manent, inquam miseri sed ut palmites marcescentes & jam jam abscindendi. Et tu si iniquâ sorte te agnoscis unum ex his palmitibus, adhuc lætus vivis?

3. Considera, quomodo Christus se gerat ut vera vitis: *Ego sum vitis vera*, & idcirco ut bonus, ut benevolus nunquam cesset, quantum in se est, transfundere in suos palmites succum vitalem, nisi hi priùs ab ipso per peccatum separentur. Noli igitur mirari, eum ad hoc propositum dixisse aliquando: *Manete in me, & ego in vobis.* hoc est, *manete in me, & ita manete in me, ut & ego maneam in vobis*, quæ est vis in hoc modo loquendi. aliud ipse non desiderat nisi unionem hanc mutuam nos inter & ipsum, atque ideo eam præcipit. & quare præcipit, nisi quia talis unio ex parte ipsius nunquam deest? si possemus nos ipsi uniri per charitatem, quin ipse amore reciproco uniretur nobis, mandatum istud esset inutile, ineptum, imprudens. at cùm ejusmodi mandatum ab illo nequeat proferri, agnoscere debemus, quando vitis hæc Divina humorem non communicat, culpam esse nostram: nos eam à nobis disjungimus; & separamus. *Peccata vestra divisérunt inter vos & DEUM vestrum.* Is. 59. v. 2. Quid ergo agere oportet, nisi agnoscere statum nostrum miserum, atque de eo dolere? Verùm ipsum gemere, quod solent palmites, à vite est: unde si in te dolorem sentis de peccatis, si confunderis, si moveris, si jam incipis quodammodo compungi de errore commisso, quòd ab illo recesseris, qui solus dare tibi potest omne bonum tanquam vitis

tua,

tua, scias hoc ipsum ab ejus favore proficisci. Ipse quantumvis à te separatus te excitat gratiâ suâ præveniente ad agendum de unione restaurandâ, adeò manere in te ipse cupit, quamvis tu demum sis palmes, ipse vitis, quæ proinde nullam in hoc mundo tui habet indigentiam, tot alij etiam sine te supersunt. *Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines ejus.* Ps. 79. v. 17.

4. Considera, quomodo palmes à vite habeat non virtutem tantùm sed actum ipsum producendi fructum, quia ad omnem productionem fructûs, quem cernis paulatim pululare à palmite, continuò vitis vigore suo concurrit, simul operando cum palmite, & gignendo fructum. Ita Christus facit vi gratiæ; dum nobis inest, non solùm tribuit posse facere, sed facere fructus vitæ æternæ. *Ego quasi vitis fructificavi.* Eccl. 24. v. 25. Neque solùm tribuit faciliùs operari, uti Pelagius docuit, nec meliora tantùm aut majora facere, sed omnino dat facere, uti vitis dat palmiti facere uvas: unde Christus hic tantâ emphasi dixit. *Sine me nihil potestis facere.* quo significet, se non tantùm de modo loqui, sed de ipsa substantiâ ferendi fructum. Sine ipso fieri nihil potest. & tu non magis apprehendis necessitatem unionis cum vite? ô si verba illa Divina sæpe repereres: *sine me nihil potestis facere*, quantùm te demitteres in profundum tui nihili!

5. Considera, quemadmodum [illegible] est flos ullus veritatis, unde [illegible] fugere venenum non possit, [illegible] illustribus Christi verbis quos [illegible] duxisse palpabilem errorem, [illegible] tantum tribuendo Gratiæ in [illegible] bonorum operum fructu, ut [illegible] bero arbitrio relinquatur, qui [illegible] stus, dum facit nos ferre fru[illegible] ferre impediat. at quomodo [illegible] pedit, si facit ferre? Exigua [illegible] ret gloria vitis, si ipsa sola uvas [illegible] ceret. maxima ejus gloria [illegible] palmitibus virtutem, quâ & ipse [illegible] cursu simul operando præst[illegible] Christus ajebat: *Qui manet [illegible] & ego in eo, hic fert fructum [illegible]* non negavit palmitem profer[illegible] ctum, negavit à se proferre, [illegible] absque virtute vitis. *Sicut palmes [illegible] potest ferre fructum à semet ipso, [illegible] manserit in vite, sic nec vos, [illegible] manseritis.* an fortè hæc legitima [illegible] consequentia: Palmes, nisi [illegible] vite, non potest fructum ullum [illegible] ferre: ergo neque proferre pot[illegible] fuerit in vite? foret ista conse[illegible] a, quam de stiva rusticus ridere[illegible] fit, ut sicut uvæ tribuuntur [illegible] quam fructus causæ suæ princip[illegible] non desinant idcirco etiam [illegible] palmiti. *Pergentésque ad Torr[illegible] Botri abscinderunt palmitem cum [illegible] suâ, quem portaverunt in vectibus [illegible] ri.* Num. 13. v. 24. Quodsi [illegible] uvæ meritò dicuntur esse p[illegible] quamvis iste sit causa tantùm [illegible] daria, quare opera bona non d[illegible]

nostra? imò unicè dicenda sunt nostra: *Date ei de fructu manuum suarum.* Prov. 31. v. 16. Hic est amor, quo nos complexus est DEUS: voluit dona sua esse merita nostra. unde equidem vitis est, sed talis vitis, quæ nullam nobis imponit necessitatem agendi, quantumvis ejus palmites simus. Solùm facit nos operari: facit, *ut fructificemus DEO.* Rom. 7. v. 4. quia nos tractat ut palmites, quales reverà sumus, rationales.

6. Considera, si ita est, tantò nos illi magis obligari. nam ex una parte dat nobis virtutem operandi, & ideo infundit gratiam; ex alia non tollit meritum operis, imò vult illud nobis imputari, inde nos laudem, pretium, mercedem, coronam referre: & sic liberum non tollit arbitrium. *Est sapiens animæ suæ sapiens, & fructus sensus illius laudabilis.* Eccl. 37. v. 21. Verum est, ipse usus liberi arbitrij totus est ejus donum, ut adeò in te nulla quàm in ipso gloriari nos oporteat. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Sed verissimum quoque est, si usus ejusmodi in nobis bonus non sit, culpam esse nostram: nos quippe sumus, qui non sinimus vitem operari in nobis, prout ipsa cuperet, & vel omnino succum ejus reijcimus, aut si recipimus, in fructum convertimus nunc inutilem, nunc malignum. *Convertistis fructum Justitiæ in absynthium.* Amos. 6. v. 13. Semper igitur menti impressa tene hæc duo principia, siquid agas boni, id à DEO provenire, qui gratiam tibi tribuit, ut velis facere, & ut facias. si non agas, id à te provenire, qui opponens te gratiæ per liberum tuum arbitrium cum tot alijs causam DEO præbes clamandi cum veritate: *Quæ nolui, elegistis.* Is. 65. v. 12. Ira inter duos scopulos medius incedes, quæ unica est via evitandi naufragium. Qui gratiam negat, vult superbus bonum suum tribuere sibi. qui liberum arbitrium negat, vult malignus malum suum indirectè adscribere DEO. Tu utrumque declina ex his scopulis, quia judicari vix potest, uter sit magis infamis & agnoscens omne bonum à DEO esse: *sine me nihil potestis facere*, nunquam cessa id ardenter postulare. *Ex me fructus tuus inventus est.* Os. 14. v. 9. Et quia vides illum nolle agere in te sine te, responde, & cooperare ejus gratiæ vincendo te ipsum. *Viriliter age & fac.* 1. Paral. 28. v. 20.

* * *

VIII.

Si quis in me non manserit, mittetur feras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Jo. 15. v. 6.

1. COnsidera, quomodo videri possit eosdem sensus, quos Christo præsenti meditatione exprimere placuit per similitudinem vitis ad Palmites, ac vicissim, potuisse perinde exprimi per similitudinem cujuscunque plantæ fructiferæ, ut Mali, Pyri, Persici, vel Cedri electæ ad ramos suos comparatæ. Sed non est ita. nam primò nulla alia planta tam promptè reparat, restaurátque ramos, ut vitis palmites. Puta eam, dum omnino spolies: ecce paucorum mensium spatio denuò pululabunt etiam majore numero, quàm priùs fuerint. atque ideo nulla alia planta æquè demonstrat, quàm parùm Christus nobis egeat, quando ipsum deserimus: *Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.* Job. 34. v. 24. Deinde nulla alia planta æquè ostendit ingens commodum, quod rami accipiunt, cùm ab ipsa non separantur. non enim sunt rami, qui tantum possint, cùm plantæ suæ junguntur, quàm valeant palmites viti suæ uniti, tam suaves ac salubres existunt fructus, quos proferunt: nec sunt rami, qui separati à planta valeant minùs. Rami ceteri etiam avulsi plerumque bonum sortiuntur usum artifice manu elaborati; palmites verò planè nullum, nisi quòd foco & fu[illegible]mis serviant. *Fili hominis: quid [illegible] de ligno vitis ex omnibus lignis [illegible]rum, quæ sunt inter ligna sylvarum, numquid tolletur de eâ lignum, [illegible] opus: aut fabricabitur de eâ [illegible] ut dependeat in eo quodcunque [illegible]ce igni datum est in escam.* Ezech. [illegible] v. 1. Iste fuit scopus primarius, [illegible] quem Christus similitudine vitis [illegible]limavit, quâ proinde aptior [illegible] potuit afferri. tu interim an [illegible]pidas cogitando periculum, [illegible] versaris? ô summam felicitatem, [illegible] aliud nolis nisi per dilectionem [illegible]ri Christo! ô summam miseriam, [illegible] ab illo malis separari! *Unum [illegible]bus palmiti congruit, aut vitis [illegible]nis. si in vite non est, in igne [illegible]* Tr. 81. Annot. ex Ezech. 15.

2. Considera primum supplicium, à quo cæpit Christus demonstrare [illegible] felicitatem illius, qui ab ipso [illegible]tur. Eijcietur denique de [illegible]rabilis suæ Providentiæ. *Si quis [illegible] me non manserit, mittetur [illegible] palmes.* Palmites recisi à vite [illegible] ejiciuntur de vinea, ut qui [illegible] digni inter eos versari, quorum [illegible] habetur. & sic demum malis [illegible]bus Christianis in morte accidit. [illegible]cientur Ecclesiâ, hoc est, [illegible]

Congregatione fidelium, cum quibus nullum habebunt ampliùs bonorum commercium, nec gratiæ, nec gloriæ per omnem æternitatem. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum.* Mat. 13. v. 49. Palmites semel ejecti vineâ nunquam eò revertuntur, nunquam. Te ergo quid fiet, si fueris palmes inutilis, palmes degeneres? tunc enimverò, tunc fundes lacrymas omnis solatij expertes, quas modò profundere non potes. *Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham & Isaac & Jacob, & omnes Prophetas in Regno DEI, vos autem expelli foras.* Luc. 13. v. 28.

3. Considera secundum supplicium expressum voce arescendi. *Siquis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet.* Palmes ejectus vineâ denique fit tam aridus, tam siccus, ut omnem amittat stillam ejus humoris, quo fruebatur conjunctus viti. Miserum peccatorem! siquid, cum viveret, habebat boni à Christo, cum sententiâ damnationis illi tollitur omnino. quamdiu vivebat, servabat saltem habitum fidei, per quem dici posset unitus Christo, quamvis mortuo quodam modo. & si hunc quoque perdidisset, ut in hæreticis contingit, superesse saltem potuit habitus virtutis alicujus moralis, qui ipsum adornaret quasi externa foliorum pompa, quæ durat tantisper etiam in recisis palmitibus, Inspiratio, instinctus, remorsus aliquis, qui eum ad priorem statum revocaret. at post mortem finietur omne bonum. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Ps. 21. v. 16. Destituetur damnatus omni succo, qui transfundi possit à vite, quantumvis minimo: destituetur omnibus dispositionibus ad faciendum bonum, omnibus donis, ac dotibus, etiam quas habuit respectu aliorum, quibus sæpe effecit, ut agerent boni aliquid, quod agere ipse per se negligebat. *Auferte ab illo mnam.* Luc. 19. Et tu cùm prospicias ariditatem animæ tuæ adeò funestam, non exhorrescis? *Consumentur quasi stipula ariditate plena.* Nah. 1. v. 10.

4. Considera tertium supplicium in palmitibus expressum, cùm dicuntur colligendi in fasces: *colligent eum.* tria in hoc mala atrocia designantur. I. Subtractio libertatis, quam habebant ad bonum. quia palmites ratione præditi, quales sunt homines, poterant aliquando separati à vite, qualis erat Christus, illi denuò se conjungere. at post fulminatam in se damnationis sententiam, non sic erit: omne robur amittent: *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Matt. 22. Dicuntur manus pedésque ijs ligari, quia miseri nec habebunt facultatem ampliùs agendi bonum ipso opere, neque ad id aspirandi per affectum. II. Consortium impiorum, quia sicut palmites recisi in fasces constringuntur, ut nonnisi premere & lædere possint invicem, ita Damnatis accidet: colligentur *in fasciculos ad comburendum.* Matt. 13. v. 30. id est, superbi in unum fasciculum, in alium luxuriosi, in alium

avari. & istæ erunt mansiones diversæ, quas habebit Infernus, uti Paradisus habet suas. erunt diversi fasciculi juxta diversos gradus pœnarum ad sensum pertinentium. *Sicut fecit, facite ei.* III. Subjectio, quâ tortoribus subdentur. quia sicuti palmites in fasces collecti effugere non possunt manus ministrorum, qui eos in ignem proijciunt, aut injectos furcis suis sus déque vertunt; ita damnati non poterunt effugere manus dæmonum. *Congregabuntur* (id est *plures fasciculi*) *in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.* Is. 24. v. 22. I nunc, & quære libertatem, quæ te stimulat ad abeundum procul à Christo. Ecce in quid denique sit convertenda.

5. Considera quartum supplicium in palmitibus significatum, cùm dicuntur in ignem proijciendi. *Et in ignem mittent.* Jam audisti hanc esse sortem palmitum, ut vel fructum ferant, vel ardeant, & non aliam. Itaque cùm Damnati apti non sint ampliùs ad gignendum fructum, ut qui recisi à Christo habebunt voluntatem per se obstinatam in malo, & penitus perversam, aliud pro ipsis nihil superest præter ignem æternum, sed ignem, qualis est ille palmitum, qui totos urat. unde non dicitur: *Igni damnabunt*, quia potest ad ignem condemnari, qui tantùm ardet ex parte, prout reis illis contingit, quorum latera pectus, pedes facibus ustulantur: sed *In ignem mittent*, quia omni ex parte, quin ulli parcatur, conijcientur in ignem, uti Sarmentis contingit. *Ecce igni datum est in escam utramque partem ejus consumpsit ignis.* Ezech. 15. v. 4. *Utramque partem*, corpus, inquam, & animam. Si minimus digitorum aduratur, in clamores prorumpis. quid igitur erit, si non tantùm igne ardeas, sed in igne, ut Sarmenta, quæ toties proprijs manibus inijcis. quo verò igne? igne, qui semper acerbissimo dolore consumat, nunquam verò ita consumat, ut salvet in cinerem.

6. Considera quintum supplicium in palmitibus significatum verbo ardendi. *In ignem mittet, & ardet.* Non ait *ardebit*, sed *ardet*, ut significet, quantus futurus sit furor, quanta vis & activitas ignis in Sarmenta. Statim facit ardere. Lentus ignis ipse quoque facit ardere, sed paulatim. Vehementer accensus ardere facit momento. & talis erit in damnatis ignis infernalis. *Quomodo lignum vitiatur ligna sylvarum, quòd dedi ignis ad devorandum.* non *ad comedendum*, sed *ad devorandum*; *sic tradam habitatores Jerusalem.* Ezech. 15. v. 6. Verum est, quò melior est dispositio materiæ, eò majorem esse in igne vim agendi. Cùm ergo Sarmenta, de quibus loquimur, adeò arefacta jam sint, ut paulò antè vidimus, cogita, an ignis infernali opus sit futurum tempus spatio, ut ea inflammet. *In ignem mittent, & ardet.* nisi fortè DEUS, cùm dicit *Ardet*, exprimere valet ignem infernalem talem esse ignem, qui ita semper ardeat, ac si modò incipere

ciperet. *Devorabit eum ignis, qui eum succenditur.* Adeò ignis ille per omnia secula eodem semper modo ardet. Job. 20. v. 26. an putas propriarum palmitibus deserere vitem? *Manete in dilectione meâ.* ô quantam Christus habet causam te admonendi, te abipso te avelli patiaris ullius temptatis insultu. ab eo, quòd ipsum ames, ipsi obedias, ipsum honores, ipsius gloriam fideliter propages, omnia bona tua dependent. at si fortè non movent bona, quæ in te resultant, si nexu stabili tanquam palmes inhæreas viti tuæ, saltem moveare malis, quæ ab ea recedentem sequentur.

* * *

IX.

Dixerunt animæ tuæ: incurvare, ut transeamus, & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Isa 51. v. 23.

COnsidera inventos esse aliquando maximæ dignitatis viros, qui diversis regibus Barbaris etiam pro scabello servierunt, & passi sunt sibi illis per fastum calcari. Sed hoc tamen coacti fecerunt, prout Valeriano Imperatori accidit, cùm esset prælio victus à Sapore superbo Persarum Rege. quando unquam inveniet quisquam, qui juris sui cùm sit, velit alteri præstare obsequium adeò probrosum? & hoc tamen est, quod toties præstitisti dæmonibus tentatoribus tuis. *Dixerunt animæ tuæ; Incurvare, ut transeamus.* tu verò quid respondisti? nihil equidem verbis, sed factis ipsis demonstrâsti placere tibi eorum postulata: illico *posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* En igitur, dæmones, cùm tentant, tantum facultatis non habere, ut te pedibus substernant, nisi sponte velis. *Dixerunt animæ tuæ: incurvare, ut transeamus.* & quare *dixerunt*? quia ipsi efficere non possunt, ut invitus curveris. possunt equidem suum tibi exponere desiderium, te instigare, incitare, suadere, sed non cogere. unde de te non dicitur hoc loco: *coactus es ponere ut terram corpus tuum*, sed *posuisti.* quia libertimè placuit eorum obsecundare votis. Ecce, quàm facilè aquieveris. nec expectâsti quidem, ut illi vehementibus aut iteratis assultibus suarum persuasionum magis stringerent. Satis erat hoc dixisse. *Dixerunt, & posuisti.* adeò promptè illorum suggestionem secutus est consensus. nec erubescis, dum cogitas, quòd tu Christianus cùm sis, dignitate tantò superior dæmonibus, quantò Regius filius eos superat, qui à Rege ut mancipia attinentur, quòd, inquam, ad tantam abjectionem & vilitatem descenderis, quæ superat omnem

mnem fidem. ô quantopere erubescendum tibi foret, quòd ultro te substernas fœtidis dæmonum pedibus, qui à te erant conculcandi! *Conculca anima mea robustos.* Judic. 5. v. 21.

2. Considera, quomodo dæmones in ipso exercitio tentandi tuam dignitatem fateantur, cùm dicunt tibi: *Incurvare, ut transeamus.* quid est curvari, nisi ex alto sponte se demittere? atque hoc est, quod fieri volunt dæmones, cùm ad malum alliciunt: nempe ut te demittas ad æstimanda terrena bona, & eadem procuranda, immemor cœlestium, ad quæ natus es. Sed eorum nota malitiam. certum est dæmones à te semper velle, quod fieri possit, deterrimum: volunt, ut te in terram proijcias eorum pedibus substratus: *ponas ut terram corpus tuum.* & tamen solùm petunt, ut te curves: *Incurvare.* hoc enim est illorum commune principium: petere initium mali, quod minimè videatur magnum, unum aspectum, arrisum, amorem pomi vetiti, prout ab Eva postulârunt. adeò certi sunt, si illud obtineant modicum, totum obtenturos, ob summam proclivitatem, quam habet quisque, in malo transeundi à modico ad magnum. *Dixerunt animæ tuæ: incurvare, ut transeamus.* & ecce, quia non restitisti animosè, quò demum vilitatis delapsus sis: *posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* An non poteras contentus esse, si hoc ageres malum, quod à te petebatur, nempe ut te curvares in terram? poteras, sed nolebas. Incurvationi addidisti prostrationem, hoc est, quidquid erat gravioris peccati.

3. Considera neque solùm te voluisse prosterni, sed manere stabiliter prostratum, quasi servitutum dæmonibus pro terra, & terrâ vili, qualis illa est, quæ conculcatur. hinc tamen dicitur: *posuisti in terrâ corpus tuum,* sed *posuisti ut terram.* atque ut constet, de qua terrâ sit sermo, mox adjungitur: *& quasi viam transeuntibus.* Terra herbosa, qualis est per alicujus vel campi sine dubio sed quoque terra est, sed non permissa transeuntibus: sola est via publica, quæ patet liberè commeantibus. atque ad rem adeò probrosam te demittere voluisti, ut fieres instar viæ publicæ, per quam hostes tui ultro citroque discurrerent pro libito suo ad majus tuum opprobrium. & hic demum est status, ad quem peccatores prolabuntur. *Ponunt ut terram corpus suum,* peccato scilicet, quod committunt, & ponunt quasi viam per consuetudinem peccandi.

4. Considera statum *habitualiter* peccantis, seu habentis consuetudinem peccandi eum esse, ad quem revera dæmones te deducere desiderant, cùm planè velint, ne unquam amplius consurgas eorum pedibus subductus: & tamen initio non nisi transitum postulant. *Incurvare, ut transeamus.* numquid igitur sensu cares, si te decipi patiaris adulatione tam maligna? Hoc facies peccatum, inquiunt, & tum confiteberis. atque hac ratione

alia

aliud petere non videntur, quàm ut transeant; quis neget? sed fide illis, & tum videbis. Transitus, quem concessisti, fiet quasi transitus viæ publicæ transitus continuus atque perpetuus, transitus, qui tantam trahet servitutem, ac si foret commoratio stabilis. & talem tu illis transitum concedes? Hostibus juratis, proditoribus, Tyrannis, prædonibus publicis non permittitur transitus. tales autem sunt dæmones, qui te tentant, si bene nôsti.

X.

Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta. Eccl. 9. v. 1.

COnsidera Ecclesiastem non loqui hoc loco de quocunque genere hominum, sive justi sint, sive peccatores: de Justis loquitur, quia peccatores manifestè sciunt se esse dignos odio: Justi non sciunt manifestè se esse justos, atque adeò neque sciunt se amore dignos. Causa discriminis est, quia peccatum totum est opus nostrum, & ideo facilè constare potest, nostrum ejusdem rei. Gratia infusa, nobisque inhærens, quæ justos facit, vera est opus DEI, & opus quidem intimum, & quod percipi nequeat, & se constare nobis haud potest, an eo simus exornati. Scimus equidem, hanc certò sequi, si debitæ dispositiones antecesserint: de his verò quis nobis securitatem præstabit? Duo tantùm sunt canales, per quos gratia sanctificans derivatur, Baptismus & Pœnitentia. primo peccatum deletur *Originale*, altero *Actuale*. Quoad primum necessaria est intentio Ministri, quæ nobis manet penitus occulta. quoad secundum ultra intentionem Ministri requiritur ex parte nostrâ detestatio peccati, quæ complectitur veram pœnitudinem, verumpropositum. de his verò quis certos reddit, quòd perfectionem attigerint requisitam? quippe negari non potest scriptum esse: *cùm quæsieris Dominum, invenies eum*: sed videmus adjungi: *Si tamen toto corde quæsieris eum, & totâ tribulatione animæ tuæ.* Deut. 4. v. 29. Atque in hoc ambiguitas versatur. *Nescit* igitur, *nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta*, id est, *in futurum tribunal Christi.* Donec ibi comparebimus, vivemus semper de nobis ipsis incerti, adeò, ut nec sciamus, an simus salvi futuri. Proinde, cùm dicitur: *Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit*, de quovis odio intelligitur. Intelligitur de odio simplici, quo odit DEUS peccatorem, cùm eum videt existentem in peccato, & ejus causâ illi quidem

dem irascitur, sed tolerat tamen, quod est odium indignationis. Rursus intelligitur de summo odio, quo DEUS illum persequitur, cùm videt existentem in peccato, & ejus causâ non irascitur duntaxat, sed etiam permittit, ut in eo mor.itur, & pereat, quod est odium reprobationis. Et tu in incertitudine versaris adeò horribili, nec moveris? *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ*, id est, *quia contexerunt me tenebræ. Timor* quoad statum præsentem, *Tremor* quoad futurum. Ps. 54. v. 6.

2. Considera, quomodo primâ fronte videri possit DEUM durè nobiscum agere, dum per omnem vitam tantâ incertitudine suspensos tenet, cùm tam facile ipsi foret, si vellet, eâ nos liberare. nihilominus non poterat ille meliùs necessitati nostræ consulere. quippe si certi essemus de bonitate statûs nostri præsentis, quàm pronum foret nos superbire, & sic excidere eo statu? & si certi essemus de felici exitu, quàm facilè contingeret nos negligere præsentem statum? dices potuisse Dominum largiri nobis tantam abundantiam gratiæ, ut utrumque periculum vitaremus. ita sanè: & cùm nihilominus id non faciat, signum est eum causam habere gravissimam potiùs omittendi quàm faciendi. & quis medicus ab ægris præscribi sibi leges patitur circa modum illos gubernandi? ipse scit, qui sint modi utilissimi, & non illi. ô quantum hauserunt commodi etiam majores sancti ex hac incertitudine [illegible] quidem sed beatâ! imò ista [illegible] maximos Ecclesiæ Sanctos [illegible] quia ista fecit, ut non modò [illegible] mam coram DEO semper [illegible] servarent, in cujus manibus [illegible] esse sortes suas, sed etiam coram [illegible] minibus, quos meritò poterant [illegible] car meliores se. Quos sunt, quos [illegible] spernis, quia stultè te illis [illegible] reputas? *Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta.* & tu tam tam hberè meliorem te reputare aliis, qui coram DEO sunt [illegible] gratiæ longè majoris, quàm tu [illegible] mox erûr etiâ in statu gloriæ [illegible] stulta præsũptio! *Vidimpius [illegible]*, inquit Ecclesiastes, *qui etiã, cum adhuc viverent, in loco sancto erant, & laudabantur in civitate, quasi [illegible] rum.* & tamen tunc tempore [illegible] impij. Ecclesiastæ 8. v. 16. Quis ergo posset aliquando id ipsum [illegible] tumulo inscribi? Itaque [illegible] sapias, dum omnia adhuc [illegible] certa.

3. Considera, hanc incertitudinem [illegible] si rite perpendas, tantopere [illegible] ut si in tuo esset arbitrio eâ [illegible] hoc ipso momento certum [illegible] do futuræ salutis nuncium, id [illegible] nullo modo curandum foret. [illegible] ut totus ingenti cum fiducia [illegible] à Misericordia Divina. *Ecce [illegible] Salvator meus: fiduciabiter agam, & non timebo.* Is. 12. v. 2. ô si [illegible] quanti hoc esset meriti, quanta [illegible]

ritis & lucri! fortè majorem DEO honorem exhibere non potes. Hinc est, quod quidam genuinus DEI famulus, post quam annos plurimos luctatus est cum anxia cura, quam illi pariebat horrenda cogitatio de prædestinatione sua tantum deinde conceperit fiduciam, ut si DEUS in ejus manu posuisset authenticum pro securitate salutis instrumentum magno animo diceret, se in ejus conspectu fuisse laceraturum, quo pergeret, uti prius, à sola ipsius bonitate pendere. Interea sufficit te extimi bonæ conscientiæ testimonium, quod dicter tibi, te non esse certum de remissa tali culpa, quæ in præsens te constituat inimicum DEI: secus enim quid dubitet eundum illico ad sacram homologesin? sufficit, quòd insuper cupias in munere tuo, quantò maximè potes, servire DEO, ipsi placere, ipsius gloriam procurare. sufficit, quòd nolis apertis oculis culpas admittere etiam veniales: & tum cogita destinatum tibi Paradisum. *si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad DEVM.* 1. Jo. 3. v. 21. Dices Judicia Divina esse occultissima. quis nescit? *Judicia DEI abyssus multa.* porrò quid agere oportet etiam in tanta abysso? semper recurrere ad DEUM, semper illi se commendare, semper dicere, ne permittat unquam te esse proditorem sui. Quod si feceris, fiducia, quam in ipso collocas, quavis securitate amplius præstabit, quia quantum ista adderet quietis, tantum detraheret meriti. *Erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.* Jer. 39. v. 18.

* * *

XI.

Fili accedens ad servitutem DEI sta in Justitiâ & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Eccl. 2. v. 1.

COnsidera, quomodo tentari sit commune non incipientibus tantùm, sed etiam Proficientibus, etiam perfectis. Unde Christus ipse dignatus est tentationibus subjici, ne quis existimet eas sibi inconvenientes. Videtur ergo non fuisse hic dicendum ab Ecclesiastico: *Fili accedens ad servitutem DEI præpara animam tuam ad tentationem.* sed potiùs: *fili, qui accessisti:* ut daret commune omnibus documentum. Nihilominus dicere ille voluit: *Fili accedens,* quia si etiam Proficientes & Perfecti in statu suo pati possunt tentationes gravissimas, non possunt non pati Incipientes, ob furorem dæmonis, quo illos atrocissimè persequitur, quos videt ipso facto de suo profugere dominio. *Nunciatum est Regi Ægyptiorum, quòd fugisset populus &c. tulitque, quidquid in Ægypto curruum fuit, & persecutus est filios Israel.*

Israël. Ex. 14. Dein Ecclesiasticus vult hoc loco hortari Justum, ut ad tentationes se præparet: *Præpara animam tuam ad tentationem.* quo posito dicere debuit: *fili accedens*, nam *qui accessit*, & ideo vel inter Proficientes, vel inter Perfectos censetur, ponitur jam esse paratus ad tentationes, ut vincere eas possit. Parare se proprium est Incipientium, quibus proinde ut talibus etiam hoc loco suggeritur, ut non solùm stent firmi in proposito justissimo, quo servire DEO statuerunt, quod est commune ceteris statibus, sed ut semper timeant, quod est magis proprium statui ipsorum: *sta in Justitiâ & timore*, quia in isto majus est periculum ob defectum experientiæ. Cùm igitur hîc dici audis: *præpara animam tuam ad tentationem*, & non *ad tentationes*, ne mireris, quia aliud inde colligi non potest, nisi ut te præpares non tam contra tentationes sigillatim omnes, quàm contra illum tentandi modum universalem, quo utitur dœmon ad eos recuperandos, qui illum recèns deseruerunt, ut DEO se traderent. Itaque si in isto Incipientium statu verseris, cogita tibi potiùs quam cuivis alteri hæc data esse documenta.

2. Considera primam præparationem, quâ contra Satanam utaris, hanc esse oportere, ut discas artem, quâ eos aggreditur, qui sunt in statu tuo. quâ verò in schola meliùs hanc artem addiscas, quàm in illa Deserti, ubi aggredi ausus est malignus ipsummet Christum, quasi & ipse miles esset novitius, quia vidit eum baptizari à Joanne per modum pœnitentis, & hinc in Eremum concedere? Nota igitur, quomodo dœmon summum, quod fieri possit malum à te petat, sed non statim sensim omne, sed sensim fieri postulet, ut ides cum Christo fecisse, cui primò suggessit peccatum minus, deinde magis demum maximum. Videbat in Christo debilitatem, & famem, quâ linguebat ex tam diuturno jejunio, & hanc occasionem sumpsit eum hortando, ut de pane sibi prospiceret, non per rapinam, aut furtum more tot aliorum, sed aliâ solùm ratione minùs debitâ miraculorum citra necessitatem, quod ergo unum videtur malum. *Si filius DEI es; dic, ut lapides isti panes fiant.* Ex primo hoc assultu, existimabat dœmon id inde proficisci, quòd Christus valde mortificatos haberet appetitus corporeos facultatis Concupiscibilis, ideo alterum tentavit assultum ab spiritualibus, qui ad Irascibilem pertinent, eum tentando, ut per ostentationem monstraret, quantum confideret auxilio Divino in maximo sui negotio, si velut contemptor vitæ ex abrupto daret præcipitem. *si Filius DEI es, mitte te deorsum &c.* cùm neutrum obtineret, larvam posuit, & promisso mundi totius imperio, eâ dementiâ depravare illum cogitabat, ut inglutiret omul, ambitione, superbiâ, ceteris, quas regnandi libido trahit cupiditatibus excæcatus pedibus advolverentur adorantis in modum. *Hæc omnia dabo, si cadens adoraveris me.* In prima tentatione exhibuit se dœmon in hominis specie, qui naturali miser

ne alienis moveatur malis. In secundo et homine transfiguratus in Angelum lucis incitabat ad malum sed sub specie boni etiam sacræ Scripturæ testimonio probari, quam ille malignâ interpretatione torsit in favorem suum. In tertia positis Angeli radiis qualis erat revera, Satanam se monstravit. hinc in prima pariter & secunda tentatione dixit: *Si filius DEI es.* in tertia omisit, quia malum erat manifestum. In prima serviebat ipsi deitas, quam etiam Christo inesse credidit, siquidem purus esset homo: in secunda Ignorantia, in tertia Malignitas, & sic prima fuit tentatio pusillanimitatis, quasi in tanta fame alius non fuisset sustentationis modus, nisi lapides in panes converteret. Altera Præsumptionis, quasi etiam in præcipitio quantumvis ultroneis promptū esset habiturus adjutorium Divinum. Tertia Rebellionis etiam enormissimæ, quasi regnandi causâ licitum foret non solùm leges omnes rationis & religionis conculcare, sed vel ipsum Satanam in auxilium vocare. *si violandum jus est, regnandi causâ violandum est.*

3. Considera, uti cum Christo egit dæmon, ita proportione servatâ eum agere cum quolibet, qui recens ad Divinum servitium accesserit, imprimis verò sic agit cum nobili Juvene, qui relicto mundo se subduxerit in desertum, hoc est, in Claustrum Religiosæ Perfectionis. Primò dæmon illi objicit vitium suarum debilitatem, & repræsentans austeritatem vitæ, in qua versatur, persuadere nititur sine manifesto miraculo eum diu non posse durare in hoc statu: & sic quasi Homo, qui miseratione tangatur ejus ærumnarum, hortatur ad remittendum disciplinæ vigorem, quæ est tentatio Pusillanimitatis. si deinde advertat Juvenem fervore spiritûs contemnere cruciatum carnis, imò eo etiam gaudere, transformat se in Angelum lucis, & quantum potest spiritûs fervorem exaugens illum stimulat, ne porrò curam habeat sui, corpus malè tractet, imò conterat quasi de eo gubernando inter quaslibet vexationes Divinâ ope securus, præcipiénsque per ignorantiam, quam illi inesse ponit, majora viribus præstare, ut demum oneri succumbat. quæ est tentatio Præsumptionis. si nihil horum succedat, actus in rabiem dæmon jam non occultè ferit ut personatus, sed ut desperatus larvam exuit. continuò Juvenis respectui repræsentat felicitatem, quâ Mundus fruitur, libertatis dulcedinem, luxum, magnitudinem, gloriam, parentelas, dignitates etiam summas, ad quas possit pertingere: & efficiendo, ut nihili faciat peccata, suggerit posse tantisper etiam per Apostasiam deficere, quæ est tentatio Rebellionis. Tu quid ages, ut bene percipias eos ictus, contra quos præparandus est animus? certò crede hunc esse stylum diaboli, petere summum malum, sed paulatim. ut adeò primæ ejus suggestiones similes sint ijs postulatis, quibus duces militares nunc blandè, nunc minaciter dedi

bi petunt arcem aliquam hostilem ultimæ verò clamori feroci vel ululatui, quem facit exercitus, cùm districto ferro tentat assultum. Tu igitur accingere etiam eminus ad bellum, & omnem ejus progressum observa. *Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitûs.* Job.39.v.25.

4. Considera, si prima præparatio hîc requisita est cognoscere artem, quâ utitur dœmon in tentando omni Incipiente, alteram esse oportere, ut etiam discat artem, eum repellendi. atque ista in eodem Deserto est addiscenda observando modos planè Divinos, quos Christus adhibuit: qui proinde mirâ humilitate tentari se passus est, ut nos erudiret ad pugnam. Primò universim spectando, clarè vides Christum non multum fuisse altercatum cum dœmone, sed eum pro potestate, celeriter, brevitérque repulisse. ita tu quoque hoc casu noli disputare cum illis tuis phantasmatis, in quibus nidulatur Satanas, ut te impugnet: sed fortiter insistens fidei principiis semel cognitis aliud non quæras. In memoriam revoca tam promissa, quàm præcepta DEI, exemplo Christi, ut ea pollicitationibus & petitionibus diabolicis opponas, & unum solum ac simplex Divini Verbi oraculum præhabens omni garrulitati, quam in mente tua sentis in contrarium adduci, noli cooperari intentioni dæmonis in re ulla quantumvis minimâ: nam iste est contemptus, qui maximè illi dolet. Deinde descendens in particulari ad tria illa tentationum genera, ad primum pusillanimitatis, quæ suadere relaxare rigorem disciplinæ, aut prouidere tibi de vestitu, de victu, ceteris necessitatibus humanis modis nimis convenientibus, dic: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI.* Deut.8.v.3. Unde si unũ genus adminiculi tibi deficit, alia compensabitur. non est necesse hoc habere, quod sigillatim dœmon repræsentat: sufficit, quod DEUS utere summo subministrabit. in Deserto quadraginta annis Hebræis panis hic fuit usualis, sed manna compensabit. Ad secundum Præsumptionis, quod contrario te stimulat (supposita in SEUM siduciâ, quam antè demonstrat) ut pœnitentiæ opera assumas vitiis majora, vel aliàs fervore abripite sine inusitato, immodico, aut malè accommodato conditioni statûs, in quo versaris, dic: *Non tentabis Dominum DEUM tuum.* Deut. 6. quia nemo sine auxilii extraordinarii eò debet aspirare saltu præcipiti, quò posset pedetentim viâ pervenire securâ. ejusmodi vias si nescis, ideo tot sunt rerum sacrarum magistri, qui ut ductores fidelis eas tibi demonstrent. his loquere, atque ad tertiam Rebellionis, si dœmon insolenter te aggreditur; momento rejiciendus est pari potestate, eum amandando in malam crucem. *Vade Satana scriptum est enim: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli servies.* Deut. 6. v.13. quia tamen hæc postrema tentatio vim habet maximam ob grande fascinum, quo mentem tuam ludificare possunt cuncta bona, quæ dœmon in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mundo tibi repræsentat simul juncta, sive sint voluptates, sive opes, sive honores, ipsumque, si fieri possit, etiam Regnum, nota dœmonem ita tecum, ut cum Christo, agere: bona mundi monstrat, sed non mala, gaudia, sed non singultus, fastigia, sed non ruinas, rosas, sed non spinas, & sic omnino aperit, quod allicere de mundo potest, sed abscondit, quod retrahit. *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum*, sed non *miserias eorum*. deinde an non vides manifesta mendacia? dicit dare se tibi posse, quod suum non est. eò malorum redactus est miser, ut perpetuò fremat catenis ferreis, & ignitis vinctus compedibus & nihilominus promittit felicitatem tibi in terra præstare, si eum adores. O falsitatem Satanâ dignam! Itaque ad eum repudiandum aptius responsum hac super re illi non reddes; quàm: *Vade Satana?* cùm omni ex parte nimium quantum pateat eum esse malignum, mendacem, effrontem, & affectatorem sacrilegum ejus cultûs, qui soli DEO debetur. Atque hoc est, quod à te petit Ecclesiasticus, cùm ait: *Fili accedens ad servitutem DEI sta in justitiâ & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* petit, ut scias hostem quamprimum venturum ad singulare certamen, atque ideo discas ictus illos artificiales, quos ille intentabit, tu verò retorquebis. *Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit.* Prov. 21. v. 23.

XII.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS. Ps. 63. v. 8.

1. COnsidera, quomodo verba ista sumantur à nonnullis malo sensu, qui fortè conformior est litteræ, & tunc duplicem habent significationem. potest namque cordis nomine intelligi intellectus juxta illud: *Obscuratum est insipiens cor eorum.* Rom. 1. v. 21. & potest hoc nomine intelligi voluntas juxta illud alterum: *Cor suum posuerunt ut adamantem.* Zach. 7. v. 12. si per cor hoc loco intelligas intellectum, tunc sensus verborum erit, quando homo luminis sibi à natura concessi limites egressus se extendit ad investiganda mysteria altissima Trinitatis, Providentiæ, Prædestinationis, Gratiæ, & alia hujusmodi, quæ DEUS in cœlo nobis aperienda servavit, tunc DEUM fugiendo tantò altiùs levari, donec visum effugiat, prout Triremi contingit, quam in Oceano cymba insequitur. hæc enim, cùm nonnihil à terra recesserit ad alterius premenda vestigia, reverti necesse est, & suam humiliter debilitatem fateri, id quod illi fecerunt paulò modestiores Philosophi, qui post longas dissertationes denique concluserunt, Divina humanam superare capacitatem. *Ecce DEUS magnus, vincens scientiam nostram.*

Job.36. v.29. Vel si in altum provectam nihilominus temere velit consectari, necesse est, ut non solùm penitus amittat è conspectu, sed ipsa hauriatur profundo. id quod illis accidit audacibus Philosophis, qui *Evanuerunt in cogitationibus suis.* Rom.1. v.22. & quia assequi non poterant Divina, ausi sunt negare, adeò ut in corde suo dicerent non esse: *Dixit insipiens in corde suo: non est DEUS.* Ps.13.v.1. imò nonnunquam non in corde tantùm, sed in congressibus, in cathedris, uti faceret insolens illa cymba, quæ diceret Triremem non esse in mari, ut alii opinantur, quia quò magis illam insequitur, minùs videt. Ecce igitur, quid dicere primò velit: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS.* vult dicere: *Accedet homo ad cor altum, ut intelligat inscrutabilia DEI, & exaltabitur DEUS fugiens ab homine.* quod ipsum illis verbis significare voluit Ecclesiasticus: *Dixi: sapiens efficiar: & sapientia longiùs recessit à me, multò magis quàm erat.* Eccl.7. v.25. Quodsi nomine cordis hic intelligatur voluntas, horum verborum sensus erit, cùm homo profundâ malitiâ, qualis est propria Pseudopoliticorum, in actionibus suis vult, ut sic dicam, esse superior DEO, DEUM tantò assurgere altiùs eum superando, ut faciat prorsus evenire oppositum illi, quod homo contra ipsum moliebatur. *Adducit Consiliarios in stultum finem.* Job.12. v. 17. prout apparuit quondam in venditione Josephi, in imaginationibus Ammani, in technis Achitophelis, maximè verò in consiliis, quo stulti Hebræi Christum Cruci suffixerunt, quia eâ ratione mundo gloriosius effecerunt nomen JESU, quâ voluerunt æternum facere infame. *Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.* Ps.63.v.7. & ecce, quod hoc loco dicere voluit: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS.* Sensus est: *Accedet homo ad cor altum, ut eludat DEUM, & DEUS exaltabitur supereminens homini.* Tu verò quid dicis? quale cor tuum? an humilem intellectu, humilis simul voluntate? si talis non sis, certus esto, te irridendum à DEO, prout continuò irridet eos, dítque, qui ad modum Gigantum Babylonis ipsi quoque turrim suam erigere, & inferre nubibus volunt. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEUS.*

2. Considera, quomodo ab illis verba ista bono sensu sumantur. nam autem significant, quando homo intellectu minimè curioso sed pio incipit contemplari magnitudinem sui Domini, quò plus cognoscit, hoc amplius superesse cognoscendum. *superveniebit enim adhuc.* Eccl.43.v.32. nam hic qui DEUM superbè inquirunt, quamprimum exaltatur DEUS, & hæc illa involvitur. Illis, qui eum devotè inquirunt, DEUS manifestatur simul & exaltatur, ita ut semper magis se cognoscendum offerat, sed semper magis è longinquo. *Vnusquisque intuetur procul.* Job.36. v.25. eò usque, ut spiritus absorptus admiratione tantæ gloriæ, & effectus instar Aquilæ [illegible]

sem contemplantis, quò de DEO scit amplius, eo minus se scire fateatur, & majore sciendi desiderio exardescat; tantus est splendor, qui emicat è vultu tam speciosо, & tanta est simul exaltatio. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEVS.* id est, *Accedet homo ad cor altum, ut contempletur celsitudinem DEI, & exaltabitur DEVS apparens celsior.* Et hoc quidem, si nomine cordis intellectus significetur. Si pro corde sumatur voluntas, sensus est, quantò magis exaltatur homo ad amandum DEUM, tantò magis appatet DEUM amore dignum, quo casu exaltatur DEUS non in seipso, quia in seipso altior fieri nequit, quàm sit, sed æstimatione hominis, qui tractus tantæ bonitatis excessu facit instar aliæ, quæ quò sentit altiùs assurgere magnetem à se amatum, tantò plus accipit vitium erigendi sese, & eum insequendi, quamvis necesse sit proprii pondus corporis nisu extraordinario superare. Atque hoc est, quod significatur hoc loco: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEVS. Accedet homo ad cor altum*, ut altè diligat DEUM, & DEUS exaltabitur altiore dilectione dignum se monstrans. Utinam hoc sensu habeas cor altum, ô te felicem! sed quâ ratione cor ejusmodi obtinetur? si probè cognoscas te factum propter DEUM, & ideo te nimis esse abjectum, si relicto DEO semper hæreas in imis, quasi vermis damnatus ad lutum. *Consurge, consurge. induere fortitudinem tuam Syon*, ut te eleves, quantum potes. Isa. 52. v. 1.

3. Considera, si non intelligas, quid sit extasis, eam clarè expressam exhiberi tibi hoc loco, quia tota fundatur in hac sententia, sed sumptâ sensu pio. Duplex est extasis. prima in admiratione fundatur, altera in amore, sed non in qualicunque admiratione, vel amore, sed potiùs in sola admiratione, & solo amore, qui jam pervenerit *ad cor altum.* Aggreditur anima altè contemplari tam pulchritudinem, quàm bonitatem DEI sui, & cùm advertat multò majorem semper, quàm fingere sibi imaginando potuisset, adeò obruitur stupore, ut demum extasi quadam rapiatur etiam extra se, prout accidit Reginæ Sabæ visâ gloriâ tam excelsâ Salomonis. *Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis &c. non habebat ultra spiritum.* 3. Reg. 10. Atq; hîc formatur extasis, quæ est intellectûs. aut certè aggreditur anima contemplari pulchritudinem & bonitatem DEI sui, & DEUS cordis intima pertentans eam ad se trahit vi amoris tam suavi, ut jam ferendæ dulcedinis impatiens necesse habeat exire quodammodo à se ipsa, & illi se conjungere, qui eam eminus inclamat verbis illis, quibus olim vocabat sponsam: *surge, propera Amica mea, & veni*, Cant. 2. v. 10. Atque hîc illa Extasis formatur, quæ est voluntatis. In utrâque *accedit homo ad cor altum*, tam in admiratione, quàm in amore, quia alta debet esse admiratio, & altus amor. & in utrâque *DEVS exaltabitur supra hominem.* quia nisi DEUS se ostenderet semper omni superiorem admiratione,

ne, omníque amore, quem habeat anima, ista suis hæreret limitibus, quasi ejus jam capax, nec illis egressa anhelaret ad assurgendum supra se, ut volatu sequatur bonum, quòd est adeò sublime. *Quamobrem elegit suspendium anima mea.* Job.7. v.15. si insequatur, hinc est, quòd videat eum semper assurgere altiùs, quò eum propiùs vult contingere. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEVS.*

4. Considera, quomodo extases, quas diximus, plerumque jungantur, cùm fieri nequeat, ut sol ille Divinus, ubi subiit animam, ita eam illustret, ut non accendat, aut ita accendat, ut non illuminet. & sic admiratio accendit amorem, & amor auget admirationem. nihilominus extases istæ tales non sunt, ut non etiam possint aliquando separari. Et ratio est, quia ad amandum DEUM super terram non est necesse tantum cognoscere, quantum amatur. Potest calor derivatus à sole Divino non rarò superare splendorem. unde una simplicissima anicula magis amare DEUM potest, quàm ament multi præstantes Theologi, qui sine dubio cognoscunt magis, prout Fratri Ægydio S. Bonaventura dicebat. Itaque cùm admiratio excedit amorem, extasis intellectui tribuitur; & cùm amor excedit admirationem, tribuitur extasis voluntati. Extasis intellectûs cum exiguo amore impossibilis non est, quia potest esse merum DEI donum, sed dari non solet: & ideo magis est suspecta, tum quia multum de natura misceri potest, tum quia illusionibus subjacet diabolicis, cùm facilè possit dœmon menti objicere cogni-ones mirabiles, quæ illam rapiant, [illegible] interim majore malitiâ in corde [illegible]tare parum adulterini amoris, hoc [illegible] teneri potiùs quàm virilis. Extasis [illegible]luntatis securior est, si talis sit [illegible] qui perinde in opere, sicut in [illegible] se monstret. quippe cùm in [illegible] tanti ponderis est amor, ut [illegible]trahere possit animam è corpore, [illegible]star mortis, imò facere aliquando [illegible] corpus ipsum quasi expers vitæ [illegible] naturam se ipso levetur de terra, [illegible] currat in odorem immensæ volun-tatis, quam sentit anima; qui fieri [illegible] ut deinde opere flaccescat? imò [illegible] est tunc quoque ita excelsum [illegible] monstrare, ut faciat animam [illegible]plere legem cum perfectione non vul-gari sed Heroicâ, qualis est illius [illegible] propter DEUM non solùm [illegible] spernit voluptates impuras, [illegible]lacia, gloriam inanem, & quidquid [illegible] leviter opponitur voluntati Divinæ, sed præterea generoso animo [illegible] amplectitur ærumnas: gaudet in [illegible]pertate, in persecutionibus [illegible] planéque ostendit se non amplius [illegible] vivere sed soli DEO, imò modo [illegible]dam vitæ extaticæ vivit in DEO [illegible] guttæ, quæ immersa mari jam non [illegible] ipsa, adeò ibi est abscondita. *Quæ sursum sunt, quærite, quæ sursum sunt, sapite; mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in DEO.* Coloss.3. Itaque ubi nondum ista [illegible] extasis, quæ vocari possit Vitæ, quæ [illegible] alia, quam tunc experiris, sive volun-tatis, sive intellectûs existat, parum fidei meretur.

XII.

XIII.

Nemo vestrûm patiatur ut Homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem DEUM in isto nomine. 1. Pet. 4 v. 15.

COnsidera, S. Petrum enumeratum hoc loco delicta quædam, quæ à legibus magis plectuntur, ea delegisse, quæ magis probrosa censentur, quia proximo damnosa, atque ideo dixisse: *Nemo vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Homicida* est, ut patet, qui proximo vitam eripuit. *fur*, qui in facultatibus nocuit: *Maledicus*, qui in honore: *alienorum appetitor*, qui, cùm damnum reipsâ inferre non posset, eluso scilicet conatu, studuit libros, & artes omnes adhibuit, ut inferret. ut adeò *alienorum appetitor* hoc loco propriè sit quasi *alienorum invasor*, vel certè *inspector ad invadendum*. quippe lex se non extendit ad discutienda desideria, sed attentata. atque hæc delicta maximè sunt probrosa, quia cùm status Reip. pendeat à mutuâ justitia, quam homines præstant invicem, necesse est eum, qui hanc violat, non solùm plecti suppliciis, quæ per fugam evitari possint, sed infamiâ, quæ omnia pervadit. *Audient Gentes ignominiam tuam.* Jer. 46. Itaque *nemo vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor*, ait S. Petrus, quia cùm hoc sit pati tanquam hominem injustum, est consequenter pati probrosum & indecorum. Aliud est pati tanquam Christianum. esse Christianum res est summæ gloriæ: atque adeò etiam pati ut Christianum summa est gloria: nam malum probri non in recipiendo, sed merendo consistit. *si quid patimini propter justitiam, beati.* 1. Pet. 3. v. 14. Esse Christianum rem esse summæ gloriæ manifestum est, hoc enim est non solùm cuilibet præstare Justitiam, sed & charitatem. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Jo. 13. v. 35. & sic non est solùm non lædere vitam proximi, ut homicida facit, sed eam etiam servare vel propriæ, si necesse sit, vitæ impendio. nec est solùm nullum inferre facultatibus nocumentum, uti fur facit, sed eas etiam donare, vel spoliando se ipsum, ut vestiat alium. neque solùm est nullum in honore creare damnum proximo, uti facit Detractor, sed eum etiam augere cedendo aliquando honorem sibi debitum. an major istâ inveniri possit gloria? haud sanè. quæ igitur major gloria, quàm ideo pati, quòd quis sit Christianus, hoc est, professus legem tam pulcram? *si autem ut Christianus*, id est, *si patiatur ut Christianus, non erubescat*, quia

quantumvis plecti res sit pudenda ex genere suo, talis non est, quando punitio non solùm præter sed contra rationem est. *Erubescite super viis vestris domus Israël*, ait Dominus Ezech. 36. v. 32. non *super opinione alienâ*, sed *super viis vestris*. quid foret ergo, si prorsus ageres oppositum, nec timeres mereri probrum, sed referre?

2. Considera, quàm moderatus sit Apostolus. nō dicit, ut homo non affligatur, quando cōtingit ignominiā pati ut Christianum, solùm dicit: *ne erubescat*. Non dicit, ne affligatur, quia probè scit sensum etiam in sanctis suo nonnihil officio fungi velle: sed dicit, ne erubescat, quia nec illud ignorat, si sensus suum velit præstare officium, id cum moderatione præstandum, atque idcirco, si in illis excitetur sensus mali, quod sustinent etiam ut Christiani, non excitandum pudorem, quia pudor in hominibus cordatis solùm debet esse de rebus vituperio dignis, etsi, quamdiu in ipsis flaccida est virtus, aliquid etiam ipsis insit vituperii, ideóque semper opus sit aliquo, qui eos, ne timeant, hortetur. *Nolite timere opprobrium hominum*. Is. 51. v. 7. Quodsi ergo nemini eorum, qui citra culpam patiuntur, erubescendum est, quòd ita patiatur (prout vel ipsi senserunt Philosophi) sed magno animo contemnendum, quantò minùs, qui patitur ut Christianus, hoc est, qui patitur pro sustinendo honore Christi, pro pietate, pro pudicitia, pro charitate, pro extirpandis erroribus populorum. Christiano cōculcanda est gloria hujus mundi, ut fragilis & falsa, gloriandum vel in spe ejus gloriæ, quæ illum ex filio DEI in mundo altero expectat: *Gloriamur in spe gloriæ filiorum DEI*. Rom. 5. v. 2. quam igitur causam habet erubescendi propter gloriam, quæ illi in pace hîc adimitur? siquidem gloria hîc injustè ademta serviet ad illam tantopere exaugendam, quæ ibi tam justè rependetur. quò magìs vituperatur ut Christianus, eò magis etiam crescit spes ejus gloriæ, & ideo tātò minus habet, quod erubescat, quantò vituperatur magìs. *si autem ut Christianus, non erubescat*.

3. Considera, quomodo S. Petrus non sit contentus, quòd, qui patitur ut Christianus, *non erubescat*. vult insuper, ut DEUM glorificet, & ut glorificet in hoc omnino nomine Christiano. *Glorificet autem DEVM in isto nomine*. porrò quid est glorificare eum in hoc nomine? An eum glorificare firmetur consistendo inter probra nomina Christiani? ita sanè. sed hoc non sufficit. est insuper glorificare nihil faciendo in iis, quod dedeceat illum, qui gerit hoc nomen. si vituperium pati, quod tibi accidit ut Christiano, ac sincero, recto, religioso, zeloso, lamentis prodas indecora, & de facientibus queraris, si turberis, si irascaris, si tota malum illis desideres, quo pateat malum injuriam tibi illatam vindicare, dicíne potest te ejusmodi vituperium ut Christianum pati? *glorificas DEVM in isto nomine*? haud sanè: quia Christi te docet pro iis orare, qui te calumniantur, iis bene & dicere, & fa-

tis, eos amare etiam post omnes quantumvis atroces injurias, uti priùs, hoc est, sicut amas te ipsum. hoc igitur est, quòd te facere oportet. quod si facias, bene est: tùc enim glorificabis Dominũ, ut par est: quàm enim à servis suis majorem gloriam referre potest, quàm si videat amore sui ab ipsis amari qui eos non offenderunt duntaxat, sed oppressérunt, & quare? solùm quia animis veri Christianis voluerunt tueri honorẽ Christi. hinc est, quòd à cunctis martyribus haud dubiè glorificatus sit summè, sed à quibus potissimum? ab his, qui inter ipsa tormenta bona reddere pro malis voluerunt tortoribus suis, hunc à corporibus eorum crudelium ejiciendo dœmonem. nunc visum restituendo, nunc vitam servando, nunc hæredes facultatum suarum constituendo, prout gloriosus Antistes S. Cyprianus suo fecit Carnifici, qui jam ferrum librabat ad caput ipsius à cervicibus avellendum. Tu quoque in statu tuo quàm potes proximè exempla tam præclara imitari satage. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Rom. 12. v. 21. & tunc patiendo Christianè non utcunque glorificabis DEUM, uti facit, qui idcirco non omittit se profiteri Christianum, sed eum glorificabis nobiliore modo, hoc est, in illo ipso articulo adeò pœnali operando Christianè.

* * *

XIV.

Semper quasi tumentes super me fluctus timui DEUM, & pondus ejus ferre non potui. Job. 31. v. 23.

1 COnsidera, quàntopere fallantur omnes illi, qui existimant timere Deum Divinam proprium esse potiùs peccatorum quàm sanctorum. an sanctior quisquam inveniri potest, quàm fuit Job in quocunque statu sive fortunato, sive funesto? & tamen audi, quid dicat de se ipso. *Semper quasi tumentes super me fluctus timui DEum.* Non est terror, qui cum illo navigantium componi possit, cùm in medio Oceani undique turbinibus & tiphonibus impetiti vident minaces undas imminere navi, ut eam penitus demergant. ô quis tunc motus! quis clamor, eiulatus, tumultus! & tamen ita dicebat Job quasi tumentes super se fluctus timeri à se DEUM, hoc est, ut fluctus, qui non tantùm possint surgere in horrida quadam tempestate, sed qui jam surrexerint. Neque id vel minimum adversatur sanctitati, sed illi maximè consentaneum est, quæ hinc vim & robur accipit. Quid est sanctitas? nonne contemptus universalis rerum omnium humanarum. sed ecce unde maximè oriatur ejusmodi contemptus; ex eo, quòd quis videat DEUM instar

ſtar minacis procellæ jam jam imminere ſibi. quia quemadmodum navigantes in hoc caſu non cogitant convivia, non honores, non lucra, non recreationes, ſed quod unicè ipſorum refert, quomodo vitam ſervent, ita ſancti in caſu quoque noſtro aliud non cogitant, quàm ut ſervent Animam. Tu fortè vivis hactenus affixus bonis hujus miſeræ terræ. quale hoc ſignum eſt? ſignum eſt, quòd ſemper DEUM contempleris inſtar maris tranquilli, à quo nullum metuas naufragium. Conſidera tempeſtate concitatum, & videbis, an aliud deinceps cogitare poſſis, quàm ut evadas vel nudus adhærens tabulæ. *Validâ nobis tempeſtate jactatis ſequenti die jactum fecerunt.* Act. 27. v. 18. tam citò validæ tempeſtati ſuccedit jactus.

2. Conſidera, quomodo navigantes in tempeſtate non contenti ſpreviſſe, quidquid habent, ne pereant, ſed voces tam miſerabiles ad Cœlum levent, ut nunquam aliàs pari affectu plangere vel precari poſſint. Ita & ſancti in caſu noſtro faciunt. & ideo Job inquit: *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum*, ut ſignificet ſe in diebus ſuis eo cordis affectu & fervore ſemper ſe commendâſſe DEO, quo ſolet, quiſquis videt imminentem ſibi fluctum maris. *Tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus.* Job. 3. v. 24. Verum eſt, uti navigantes, quantumvis vitam ſuam, quæ parùm abeſt ab interitu, Cœlo commendent, non omittunt ideirco conferre, quam poſſunt, opem, incumbunt remis, demittunt vela, tollunt anchoras, hoc caſu noſtro ſancti faciunt, atque ita feciſſe per metaphoram ſignificare voluit. *Neque enim reprehendit cor meum in omni vitâ meâ*, dicere ſe potuit, ita ſuo ſemper officio, ut debebat, fungebatur. Job. 27. v. 6. Tu quid agis, dum non commendas ipſum, aut certè non operaris juxta, quod à Deo deſideras, dum illum commendas? ſignum eſt te hactenus minus aſſecutum, quid ſit timere, ſi tempeſtate jactatum.

3. Conſidera aliquando te quoque cogitare Iram Divinam, eo deas illam quaſi tumentes fluctus minere; ſed cui? ſemper alteri vigio, non tuo. Quid igitur mirum, ſi non terrearis? non ita ſancti ciunt. Omnes cum Jobo dicunt: *Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum.* non *ſuper alios*, ſed *ſuper me*: quia, quemodum humiliter ſentiunt de ipſis, ita penitus perſuaſum habent, auderent inſoleſcere contra Deum repente conquaſſandos inſtar navis læ, quæ incumbentibus ſibi turbinibus & typhonibus inſultat. Tu facilius dis te in delictis tuis patienter tolerum iri à DEO, non quod magis cias Miſericordiam Divinam, ſed ipſum. Videris tibi ijs elegantiis meritis, vel dotibus inſtructus, ut longè major ratio habenda ſit, quam vulgò habeatur generis humani, ipſis etiam delictis, quæ commit Sed ô ſuperbiam planè pinguem!

est quasi ex adipe iniquitas eorum. Ps. 72. Si in te vel parum esset Humilitatis, tu quoque statim diceres æquiore jure quàm Job : *Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum*, adeò te dignum reputares supplicio quamprimùm, cito, parato instar fluctûs ex adverso tibi imminentis. Id quod etiam aliis contestatus est verbis clarioribus, cùm ait : *Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti.* Job. 9. v. 28. Haud equidem *nemini delinquenti*, cùm alibi sit longè secus : *Parcam ei, sicut parcit vir filio servienti sibi.* Malach. 3. v. 17. sed *delinquenti mihi.* adeò Job dignum se putabat supplicio etiam inexorabili in quacunque culpâ levissimâ, quam committeret. *Si impius fuero, va mihi!* Job. 10. v. 15.

4. Considera, videri posse hunc esse timorem servilem, & idcirco non convenientem magnis Sanctis, qui abhinc debent malo, ne DEUM suum offendant, ne illi displiceant, ne contemptui habeant, & non propter metum, ne ab illo plectantur, quàm primùm vel leviter offenderint. Tu verò ita loqueris, quia nondum bene expendisti hactenus verba Jobi. Audi loquentem : *Semper quasi tumentes super me fluctus timui DEUM.* non dicit : *timui flagella DEI*, sed *timui DEUM.* aliud est timere castigationem DEI, & aliud timere DEUM aptum castigare, imò & paratum, uti sunt fluctus jam tumentes. Primus est timor servorum, secundus est timor etiam filiorum, qui ex potentia Regis, patris sui, ex rectitudine, & rigore sumunt argumentum tantò magis æstimandi obligationem, quam habent vivendi ejus legibus subjectos : ideo ex una parte sunt parati exosculari virgam, quâ illos castigandos censuerit, ex alia soliciti, ne ejus indignationem provocent : & quare? quia quantò majore potestate Rex aliquis armatur, tantò majorem meretur à subditis respectum. *Quis non timebit te, Rex gentium?* Jer. 10. Timor iste non vocatur servilis, sed reverentialis, & ipsis Angelis tribuitur respectu DEI : *Columnæ Cœli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus.* Job. 26. v. 11. atque hoc est proprium Sanctorum, qui proinde mille locis scripturæ dicuntur timere DEUM, timere magnitudinem DEI, timere Justitiam, timere Iram, at non invenio, ubi dicantur timere flagella DEI, nisi ad summum, ut declarent se dignos flagellis, uti Augustinus dicebat, cùm maximè amaret : *Ignem æternum timeo.* atque hic est timor, quem Job isto loco demonstravit, ideóque dixit : *Semper quasi tumentes super me fluctus timui DEUM, & pondus ejus ferre non potui.* quia considerans magnam, quam DEUS habebat, potentiam eum momento demergendi quasi navem factam ventis ludibrium, torum se in ejus conspectu demittebat, humiliabat, redigebat in nihilum, séque declarabat æquè inhabilem excutiendo vel sustinendo taxato oneri, quàm sit navicula circumfusa oceano, qui jam intrat in sinum.

Pondus ejus ferre non potui, id est, *potentiam ejus*, *potestatem ejus*, quæ pondus hîc dicitur, quia tanta est, ut instar ponderis immensi non solùm quemvis superet, sed planè deprimat. Timor iste, quem audîsti, communis fuit etiam Christo Domino nostro, imò major in ipso fuit, quam in alio quocunque. unde solus ipse eo plenus fuisse dicitur: *Replebit eum Spiritus timoris Domini.* Isa. 11. v. 3. quia solus ipse talem habuit, qualem erga DEUM haberi decet. qui DEUM timet, non timet ut bonum, non timet ut benignum, sed ut vindicem iniquorum etiam severissimum. & ut talem etiam Christus DEUM timuit, non quòd Christus in se capax esset supplicij, sed quia ut homo agnoscebat in DEO summum illud Dominium, quod ipsi inest, castigandi omnes sibi rebelles, ideóque illi se submittebat affectu reverentiæ tanto Dominio respondentis. & fortè hanc ipsam ob causam in Evangelio suo dicebat Christus: *Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* dicere perinde poterat: *Timete gehennam*, quia infernum tamen malum non est. dicere tamen [illegible] luit: *timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam*, ut nos doceat perfectum timoris nostri *objectum* non esse pœnam, sed punientem. Experire verum DEI amorem, & senties, quam volupe sit agnoscere eum dignum timore, quò major erga quemquam [illegible] queat haberi. *Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Eccl. 1. v. 11. In re [illegible] plus voluptatis sentit anima sancta, quàm in demissione & quasi exinanitione sui: porrò hanc demissionem & exinanitionem nunquam apprehendit magis, quàm cùm se considerat in conspectu Domini, qui eam [illegible] quasi stillam absorbere potest in [illegible] furioso. *Semper quasi tumentis super me fluctus timui DEUM, & pondus ejus ferre non potui.*

* * *

XV.

Sancta Theresia.

Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut Columba, ex Cantico Ezechiæ. Is. 38. v. 14.

1. COnsidera, quàm ore anhelo pullus hirundinis in nidulo suo Matrem inclamet, ut illi significet escæ famem, quam patitur. Videbis, si attendas, inter omnes pullos [illegible] proportione servatâ, fortè nullum [illegible]

sum majore pandere hiatu. unde dubium non est, eo perquàm aptè posse exprimi conatum, quo debes quotidiè supplicare DEO, cùm recitans preces tuas vocales id petis, quod præcipuè cedat in utilitatem Spiritûs, quoniam hic solus tibi debet esse cibus exoptatus. *Sicut Pullus hirundinis sic clamabo.* Sed quid juvat linguam fatigari multis postulandis, si sola potest? oportet mentem uniri linguæ: *Si orem linguâ, Spiritus meus orat*, id est, *flatus meus: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? orabo Spiritu, orabo & mente.* 1. Cor. 14. v. 14. Itaque eodem tempore, quo ut clamas ad DEUM, ceu famelicus hirundinis pullus, meditari oportet instar attentæ Columbæ, quæ ex intimo pectoris emittit gemitus: *Meditabor ut Columba.* Sed quid est hîc meditari? est ratiocinari circa id, quod petis à DEO, & curare, ut bene penetres sensum verborum, quæ ad illum dirigis, virtutem, & finem, & quidquid facere potest preces tuas magis proficuas. nonne res est pudenda, quòd, cùm tam diu jam recites orationem Dominicam, fortè necdum ejus sensum fueris assecutus? si paucis nôsse velis originem mali, inde est, quòd, cùm recitas, clames velut pullus hirundinis, sed non mediteris ut Columba. *Sicut Pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut Columba.*

2. Considera meditari, universim loquendo, aliud non esse, quàm cum attentione cogitare. hinc est, quòd aliquando sumatur etiam pravo sensu: *Iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Ps. 35. v. 5. Inter nos tamen usus obtinuit, ut velut proprium rebus tribuatur pijs. Tribus ergo modis, exempli causâ de petitionibus orationis Dominicæ, quas identidem per diei decursum in labris versas, cogitare potes, nimirum absque ullo genere applicationis ad significatum. & hoc est merum cogitare. Deinde cum applicatione, sed ut inde eruas conceptum aliquem ingeniosum, uti fit in profanis quoque sententijs. atque hoc est merum studere. & demum cum applicatione ad significatum, non curiositatis causâ, sed ut in te excites sensus devotionis. atque istud hodie meditari dicitur. An advertisti, quod in horti tui areolis contingit? In easdem rosas involant muscæ, cantharides, & apes. Muscæ aliud non agunt, quàm ut ab una rosâ trasèant ad aliam. Unde dici de illis nequit, nisi quòd volent: & talis est mera cogitatio. Cantharides volant, & insident, sed ut sumant inde, quod solùm ordinario serviat nutrimento, & tale est merum studium. Apes volant, & insident pari modo, sed ut inde sugant delicatiorem, dulciorémque succum, quo mel conficitur. & talem esse cogita meditationem. unde etiâ meditatio studium quoddâ est, at nõ solius intellectûs, sed intellectûs simul & voluntatis. atque hoc est, quod facere oportet, cùm recitas orationem Dominicam, nempe scrutari, quantum potes, profundum sensum petitionum,

num, quas DEO porrigis, sed ita, ut interim juves Spiritum affectibus nunc fiduciæ, nunc roboris, nunc compunctionis, nunc amoris, quibus formatur mel illud electum, quod devotionis appellatur. Si modo, quem dixi, intellectum simul & voluntatem in id intendes, quod cum DEO tractandum suscipis, propriè dicéris meditari: prout Columba quoque meditari dicitur, cùm cogitat simul & gemit. *Quasi columbæ meditantes gememus.* Is. 39. v. 11.

3. Considera fortè tibi grave visum iri ejusmodi studium, quamvis referatur ad merum Spiritûs nutrimentum. Proin dices non esse bonum meditari, multò esse melius contemplari: quippe ex contemplatione hinc quidem percipitur idem fructus, qui ex meditatione caperetur, imò etiam major, inde verò sine labore percipitur, nec occasio datur Spiritui evagandi, & arescendi, prout in meditatione contingit, quæ ex genere suo nimis est laboriosa. at si in hunc modum discurreres, næ tu parùm te exercitatum monstrares in schola orationis, quia in primis ejus elementis errares. nam quale est inter meditationem, & contemplationem saltem ordinariam discrimen? Juxta omnes discrimen est, quòd contemplatio haud dubiè & ipsa sit aliqua meditatio, sed meditatio jam adulta, & longiùs progressa, quæ jam non fit longiore discursu, uti quondam fiebat, sed uno simplici obtutu, qui non creat molestiam, sed potiùs summum gaudium infundit, quamvis non majus, nunc minus juxta gradum amoris, quos attigit. quomodo ergo quasi saltu eò vis evadere, ut simplici intuitu cognoscas omnia, quæ prius sigillatim cognoscere non curabas? Sponsæ sufficit, ut audiat nomen Sponsi, & absque alio sentit se deliquescere colliquescere. *Totus desiderabilis talis est dilectus meus.* Cant. 5. v. 16. Sed quare? quia priùs diu occupata jam erat in distinguendis seorsim singulis omnibus, & cum voluptate singulis propriâ percensendis. *Caput ejus aurum optimum. Comæ ejus elatæ palmarum. Oculi ejus sicut columbæ &c.* Cant. 5. v. 11. &c. & non illico habere celsiora dona amoris in oratione, antequam pro iis obtinendis satis laboraveris meditando: o quantùm falleris! in Contemplatione fruimur igne Amoris, qui ibi suavis est, ut negari non possit: at in meditatione solet is accendi. *In meditatione meâ exardescit ignis.* Ps. 38. v. 4. Itaque nec tu erubesce agere ad modum illius, qui dicebat: *Sic Pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut Columba.* aliàs in occultando vincendi te ipsum adverte orationem à te affectatam plantam esse foliis & floribus instructam, sed nullis fructûs feracem, quia in te firmam dices non egit.

4. Considera doctrinam hactenus auditam deduci è principiis ejus Divæ, quæ in sublimissima oratione schola facta est ætate nostrâ Magistra adeò famosa, hoc est, S. Theresiæ.

præterito seculo in Ecclesia comparuit quasi amabilis hirundo nuncia imminentis veris. quia vivente ipsâ, imo ipsâ suadente, & agente refloruit magnus ille ordo Carmeli, qui primò, ut ajunt, exortus quasi hortus lectissimus plenus Contemplantibus, inter quos suas Christus inveniret delicias, deinde progressu temporis totus quasi brumâ hyemis horrere cœpit. Hoc integrè perfuncta officio disparuit, sed transformata in speciem Columbæ, qualem nonnulli in ejus obitu viderunt, fortè ut agnoscerent excelsum locum, ad quem captura requiem in cœlum evolabat. Jam igitur hæc sancta, sicut præcepta dedit cuicunque accommodata graduiOrationis,quem quisque attigisset, ita in se ipsa semper exercuit, & alios omnes docuit id, quod dico tibi, nempe ne ad altiorem volatum aspirarent priùs quàm alas induissent. Ipsa ex parte sua clamabat semper velut humilis hirundo de nido suo, accusans miseriam suam, & implorans Misericordiam Divinam: & tamen etiam meditabatur ut Columba, quia universim orationem suam solebat inchoare meditando partem aliquam Passionis juxta documenta,quæilli vir quidam sanctus suggerebat; tum verò spiritum relinquebat in manuDEI quasi navim, quæ nisu brachiorum infertur mari, deinde in altum provecta ventis permittitur. Hinc ut filias suas edoceret orationis modum, quem habere possent, pulcherrimum, in via sua spirituali orationem Dominicam exposuit, non alia ratione, quàm eam meditando, prout ante & post illam tot fecerunt sacri Doctores. Hanc igitur sanctam tibi Advocatam elige, ut discas præstare partes hasce duas utilissimas, quas audisti, Pulli Hirundinis,qui ardentissimè se Domino commenderet, & columbæ simul, quæ attentè meditetur. & quia istæ præstari meliùs non possunt, quàm in memorata oratione Dominica,etiam ego hîc eam tibi in plures dies exhibebo meditandam juxta sensus magis sinceros, & salutares, quos colligere potui lustratis, ni fallor,eorum plerisque, qui de ea singulari studio scripserunt. Tu, quando illa erit recitanda, in memoriam revocabis, duo ista requiri, ut bene recites, nempe ardens desiderium, & attentionem affectu plenam. *sicut Pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut Columba.*

* * *

XVI.

Si ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis &c. Matth. 6 vers. 9.

1. COnsidera, si filius ipse Regis, apud quem est proxima administratio Principatûs, ore suo dictaret supplicem libellum, quem Patri suo Regi porrigas, nullam certè aptiorem inveniri posse ad impetrandum, quod postulas. Talis est celebris oratio, vulgo dicta Pater noster, quam modò placet magno tuo emolumento meditandam tibi proponere. Hæc est supplicatio exhibenda DEO Patri, sed supplicatio, quam Christus ore proprio dictavit, Christus, inquam, qui non solùm filius est tanti Regis, & filius, quo proximè nititur gubernatio Principatûs, sed filius, qui se apud eundem Regem etiam Advocatum nostrum profitetur, Advocatum amantissimum: unde dubitari non potest, quin voluerit nos docere modum petendi bene, & Advocatum perspicacissimum, unde neque timeri potest, ne fortè voluntati docendi deesset facultas. Vide ergo, si ulla alia oratio inveniri possit istâ securior. Et tu toties tam laboriosè quæris alias, & hanc negligis, quæ tantum ceteras antecedit, quantum Oceanus minora flumina, etiam quæ exeunt Paradiso: si sic agis, tu quoque mereris audire à Christo: *Irritum fecistis mandatum DEI propter traditionem vestram.* Matt. 5. v. 8. Tu interim excita te ipsum ad hujus usum orationis continuum, & ut rite utaris, prævide ipsum, ut intelligas, quantum vitæ priùs universam objiciendo occupet, prout fieri solet ad ingressum urbis cujusdam magnificæ, & dein particulas per otium lustrando.

2. Considera, ut oratio sit ad impetrandum idonea, oportere imprimis esse rectam in petendo. *Oratio petitio decentium à DEO*, nam si accedi alicui terreno porrigantur pro ratione & prudentiâ destitutæ, quantò minùs illæ porrigendæ sunt Cœlorum Regi? & talis est hæc Oratio Dominica. Est oratio rectissima, quippe cùm sunt, quæ à DEO postulari rectè possunt. Primum est, ut nobis det, quod verè est bonum: & hoc proprie dicitur oratio. Alterum, ut nos servet ab illo, quòd verè est malum, & hoc magis propriè deprecatio vocatur. Bona ista sunt, quæ petimus hoc loco, ne quòd quoad bonum non conducibile nostro petamus bonum etiam quoad nos, imò istud magis quàm illud, & quia ipsius bonum aliud esse nequit, nisi glorificatio ipsius extrinsecus advenens, hanc illi petimus dicendo: *sanctificetur nomen tuum.* deinde bonum nostrum triplicis est generis, est enim bonum cæleste, bonum spirituale, & bonum temporale. Bonum Cœleste absolutè petendum est; quod præ-

mum

nascùm dicimus: *Adveniat Regnum tuum.* spirituale petendum, quatenus conducit nobis ad obtinendum Cœleste, quod facimus dicendo: *Fiat voluntas tua &c.* Temporale eatenus petendum est, ut non adversetur spirituali, sed potiùs id juvet. quo sensu dicimus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quoad malum deinde à DEO petere oportet, ut nos servet ab iis omnibus, quæ adversantur bonis tam dictis. Jam verò bonum DEI, quod erat primum, nō habet, quod timeat quidquam adversi, cùm id dimittere nemo possit. *Si peccaveris, quid nocebis?* Job. 3. v. 5. imò sicut DEUS accipit gloriam ab illo honore, eum ipsi reddunt electi, ita tantundem accipit ab illo opprobrio, quod faciunt reprobi, cùm eodem tempore tam demonstratione omnipotentiæ tum illos remuneretur, & hos puniat. Male, quantum ad ipsum, non petimus, ut à malo aliquo servetur, quia ipse liber est à necessitate tam funestâ. Istam petimus, ut nos servet à malo, quod bono nostro adversatur. & quia Cœlesti, quod est consecutio Paradisi, contrarium est peccatum solum, ideo dicimus: *Dimitte nobis debita nostra.* & quia spirituali naturâ suâ opponitur tentatio, ideo dicimus: *Et ne nos inducas in tentationem.* & quia temporali naturâ suâ opponitur omnis adversitas; ideo dicimus: *Sed libera nos à malo.* Itaque si bene observes, vides hîc summam in petitionibus rectitudinem. Quod si ita est, quomodo vel minimum dubitabis, quin DEUS exaudiat? *Qui recta loquitur, diligetur.* Prov. 16. v. 3.

3. Considera, ut secura sit oratio, debere illam non esse rectam duntaxat, sed & ordinatam: quia oratio interpres est desideriorum. & ideo quis erit, qui velit exaudire eum, qui magis desideret, quod longè desiderandum foret minùs, vel quia minùs desideret, quod esset desiderandum magis? Ergo igitur, quàm bene Christus ordinaverit petitiones illas, quas in supplicatione nostrâ exhibemus DEO. Disposuit secundùm ordinem, qui in desideriis servandus est; quippe quòd oppidò naturæ consentaneum sit, id quemque primò petere, quod maximè desiderat. Ita vides, quoad bonum illum efficere, ut hîc petamus Divinum, dein nostrum. & quoad ipsum bonum nostrum, ut primò petamus Cœleste, tum Spirituale, denique Temporale. Cœleste est finis noster, id est, Regnum ipsius. & ideo obtinet primum locum. Spirituale sunt media consequendi hunc finem, hoc est, adimpletio Voluntatis Divinæ, & ideo ponitur secundo loco. Temporale sunt subsidia, quibus faciliora redduntur hæc media, id est, panis noster quotidianus: & ideo ponitur tertio loco. Et pariter quoad malum, primò facit, ut petamus esse liberi à peccato, quod bono opponitur cœlesti, deinde à tentationibus, quæ opponuntur Spirituali, & demum ab adversitatibus, quæ opponuntur Temporali. Hoc posito, an non concipies magnam fiduciam te exauditū iri, dum oras hoc modo? videt DEUS te

te non solùm in desideriis esse rectum, sed & ordinatum. Quid igitur dubitas? *Desiderium suum justis dabitur.* Prov. 10. v. 24. quis autem in desiderando justior est, quàm qui non solùm desiderat, quod oportet, sed etiam eo ordine, quo oportet? *Ordinavit in me charitatem.* Cant. 2. v. 4. Hæc est in homine cantilena delicatissima, suavissimáque, quam offerre DEO possit, nimirum harmonia desideriorum. porrò quid aliud intelligitur per orationem ordinatam?

4. Considera, ut secura sit oratio, debere insuper illam concipi magnâ cum fiduciâ. nam quisque nostrum experimento discit, quantopere nos alliciat ad exaudiendas justas preces, videre supplicem plurimum confidere benignitati nostræ, & ideo illas animosè, cum affectu, & breviter offerre. seeus quisquis agit, tollit amorem benefaciendi. & tamen nos sumus omnes generis tam maligni. Quid igitur in DEO fiet, qui gloriatur se præ omnibus ad benefaciendum maximè propensum? *Erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.* Jer. 39. v. 18. Vide porrò, quomodo petitiones istæ cum animo, cum affectu, cum brevitate proponantur DEO, quæ tria requisivimus ad constituendâ supplicationem plenâ fiduciâ. Proponuntur cum animo, unde alia non usurpamus vocabula, quàm ista: *Sanctificetur. Adveniat. Fiat. Da. Dimitte. Ne inducas. Libera.* vocabula, quæ videri possint propemodum imperiosa, nisi Christus suggessisset, ut indicaret, eum, qui justa petit DEO, non debere illa petere cum dubitatione, uti fit, quando ab hominibus petuntur: *Postulet autem in fide, nihil hæsitans.* Jac. 1. v. 6. Proponuntur cum affectu, quia cùm scaturiat affectus ab illa dulcedine charitatis, quâ erga DEUM & homines monstratur, ecce ut ad insinuandam charitatem versùs DEUM hîc dicimus: *Pater!* ad insinuandam charitatem versùs homines dicimus: *Pater noster.* huicsolùm adjungimus: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: sed insuper quod nobis petimus, pariter pro omnibus postulamus, semper orantes autem plurali, uti fit, quando chorus pia cantatur. Demum & cum brevitate proponuntur, quia quidquid petitur, peti nequit formulâ magis succinctâ expeditâ. quâ ratione maxima hîc demonstratur, quia uti verborum ambagibus, prout cum terræ Principibus fieri solet, manifestum est desiderii signum. atque hoc est, quod Christus ad hoc propositum ajebat: *Orantes autem nolite multum loqui*: non dicit *multum orare, multa petere, multa precari*, sed *multum loqui*, & *multum loqui sicut Ethnici*, qui deos suos eloquentiâ moveri los putant? *Putant enim, quia in multiloquio suo exaudiantur.* Matth. 6. v. 7. Id quod facit nos exaudiri à DEO non sunt verba, sed desiderium. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Ps. 10. v. 17. id verò duratio-

est, quamdiu placet, imò si oportet semper orare, prout Christus requirebat, debet semper durare.

3. Considera fiduciam in oratione requisitam non fundandam in meritis nostris, sed in sola bonitate Divina. & ideirco ut secura sit oratio, denique oportet eam à corde proficisci, quod plenum sit spiritu humilitatis. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Eccl. 35. v. 21. quia juxta nostrum intelligendi modum scit illa occultas legere semitas, dum inveniat latibula Altissimi. atque ista Humilitas mirificè resplendet in oratione, quam hîc Christus nos docuit. quippe vera humilitas in eo consistit, quòd quis penitus diffidat sibi, tanquam miserabili, & bona cuncta à DEO expectet. atque hoc demonstrat, qui istâ utitur oratione, quia non modò ostendit se, quidquid accipi potest boni à solo DEO expectare, sed etiam liberationem ab omni malo, præterito, præsenti & futuro, cui pariter se obnoxium esse non ignorat. Habuit ergo Dominus justissimam causam dicendi; *sic orabitis*: hic enim est verus orandi modus, ut exaudiamur. Non dixit: *his verbis orabitis*, ne excluderet alias orationes diversas, quales sunt, quas quotidie sanctè usurpat Ecclesia, erigendis fidelium animis per diversas formulas intenta. sed dixit: *sic*, quo significat, ut reliquæ formulæ sint aptæ ad impetrandum, huic conformandas in qualitate, in petitionibus, in ordine, conformandas in fiducia, & humilitate petendi. unde S. Augustinus putat necessarium esse, ut ad hanc unam reducantur omnes reliquæ, si sint bonæ. nisi quòd ista censenda sit melior omnibus, quia est norma ceterarum. *sic orabitis*. non præscribitur norma laudandi DEUM, quia laudes ipsi debitæ modum non habent. *Exaltate illum, quantum potestis: major enim est omni laude.* Eccl. 34. at præscribitur norma orandi, quia preces debent consistere intra terminos hîc à JESU Christo præscriptos, qui proinde dixit:

sic orabitis: nusquam verò dixit: *sic laudabitis.*

* * *

XVII.

Pater.

1. COnsidera rem planè obstupescendam, quòd homo vilis pretes DEO offerens illum verè nominare possit Patrē, nec possit tantùm, sed & debeat. *Sic orabitis: Pater &c.* Tantum hoc est, ut fieri non posse crederes, nisi Christus præcepisset. Unde Sacerdos, cùm velut Ministri pro omnibus constituti munere functurus orationem Dominicam recitat, tandem semper prævijs hisce & expressis verbis auspicatur. *Præceptis salutaribus*

ribus moniti, & Divinâ institutione formati audemus dicere: Pater noster &c. ut protestetur, cessare in hoc idiomate præsumptionem, cùm præcesserit præceptum. Priùs ergo quàm tu quoque linguam solvas dicens DEO: *Pater*, excita in te intimum pudoris sensum, spectando, quis tu sis comparatus DEO, tu vilis vermiculus, sordidus, luculentus, tu peccator: *Et nunc Domine, Pater noster es tu; nos verò lutum.* Isa. 64. v. 8.

2. Considera, omnes homines posse DEUM appellare Patrem, in quantum sunt ejus opus, hoc est, quatenus sunt ipsius manibus, & ad imaginem ejus propriam formati, quatenus protecti, necessarijs instructi, & paterno amore etiam quotidie nutriti. *Numquid non Pater unus omnium nostrùm.* Mal. 2. v. 10. At nos credentes, cùm DEUM Patrem appellamus, altiùs prospiciimus. Patrem vocamus intuitu magnæ illius adoptionis, quam supra naturæ limites in statu gratiæ possidemus. hinc est, quòd DEUS, etsi in sensu ampliore sit *Pater omnium*, reliquis tamen in terra hominibus non largiatur nisi vilia dona ad modũ Abrahami, qui Pater cùm esset, & Pater tam opulentus, valedicens Ismaëli filio aliud non dedit quàm canistrum panis, quod humeris imposuit, & utrem aquæ. Nobis credentibus hæreditatem servat, uti Abraham Isaaco. & ideo vide, quanto cum affectu semper exprimenda sit vox ista, quâ dicis DEO: *Pater.* duplici affectu proferenda est, affectu filij, si spectes Naturam, & affectu filij si respicias Gratiam. Tanquam filius in ordine Naturæ debes illi omnem tuam substantiam, & ideo magis obligaris totus esse ad ipsius obsequium cum omnibus actibus tuis, quàm Arbor cum omnibus folijs, floribus, fructibus debeat esse Domini, qui eam plantavit. Et si filius in ordine Gratiæ non solùm debes omnem tuam substantiam, sed & tuam, cujus ille cæpit te reddere participem cum proposito faciendo liquando totum sibi similem in gloria, prout illi similis jam es in Gratia. Cogita hîc igitur, quale debeat esse tuum, cùm dicis DEO: *Pater.*

3. Considera, Sanctos Veteris Testamenti etiam ipsos fuisse DEI non adoptivos, prout nos sumus, post Gratiam, quæ jam inde ab origine Mundi dabatur omnibus, qui crederent adventum Christi etiam futurum. Nihilominus tarò sancti illi DEUM Patrem vocabant, nisi titulo communis. Causa fuit, quòd, quamvis & ipsi essent veri filii adoptivi, tamen se dicere non sint ausi, quia erant adhuc in statu servorum, sed illi filii, qui, cùm sint parvuli, adhuc sunt rigido Pædagogo, qualis lex erat. *Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit Dominus omnium.* Gal. 4. v. 1. Cum adventu Christi, *Ubi venit plenitudo temporis*, eò sumus provecti, ut servum exiremus: *Jam non sumus servi, sed filij.* hinc est, quòd modò non solùm simus filii DEI adoptivi, sed nominemur: *Vocabuntur filij DEI* no-

Non-

Rom. 9. v. 26. Ideo voluit hîc Christus, ut, quemadmodum favore suo lubenter nos vocamus DEI filios, ita etiam fidenter Patrem appellemus: *Invocabitis*: *Pater*. Id quod pariter intellexit *Apostolus*, cùm dixit: *Quoniam autem estis filij, emisit DEUS Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem Abba, Pater*. Gal. 4. Quid ergo de statu tuo tibi videtur? an non magnopere æstimandum putas? in eodem gradu cum JESU consistis, nisi, quòd ille sit Filius DEI per naturam, tu verò per adoptionem, ceterum tu quoque Filius es, & Filius adoptivus. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes*. Rom. 9. v. 26.

4. Considera, ob hanc imprimis causam voluisse Christum, quoties dicimus Orationem Dominicam, DEUM à nobis Patrem appellari in sensu maximè spectabili, quem antè adduximus, ut eâ ratione semper revocemus in memoriam dignitatem statûs nostri, & ideo, si filij sumus, nolimus vitare degeneri nos gerere ut servos & famulos, prout multi proh dolor! faciunt Christiani, ipso, quod gerunt, omnino indigni. an videtur decere in hoc constitutum dignitate deperire hujus terræ bona, uti facerent Mahometis alicujus vel Melanchronis filii. *Princeps ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit*. Is. 32. v. 3. Longè probrosius est tibi, qui es filius DEI excelsus, spectare lucra, honores, voluptates impuras, quàm foret filio Imperatoris accumulare simeta, velle præfici latrinis, easque immergere tabo cadaverum. & tamen quoties pro his bonis, & quò non prolaberis? eò scilicet, ut repudies prærogativam filij, imò fias simul mancipium ipsius dæmonis, qui fallacibus inescans promissis illa tibi offert, & dicit, quod Christo quondam Filio DEI naturali, ut eum deciperet: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*. & quare non etiam respondes illi ut Christus; *Vade Satana?* quid? an Filius DEI fiat mancipium Satanæ? ô portentum! ô insaniam! ô immanitatem! an aliud hoc est, quàm ruri constitutum porcos pascere? revera oculos posthac in cœlum erigere minimè audebis, nec, dum vives, dicere: *Pater noster*, nisi priùs cum Filio prodigo provolutus ad pedes Patris tu quoque dicas amaris profusis lacrymis: *Pater peccavi in cœlum & coram te: jam non sum dignus vocari Filius tuus*. Luc. 15. v. 21.

5. Considera voluisse Dominum, quoties recitamus Orationem Dominicam, DEUM hoc Patris nomine à nobis compellari, ut sæpe revocemus in memoriam non tantùm statûs nostri dignitatem, quod modò dicebam, sed & maxima debita, quibus obstringimur, ut nos erga DEUM filios præstemus. Hæc debita ad quinque capita revocantur, scilicet amandi, honorandi, obediendi, imitandi, & demum castigationi ejus paternæ nos submittendi. *Judicium Patris audidite filii, & sic facite, ut salvi sitis*. Eccl. 3. v. 2. Primum debitum est amandi. *In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit*. Eccl. 7. v. 32. atque hoc debitum cor-

corde maximè impletur. Verùm non quovis modo impletur, sed amando DEUM propter DEUM, qui est amor filii. non impletur amando DEUM propter dona, quæ ab ipso sperantur: iste enim est amor Mercenarii. Alterum debitum est honorandi: *si Pater ego sum, ubi est honor meus?* Mal. 16. atque hoc debitum verbis maximè impletur, verbis, inquam, laudis erga DEUM, respectûs, & reverentiæ. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Ps. 48. v. 23. Ita & honor acceptus DEO non est ille, qui tantùm exhibetur exteriùs, sed qui internè simul & externè præstatur. secus quis iste est honor? non filii erga Patrem charissimum, sed aulici ad Principem. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Matt. 15. v. 8. Tertium est debitum obediendi. *Erit velut filius Altissimi obediens.* Eccl. 4. v. 11. atque hoc debitum opere maximè impletur, quia consistit in accuratâ executione præceptorum: *Omnia, quæ præcepisti mihi, faciam Pater.* Job. 5. v. 1. Verùm nec istud quocunque modo adimpletur, sed solùm obediendo ex amore. Qui obedit metu pœnæ, obedit ut servus, non ut filius. Quartum debitum est imitandi. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Jer. 3. v. 19. atque hoc debitum impleri non potest nisi toto simul homine, corde, verbis, & opere: quia in eo consistit, ut quis facere satagat, quidquid pro DEI amore quantâ maximâ perfectione potest. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Matt. 5. v. 48. Quintum denique debitum est se subtrahendi correctioni Paternæ. *In disciplina perseverate: tanquam filiis offert vobis Deus: quis enim filius, quem non corripit Pater?* Heb. 12. v. 7. Acque hoc debitum impletur acceptando patienter pœnas DEO immissas, Paupertatem, infirmitates, ignominias, tentationes, easque credendo, verè illas bono nostro à DEO immitti. *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimis suo.* Eccl. 30. v. 1. Hoc agere est genuini: murmurare est dyscolli. *Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt.* Jer. 2. v. 30. & cujus meminisse te Christus voluit, cùm dicis: *Pater.* voluit memorabo omnis debiti, quod illi tanquam filius præstare debes, sed illius præcipuè, a quo maximè deficis. qualis ergo es tu res DEI filius, si notares infelix, in omnibus deficere?

6. Considera demum voluisse Christum in hac nostra oratione imprimis nobis charissimum Patris nomen, quod cùm in illa faciamus petitiones ut maximas, prout suo tempore videbo, ut eâ ratione erigere animos ad earum fiduciam eas obtinendi. & quis deum ille Pater, etiam terrenus, qui non gratificari filio, si justa postulet? Quis ergo faciat Cœlestis Pater, qui non major & melior est, ut illorum non mereatur à nobis Pater appellari? comparatus? *Patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est.* Matt. 23. v. 9. proinde ratio est præcipua, quæ vere debet ad summam in DEO

dum, nôsse te ipsius esse tanquam effectum suæ causæ. *Et nunc Domine sicut noster es tu: & opera manuum tuarum omnes nos.* Is.64. v.8. Itaque sicut statua, si sensu esset prædita, bona quæq; sibi promitteret ab illo eximio scalptore, qui eam scalpro formavit, omnis pictura à suo artifice, omne palatium à suo architecto, omne utile fermentum à suo fabro, ita nos multò magis bona omnia efficaciter à DEO spondere nobis possumus. *Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, Domus Israel, ait Dominus?* Jer.18.v.6. Dixi multò magis. quia causæ ceteræ agentes ob varios defectus, quibus subjacent, possunt infinitè deficere à felici cura suorum effectuum, quamvis illis ipsis sint pergrati. at DEUS nequaquam, quia non est obnoxius ulli defectui. Non subjacet impotentiæ, quia manus ejus pervincit omnia: *Non est abbreviata manus Domini* (uti est manus hominis aridi vel contracti) *ut salvare nequeat.* Is.59. v.1. *Non* subjacet ignorantiæ, quia mens ejus omnia perspicit. *Omnia nuda & aperta sunt oculis ejus.* Heb.4.v.13. *Nuda*, quia videt foris uti corpus nudatum, *Aperta*, quia videt etiam intus, velut corpus non tantùm nudum, sed etiam per anatomiam apertum. Non subjacet ulli defectui optimæ voluntatis, quia cor ejus amat omnes. *Diligis omnia, quæ sunt &c. Nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.* Sap.11.v.25. *Constituisti* per Decretum, quod Intentionis vocatur: *fecisti* per Decretum, quod dicitur *Executionis*, si igitur DEUS etsi non rogatus à nobis, se ipso benefacere nobis debet ob hoc solum, quòd sit causa nostra, quantò magis id præstabit, ardenti prece invocatus. Hæc est basis, cui inniti debet spes illa, quæ non confundit, nôsse scilicet DEUM tot titulis esse tibi Patrem, quæ proinde vox Patris præsenti orationi inserta esse videtur ceu fundamentum totius orationis, & omnium ejus partium, non secus, ac si in quavis petitionum illam repeteres: *Pater sanctificetur nomen tuum. Pater adveniat regnum tuum. Pater fiat voluntas tua*, & sic de reliquis. Vox ista *Pater*, ista, inquam, vox est, quæ hîc maximè dominatur.

XVIII.

Pater noster.

1. Considera, quomodo Patris sui filius unicus speret ab illo se longè plus posse consequi, quàm cum proportione speret filius, qui præterea magnam numerat fratrum turbam. Ne ideo opineris, si hoc verum sit respectu Patris alicujus terreni, unquam fore verum respectu Cœlestis. Potest numerus filiorum DEI eò excrescere, ut superet multitudinem arenæ maris, ne-

neque idcirco quisquam eorum debet pro se ipso sperare minus, quia Pater est, qui abundat pro omnibus. *Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient.* Rom. 9.v.27. Noli ergo despondere animũ, cùm audis, quòd in hac oratione Dominicâ tam præclarâ dicere non debeas, Pater mi, ceu filius unius, sed Pater noster, tanquam filius, qui fratres habet plurimos. quia hoc non obstat, quin ille sit attentissimus ad te audiendum, quasi tot inter non esset Pater aliorum, sed tui solius. imò libentiùs te audiet, dum illi dicis *Pater noster*, quam Pater mi, quia eâ ratione demõstras te non diffidere illi potentiæ, quam habet, ut magnus Pater, omnibus faciendi bene, dum tibi benefacit; imò eâ ratione te affirmare ostendis, illum attendere omnibus, providere omnibus, pascere omnes, & curam æqualem gerere omnium. *Æqualiter est illi cura de omnibus.* Sap.6.v.8. Atque hæc est prima ratio, quare Christus voluerit hîc dici à credentibus *Pater noster*, non *Pater mi*, quia ostendimus nos tã præclarè sentire de Patre nostro, quàm flumina sentirent de suo, si dum Oceano loquuntur, dicere contingeret aliquando: *Pater noster.* Tu eam æstimationem non præ te fers, quia fortè metuis interdum DEUM tibi non sigillatim attendere, quia tot simul alios habet, quos curet. Hoc est timere, ne fortè cor habeat minus Oceano, cui tantundem est de uno solo esse cogitandum, ex innumeris fluviis majoribus minoribúsve ab ipso emanantibus, quantum est simul omnibus [illegible] ram gerere.

2. Considera, quomodo de[illegible] voluerit Christus, ut diceremus *Pa[illegible] noster*, non *Pater mi*, ut hac occasi[illegible] refricaret memoriam nos esse fratres & ideo ut fratres nos agere in[illegible] oportere. Tu cùm ad orandum [illegible] cedis, libentiùs pro te solo, quàm pro te simul & aliis precaris. imò quando pro te solo precaris, magno id [illegible] & animi ardore præstas, & quando pro te simul & aliis precaris, ut plurimum languet oratio. sed hic [illegible] est error. an credis fortassis, te [illegible] ram aliquam facturum, si etiam [illegible] liis & non pro te solùm ores? imò [illegible] reverà magnum tibi lucrum comparabis. quia cùm pro te solo oras, [illegible] potest, ut solo movearis propcio [illegible] re. at cùm etiam oras pro aliis, [illegible] mè si non alio vinculo tibi colligatur nisi fraternitatis Christianæ, [illegible] tum est te unicè charitate moveri [illegible] ideo cùm te gratiorem DEO [illegible] aptior efficeris ad obtinendum à DEO abundantiùs id, quod simul pro te [illegible] stulas. Unde Romanis suis ajebat [illegible] postolus: *Testis est mihi DEUS, [illegible] sine intermissione memoriam vestri [illegible] semper in orationibus meis.* Rom. [illegible] 9. Ecce quantam hujus rei ratio[illegible] habuerit: ut etiam jurandum [illegible] stimaret. nisi fortè ideo hoc fecit, [illegible] orare pro aliis ferventer adeò [illegible] homines rarum est, ut credi vix [illegible] de quoquam, nî juret. Ad hæc [illegible] pro aliis orans ostendis à te magis [illegible] mari DEUM, quàm cùm pro te [illegible]

precatis, quia ostendis te cupere, ut omnis sint, qui serviant ipsi. Pro aliis orans simul magis etiam honoras, quia ostendis in pretio tibi esse non ipsum tantum, sed quotquot ejus imagine sunt insigniti. Pro aliis simul orans eidem obedis magis, quia ostendis te illicitum non pro te duntaxat, sed pro omnibus, qui ab ipso tibi sunt commendati. Orans simul pro aliis magis etiam imitaris, quia manifestas amorem similem amori Divino, qui instar imbris aurei se latè in omnes diffundit. & ideo ô quantum lucri captas, cùm simul oras pro aliis! eo modo te geminum filium esse comprobas. *Estote imitatores DEI sicut filii charissimi* (quales sunt, qui sunt similiores Patri) *& ambulate in dilectione.* Ephes. 5. v. 1. Noli igitur mirari voluisse Christum hic dici *Pater noster*, non *Pater mi.* Vult aptari quemque ad faciliùs impetrandum, quod postulat, exercendo tot simul virtutum actus pulcherrimos, quot sunt illi, quos offert DEO quasi totidem aromata in unum thymiama Cœlestis odoris composita.

3. Considera, Christum istâ precatione sic universim factâ pro omnibus præterea superbiam hominibus sustulisse. quis enim Magnatum vel Principum inveniri possit, qui in hoc mundo contemnat quemquam, si meminerit omnes esse filios ejusdem Patris? *Numquid non DEUS unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisque fratrem suum?* Mal. 2. v. 10. sustulit invidiam quia quisque procurat alienum bonũ, ut proprium. sustulit inæqualitatem, quia quisque procurat tantum boni pro aliis, quantum pro se ipso. sustulit inimicitias, quia qui priùs proximum non agnoscit pro fratre, quomodo ire potest ad offerendas pro ipso preces tam excelsas, quales sunt istæ, quin rejiciatur à DEO tanquam homo, qui impudentissimè mentiatur, & dum labris mel præfert, venenum in corde gerat: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Ps. 61. v. 5. Ingens denique comparavit robur exercitûs ad expugnandum totum Paradisum, quia vires omnes suorum fidelium in unum corpus collegit. Multi milites debiles, si singuli pugnant, erunt deridiculo, simul juncti formidabiles existunt. *Filii Israël uno agmine persequentes debilitabant omnes, quos invenire potuissent.* Judith. 25. v. 4. atque ideo Christus voluit, quotidie simul orantibus fidelibus non eorum quemlibet orare pro se ipso, sed omnes pro singulis, & singulos pro omnibus: *Orate pro invicem, ut salvemini.* Jac. 5. v. 16. ut assultus, quo cœlum aggrediuntur, vim accipiat immensam. *si unus ceciderit, ab altero fulcietur.* Eccl. 4 v. 10. & modum orandi tam pulchrum non æstimas, aut non frequentas? *Maledicite terræ Meroz, dicit Angelus Domini, maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adjutorium fortissimorum ejus.* Judic. 5. v. 23.

4. Considera, quantum vis hoc mutuum auxilium, quod invicem præstamus ita orantes, plurimum valeat ad obtinenda quæcunque bona, quæ desiderare possimus à Patre nostro Cœlesti, nihilominus ad illa obtinenda haud

dubiè valere magìs grande illud auxilium, quod apud ipsum quotidie interponere pro nobis placet fratri nostro majori, qui est Christus JESUS, dum Advocatum agit sincerissimum: siquidem ille se solo plus potest, quàm nos omnes possimus simul juncti. atque hoc subsidium JESU Christi multò amplius promeremur oratione istâ Dominicâ, dicentes DEO: *Pater noster.* quare? quia, eo modo loquendi utimur erga Christum hoc actu singularis reverentiæ, honoris & obsequii, quo ipsi soli concedimus, ut dicat: *Pater mi.* Dicere DEO *Pater mi* nulli jure permittitur nisi soli Christo. *Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Matt. 26. v. 4. Ratio est, quia hæc est prærogativa Unigeniti, solus Unigenitus in familia aliqua dicere semper potest Pater mi. ubi multi sunt fratres, ut rite loquantur, dicere convenit: Pater noster, maximè cùm simul omnes loquuntur. porrò Christus est unigenitus DEI Patris: & ideo illi soli debetur hic modus loquendi: *Ipse invocabit me: Pater meus es tu.* Ps. 88. v. 27. Nos non sumus ne quidem secundò geniti, imò nec tertiò, nec quartò, nec quintò geniti, quia, ut Augustinus observat, nec quidem geniti sumus, sed conditi, & ideo ut tales nos loqui par est, quales reverà sumus, unà cum tot aliis, qui & ipsi sunt conditi, & dicere DEO: *Pater noster.* Quodsi præterea simus adoptati ad hanc ipsam sortem Christo propriâ, adoptati quidem sumus, sed ipsius ope. Ipse est magnus ille filius, qui exemplo stupendo, cùm esset unicus in Regno Patris sui Divini, multos habere fratres voluit, qui in hoc Regno esset cohæredes, & ideo impetravit à Patre, ut nos adoptaret, atque ita in [illegible] suo proprio secum collocaret. sed hoc ipsum efficere debet, ut quisque nostrûm grati animi causâ erga fratrem tam bonum, ipsi soli cedat hunc honorem tam grandem, quem natura [illegible] meretur, ut dicat DEO, *Pater mi.* [illegible] id velimus nobis arrogare per gratiam, præcipuè cùm nec in hoc ordine [illegible] possimus ut unici, qui sumus tam multi. Non prohibetur idcirco, quin [illegible] nùs privatim orans in cubili tuo [illegible] aliquando, ut amori indulgeat, *Pater mi*, sicut in quavis familia facere potest filius, cui plures sunt fratres, ut in [illegible] nostro meminisse debes, id te semper facere modo quodam improprio, [illegible] ctato magno obsequio, quod Christo debetur, qui DEO loquens semper [illegible] dicebat: *Pater mi*, & de DEO loquens hominibus: *Pater meus*, aut *Pater noster*, *Patris vestri*, *Patrem vestrum*, [illegible] *tre vestro*: nunquam dicebat: *Pater noster.* Cùm igitur tu vermiculus [illegible] vis DEO, *Pater mi*, quod Christus [illegible] bat, memineris semper tibi petendam esse quodamodo licentiam à Christo, ut sic debitum respectum & reverentiam illi habeas, qui solus est Genitus. *Cui enim hominum* (si hunc solum [illegible] cipias) *dixit aliquando DEUS: Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Ps. 2. v. 7.

* * *

XIX.

Qui es in Cœlis.

COnsidera, quomodo Pater tam nobilis, qualem duabus præcedentibus meditationibus descripsimus, facilè agnoscatur esse non posse Pater aliquis terrenus: nihilominus, ut magis appareat illius ab his omnibus distinctio, postquam diximus *Pater noster*, illico subjungere debemus, *qui es in Cœlis*. & quem in finem? fortè ad captandam, ut fieri consuevit, ejus benevolentiam tam speciosо exordio, tam splendido, quale hoc est? haud sanè, quia artes ejusmodi superfluæ sunt cum Patre loquentibus. facere id debemus ad excitandam in nobis ipsis memoriam, nos loqui Patri alicui Cœlesti: & ideo à tali Patre nihil esse petendum terrenum, saltè ut finè ultimũ votis nostris propositum: sed id solum, quod sit dignum peti à tanto Patre. *Quæ sursum sunt, quærite, quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terrã.* Col. 3. v. 1. an non putas te injuriam foli facturum, si is sensu esset prædirus, petendo ab illo labruscas, juncos, genistas, ranas ignobiles? ita est, etiam ista debes ipsi in acceptis referre, ut quæ aliquam utilitatem hominibus afferunt, quodsi tamen ad solem dirigendæ precesserint, ab illo flores peteres, frumentum, aurum, margaritas, pyropos, adamantes lectissimos, quia ista sunt potiùs ejus propria dona. ita quantumvis bona cuncta etiam temporalia à DEO manent, nihilominus si habere velis pro eo, qui est, petere non debes ea bona, quæ etiam equi & canes peterent, si ipsi loquerentur. illa tantùm petere oportet, quæ illi gloriosum est dare. quia cetera, si profuerint, dabuntur etiam non postulata. *Hæc omnia adjicientur vobis.* Matt. 6. v. 33. Quis igitur stylus est libelli supplicis, quem porrigis tanto Patri? an pro eo habes, qui est? pro Patre Cœlesti tu ne petas à tali Patre res nihili, quasi fores idolorum cultor? à Patre tam sapiente res petas ineptas? à Patre tam sancto iniquas? majorem illi facis injuriam, dum sic agis, quàm faceres alicui Monarchæ ardenter postulans, ut dignaretur in sinu tuo accumulare lutum.

2. Considera, quomodo ad excitandam memoriam à Patre Cœlesti non esse petenda nisi bona ejus majestati condigna, satis foret primò dicere *Pater noster*, & mox addere *Cœlestis*, quia hic ejus est titulus usitatus: *Respicite volatilia Cœli &c. Pater vester Cœlestis pascit illa.* Matt. 6. v. 26. Christus tamen dici hîc potiùs voluit *qui es in cœlis*, quàm *Cœlestis*. quare? ut magis assurgamus spiritu ab hac infima parte Mundi, in qua degimus, & quasi evehamur celeri volatu ad illam altiorem, celsissimam scilicet Cœli Regiam, in qua imaginamur nobis quasi in sede propria habitare DEUM: *Ad te leva-*

vi oculos meos, qui habitas in cælis. Ps. 122.v.1. Nemo est, qui nesciat DEUM ubique habitare eodem modo. *Quò ibo à Spiritu tuo?* ipse est in campis, in montibus, in maribus, atque in ipsis abyssis. *si descendero in infernum, ades.* Ps. 138. v. 8. magis tamen propriè dicitur esse in cœlis. *Qui habitat in cælis, irridebit eos.* Ps.2.v.4. quia, sicut etiam spiritus noster, quamvis insit cuivis parti corporis animatæ, quantumvis infimæ, dicitur tamen peculiari modo inesse cordi & capiti tanquam principio vitæ rationalis, ita quantumvis DEUS semper existat in quavis infimâ parte Universi, propriè tamen dicitur potiùs esse in Cœlis, *habitat in cælis*, æthereo scilicet, & Empyreo, quia ibi exercet operationes suas præcipuas, in Æthereo tanquam Monarcha Naturæ, in Empyreo tanquam Monarcha eorum, quæ naturam transcendunt. *Habitaculum ejus sursum.* Deut.33.v.27. nisi quòd spiritus noster contineatur corpore, in quo tanquam in domicilio suo versatur: DEUS autem non continetur; imò ineffabili quodam modo continet illa ipsa spatia vastissima, quibus illum comprehendi rudes imaginamur, & vastiore immensitate transcendit. *Elevata est magnificentia tua super cælos.* Ps.8. v.2. Hoc interim est, quod præ omnibus aliis curandum, quoties te ad orandum componis, ut mentem viva fide de terra eleves, & quàm potes, altissimè subvehas, eò scilicet, ubi Pater tam nobilis tanquam Monarcha ordinis naturalis derivat influxus illos puriores, magisque propitios, qui in nos ab illis depluunt: sed etiam eò, ubi tanquam Monarcha Ordinis naturam supergressi beatos facit tot Angelos, tot Archangelos, tot Electorum choros, qui eum augustâ coronâ circumstant: illa enim est propria mansio, quam Pater tuus tam bonus pro te quoque paratam habet, si eam volueris. Hinc etiam Christus, cùm oraret, oculos suos in cœlum levabat: *Sublevatis oculis in cælum dixit: Pater venit hora: clarifica filium tuum &c.* Jo.17.v.1. ut docuit, multò magis, cùm nos miseri ad orandum accedimus, repræsentandum nobis quasi ex alto auscultantem Patrem, ut à terra abstrahamus spiritum, dum illi loquimur, quamvis modò abstrahere inde corpus non possimus. Atque hæc prima est causa, quare Dominus noluerit hîc dici: *Pater noster Cælestis*, sed *qui es in cælis.*, ad excitandam hoc præsentiâ vivaciùs fidem ipso orationis initio, quâ credas DEUM esse & in Cœlis esse quasi Patrem amantem, ut in Regio suo throno nos exaudiat. *In cælo sedes ejus.* Ps 10.v.5.

3. Considera voluisse Christum dici potiùs *Pater, qui es in Cælis*, quàm *Pater Cælestis*, non tantùm ad excitandam fidem vivam, ut nunc diximus, sed etiam spem oranti maximè necessariam. Perspicuum est, spem semper natura suâ tendere ad ardua, excelsa, eminentia; nam quæ in promptu sunt, non speramus: *Quod videt quis, quid speret?* Rom.8.v.24. Habentur pro jam possessis. Itaque in hac sacra Oratione Dominica jam jam magna petitur

à Patre tuo Cœlesti, plurimum juvabit eum tibi repræsentare in summo Cœlorum; sic enim statim intelligis, quòd te vel solâ manu porrectâ secum levare possit ad sedes altissimas. *Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me.* Ps. 17. v. 17. neque dicas forsitan, cùm ille loco consistat adeò sublimi, facilè fieri posse, ut ex ejus conspectu penitus evanescas præsertim inter homines, & majores te, quibuscum vivis, imò ob id ipsum spectare potes te ejus oculis non subducendum, quia loco consistit adeò excelso. *Excelsus habitat, & humilia respicit.* Ps. 112. Quoniam sol locum obtinet tam arduum, nemo est in terra, qui diffidat, se perinde favorum ejus futurum participem. Sit ille sanè in mundo unicus, nihil refert, fruuntur omnes: tam fixis oculis ille flosculum inspicit, quàm innumeram multitudinem Palmarum, Cedrorum, Cypressorum, Platanorum, præ quibus flos ille non minùs evanescit, quàm Pigmæus in populo Gigantum. *Sol illuminans per omnia respicit.* Eccl. 42. 16. Eccur igitur miserellus times in *tam immensâ creaturâ*, fortè futurum, ut DEUS te non discernat? discernit multò magis, quàm sol ipse florem illum tot inter plantas, imò quemadmodum sol, dum se ipsum tot plantis indulget, quarum integræ myriades in terra germinant, interim non omittit etiam illi flori ita se impertire, quasi in terra sit unicus, in quem splendores suos plenè effundat. Sic DEUS facit tibi, modò non ponas obstaculum, quod ipsum impediat. Et ideo quando illi dicis: *Qui es in Cœlis*, confide tantùm: non enim sine causa vult, ut eum imagineris loco constitutum tam alto, & non uno templo vel sede conclusum, prout inter Judæos simplex turba eum imaginabatur aliquando, quæ proinde credebat, quoties oraret, accurrendum esse ad templum, ut ipsum in tabernaculo inveniret. Sursum eum habes in Cœlis: *In sole posuit tabernaculum suum.* Ps. 18. v. 6. in loco aperto, amplo, elevato, habes, inquam, in parte, ubi te audiat, undecunque desideras, de plano, de montibus, piscinis, maribus, hortis, sylvis, eò clamare satis est: *Clamabo ad DEUM Altissimum.* Ps. 56. v. 3. quippe cùm ille non tantùm sit in sole positus, sed infinitè solem ipsum transcendat, non est periculum, quin te habeat ubique & magis quàm sol ipse præsentem. *De Cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.* Ps. 32. v. 11. nec istud satis, quia sicut ex eo, quòd loco constitutus sit adeò excelso, consequens est, ut liberè prospiciat, quidquid vult, uti nos è turri quadam altissimâ facimus, ita etiam consequitur, ut possit. quare? quia nullius potestati subest. Pater tuus *est in Cœlis*, sine dubio tanquam eorum moderator. Quid igitur formides fatales siderum Aspectus more Ethnicorum, qui ideo inutilem putabant omnem orationem? prorsus aliter res habet: *A signis Cœli nolite metuere, quæ timent Gentes.* Jer. 10. v. 2.

v. 2. Magnus ille Pater tuus, in loco consistit, unde omnes infra se despicit, continétque causas, quas secundas vocamus, omnes Intelligentias, omnes sphæras, omnes stellas, inferiores omnes potentias, & ideo quænam istarum ejus Decretis poterit obstare, si ille te velit incolumem? nulla sanè. *In ditione tuâ cuncta sunt posita, & non est, qui possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israel.* dicebat DEO in ærumnis suis Mardochæus. Esther. 13. v. 9. atque hoc ipsum est, quod tu quoque sed compendio dicis, cùm illi dicis. *Pater noster, qui es in Cœlis.*

4. Considera, quomodo modus iste loquendi simul cum fide & spe pariter excitare in te possit Charitatem, quia fieri nequit, quin aliquâ cum reflexione locum memorans, in quo residet Magnus Pater tuus, summè gaudeas de felicitate ipsius tam justâ. Nullus Regum in illa Civitate esse dicitur, in qua versatur incognitus: in illa sola esse dicitur, in qua cognoscitur, amatur, æstimatur, colitúrque obsequijs populi, qualis inter omnes præcipuè est ejus Metropolis. Pater tuus totius Universi Rex est, ut nemo dubitat: imò ubique revera est tam in terra, quàm in Cœlo. at in terra dici potest esse quasi incognitus, adeò parùm hìc accipit obsequij supremæ suæ Majestati debiti. unde dici quodamodo potest ibi non esse, ubi est? in Cœlis sursum, ubi reverà pro eo habetur, qui est. *Omnes cognoverunt eum à minimo usque ad maximum.* Jer. 31. v. 34. & sic dum illi dicis: *Qui es in Cœlis*, quis sensus huius vocis *es*? sensus est: *es cognitus, es amatus, es collaudatus, es conglorificatus, es exaltatus.* quod cùm dicis, quantum re gaudendum tibi est! In est, si grande spatium dimetiaris, quod [illegible] ra, in qua degis quasi filius exulans, [illegible] Cœlum usque porrigitur, optabis [illegible] Columbæ, quibus eo pertingas ad inveniendum Patrem tuum amantissimum: sed non habebis; & idcirco [illegible] iam affligeris anxiè suspirans: *Quis mihi tribuat, ut cognoscam illum, [illegible] ego, & inveniam illum, & veniam usque ad solium ejus?* Job. 23. v. 3. [illegible] nihil refert. hic quoque erit [illegible] Charitatis, & ideo tantò aptior ad [illegible] movendum Dominum, ut orationem tuam exaudiat. filiolus ille, qui [illegible] dens Regem Patrem suum [illegible] considentem throno, cupere [illegible] per tot gradus eniti in sinum & complexum Patris, sed vires non [illegible] quid igitur? cùm aliud non possit plorare incipit, & ita dolorem [illegible] solatur, quia plorando ipsum Patrem obligat, ut descendens de throno [illegible] blandiatur. Idem tibi accidet [illegible] lachrymis, quas fundes videns [illegible] trem loco consistentem adeò [illegible] te verò adeò profundo, efficies, [illegible] subitò descendat ex amore, [illegible] uniat, donec hora demum adit, [illegible] te ad se evocet quasi filium jam [illegible] tum in eundem thronum, in quo ipse considet, consortem Regni.

XX.

Sanctificetur nomen tuum.

COnsidera, cùm DEUM tuum in hac oratione Patrem appellas, æquum esse, ut in omnibus precibus, quas offers, te genuinum filium demonstres. porrò quid aliud primo loco petat filius sapiens, probæque indolis, nisi quod Patri suo prosit? unde neque te primo loco aliud petere oportet à Patre tuo Cœlesti, nisi quod ipsi prosit: *Sanctificetur nomen tuum.* Hæc igitur præcipua est petitio, quam facimus in hac excelsa oratione Dominicâ. quia in ista omni amore proprio exuti DEUM amamus propter DEUM, & non propter utilitatem aliquam, quæ ex eius amore in nos deriveturi. Ponitur autem in ipso principio, ut intelligamus hanc petitionem esse debere finem ultimum ceterarum, quæ sequuntur. cùm petimus à DEO, ut regnum ejus adveniat, ut ejus voluntas fiat, ut panem nobis tribuat quotidianum, ut culpas dimittat, aut ab iis nos præservet, ut denique ab omni malo nos liberet; quid est, propter quod hæc omnia petere debemus, tanquam propter ultimum finem? an commodum nostrum? haud sanè, sed ipsius: hoc est agere more filiorum: non ut facere patres solent, ortum habentes è mari, quæ quantum aquæ inde hauriunt, tantum sordidè retinent quasi pro sagina, sed ut flumina, quæ omnem illi refundunt quasi tributariam. Vides ergo, ad formandam, ut oportet, istam petitionem, opus fore corde Seraphini, quod DEUM amat propter DEUM, nec amando gaudet, nisi quia amor ipse demum cedit in emolumentum DEI. Non es Seraphicus: sed ut sis, conari potes; & quomodo? si utaris hac oratione jaculatoriâ in cunctis operibus, quæ facis interdiu, sed ex corde utaris: *sanctificetur nomen tuum.* hoc est jaculum amoris, quo quidquid muneris ad DEUM dirigis, sive pretiosissimum sit, sive vilissimum, quod habeas, eodem placet modo. *Vulnerâsti me* (eodem modo) *in uno oculorum tuorum*, quæ res est summi pretij, *& in uno crine colli tui*, quæ res est nihili. Cant. 4. v. 9.

2. Considera DEUM non esse capacem in se ullius commodi, cùm sit omnium dives. extra se duntaxat aliquo modo recipere illud potest. atque hoc est unicè gloria sua. quæ sicut meritò fuit ultimus finis, propter quem ille nos in mundo constituit juxta illud: *Omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.* *Creavi* per creationem animæ, *formavi* per formationem corporis, & *feci* per compositionem tam nobilem, quæ resultat ex anima corpori unitâ. Isa. 43. v. 7. ita vult se esse ultimum finem omnium ope-

operum, quæ suscipimus. quemadmodum meritò omnis artifex gloriam suã vult esse finem ultimum rerum omnium, quas aliorum bono ipse elaborat. an ergo nihil unquam referemus ad gloriam nostram? avertat DEUS! omnia ad gloriam DEI. *Tibi Domine Justitia*, id est, *gloria*, *nobis autem confusio faciei*. Dan. 7. v. 7. atque hæc gloria adeò semper illi debita, ut ideo Justitia vocetur, hæc, inquam, est, quam ab ipso petimus hoc loco, quia solus ipse efficere potest, ut sibi detur, sicut par est. unde illam non petimus sub nomine glorificationis, prout etiam petere possemus, sed sanctificationis, quia hæc est gloria DEO maximè accepta. *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus DEUS exercituum*. & si in terra voce concordi id omnes exclamarent, prout in cœlo contingit, alio non foret opus. *Plena est omnis terra gloriâ ejus*. Isa. 6. v. 3. Porrò nôsse oportet, vocem *sanctificare*, duplicem habere sensum in scripturis. Primus est facere sanctum, alter est tractare ut sanctum. priore sensu dicitur DEUS sanctificâsse diem Sabbathi: *Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum*. Gen. 2. quia eum servavit sibi. In posteriore dicitur mandâsse, ut dies iste sanctificetur. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices* Exod. 20. v. 8. quia jussit eum nos revereri ut suum. Jam verò nomen DEI non potest sanctificari primo sensu, quia in se ipso sanctior esse nequit, quàm sit, est enim sanctus infinitè. *Sanctum nomen ejus*. Luc. 1. potest sanctificari secundo sensu. & quâ ratione? eâ ipsâ, quâ volebat olim sanctificari Sabbathum, [illegible] nunc vult sanctificari Dominicam, [illegible] quamcunque diem aliam DEO [illegible] cratam. Istæ sanctificantur, [illegible] vemus eas profanare per opera [illegible] lia, vel indigna, vel iniqua, quæ [illegible] ra sanctificatio negativa. *Custodiam Sabbathum, ne polluat illud*. Isa. 56. [illegible] inde sanctificantur per varios [illegible] Religionis, quæ est sanctificatio [illegible] positiva. simili proportione [illegible] timus à Domino, ut nomen [illegible] ctificetur, petimus imprimis, [illegible] mittat nomen suum profanari, [illegible] mni, ludibrio haberi, prout [illegible] infideles, qui nomen istud [illegible] communicant, etiam truncis [illegible] dissimis orci monstris; & prout [illegible] tot etiam fideles, qui non [illegible] re dœmonum id blasphemare. [illegible] mus deinde, ut faciat illud [illegible] magis per actus Religionis, [illegible] verò adorationis, amoris, & [illegible] mensæ. En, quantò meliùs [illegible] dicentes DEO: *sanctificetur nomen tuum*, quàm si diceremus, *laudetur, manifestetur, magnificetur, glorificetur*, [illegible] verbo hæc omnia complectimur, [illegible] præterea iis utimur vocabulis, [illegible] sunt DEO gratissima. *Psallite Domino sancti ejus, & confitemini*, [illegible] nia, *memoriæ sanctitatis ejus*, [illegible] *tentiæ*, non *Providentiæ*, sed [illegible] Ps. 29. v. 5.

3. Considera, quare hic [illegible] mus à DEO, ut ipse sanctificetur [illegible] sacrum ejus nomen. *sanctificetur nomen tuum*. an fortè desiderandum [illegible] est, ut dictis modis etiam magis [illegible]

ſtia quàm in ſolo nomine honoretur? ſed ſanè *DEUS ſanctus ſanctificabitur.* Iſ.5.v.6. ſed ob hoc ipſum, quiſquis deſiderat tantopere honorari DEUM in nomine, oſtendit ſe multò magis deſiderare, ut honoretur in perſona. Attamen non dicimus: *ſanctificeris tu Pater*, ſed *ſanctificetur nomen tuum.* quia bonus filius non ſolùm tolerare nequit, ſi videat Patrem contemptui haberi in perſona, ſed nec in nomine, quod gerit. *Glorificabo nomen tuum in æternum.* Pſ.85.v.12. præterquam quòd nomini cujuſque ſolet plerumq; reſpondere laus, quæ illi datur. ſi nomen habeat Magnifici, laudatur ob magnificentiam, ſi nomen habeat Manſueti, laudatur ob manſuetudinem, & ſic de ceteris. Itaque cùm optamus DEO, ut in ipſo ejus nomen glorificetur, vel ipſe in nomine, non deſideramus eum glorificari utcunq;, ſed juxta quodcunque nomen, quod gerit, nempe Domini, Potentis, Providi, Juſti, Boni, Benigni, Sancti, & ſic de aliis loquendo infinitis. *Cognoſcat, quia nomen tibi Dominus, Potens, Providens &c.* Pſ.82.v.19. Hinc eſt, quòd Pſalmiſta non contentus dicere: *Afferte Domino filii DEI, afferte Domino gloriam*, adjungendum putaverit: *afferte Domino gloriam nomini ejus.* Pſ.18. hoc eſt, *gloriam debitam nomini ejus.* quia ſecundùm omne nomen DEO proprium glorificari illum voluit: *ſecundùm nomen tuum DEUS, ſic & laus tua in fines terræ.* Pſ.47.v.10. Nihilominus dicere non debemus hoc loco: *ſanctificetur nomen tuum potentis, nomen tuum providentis &c.* ſed abſolutè *nomen tuum* aliud adjungendo nihil. & quare? quia, ut deſideremus glorificari quodcunque DEI nomen, ſatis eſſe debet, quòd ſciamus eſſe nomen ipſius. Quando cupis DEUM glorificari ſecundùm nomen Potentis, Providi &c. fortè cupis eum glorificari intuitu beneficiorum, quæ ut talis perſonæ tuæ contulit. at in hac petitione tui penitus debes obliviſci, & ſic dicere Deo: *ſanctificetur nomen tuum*, id eſt, *tuum, ut tuum eſt*, inſuper habitis aliis, quæ poſſint adjungi. hoc eſt agere tanquam filium, qui novit amare Patrem ſuum, ut oportet, & amare nomen ejus. *Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomẽ tuũ.* Pſ.5.v.12, *in te*, non *in donis tuis.*

4. Conſidera, quomodo filii, ſi ſint amantes, non ſolùm ardentiſſimè cupiant glorioſum reddi nomen Patris ſui, ſed cupiant etiam ſe ipſos eſſe, qui præ omnibus id præſtent. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Pſ.21.v.23. unde videri potuit, ad demonſtrandum Patris amantem filium non fuiſſe dicendum: *ſanctificetur nomen tuum*, ſed *ſanctificẽ nomen tuũ.* vel cum omnibus ceteris: *ſanctificemus nomen tuum.* ſed falleris: erat, & adhuc eſt dicendum ſemper: *ſanctificetur.* quare? quia ſic agis ad modum amantis filii. amans filius debet equidẽ deſiderare, ut ipſe ſuper omnes Patris gloriam amplificet, ſed non debet hoc deſiderare ſuper omnia. ſuper omnia debet deſiderare, ut hoc fiat ſive per ſe ſive per alios: primò per ſe, ſi tantum ipſi ſit datum, ſin minus, ſaltem per alios. unde verum non eſt, hic orantem dicere potiùs debuiſſe DEO: *ſanctificem nomen*

tuum, aut *sanctificemus*, dicere debebas, uti nunc dicis: *sanctificetur* ad demonstrandum, te super omnia id desiderare, quod petis. an nescis te non posse modo quodam peculiari extollere Dominũ, quin id redundet in honorẽ tuũ? *Gloria hominis ex honore Patris sui.* Eccl. 3. v. 13. quàm pronum igitur est, ut tibi fœdè imponat amor proprius, & in ipsa quærenda gloria Patris te ipsum quæras? imò quoties te ipsum quæris, dum quæris gloriam Patris? cuperes tu solus deinceps esse in mundo, qui DEI gloriam propages, tu primus, qui ad veram pœnitentiam adducas animas, primus in concionando, primus in interpretando, primus in docendo, primus in gubernando, primus, qui incedas semper pulcherrimis ornatus palmis: & agis tamen ut illi quondam adhuc rudes discipuli, qui soli in Mundo gloriosum reddere volebant nomen Christi, ejus virtute dœmones obsessis ejiciendo corporibus: *Præceptor vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonium, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.* Luc. 9. v. 49. non sic age, sed memor esto, Christum illico respondisse discipulis: *Nolite prohibere: qui enim non est adversum vos, pro vobis est. ibid.* atque adeò iterum iterúmque dic DEO tuo: *sanctificetur nomen tuum.* non *sanctificem*, non *sanctificemus*, sed *sanctificetur*. Istud est, quod super omnia desiderandum, non ut tu sis, qui præ omnibus glorifices nomen DEI, sed ut nomen DEI ab omnibus glorificetur: & sic istud pariter super omnia perendum, hinc quoque, si fortè, quantumvis labores pro tenuitate virium æquè ac alii procurare DEI gloriam, id tibi non succedat, non ideo tristandum, non objiciendus est animus: gaude potius innumeros esse in mundo juniores, qui possint agere vices tuas, & vagant, desidera. *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.* Hinc solùm videri possit potiùs dicendum fuisse DEO non *sanctificetur nomen tuum*, sed *sanctifices*, quia solus DEUS carenomini suo potest gloriam convenientem. *Da gloriam nomini tuo.* nihilominus non est dicendum *sanctificetur* potiùs quàm *sanctificetur*. quippe si DEUS vult gloriam, non à se solo, sed per nos vult eam adipisci. & ideo dicere debemus communi vocabulo *sanctificetur*, quæ vox tam ipsum, quàm nos includit, quia nos absque DEO nihil possumus ad ejus gloriam, & DEUS à nobis sine nobis nihil vult.

* * *

XXI.

Adveniat Regnum tuum.

COnsidera, quomodo post bonum Patris sui omnis filius geminus meritò potest imò debet curam proprium. sed quodnam primò? quod primò amare debet & æstimare & tale utique est hæreditas. hoc enim est, quod ante omnia debetur ipsi ut filio. *Si filii, & hæredes.* Rom.8. 17. & hoc est, quod ut filius ante omnia in tuto collocare debet. En igitur causam, quare, postquam Patri nostro cœlesti diximus: *Sanctificetur nomen tuum,* velit Christus proximè subjungi: *Adveniat Regnum tuum.* quippe æquum est post curam gloriæ Paternæ nobis quoque consulere, nihil reverentiùs desiderandum, aut procurandum nobis est, quàm ut in tuto collocemus hæreditatem, quæ filiis omnibus in Paterna Domo est consecutio altioris sui finis. nec mireris à DEO fidenter nos posse petere ejusmodi hæreditatem. non est enim eadem ratio hæreditatis Cœlestis, quæ aliarum. si hic desideret filius hæreditatem paratam sibi à Patre suo secundùm carnem, ob hanc ipsam causam non meretur accipere. hoc enim aliud non est, quàm desiderare mortem Patris. Secus est in hæreditate Cœlesti à Patre superno nobis præparatâ. hæc enim aliud demum non est, quàm ipso frui: *Dominus pars,* hoc est, *tota pars hæreditatis meæ.* Psal.15. videre ipsum, uniri ipsi, vivere in ipso, atque adeò tantundem est petere ab ipso, ut ad hæreditatem admittat, quantum est petere, ut concedat nos ipsi totâ simul æternitate conjungi. an non prurit tibi animus amore hæreditatis tam splendidæ? ô hæreditatem delectabilem! ô hæreditatem opulentam! *Hæreditas mea præclara est mihi.* Psal.15. an non æquum tibi videtur omni momento eam postulare? *Adveniat Regnum tuum.* unde hîc non dicitur DEO: *Veniamus ad Regnum tuum,* sed *Regnum tuum adveniat,* hoc est, *Regnum tuum veniat ad nos.* quia cùm de hæreditate agitur, ita debet agi. nunquam debemus velle prævenire hæreditatem, sed exspectare, dum hæreditas nos præveniens ipsa appropinquet.

2. Considera noluisse Christum, dũ à Patre hæreditatem petimus quoad substantiam, eam peti nomine hæreditatis, sed Regni potiùs: *Adveniat Regnum tuum,* ut eam haberemus istius hæreditatis æstimationem, quam habere par est. ne putes, dum hæredes erimus Visionis beatæ, nos hæredes fore exigui cujusdam boni. hæredes Regni erimus, cui par non sit aliud, quod nempe proprium sit ipsius DEI, hoc est, Beatitudinis. *Hæredes Regni, quod repromisit DEVS diligentibus se.* Jac.2. v.5. nos majorem in terra beatitudinem mente concipere non possumus,

quàm summi cujusdam Regis. quia solum Regnum videtur status, qui bonorum omnium cumulum perfectum in se complectitur. *Status bonorum omnium aggregatione perfectus.* Qui regnat, habet, quidquid desiderat, pecuniam, conversationem, aulæ obsequia, delicias, venationes, concentus musicos: unde DEUS cùm Regnum daret Jeroboamo, ita illud circumscripsit: *Te autem assumam, & regnabis super omnia, quæ desiderat anima tua.* 3. Reg. 11. v. 37. maximè verò qui regnat, beatus videtur, quia absolutus est Dominus populorum, atque de his pro arbitrio disponit. Verùm ejusmodi beatitudo in terra oppidò imperfecta est. quis enim Rex ille tantus, qui non plurimis careat bonis, quæ cuperet, & quin sentiat à subditis inobedientiã, contumaciam, rebellionem, & mille perfidias saltem occultas? Regnare solius proprium est Paradisi. quippe DEUM ipsum cernimus, quantumvis Rex sit tam verus & universalis: *Rex omnis terræ DEUS.* Ps. 46. v. 8. tamen non ita in ea regnare, quin ejus mandatis plurimi luculentè refragentur. imò quot sunt bella, quæ quotidie illi movent. vel ipsi filii cum Satana Rege tenebrarum fœderati? solùm dici potest verè regnare in cœlo, ubi beati omnes illi subjectionem præstant integerrimam, qualem extra cœlum nullus præstat etiam Justorum. & magis regnabit, quando penitus everso Regno Diaboli pedibus habebit subjectos omnes refractarios, omnes rebelles. & cum pacificis filiis in æterna pace quietè regnabit. *In Sion regnabit DEUS tuus.* Is. 52. v. 7. [illegible] istud est propriè Regnum, quod [illegible] petimus, dicentes DEO: *Adveniat Regnum tuum.* petimus illam beatitudinem supernam, quæ efficiet, ut [illegible] ipso cunctis seculis in cœlo regnetur, quando habentes DEUM habebimus, quidquid possumus desiderare, [illegible] *Regnabimus* profectò *super omnia, quæ desiderat anima nostra.* videbimus [illegible] que cum summa pace subdi [illegible] solùm motus omnes inferiores, [illegible] tiam damnatos omnes, & [illegible] quos Christus Judex illo supremo [illegible] nostræ subjiciet potestati his verbis: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Mat. 25. v. 34.

3. Considera, dum tale Regnum [illegible] Patre petimus, fortè dici potuisse: *Adveniat Regnum nostrum*: quippe [illegible] gnum, ut diximus, illa est hæreditas, quæ ad nos spectat tanquam [illegible] consequenter petere illud [illegible] ut nostrum, *paratum nobis.* [illegible] Christus dici voluit: *Adveniat regnum tuum*, non *Adveniat regnum nostrum.* quia, quantumvis cœlum [illegible] turum sit verè regnum non [illegible] tris nostri Cœlestis, sed & nostrum [illegible] sumus ejus filii adoptivi, [illegible] ex præscripto sanctitatis, nunquam [illegible] bemus illud desiderare ut nostrum [illegible] ut ipsius Regnum. hoc est agere [illegible] nuinum filium, amare hæreditatem [illegible] non amare saltem principaliter [illegible] priæ utilitatis causâ, sed amare, [illegible] plus honoris possit Patri exhibere. Hinc, cùm dicis hîc Domino: *Adveniat*

regnum tuum, nihil aliud cogitandum magis quàm regnum illud, quo DEUS in te tantâ cum potestate tunc potiens, ut nihil porrò futurum sit, quod DEO repugnet, aut ab ipso recedat, sed totum sibi vêdicet, quoad voluntatem, phantasiam, intellectum, linguam, & quamcunque minimâ partem tui. *Regnabit Dominus super eos in monte Syon ex hoc nunc & usque in seculum.* Mich. 4.7. hoc præcipuum est gaudium, quo fruuntur in cœlo beati, non quòd sint Reges, sed quòd videant DEUM regnare *super eos*. ideò cùm gratias agant Christo ob beatitudinem, quam illis proprio sanguine comparavit, omnes illi voce concordi dicunt: *Redemisti nos DEO in sanguine tuo ex omni tribu &c. & fecisti nos DEO nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram.* Apoc. 5. v. 10. Primò agunt gratias, quod facti sint DEO Regnum: *Fecisti nos DEO nostro Regnum*: quia nimirum plenâ cum potestate regnaturus est DEUS super eos. deinde agunt gratias, quòd & ipsi facti sint Reges, sed Reges Sacerdotes, quales erant Reges omnes populi electi, hoc est, tales, qui thuribulis aureis debebant Deo semper offerre incensum laudis æternæ; *fecisti nos DEO nostro Sacerdotes, & regnabimus super terram*: id est, *Sacerdotes etiam regnantes super terram*. *regnantes* super omnia, quæ simul cum DEO cunctis seculis futuris habebunt subjecta pedibus. ecce ut primò gaudent se esse DEO Regnum, deinde, quòd etiam ipsi sint regnaturi. Ordinem tam pulchrum, quem sancti in cœlo servant, te pariter servare oportet super terram. illi sine comparatione gaudent magis esse se Regnum Dei quàm Reges: & idem tibi quoque debet esse in votis, quoties prece supplici dicis DEO: *Adveniat Regnum tuum.* non tam ut regnes cum DEO, quàm ut DEUS perfectè regnet in te.

4. Considera, duas inveniri hominum classes in terra, qui non audent sincero animo more aliorum hæc verba proferre: *Adveniat Regnum tuum.* Prima est peccatorum obstinatorum, altera Justorum imperfectorum, quorum animus nimium affigitur vitæ isti mortali. Non possunt ea proferre peccatores obstinati; nam quid aliud illi petunt, juxta genuinum verborum sensum, cùm hîc petunt à DEO, ut adveniat Regnum ejus, nisi ut adveniat decretoria damnationis sententia? Convenit DEO perpetuum in omnes Regnum non Justos tantùm, sed & peccatores. *Regnabit DEUS super Gentes.* Ps. 46. v. 9. sed modo admodum diverso. super justos in cœlo regnabit, super peccatores in inferno. & sic etiam Justi erunt Deo Regnũ, quia super hos omnes regnabit DEUS tanquam Monarcha amoris super totidem Reges, qui coronati ab ipso vicissim coronas suas cum gaudio augusto ejus solio submittent. Et peccatores erunt Deo Regnum, quia DEUS super eos omnes regnabit, sed tanquam Monarcha horroris super totidem mancipia, quæ ab ipso in æternum carcerem condemnata frustra conabuntur excutere catenas ferreas, & compedes ignitos, sub quo-

quorum onere gementes miseri libenter mortem sibi consciscerent, sed non poterunt. & ideo en quid petant peccatores obstinati, quin advertant, cùm petunt advenire Regnum ejus: *Advenat Regnum tuum.* petunt advenire servitutem illam æternam, quæ ipsis debetur in barathro abyssi. *Væ desiderantibus diem Domini!* Amos. 5 v. 18. Neque possunt verba ista proferre illi justi tam imperfecti, qui vivunt nimium affixi vitæ suæ mortali; quâ enim fronte audent postulare à DEO, ut ejus Regnum adveniat, si in corde suo tam malè sunt constituti, ut in omnem æternitatem renunciarent cœlo, modò DEUS illis concederet citra suam offensam æternum in hac terra degere. Itaque cùm tu recitas orationem Dominicam, cogita tantisper, in quo statu versetis, quando petis à DEO, ut adveniat Regnum ejus. & si in peccato existas, time, & contremisce ob periculum, in quo versaris, si Regnum ejus appropinquet. *Appropinquavit in vos Regnum DEI.* Luc. 10. v. 9. & si nimium adhuc terræ adhæreas, inde te avellere satage; quâ enim ratione fieri potest, ita te affici rugurio aut mapali rustico (si tamen tanti est terra cœlo comparata) ut, illud ne deserere sit necesse, grave tibi sit in aliam migrare regionem quamvis remotam ad capessendam possessionem Regni vastissimi, quod ad te hæreditatis jure spectat. Imò si hîc fores non grandis tantùm, aut princeps persona, sed unus maximorum Regum, semper intra te ipsum dicere oporteret, quod Christus ajebat: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Non dixit: *in hoc mundo*, sed *de hoc mundo.* Jo. 18. v. 36. Etsi reverà Rex erat non solùm [illegible] mundi sed & hujus, hunc tamen [illegible] nimè curabat, sed illum tantùm [illegible] que ajebat se illic esse Regem, & non isthic; quia de Regno terreno [illegible] non capiebat solatia sed de cœlesti tantùm. *Regnum meum non est hinc.* Si ita feceris, tu quoque assuescens affectu summo possis dicere tam intra quàm in morte Patri tuo Cœlesti verba ista adeò præclara: *Adveniat Regnum tuum.* In vita sensu desiderantis, ut pro te quoque veniat Regnum DEI, quemadmodum pro aliis. In morte sensu gratulantis adventum, uti par est, quando videtur jam jam propinquare.

5. Considera, etsi fortè contingat, ut non excutias peccatum, aut [illegible] affectum nimium, quo terram amplecteris, non ideo existimandum [illegible] nem Dominicam vel prorsus [illegible] tu tuo inutilem tibi fore, vel inconvenientem, ideóque omittendam, [illegible] quia illam oras communi nomine, [illegible] semper in plurali numero, atque [illegible] inconveniens non est, quia [illegible] cas te non posse petere pro te bonum, id petis pro aliis, & exerces actum charitatis. Secundò quia in eo casu [illegible] nimum *materialiter*, & sic exercens [illegible] solùm actum charitatis sed & Religionis saltem externæ, qui actum [illegible] lis est devotis, ita indevotis est [illegible]

fiat. Indefit, ut talis oratio nec inutilis tibi sit, quia spectato illo ipso cultu externo tantùm, qui est gratus Deo, convertet DEUM potes ad dandam portentalem gratiam, ut relicto statu illo miserabili possis demum tu quoque dicere non pro aliis duntaxat, sed etiam pro te: *Adveniat Regnum tuum.*

* * *

XXII.

Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terrâ.

COnsidera quemcunque filium justissimè aspirare ad hæreditatẽ, sed ẽ lege, ut ob exigua obsequia, quæ fronde Patri suo præstat, illâ non exclusimò mereri deber plenâ subjectione, quâ se in omnibus accommodat voluntati Paternæ. Proinde postquam Patri nostro cœlesti diximus: *Adveniat Regnum tuum*, eâ ratione postulantes hæreditatem, an non æquum tibi videtur, ut mox etiam subjungamus: *fiat voluntas tua*, ad omnia, quæ vult, nos promptos exhibendo? attamen non dicimus Patri nostro: *faciamus voluntatem tuam*, ne eo modo plus nobis tribuimus, quàm oportet. dicimus: *fiat*: sic enim majore modestiâ loquentes ex una parte ostendimus promptitudinem, quam ut liberi habemus exequendi voluntatem Divinâ: parte aliâ necessitatem gratiæ indicamus ad hoc ipsum præstandum. Porrò cùm dicimus *fiat voluntas tua*, non petimus duntaxat, ut *fiat à nobis*, sed ut *fiat à nobis*, & *fiat de nobis*. Probus filius non solùm facere tenetur, quidquid Pater figillatim illi præcipit, quando dicit: vade, aut veni, cessa ludere exempli causâ; sed debet præterea velle, ut de se fiat, quidquid vult Pater dispositione quadam generali ejusdem, ut cùm illum ad hoc contubernium, ad hanc aulam, ad hoc genus officii applicat. atque hoc est, quod nos velle significamus per illud fiat à Patre nostro, qui in cœlo regnat. Imprimis ut à nobis ejus voluntas fiat: *fiat à nobis voluntas tua*, hoc est, ut executioni dentur ejus mandata, ejus consilia, & inspirationes omnes internæ: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.* Ps. 39. Deinde ut ejus voluntas *fiat de nobis*, hoc est, ut ipse de nobis disponat in omnibus seu prosperis seu adversis. *Veruntamen non mea voluntas sed tua fiat.* Luc. 22. v. 42. an igitur putas te agere cum Deo tuo tanquam Patre, & sic promereri hæreditatem, quam tibi parat, si tam parùm te subdis huic geminæ voluntati, ut neutram adimpleas? *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in Regnum cælorum.* Mat. 7. v. 21.

2. Considera primam voluntatem è duabus, quas diximus, dici voluntatem signi, seu significatam: quia non est voluntas determinationis circa o-

pera à se requisita, sed solius desiderii manifestata nobis per præcepta, consilia, & alia ejusmodi signa, quibus ostenditur, quid à nobis ille cuperet. *Notas fecit filiis Israel voluntates suas.* Ps.102. Altera dicitur Beneplaciti, & est voluntas absoluta, quia DEUS omnino statuit disponere de nobis hoc modo potiùs quàm alio, quin ullus ipsi resistat aliquando. *Omnis voluntas mea fiet.* Is.46. v.10. Primæ voluntati, propriè loquendo, dicimur obedire. Alteri dicimur nos conformare. Ideo cùm dicendo *fiat voluntas tua*, significamus, ut *fiat à nobis*, rogamus DEUM, ut omnino faciat nos perfectâ sibi præstare obedientiâ. *Doce me facere voluntatẽ tuam, quia DEUS meus es tu.* Ps.142.v.10. & cùm significamus, ut *fiat de nobis*. penitus nos cõformamus ad voluntatem ejus Divinam. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matt. 26. v.39. Neque dicas hanc non tam esse petitionem, quàm indifferentiam voluntatis: quia id ipsum, quod DEus omnino agere decrevit ad salutem nostram, ut plurimum decrevit agere per nos, & speciatim interveniente oratione nostrâ, quam idcirco in hunc finem tam grandem interponimus. Et quando utrumque significamus, hoc est, ut *fiat à nobis, & fiat de nobis*, duo simul præstamus, petimus nempe perfectam obedientiam, & illi dedicamus integrã voluntatis indifferentiam. En igitur, quàm excelsa sit ista oratio. dici potest quædam synopsis, vel quasi in aurum eliquata omnis simul sanctitatis substantia. Certum enim est ad obtinendum regnum cœlorum, quæ est hæreditas cuilibet parata, maximè necessaria media esse virtutes omnes Christianas, promptè suis usitatas temporibus, quasi totidem monetas usuales & varias, atque, ut ita dicam, minutas, patientiam, mortificationem, mansuetudinem, humilitatem, castitatem, charitatem, fortitudinem, cetera quæ innumero, ut sine dubio superent omnia generis monetas, quæ vulgò habentur. porrò quis non videt istas à DEO petere tam frequenter, quàm necessarias nobis sunt, & sigillatim petere sine expressa nominibus, opus fore nobis molestissimum? Quid igitur JESUS? sapientia infinita? in unam conmonerat, sed unam quasi auream monetam, quæ cunctis æquivalet, in adimplendo & cognoscendâ DEI voluntate. & sic dum dicimus *fiat voluntas tua*, videmur rem unam petere, nempe ut ejus voluntas impleatur, sed re ipsâ petimus innumeras; quæ enim est voluntas Domini, nisi ut virtutes illas omnes exerceamus more sanctorum? *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* 1.Thess.4. hoc ut petieremus, effecit Christus. tu nihilominus non semper verba ore circumfers, cùm scias tam ad mandata?

3. Considera, quàm sit æquum semper ore nostro versare hanc primo sensu, quo gratiam à DEO stulamus exequendi ejus volun *Inclinet corda vestra ad se, ut ambulet in viis ejus.* 3.Reg.8.v.58. æquum ob honorem, quem eâ executione reddimus. & est æquum ob utili

quam ab illa executione bono nostro referimus. I. æquum est ob honorem, quem eâ executione DEO reddimus, quia primus honor, quem quilibet Pater à filiis requirit, in obediendo consistit. *Quid vocatis me Domine, & non facitis, quæ dico?* Luc.6.v.46. unde Christus affirmabat hunc fuisse filium præcipuum, propter quem de cœlo in terram descendisset, ut in omnibus faceret voluntatem Patris sui. *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris.* Jo.6.v.38. Quidsi è contrario tam malè esses comparatus, ut, cùm ptiùs haud ægrè faceres opus quoddam bonum, quale esset adire hospitale, jejunare, flagellare te ipsum, quia tuo faciebas arbitrio, illico deinde amitteres animum faciendi, quia tibi mandatur? istud sanè non est Patrem honorare. II. æquum est pariter ob utilitatem, quæ in nos redundat: quia omnis Pater maximè amat filium morigerum, hunc amplectitur, huic blandetur, huic favores suos impertit. Idem DEUS facit. *Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Act. 13. v. 22. Cùm è contrario illi filii, qui semper volunt repugnare Patri, malè habeant, adeò semper eos invicem collidi necesse est. & adhuc miraris neq; te unquam in pace vivere cum DEO? illi nimium resistis. *Quis restitit ei, & pacem habuit?* Job.9.

4. Considera, quàm æquum sit nos semper ore nostro verba ista versare: *fiat voluntas tua*, in secundo sensu, quo quo cupimus voluntatem DEI fieri in nobis. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.* 1.Reg.3.v.18. & id quidem duplici ex capite. I. ob honorem, qui hinc magno Patri nostro accedit. quippe dominium illud plenissimum, quod in nos ipsi libenter concedimus, demonstrat, quantum tribuamus ejus amori, potentiæ, misericordiæ, providentiæ, sapientiæ: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Ps.22.v.1. atq; iste maximus est honor, quē à nobis possit accipere. Qui navigāt, majorem nauclero ad clavū sedēti exhibere honorē non possunt, quàm si quieti in lectulo suo dormiant. Quādo eū solicitè circumstant, scituri, cur nunc ad dextram, nunc ad sinistram potiùs flectat gubernaculum, ita eum offendunt, ut denique in furorem agant. majore ignominiâ non potes afficere Dominū, quàm si ab illo rationem, ut ita loquar, exigas sui regiminis. *Quare jejunavimus, & non aspexisti?* Is.58.v.8. an verè honorare illum cupis? semper, sed ex animo, dicas illi: *fiat voluntas tua*, id est, *tua, ut tua est.* non aliam ob causam, quam equidem minimè requiro. II. æquum est ob utilitatem maximam, quæ in nos redundat, tanquam rudes filios, qui nisi liberè nos duci patiāmur in omnibus à Patre, singulis passibus adimus periculum pereundi. Oviculā, quæ sola vagatur per nemora, trepida, pavidáque incedit. quare? quia ut ut stolida non ignorat, quàm necesse sit se gubernari. tunc quieta incedit, cùm pastoris sui vestigia sequitur. Idē nobis accidet. an securi incedere cupimus?

pimus? en modum: nempe ut instar simplicis oviculæ sinamus à DEO nos duci. hoc solum omnem tollere perturbationem potest. *Et ego non sum turbatus te Pastorem sequens.* Jer. 17. v.16.

5. Considera, id velle, quod vult DEUS quocunque modo vel à nobis vel de nobis, tanti opus esse momenti, ut quàm fieri potest, perfectissimè sit exercendum. Ideo Christus præcepit, ut, cùm Patri dicimus: *fiat voluntas tua*, in quolibet dictorum sensuum: *fiat voluntas tua*, semper adjungamus: *sicut in cælo & in terra.* certè fieri nequit, ut voluntas DEI in terra perinde æstimetur, & adoretur ab omnibus, sicut in cœlo, ubi cognitioni ex æquo respondet amor. nihilominus altum oportet designare scopum, ut illum quoad possumus, attingamus. *Excellentiorem viam vobis demonstro.* 1. Cor.12.v.31. Hoc autem est videre, quid sit in cœlo usitatum. In cœlo fit voluntas, quæ dicitur signi, & fit voluntas, quæ dicitur Beneplaciti. Voluntas signi fit ab Angelis maximè, qui ut nuncii indefessi semper adstant expeditis alis ad avolandum, quò mittuntur. *Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis voluntatem ejus.* at quomodo ab ipsis fit ejusmodi voluntas? promptè? accuratè? non satis est. fit mero obediendi studio: *ad audiendam vocem sermonũ ejus*, id est, non solùm *statim ac ipsi audiunt vocem*, prout explicant nonnulli, sed *ad hunc merum finem, ut audiant vocem*, seu *ut obediant voci.* quem sensum præfert omnibus Bellarmin[illegible] xta proprietatem verborum, [illegible] te habentur. Ps.101.v.20. nam Ang[illegible] li non obediunt propter emo[illegible] tum aliquod proprium, sed solum [illegible] obediant. Voluntas Beneplaciti [illegible] fit ab Angelis duntaxat, sed ab omnibus simul beatis, quin cessent aliquando. & quomodo etiam illa fit? [illegible] spiritu. id est, cum summa adhæsione intellectûs, certò statuentis illud quovis genere esse optimum, quod vult DEUS. & fit cum summa adhæsione voluntatis determinatæ ad ipsum volendum ut optimum. *Adhæsit anima mea post te.* Ps.62.v.9. [illegible] iste mos est pulcherrimus etiam in terra executioni dandus. Nos in hoc orbe terrarum obedimus nonnunquam [illegible] promptè & accuratè, sed simul obedimus propter utilitatem, quam obediendo percipimus. hoc non est obedire ad modum Angelorum. Et [illegible] quando conformamur in terra voluntati Divinæ, sed simul cupimus, [illegible] possibile, aliter DEUM velle. Hoc non est conformari ad modum beatorum. Beati non solùm volunt, quidquid vult DEUS, sed ita volunt, ut, si in ipsorum positum esset potestate, nollent aliter DEUM velle, quàm re ipsâ velit. Unde voluntas beatorum adeò est transformata in voluntatem Divinam, [illegible] videatur distincta: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo.* 1.Cor.6. [illegible] est, quòd beati, quantumvis non sint in beatitudine æquales, æqualiter [illegible] sint contenti. causa est, quia omnes [illegible] amantes filii non solùm nolunt vel [illegible]

minâ parte plus minúsve hæreditatis, quàm Pater singulis ab æterno statuerit, sed nec desiderare quidem possunt, aliter statuisset. Id quod tu fortè hîc non satis intelligis, quia hîc natura suis motibus vincit gratiam: at in Paradiso intelliges, ubi gratia superabit naturam. DEUS desiderare non potest, ut præ illo, quod voluit, aliud unquam voluerit circa quoscunque beatos: & sic beati, qui habent eundem voluntatem cum DEO, nec ipsi desiderare hoc possunt. En igitur, quid Paradisum tantâ cumulet felicitate, brevis hæc sententia: *Fiat voluntas tua.* adeò, ut si inferno excludi posset propria voluntas, jam non esset infernus. *Cesset propria voluntas, & infernus non erit.* ita si voluntas propria unquam pedem figere in Paradiso posset, nec Paradisus esset, quia non amplius regnaret quies illa summa, quæ ibi triumphat, quatenus in ea non invenitur nisi una sola voluntas Divina. *Vocaberis: voluntas mea in ea.* Isa. 6. v. 4. nôsse cupis, quare cor tuum, cùm posset esse quidam Paradisus voluptatis, & pacis, sæpe fiat infernus horroris & confusionis? inest illi propria voluntas. *Confundetur Israël in voluntate sua.* Os. 10. v. 6.

XXIII.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

1. COnsidera, omnem Patrem, uti meritò à filiis exigit obsequium debitum, si constituti hæredes velint, ita, quò commodiùs tale obsequium illi præstent, providere de alimentis quotidianis debere, maximè quando ipse per se ditissimus est, ipsi verò penitus egeni. Portò quis ditior inveniri possit Patre nostro cœlesti, & qui filii sine ipso egentes magis, vel, ut meliùs dicam, miseri magis & mendici, quàm quisque nostrûm? Itaque ut securum te reddat, ab hoc magno Patre tuo præbenda semper etiam tibi omnia alimenta, quibus opus tibi fuerit, ecce ut hîc Christus, postquam tres primas petitiones absolvit, quæ in cœlo tantùm perfectè nobis concedentur, ad illa postulanda te invitat, non quòd ipse Pater non sit per se promptus illa subministrare, sed ut agnoscere assuescas, ab illo solo demum omnia proficisci. Duplex igitur invenitur genus alimentorum. quædam corporis, alia spiritûs. ista referuntur ad sustentandam vitam animæ, illa verò corporis. & sicut utrumque genus præstare debet suis liberis Pater terrenus, prospiciendo, quantum potest, corpori quidem de victu, vestitu, habitatione, & quidquid præterea illis convenit, ut vivant: animæ verò, quidquid convenit, ut bene vivant; ita longè magis præstare id debet cœlestis Pater. hinc

est, quòd verba ista *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* quidam interpretentur de alimentis spiritualibus, cùm panis, quem unus Evangelistarum quotidianum vocat, ab alio dicatur supersubstantialis: alii è contrario interpretentur de corporalibus, cùm panis ille, quem unus Evangelistarũ supersubstantialem vocat, ab alio dicatur quotidianus. alii denique interpretentur utroque sensu, cùm vocabulum ipsum in radice Græca, unde derivatur, utramque significationem admittat quotidiani & supersubstantialis. quorum sententiam ut certiorem etiam tu sequeris intelligendo per panem utrumque tam corporis alimentum quàm animæ, tum quia bonus Pater utrumque dare tenetur, tum quia probus filius petere utrumque debet, tum quia verba omnia, quibus præsens formatur petitio, æqualiter aptari utrique possunt. Tu DEUM roga, ut det lumen cognoscendi bonum tuum, ne, dum à DEO hunc panem petis, illum petas, ut jumenta suum pabulum.

2. Considera imprimis verba ista nobiliore sensu, h.e. eo, qui determinat ad alimenta spiritualia. quid videbis? videbis illa hìc comprehendi nomine *Panis*. primò quia istorum alimentorum præstantissimum est cibus ille Eucharisticus, qui hoc nomine maximè notatur. *Hic est Panis, qui de cælo descendit*. Jo. 6. v. 59. deinde quia hoc ipso nomine exprimuntur cetera omnia ejusmodi alimenta, uti sunt exempli causâ verbum DEI, solatia, quæ orationem comitantur, lumina, lachrymæ, & præ omnibus auxilia gratiæ, quæ dicimus actualia, quæ ut efficaces incitamenta nos reddunt idoneos ad exequendum facilè voluntatem Dei nam, & in ea aquiescendum. Ita vel hìc alio nomine non peruntur quàm *Panis*, non quòd in se non sint fortissima, sed quia ut talia petere non oportet, sed tantùm ut apta ad comparandum spiritum, & conservandum *Panis cor hominis confirmat*. Ps. 103. v. 15. Et hac ratione en ut Dominus ante omnia sustulerit appetitum divitiarum immoderatum, qui multis inest, ad opes ciis saginandi spiritum. satis nobis est accipere *Panem*. additur deinde *nostrum*. & ideo additur, ut noverimus more rapacium anhelare ad panem non etiam alienum, sed contenti sumere de suo proprio, hoc est, qui statui nostro sit conditus. Vides fortè oculis parum benevolis aliorum quotidianum additum synaxin accessum, ab eodem conscientiæ arbitro iis concessum, qui sibi negat. invides sublimiora dona orationis, quæ adverteris in aliis, illustrationes, intelligentias, ne dicam extases, raptus, revelationes, munera verò prodigiosa quædam Gratiæ auxilia, quæ DEUS tibi non porrigit, ve quia non mereris, sive quia conditioni status non conveniunt. hoc unum est solùm petere panem tuum. illo contentus, quod DEUS dare tibi debet tanquam conveniens, nec ulterius querere de ipso, quòd aliis det panem è farina, tibi verò de furfure. *Panem nostrum*, & tertium ad

Quotidianum, hoc est, qui quotidie sumi solet. non quòd hæc omnia sint alimenta necessariò quotidie sumenda, sed quia solent quotidie accipi saltem desiderio. & talis est speciatim Panis Eucharisticus, qui à te pariter horâ quotidie potest, si non ipso Sacramento, saltem ejus desiderio, prout Christus ipse fecit, qui triginta tribus annis desideravit tantùm: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Luc. 22. v. 15. non *omne Pascha*, sed *hoc*, in quo scilicet instituit sanctissimam Eucharistiam, & uti credibile est, primus ipse sumpsit, ut sibi se ipso dignum pararet hospitium. *Pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem.* Heb. 2. v. 14. Quodsi quidem istum malis vocare supersubstantialem, quàm quotidianum, jam nihil, quare sic appelletur. quia scilicet ad nutriendam substantiam præcipuam hominis, hoc est, spiritum pertinet. Dein quarto loco sequitur *da nobis*, ut hinc magnam haurias fiduciâ, quâ petere oportet alimenta à Patre tam bono. Dicendum est *da*, non *dona*, quia sic omnino loquimur. alimenta non donantur, sed dantur à patre imprimis. solùm hinc collige, non ideò te vivere debere otiosum. verum siquidem est Patrem opulentum libenter dare alimenta liberis, quando ipsi per se nihil habent, sed non ita, cùm videt eos stare otiosos, & pigritiâ diffluere, nec ullâ in re velle rem adjuvare domesticam. & æquum tibi videtur, ut DEUS quotidie te pascat cibo Eucharistico, solatia largiatur spiritualia, lumina, lachrymas, & abundantiam auxiliorum non vulgarium, dum tu illi nullum præstas servitium? ista sunt, quæ nimium discordant, alimenta petere, & non laborare. *Si quis non vult operari, nec manducet.* 2. Thess. 3. v. 10. Quinto denique dicitur *Hodie*, hoc est, *ad hunc diem*, ut retundatur cura nimia, quæ te facit de futuro solicitum. sæpe despondes animum, nec satis te impendis vitæ spirituali ex metu, ne brevi te destituant illa solatia, quæ initio illam reddunt tam suavem. Non sic agas. solùm attende *ad hunc diem*, unde Christus dicere nos docuit *Hodie*. cras de illo crastino cogita. porrò quis dicet tibi, an crastinâ sis superviçturus? *Nolite soliciti esse in crastinum.* Mat. 6.

3. Considera, verba ista hîc expensa eodem modo facilè aptari alimentis, quæ referuntur ad sustentationem corporis. I. dicuntur *Panis*, quia si nec in spiritu sunt quærendæ deliciæ, quantò minùs in carne, quæ fortè post triduum vilis erit esca vermium. Verum est, panis nomine non solum panem intelligi, sed quidquid Hebræa phrase pro cibo sumitur. *Vocate eum, ut comedat panem.* Exod. 2. v. 20. imò quidquid necessarium est, quocunque modo ad vitam conservandam: *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.* Eccl. 34. v. 26. sed petitur panis nomine, ut meminerimus, quemadmodum non solemus nimium panis manducare (cùm rarissimè manducetur ad oblectationem gulæ)

gulæ) ita faciendum quoad omnia terrena bona, quæ postulamus à DEO, nec ista intemperanter usurpanda. *Utere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur.* Eccl. 31. v. 19. II. dicuntur noster, *Panem nostrum.* quia de hoc ipso pane, quem antè diximus, non est petendus nisi noster. *Panem nostrum comedemus.* Is. 4. v. 1. siquidem nimis multi sunt in hoc mundo, qui Panem expetunt alienum, quod si nec in Pane spirituali fieri convenit, minùs in corporali, qui adeò coarctatur. III. Dicuntur Quotidianus, *Panem nostrum quotidianum,* ut intelligas non esse faciendum ad instar epulonum, qui equidem non furantur, ceterum cumulare student, quantum satis sit pluribus alendis familiis, quibus nullus est in cibo parando labor. *Argentum thesaurizant & aurum, & non est finis aquisitionis eorum.* Baruc. 3. v. 18. Hoc non est velle alimenta, sed reditus. si præterea nôsse velis, cur panis iste, qui significat alimenta corpori destinata, non solùm quotidianus, sed & supersubstantialis appelletur, causa est, ut discas, quis sit finis, ob quem hæc ipsa alimenta à magno Patre tuo petenda sint. Non sunt petenda, ut corpus duntaxat conserves, quæ est substantia inferior, sed sunt petenda, ut corpus iis conservatum, firmatúmque serviat spiritui, quæ est substantia superior, adeóque supersubstantia vocatur. IV. de hoc pane dicitur: *da nobis,* non dicitur *dona.* quia hæc ipsa bona corporis, si solùm ut alimenta petuntur, & quidem relata ad finem tam bonum, qualis est, ut corpus serviat spiritui, cum fiducia petenda sunt. an nimis ne fortè DEUS debita alimenta [illegible] neget ut filio, dum ea etiam brutis [illegible] cedit? *Dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.* Ps. 146. v. 9. ô quantam illi facit [illegible] riam, dum parùm confisus ipsi [illegible] quæris illicitas. sufficit, ut [illegible] promereri gerendo te pro filio [illegible] otioso. ceterùm illi suppetunt [illegible] modi te alendi. V. dicitur [illegible] dicitur etiam quoad istud alimentum [illegible] nus, primò ut intelligas quotidie [illegible] currendum ad DEUM, prout [illegible] filii bene morati, qui non ipsi [illegible] sumunt ex abaco, sed petunt à [illegible] deinde ut petas sine solicitudine [illegible] crastinum. sicut panem petunt [illegible] filii, quos modò diximus. si [illegible] peterent pro die altero, ostenderent [illegible] non satis fidere, quoties ad [illegible] currerent, toties eundem [illegible] venturos. Manna dabatur [illegible] populo in dies: an ideo [illegible] quadraginta unquam defuit?

4. Considera, quomodo in hac petitione aliàs tam salubri duo [illegible] genera facilè possint evitare [illegible] quasi scopulum ex partibus [illegible] oppositis, sed pariter damnosis [illegible] scilicet & pauperes. si dives fuerit [illegible] tibi scopulum; quia persuadere [illegible] res superfluum fore, si quotidie [illegible] nem istam frequentes. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* quia [illegible] visum tibi est non ad dies duntaxat, sed propemodum secula. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos.*

Luc.12.v.19. Abundant cellaria, abundant horrea. quid igitur necesse est dicere DEO more pauperum: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, sive per panem intelligantur alimenta spiritualia, quorum copiam habes, sive intelligantur corporalia? verùm an non agnoscis errorem! si multum habes, perdere etiam multum potes, & momento quidem. Itaque sitne quotidie facillimè potes perdere, quidquid possides, ita quotidie rogandus est DEUS, ut illud tibi conservet tantenus saltem, quatenus honestæ sustentationi sufficit. Neque tamen idcirco mutanda est forma, & tanquam adhuc dicendum DEO: *conserva*, quia DEUS totidem momenta tibi dat, quod possides, quot momentis illud conservat, ne pereat. & facit, quod optas. necessitas tibi imponitur etiam quotidie sistendi te DEO tanquam miserum, tamquam mendicum, ut petas tantum panis, quantum tibi alendo sit satis. sin pauperfueris, ecce iterum scopulum, sed oppositum, qui erit, si laborare non satagas in lucrando pane tuo quotidiano, sed petendo tantùm, certus te obtenturum, quod petis. at numquid ista indignis dementia est? nullus Pater, dum alit filios, fovere vult otium, ut diximus, sed sublevare, præbendo vires ad laborandum. Neque dicas, si equidem laboro in lucrando pane meo quotidiano, quid juvat illum petere? quia nisi peteres, inutilis foret labor tuus. Posset DEUS immittere grandines, imbres, procellas, quæ labores tuos pessumdarent, ita laborare quidem posses sed non lucrari. Cùm igitur dicis DEO: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quocunq; sensu dicas ex his duobus, quos exposuimus, sive in utilitatem spiritûs, sive in utilitatem corporis, eâ petitione non cupis esse exemptus à lege universali, quæ dicit: *In sudore vultûs tui vescéris pane tuo.* Gen.3. v.19. sed petis, ut sudores tui fructuosi existant, quantum tibi necesse est ad vivendum: parùm enim proderit plantari à te arborem, & rigari, nisi DEUS interiorem de cœlo dederit fœcunditatem: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, DEVS.* 1.Cor. 3. Ut adeò videas, quamcunque dives aut pauper fueris, semper eodem modo verba ista dicenda DEO: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quorum vi alimenta tibi præbentur.

XXIV.

Et dimitte nobis debita nostra.

1. COnsidera, quomodo Pater, qui ex se ipso summum meretur honorem, & propter curam meretur, quam de filiis habet maximam, non solùm quia hæreditatem illis parat tam præclaram, sed alimenta quoque con-

grua & perpetua, dignus equidem foret eâ reverentiâ filiorum simul omnium, ut pro re nullâ unquam illi darent causam offensæ. sed istud fieri nequit, saltem moraliter, tanta est corruptela Generis humani. Ideo Christus probè gnarus nos, ut ut obstricti simus Patri nostro Cœlesti, velut mente captos non semel gravissimè eum offensuros, voluit per particulam *Et* præcedentem petitionem, quâ panem petimus quotidianum, jungere præsenti, quâ petitur condonatio debitorum, ut insinuet conjunctionem maximam, quæ invenitur inter innumera beneficia, quæ DEUS nobis præstat, & ingratitudinem, quâ nos illi respondemus. Attamen macte animo, quia expedito isto *Et* adeò infausto mox progreditur Christus ad nos instruendos de modo petendi à DEO remissionem tanti momenti, non sine summa securitate eam consequendi, si corde sincero petiverimus. Aliàs cur nos doceret petere, si, quod petimus, consequi non daretur? *Petite, & accipietis.* Puta ergo nos hactenus in ista oratione tam pulchrâ egisse cum Patre nostro Cœlesti tanquam filios innocentes, dum post magni sui nominis honorem desideratum illâ ardenti precatione: *sanctificetur nomen tuum*, petivimus, uti decebat, primò hæreditatem nobis promissam, dicendo *Adveniat Regnum tuum*, deinde meritum internum illam obtinendi, dicendo: *fiat voluntas tua.* & tũ media tam interna quàm externa, dicendo: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* nunc ordimur agere cum ipso tanquàm filii rei se[illegible]lentes, nullus enim Pater solùm [illegible] debet curam filiorum, dum [illegible]stunt, sed etiam postquam de [illegible]cti sunt infirmi. Imò hoc [illegible] debet esse gaudium veri Patris, [illegible]perare filios aberrantes. Id quod [illegible]monstravit decantatus ille Pater [illegible]gelicus, qui majore lætitiâ [illegible] reditum filii prodigi, quàm [illegible]sequium filii sui innocentis. *[illegible]cemus, & epulemur, quia hic [illegible] mortuus erat, & revixit.* Ideo [illegible] concipe fiduciam cogitans, [illegible] DEO dicis verba ista plena [illegible] *dimitte nobis debita nostra, [illegible] dimittimus debitoribus nostris,* [illegible]tri dicere.

2. Considera tunc nos [illegible]bitores esse alicujus, cùm illi [illegible] jure est debitum, sustulimus [illegible]mus. quodnam autem est jus, [illegible] DEUS in nos habet ut Pater [illegible] ut quavis occasione tanquam [illegible] filii ejus beneplacitum [illegible] nostro. unde quoties in hoc [illegible] magnæ summæ debitores [illegible] culpæ scilicet & pœnæ pro [illegible]licti. Magna hæc debita [illegible] quæ à DEO remitti tibi postulas, [illegible]ais: *Dimitte nobis debita nostra.* [illegible] petis, ut remittat tibi solam [illegible] nec petis, ut remittat solam [illegible] petis, ut tanquam Pater amans [illegible] utramque remittat, quamvis [illegible] culpam, prout desiderat, qui [illegible]let, deinde pœnam. Porrò [illegible] potes, ut tibi ejusmodi debita [illegible] nisi more usitato. quo posito, [illegible]

debitum culpæ, necesse est, si remissionem promptam obtinere velis verbis præsentibus (quæ vim non habent eam conferendi per se, uti Sacramenta, sed impetrandi) necesse est, inquam, ut intus in corde simul habeas veram pœnitudinem ad id necessariam, verúmq; propositum. Et quoad debitum pœnæ oportet dare DEO debitam satisfactionem, tum confitendo malum commissum homini, qui ejus vices in terra agit, tum pœnas ob id impositas adimplendo. an credis fortè hoc multum esse? at non intelligis, qualia ista sint debita. Debitum minimæ culpæ venialis à te contractæ tantum est, ut si omnes Cælites, & res simul ceteræ creatæ DEO maximè acceptæ condignis obsequiis vellent compensare, inde de cælo descendentes, ut pro te offerant solennissima sacrificia, in hanc vallem lachrymarum, ut pro te jejunent, pro te flagris se cædant, pro te orare nunquam desinant, nullis unquam seculis compensarent. & quæ causa est? quia DEUS magis odit minimam culpam venialem patratam in mundo, quàm amat omnia obsequia rerum conditarum simul juncta. quid demum est, filios omnes, quotquot sunt, in domo convenire, ut venerentur & honorent Patrem? Id præstant, quod debent; imò minus semper præstant. at si vel unus offendat, niminm quantum obligationi suæ adversatur, & sic nulla est proportio. *Quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ.* Isa. 64. Et debitum pœnæ tantum est, ut æstimari non possit nisi ab eo, qui ad id exolvendum in inferno attinetur, vel in purgatorio usque ad novissimum quadrantem. & tibi res tanti videtur, quòd DEUS à te exigat ad condonanda debita, ut sincero corde retractes delictum, ut in secreto confitearis Sacerdoti, sed exactè, & ut aliquam pœnam subeas pro salute tua injunctam? Gratias age JESU Christo, quòd, cùm ipse pro te satisfecerit operibus valoris infiniti, omnem etiam impetraverit remissionem, sine qua nihil planè efficetes. Unde cùm dicis DEO: *Dimitte nobis debita nostra*, cogita, quid dicas. ne putes te petere à DEO aliquid, quod nullo stet pretio. verum enim est veniam, quam obtines in præsens petitione istâ, nihilo tibi stare. sed ô quanti steterit Christo DEI filio, dum ipse pro omnium communi bono se immolavit. *Dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus.* 1. Tim. 2. v. 6.

3. Considera, hanc magnam petitionem fuisse à Christo ad duos potissimum fines directam, ad tollendam scilicet hominibus præsumptionem simul & desperationem, quæ sunt duo tremenda præcipitia, unum justis, alterum peccatoribus. Possunt quidam eò pervenire audaciæ super terram, ut sibi persuadeant non esse, cur veniam à DEO Patre unquam postulent. *Nunquam mandatum tuum præterivi.* Luc. 15. v. 29. Alii eò possunt pervenire consternationis, ut desperent unquam se eam posse consequi. *Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Gen. 4. v. 13. Ecce igitur tam his quàm illis provisum in hac pulchra oratione.

Dominica. Est ista primùm Apostolis, deinde in Apostolis commendata ceteris omnibus, quotquot Christiano nomine censentur. *sic orabitis.* & est jussa recitari quotidie, unde oratio dicitur quotidiana, recitari publicè, recitari privatim, recitari in quocunque loco mundi. Nemo igitur de se ipso præsumat, quippe quamcunque sanctus existat, dicere tenetur DEO non solùm pro aliis, sed pro se quoque, (prout jam plura docuerunt Concilia) *Dimitte nobis debita nostra.* Sola Virgo dicere potuit non pro se, sed pro aliis: & si dicere pro se potuit, ideo potuit, quia ipsa quoque egit ad modum Christi, qui per charitatem sua esse judicavit omnia debita generis humani. ceterùmquis est in hoc orbe terrarum, qui se possit eximere è magno syllabo debitorum? *si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* 1. Jo. 1. v. 8. non solùm *non est humilitas*, ut S. Augustinus notat, sed *neque est veritas.* Potest fortè contingere, ut eo temporis articulo, quo præsentem orationem recitas, non sis obnoxius ulli debito quòd modò consecutus sis Indulgentiam quandam plenariam, per quam tibi omnia ad minutissimum usque nævum remissa sint. sed quis ejus rei securitatem tibi præstat, nisi delapsus de cœlo Angelus revelet? Itaque nec tunc orare desine eodem modo, quia certus de debito, sed non perinde certus de remissione debiti. *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Eccl. 5. v. 5. Deinde sicut nemo, qui orationem recitat Dominicam, debet præsumere, ita [illegible] que desperare, modò reciter non [illegible] tantùm, prout etiam psittaci [illegible] quam garritu suo eam docti sunt [illegible] tari, sed ex imo cordis. & quomodo poterat omnibus præcipi, ut eodem modo dicerent semper DEO: *Dimitte nobis debita nostra*, si inveniri possent debita adeò exorbitantia, adeò [illegible] mia, ut tali prece quamvis [illegible] præsentatâ obtinenda venia non [illegible] omnino aliter res habet. veniam [illegible] ergo te obtenturum pro certo [illegible] *Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogâsti me.* Mat. 18. v. 32. & ecce [illegible] refutatos duarum hæresum [illegible] unum Joviniani, qui dicebat, [illegible] quæ in Sacro Baptismatis lavacro [illegible] cipitur, reddi hominem impeccabilem. & alterum oppositum [illegible] qui dicebat eam gratiam peccandi [illegible] missam recuperari non posse. [illegible] falsissimum est. Baptizatis Christus imposuit, ut quotidie dicerent: *Dimitte nobis debita nostra.* Possunt ergo [illegible] peccata contrahere post Baptismum, & remissionem consequi.

4. Considera, quomodo dubitare hîc possis, utrum peccator, qui non habet animum pœnitendi, etiam ipse dicere hanc orationem possit. quisquis enim hæc verba dicit: *Dimitte nobis debita nostra*, dicere illa debet, prout docent Concilia, non pro aliis tantùm, sed etiam pro se. quæro autem: [illegible] petere statuat verbis memoratis [illegible] modi peccator? fortè ut sibi remittantur sua debita sive culpæ, sive pœnæ non obstante voluntate suâ obstinatâ [illegible]

eam habet, perseverandi in vita mala. si hoc illi esset propositum; precari foret tam effrons, quàm sacrilega, & idcirco quis dubitet illi ab oratione cessandum, quia oraret contra intentionem Christi, quæ erat, ut hîc peteremus remissionem debitorum, non impunitatem. at si ipse non obstante voluntate suâ indurată in malo non petit a DEO, ut sibi remittantur sua debita in illo statu debitoris obstinati non sat scire, sed ut possit se præparare ad deserendum hunc statum; tunc potest orare, & orare quidem non solùm absque peccato, sed cum emolumento suo, quia non petit remissionem præsentem, quæ repugnet statui, in quo versatur, sed futuram tantùm, quæ non repugnet. hinc est, quòd saltem, cùm orationem dicis Dominicam, quantuscunque sis peccator, desiderare debeas, ut desinas esse peccator. Hoc nî facias, diabolus es in carne humana, & jure tibi applicas sententiam illam formidabilem Proverb. 28. v. 9. *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* non dicit, *qui non audit legem*, prout facit omnis peccator, qui legem non adimplet, sed ait: *qui declinat aures, ne audiat*, prout faciunt perversi, qui velut aspides obturant aures suas, ne ipsis veniat voluntas adimplendi.

* * *

XXV.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

COnsidera, si quidquam est, quod maximè curandum patri numerosæ familiæ, illud esse, ut omnes sui filii in pace concordes vivant. *Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum.* Ps. 132. v. 1. *Bonum*, quia affert commodum, *Jucundum*, quia affert gaudium. aliàs ubi domus cum pace, quam habet, paradisus videtur, pace sublatâ, quasi scenâ conversâ, de paradiso transit in infernum. Hinc est, quòd, cùm abunde sit Patri nostro Cœlesti ceteras petitiones oratione Dominicâ comprehensas quamcunque amplas absque conditione sibi exhiberi, in hac solâ, quâ remissionem petimus peccatorum, contrarium fecerit. vult quippe, ut hanc remissionem equidem petamus, sed eâ lege, ut pariter nostris id fratribus præstemus. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* hæc particula *sicut* hîc non adducitur DEO quasi regula remissionis, quam ab ipso desideramus: aliàs nos miseros! longè plura sunt debita, quæ ille dimittit nobis, quàm nos dimittamus, aut possimus remittere proximis nostris. nos non remittimus nisi centum denarios, prout in parabolâ dicitur Evangelicâ, & ipse dimittit facilè decem millia talentorum, quod sine comparatione majus est. deinde quoad modum, DEUS nostra nobis debita dimittit a-

more immenſo, & nos proximis noſtris limitato. DEUS cum promptitudine, nos cum faſtidio. DEUS cum guſtu, nos cum repugnantia. DEUS tantâ cum animoſitate, ut in profundum maris demergat, ne iterum ſe objiciant oculis. *Projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* Mach.7 verſ.19. nos tantâ levitate, ut ſemper quaſi ſupernatent: adeò difficulter eorum deponimus memoriam. Non eſt igitur illud *ſicut* Deo exhibitum à nobis quaſi regula, ſed mera conditio, adeóque non implenda primùm, ſed quæ vel impleta jam eſt, vel nunc impletur. unde dicere non oportet: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittemus debitoribus noſtris*, ſed *ſicut dimittimus*, ne agàs ad modum impoſtoris, qui ſi gratiam accipiat antè quàm impleat conditionem, vel eam non implet, vel in ea implenda cunctatur. Quodſi tamen velis talem particulam *ſicut* non ſolùm eſſe conditionem, ſed & regulam (prout videntur plurimi Patrum intelligere) non eſt exiſtimandum, quòd ſit regula perfectionis, ſed proportionis. Non eſt regula perfectionis: quid enim nos ſumus terræ vermiculi, ut velimus DEO legem præſcribere quoad modum operandi perfectè? debemus nos ab ipſo legem accipere, & non dare. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Matt.5. v.48. Sed eſt regula proportionis, quia pro ratione amoris, quo nos dimittemus proximis noſtris, DEUS dimittet nobis. ſi nos nihil amplius egerimus, quàm quod omni rigore debemus, quod eſt condonare injurias, idem DEUS [illegible] nobis. ſi inſuper pro injuriis [illegible] reddamus extraordinaria, ſpecia[illegible] bundantia; eodem modo DEUS [illegible] nos ſe geret. *In quâ menſurâ* [illegible] *fueritis, remetietur vobis.* Matt. [illegible] vides ergo, qualis vox ſit hoc ſicut, [illegible] va equidem, ſed talis ſucci, ut [illegible] reger illi digerendo non ſufficere.

2. Conſidera dubium non eſt, quin rectiſſimè ponatur hæc particula *ſicut*, nihilominus videri poſſe intelligi, etſi non exprimas. vel enim [illegible] tur ut conditio neceſſaria ad obtin[illegible] dam à DEO veniam; & hæc verita[illegible] lis jam ſatis requirebatur à Chri[illegible] *Cùm ſtabitis ad orandum dimitt[illegible] liquid habetis adverſus aliquem, u[illegible] Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimitt[illegible] bis peccata veſtra.* Marc.11. vel [illegible] tur ut regula proportionis, & hæ[illegible] que ſatis fuit inſinuata in illa alt[illegible] ſententia Chriſti: *In quo judicio [illegible] caveritis, judicabimini.* Matt.7. [illegible] Quid igitur proderat exigere [illegible] hanc particulâ tantâ expreſſione [illegible] appôi, ut nec ſemel in vita rectè [illegible] ſet Oratio Dominica, quin ſigillatim [illegible] ris, tam diſertè & determinatè [illegible] proteſtaremur Domino nos ig[illegible] quid proderat? plurimum prod[illegible] quia, cùm in Oratione Dominica [illegible] à DEO, ut tua tibi debita remitt[illegible] mitte nobis debita noſtra, vel [illegible] & diſpoſitus ad ea tuis debitoribus [illegible] mittenda, vel non es diſpoſitus. [illegible] diſpoſitus, appendix iſta, quam [illegible] adjungis, *ſicut & nos dimittimus* [illegible]

nibus nostris, maximo erit incitamento ad ea cum amplitudine remittenda, quia illud *sicut* tibi tunc offertur ut Regula, & admonet eâ proportione, quâ tu remittis, illa tibi remissum iri. si non es dispositus, adjunctum *sicut* te obligat ad colligendum te ipsum. quia tunc repræsentatur ut conditio necessaria, admonétque, nisi omnem expleveris conditionem, non vanum contraxat, sed stultum esse sperare gratiam. Ad hæc dic quæso: quàm ubi erubescendum, si toto die tum privatim tum publicè recitans orationem Dominicam memineris te prorsus facere contrarium illi, quod ipsi DEO te facere affirmas? si in libello supplici, quem Principi tuo repræsentas, advertas te in mendacio deprehensum, præsertim ex eo genere mendaciorum, quæ faciunt subreptitium, ita rubore suffunderis, ut, si honoris studiosus fueris, cuperes vel in ipsa terræ abdita te recondere. & tamen non dubitas toties petere à DEO, ut tibi dimittat, eò quòd tu quoque dimittas proximo tuo, cùm id, quod ponis, adeò sit mendax. Si hoc modo procedas, mereris sanè, ut, quotiescunque orationis Dominicæ verba attingis: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, omnes dæmones circumstantes inclament: mentiris, mentiris, non est ita. nos scimus jam tot esse menses, quibus huic vel illi nec saltem quidem impertiveris, ne dum alia majora civilitatis officia, & gratuita, quæ omnibus alijs in signum pacis exhiberi solent, & tu affirmas te condonare?

3. Considera, quomodo ad effugiendam exprobrationem tam justam, tortè dicturus sis, te in recitanda oratione Dominicâ velle transilire verba ista tam molesta, quæ te faciunt adeò manifestè mendacem. putásne hoc esse novum consilium? Cassianum lege, & videbis ita jam olim quosdam facere solitos in orando superstitiosos magis, quàm Religiosos. Coll. 9. cap. 22. Cave ergo, ne unquam eos velis imitari. Enimverò an credis Patrem Cœlestem, cum quo loqueris, adeò esse oblivioſum, vel distractũ, ut non illico advertat saltũ, quẽ feciſti in recitandâ oratione suâ? Scit, quid tacendo prætermittas, & scit, cur prætermittas. neque dicas id te facere ex reverentia, ne mentiaris DEO tantæ Majestatis. quippe si DEUS tantæ Majestatis te movet, ne coram ipso mentiáris dicendo te condonare, cùm non condones, cur igitur te non movet ad obediendum condonando? non est reverentia, sed pudor, dum agnoscis statum miserabilem, in quo versaris, nec tamen tantum habes animi, ut illo te liberes. Itaque sic age: dic verba memorata, & dic ea integrè, uti par est. & si tunc tali existente fragilitate tuâ nondum possis mutare animum, desidera, ut possis. hoc modo si non actu condones, habebis saltem propositum condonandi. quod quidem faciet, ut proferens verba ista *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*,

stris, non mentiaris, non solùm, quia profers communi nomine (quod si sufficeret excusationi, utique non omnes Sancti tantis eos clamoribus terrerent, qui dicunt identidem, & non adimplent) sed etiam quia, si non attigisti terminum, saltem es in via condonandi. Pessimum foret, si nec haberes ejusmodi desiderium, nec habere admodum curares. quo casu quid dicam? ut prorsus omittas recitare orationem Dominicam, cùm eam mutilare non deceat? absit. Sed dico, ut recitaturus protesteris coram DEO, te id facere non nisi communi nomine Reipub. Christianæ) cùm tu ut talis & privato nomine petere nondum possis tua tibi peccata dimitti, cùm ejus amore non dimiseris tuo proximo.

4. Considera, quantumvis hoc, quod est dare veniam, sit conditio necessaria ad eandem à DEO obtinendam, non idcirco etiam esse sufficientem, prout olim putabant nonnulli. quia nisi simul deseras artes malas, nisi famam restituas, cui illam abstulisti, nisi reddas facultates, ceteráque præstes Divinâ lege imposita, certum est DEUM non dimittere tua tibi debita, quantumvis tuis debitoribus dimittas sua. hoc enim discrimen est in sacris paginis inter promissa, quæ dicuntur affirmativa, quale foret illud: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* & negativa quale est oppositum: *Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Mat. 10. v. 16. quòd negativa illimitatè sumantur, & ideo certum sit ad damnationem satis esse, quòd ne credas: at affirmativa semper intelligantur cum ista limitatione, [illegible] cetera non desint. & sic vides ad [illegible] tem non sufficere, ut credas, & baptizeris, prout volunt nostri temporis hæretici, præterea requiri, ut [illegible] opereris deinde ex more Credentis [illegible] vivas ut Baptizatus. Idem fit in casu nostro. Si debitoribus tuis non dimittas sua debita, clarum est [illegible] tibi dimitti. hæc est enim conditio assertionis negativæ: *si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* & ideo illimitata est. Sed non idcirco sufficit ad permovendum DEUM, ut tua tibi debita remittat, quòd tuis jam [illegible] seris debitoribus. hæc est enim conditio enunciationis affirmativæ. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester Cœlestis delicta vestra.* Mat. 6. & ideo intelligitur cum limitatione, quam dicimus, ut etiam cetera adimpleantur, [illegible] sis castus, sincerus, sobrius, mortuus, secus, quis dubitet hoc solum, quod ignoscas, non sufficere saluti? [illegible] men ne putes Christum facere promissa speciosa magis quàm utilia, cùm [illegible] le tantopere & tot modis inculcat [illegible] dum obtinendi veniam à DEO [illegible] esse, ut & ipse proximo condonet. *Dimittite & dimittemini.* quantumvis enim veniam dare proximo [illegible] sanè sit opus se ipso sufficiens ad eam obtinendam à DEO, est tamen adeò acceptum DEO, ut ejus intuitu [illegible]

movearur ad immutanda corda hominum modis etiam portentosis, prout videre est in S. Joanne Gualberto, ad ea compungenda, convertenda, & agenda, ut facilè impleant reliqua, quæ requiruntur ad obtinendam à DEO veniam. Cùm è contrario nescio veniam causa fuerit, ut DEUS à se populsaret, qui jam jam pulcherrimam martyrij palmam prensabat, quam accidisse cernimus infelici Sapritio. Et ideo ô quanta habenda est cura, ut hac in re Patri tuo satisfacias! ipse ut bonus Pater ante omnia pacem vult domesticam. væ illis fratribus rixosis, qui facilè altercantur invicem, & stomachantur. non est, cur quidquam boni sperent ab ipso, quàm enim æquum est, ut exaltet filios quietos, tam necessarium est, ut deprimat tumultuantes. *Non enim est dissensionis DEUS sed pacis.* 1. Cor. 14. v. 33.

XXVII.

Et ne nos inducas in tentationem:

Considera Propositum esse lapidem Lydium, ad quem examinatur pœnitudo, priusquam acceptetur à cœlo ut aurum obrizum. Itaque si Patri nostro tam bono videri vellimus, dolere de injurijs, quas irrogavimus exhibere necesse est, sed secundò, propositum efficax, quod concepimus, illas non ampliùs irrogandi. hoc enim lapide probatur. *Deprecatio pro peccatis recedere ab injustitiâ.* Eccli. 35. v. 3. Id verò in casu nostro melius exequi non possumus, quàm si eundem rogemus, ut arceat à nobis, quidquid rursus potest inducere ad prævaricandum. cùm possimus equidem cavere, ne nos ultrò incidamus in occasiones prævaricandi de novo, sicut is, qui secum statuens dicebat: *Observabo me ab iniquitate meâ.* Ps. 17. v. 24. porrò facere non possimus, ut non ipsæ in nos incidant. Ne petesergo, quando dicimus hîc DEO: *Et ne nos inducas in tentationem*, nos petere, ut nullo unquam modo tentemur, primò quia hoc possibile non esset, cùm vita ipsa sit campus certaminis: *Tentatio est vita hominis super terram.* Job. 7. v. 11. secundò, quia non foret utile, cùm tentatio commoda afferat infinita illi, qui eam novit superare. *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Jac. 1. v. 3. Tertiò, quia nec foret conveniens, cùm abhorreret ab omni ratione velle esse ab omni certamine exemptum, & tamen coronari. *Hoc autem pro certo habeat omnis, qui te colit, quòd vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur.* Tob. 3. v. 21. Petimus ergo non ita tentari, ut in tentationem incidamus, sicut aves, cervi, capreoli, & alia ejusmodi animalia in rete incidunt,

dunt, ut hæreant. *Et ne nos inducas in tentationem.* & sic te ipsâ petimus à DEO præservari non à quocunque genere tentationis universim, sed ab ijs sigillatim, quibus DEUS prævidet nos succubituros sive voluptate inescatos, prout avibus contingit, quæ pro uno grano milii reti capiuntur, sive patiendo fatigatos, prout accidit cervis, capreolis, & alijs feris animalibus, quæ quòd resistere jam non possint ampliùs venatoribus persequentibus, laqueis se implicant. atque hoc colligitur ex modo, quo loquimur hîc DEO, dum illi dicimus: *ne inducas.* In alijs tentationibus, quæ bono nostro cedunt, non succumbimus, sed stamus fortiter quasi superiores retibus: & ideo dici nequit in eas nos inducere. In eas inducit, quæ sunt perniciosæ, non quòd aliquando studio nos impellat, sed quòd permittat incidere. non enim ignoras idiomate Divino ita de DEO nos loqui: modo scilicet humano. Dicitur DEUS indurare cor nostrum, cùm prævidet, nisi opportunè tale subministret auxilium efficax, nos indurandos, & indurari permittit: *Indurâsti cor nostrum, ne timeremus te.* Is. 63. v. 17. Dicitur nobis excæcare oculos, quando excæcari nos permittit: dicitur aggravare aures, quando aggravari permittit: dicitur denique facere, ut aberremus à præceptis suis, quando aberrare permittit: *Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis?* Is. 63. v. 17. Ita præsenti loco tunc dicitur DEUS inducere in tentationem, quando induci nos permittit: *Induxisti nos in laqueum* [illegible] 65. v. 11. Hæc igitur propriè [illegible] esse mens tua, cùm dicis Domine: *Et ne nos inducas in tentationem,* [illegible] unquam tentationem illam permittas, quâ te prospicit capiendum. Et [illegible] rite loquamur, duo hîc postulas, [illegible] demum ad unum reducuntur, [illegible] tamen duo. primum, ne incidas in tentationem, hoc est, ne consentias, & hac ratione petis à peccato præservari. Secundum, ne tentationem illam patiaris, in qua prospicit te [illegible] rum, & sic non solùm humili confessione debilitatem tuam fateris, [illegible] voluntatem, quam habes patientem cadendi.

2. Considera duas esse tentationes perniciosas, internas quasdam, [illegible] externas. Priores in nobis consurgunt ex innata Concupiscentia, quæ [illegible] inest. Posteriores oriuntur ex objectis, quæ sunt extra nos. Primæ dicuntur provenire à Carne, quæ [illegible] nis suis infestationibus duo spectat, nempe ut nos abstrahat à bono, [illegible] quod aliàs Spiritus aspiraret, & [illegible] malum nos pelliciat. *Unusquisque tentatur à Concupiscentia suâ abstractus & illectus.* Jac. 1. v. 13. *abstractus à bono, illectus ad malum.* Posteriores dicuntur venire à Mundo, [illegible] eundem finem habet propositum, [illegible] quem Caro collimat, nempe retrahendi à bono, & incitandi ad malum, [illegible] non perinde ut Caro uno modo procurat. Caro nonnisi blanditijs nos aggreditur, ut Dalila Samsonem. [illegible]

dus blanditiis simul & persecutionibus uti Saul Davidem. blanditiis quidem, repræsentando cuncta bona sua sensibus grata, persecutionibus verò, oculis objiciendo probra, carceres, cruces, & horridum ærumnarum apparatum. Ita est, duo isti pernicio-sissimi Tentatores minus haberent vinum, nisi validissimum haberent ex inferno subsidium. & sic ad nos tentandos non est sola caro, nec mundus solus, sed utrique sociatur diabolus, qui partem pariter habet suam in utroque genere tentationis internæ, & externæ. Internæ quidem, itentidem subigando carnem, ut blandiatur spiritui, iisdem verbis, quibus ore Philistæorum Dalilæ dicebat: *Blandire viro.* Externæ verò augendo nunc fraudes, nunc iras Mundi pro ratione temporis, & agitando in perniciem bonorum, prout agitabat Saulem in perniciem Davidis. *Exagitabat eum spiritus nequam.* 1. Reg 16. v. 14. Et sic dæmon revera per se nihil potest, tantum potest, quantum concitare in te potest Carnem & Mundum. Quo posito, id tibi ratum, fixúmque esto, primam curam habendam, ut te contra carnem defendas: hæc enim est Tentatrix domestica, quæ nec momentum te deserit, nec solùm sinu te fovet, ut Dalila Samsonem, sed intimis ipsa hæret visceribus. alteram, ut te contra Mundum tueatis: hic enim est, qui te proximè circumstat, ita, ut quocunque te vertas, timere necesse sit, quemadmodum olim Davidi contigit, quem Saul per campos, per urbes, per domos, per cavernas, & ex omni parte insectabatur. Tertiam, ut contra dæmonem te defendas, qui, si caveas à carne, prout facere Samsonem oportebat, & si à Mundo te custodias, uti faciebat David, parùm habebit virium ad te vincendum. Neque putes, quantocunque studio coneris cautè incedere inter tres istos crudelissimos insidiatores, inutile futurum, si continuò dicas DEO: *Et ne nos inducas in tentationem.* quia quantumvis custodias te ipsum, ô quanta nihilominus necessitas assistentis DEI! adeò assiduæ sunt tentationes, quæ omni momento supervenire possunt, quin advertas, adeò vehementes. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Mar. 14. v. 38. non satis est vigilare, necesse est orare, prout contra prædones facimus, à quibus se servat, qui vigilat simul, & vicinorum implorat auxilium exclamando: Prædones, Prædones.

3. Considera, quanta sit dementia tua, si non expectes, dum insidiatores isti tam maligni ipsi immineant, ut te reti concludant, sed eos ipse ultrò veneris. *Numquid cadet avis in laqueum terræ absque aucupe?* ajebat Micheas tanquam de re, quæ fieri nunquam possit. 3. v. 5. & hoc tamen toties contingit, quoties non expectatâ tentatione illi ultrò occurris. *Cadis in laqueum terræ absque aucupe.* & quando hoc contingit? quando ipse te ingeris in gravem aliquam occasionem prævaricandi. scire igitur oportet, eo casu frustra te supplicare DEO. *Et ne nos inducas in tentationem.* numquid enim

hoc est DEUM ludere, si petas, ne te sinat incidere in tentationem, tu verò sponte tuâ illam ipse accersas? Non ergo, si rite perpendas, hæc oratio id spectat, ut homo evadat è retibus, in quæ ipse se induit, curiositatis, libidinis, vel recreationis suæ causâ, sed ab illis, quæ contra voluntatem occurrunt, qualia erant, quæ Davidi tendebantur. *Prævenerunt me laquei mortis.* 2. Reg. 22. v. 6. quia ceterum lex est certissima, quòd qui ultro in rete se immittit, more Samsonis, in eo hæreat. *Immisit in rete pedes suos, tenebitur planta illius laqueo.* Job. 18. v. 9. Quis avibus cōdoleret si sensu & ratione pollerent, quia discernerent laqueos, nec tamen vitarent: Eatenus illis condolemus, quatenus sunt omnes bestiolæ simplices, quæ nesciunt, quò vadant, cùm tam lætæ properant ad rete. *Avis festinat ad laqueum, & nescit, quòd de periculo animæ illius agitur.* Prov. 7. v. 23. Quis miseretur ultrò irritantis crabrones? Quis provocantis viperas? aut è cavernis suis elicientis panteras? *Quis miserebitur omnibus, qui appropiant bestiis?* Eccl. 12. v. 13. Nemo sanè. jam verò ita tu facis, cùm quæris tentationem: *Appropias bestiis.* provocas contra te tuos Tentatores. & vis deinde ut tui misereatur Dominus, cùm illi faciunt insultum, téque præservet? scisne, quando in hunc modum possis orare magnâ cum fiducia impetrandi, quod petis, etsi prava occasio non te quæsiverit, sed tu occasionem? quando ad amplectendam occasionem motus fueris sine bono, hoc est, ita exigente ratione muneris, aut nutu obedientiæ, aut lege Charitatis, prout factum in Judithâ, quæ cum ultro quæreret, in tentorio suo inquam Holofernem, meritò nec absque ratione dicere DEO suo potuit: *Da mihi animo constantiam, ut contemnam illum & virtutem, ut evertam illum.* Judith. 9. v. 14. quia illuc ibat ad liberandum populum suum. at extra hos casus si quæras tentationem, quomodo cogis DEUM, ut ab illâ te præstet tentationem? *Qui amat periculum, in illo peribit.* Eccl. 3. v. 27. Non dicitur amare periculum, qui illi se objicit hoc ipso fine, sed qui hoc sine utilitate facit, ideo si tu sine utilitate quæras tentationem, quæ est rete tuum, & cum ea juxtis ac ludas, ne petas deinde, ut reservet, ne intres. *Et ne nos inducas in tentationem,* hoc enim est ab illo petere miracula, solùm ut possis liberè ratio dulgere genio. Et hoc posito illud jam non est petere amplius, ne te permittat incidere in tentationem, sed tentare ipsum. *Non tentabis Dominum DEUM tuum.* Matt. 4. v. 7.

* * *

XXVII.

Sed libera nos à malo. Amen.

COnsidera in ultimis duabus petitionibus, quæ hanc proximè præcesserunt, unicè nos supplicâsse Patri nostro Cœlesti, ut nos liberaret à malo, quas proinde Interpretes etiam Deprecationes appellârunt, uti præsentem. porrò in hoc differunt orationes à deprecationibus, quòd illæ dirigantur ad impetrandum bonum, istæ ad arcendum malum. *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam.* Ps.38. v.13. *Orationem pro bono, deprecationem à malis.* Dicendo: *Dimitte nobis debita nostra*, petebamus nobis peccatis præteritis, & pœnis, quas eorum causâ incurrimus. Dicendo: *Et ne nos inducas in tentationem*, petebamus servari à peccatis futuris, & pœnis, quas eorum causâ poteramus incurrere. Quid ergo superest, ut addamus: *sed libera nos à malo.* quasi nil horũ fuisset postulatũ? tãtũ superest, quãtũ si diceremus: *sed libera nos ab omni malo.* Quippe ultra liberationẽ à peccatis, & quæ his respũdent, pœnis restat petere liberationẽ pariter ab aliis malis cõpluribus, quæ nos Temporalia dicimus, quibus velut totidem tribulis in hac vita etiam illi vivunt obnoxii, qui sunt ob integritatem quasi de terra virgine: malis certè, quæ sunt similia tribulis non afflictione tantùm sed numero. quia aliqua sunt à natura, ut ignorantiæ, morbi: alia à consilio, ut persecutiones privatæ, quas patimur, seditiones, schismata, bella publica: & alia, nostro loquendi modo, à casu, ut incendia, inundationes, bonorum cessiones, tempestates, terræ motus, sterilitates, & alia ejusmodi, à quibus bonus Pater noster liberare nos cupit, ne virgulta tam noxia ita occupent cor nostrum, ut impediant fructum pro DEI gloria præstandum. sed ut plurimum liberare cupit nonnisi exoratus à nobis. *si conversus populus meus deprecatus me fuerit &c. ego exaudiam de cœlo, & sanabo terram eorum.* 2.Par. 2. v.14. unde per singulos anni dies tot ab Ecclesia constitutæ sunt preces. & sic quoad substantiam tres istæ petitiones postremæ respiciunt totidem alias, quæ præcesserunt ad petendum, quidquid est boni. Cùm dicimus DEO, ut nostra nobis debita remittat, petimus ab his liberari, quæ proximè opponuntur adeptioni hæreditatis nostræ, seu beatitudinis Cœlestis, peccatis scilicet, & pœnis, quorum sumus rei. atque ideo petitio ista: *Dimitte nobis debita nostra*, illam respicit: *Adveniat Regnum tuum.* Cùm dicimus DEO, ne nos inducat in tentationem, petimus ab his liberari, quæ proximè impediunt executionem Voluntatis Divinæ, & ejus amorem, tentationibus scilicet, quibus nos succubituros prævider, si earum insultum permittat. Et ideo hæc petitio: *Et ne nos inducas in tentationem*, illam respicit; *Fiat vo-*

luntas tua. Et cùm denique DEO dicimus, ut nos liberet ab omni malo, petimus liberari ab his, quæ adversantur subministrationi alimenti nostri quotidiani tum spiritualis, tum temporalis, innumeris scilicet adversis casibus, quibus subjacet vita hominum, atque ideo ista petitio *sed libera nos à malo* correspondet illi: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* nisi malis dicere hanc ultimam petitionem esse quasi epilogum omnium præcedentium: ita, ut tantundem sit hîc dicere DEO: *Sed libera nos à malo*, ac petere tacitè, ut concedat omnia bona hactenus petita, nec permittat incidere potiùs, uti par esset, in mala opposita. Hinc est, quòd Justus, quoties dicit DEO: *sed libera nos à malo*, id faciat summâ animi demissione, agnoscens se dignum non uno tantùm vel altero, sed omnibus planè malis, & quidem ut malis.

2. Considera, si restringamus hanc petitionem ad illa sola mala vel naturæ, vel consilii, vel casûs, quibus omnes in hac vita etiam innocentissimos subjectos esse diximus (quæ videtur omnium optima interpretatio) non esse existimandum, quòd DEUS ab illis tunc solùm nos liberet, quando facit ab illis esse immunes, sicut nominatim innocentem Loth dicitur liberâsse à subversione infamis Pentapolis: *Liberavit Loth de subversione urbium, in quibus habitaverat.* Genes. 19. v. 29. Liberatio, qualis hæc est, plena & integra obtineri non potest in hac valle lachrymarum, à quocunque genere malorum. Unde si ad hanc ansiel[illegible] cùm dicis: *sed libera nos à malo*, [illegible] teres citò hinc transire ad Para[illegible] ubi nec fames, nec sitis, nec sor[illegible] quidquam malorum non consi[illegible] taxat vel casûs, sed neque natura[illegible] *creatura liberabitur à servitute corruptionis.* Rom. 8. v. 21. Itaque si [illegible] tere liberationem à malo, quæ con[illegible] niat huic miseræ vitæ, in qua degi[illegible] ut gloriam patiendo lucremur, [illegible] hanc solam pete integram, plane[illegible] perfectam, sed illam, quam DEUS [illegible] cundùm ordinem sapientissimæ [illegible] dentiæ suæ potiùs eligit. Exi[illegible] an putas illi non suppetere alios [illegible] randi modos, nisi hunc unum [illegible] nobis convenientem? imò [illegible] supersunt isto nobiliores. I. [illegible] malum iis solatiis, quæ faciunt, [illegible] cilè feramus, id, quod Jacobo [illegible] cui fugienti ab ira fraterna toties [illegible] ruit magnificis confortans [illegible] & vel ipsum cœlum apertum per [illegible] tem ostentans. II. malum illud [illegible] pensando aliis bonis. quod [illegible] Danieli, quē tempore captivitatis [illegible] molestissimæ fecit invenire gratiam [illegible] conspectu Regum, qui captivum [illegible] nebant. III. Illud ipsum malum [illegible] tendo in majus bonum. ita Joseph [illegible] cit, cui sua venditio felicitatem [illegible] Cùm igitur hîc dicis DEO: *sed libera nos à malo*, non debes, ut ita dicam, [illegible] ligare manus omnino postulans [illegible] nus illud mali particularis tibi non [illegible] mittat, quia nescis, quid tibi melius [illegible] turum sit. *Memento, quòd ignorans [illegible] pus ejus.* Job. 36. v. 24. sed debes [illegible]

lam petere, ut eo modo te liberet, quem gloriæ suæ aptiorem agnoscit. si idcirco te velit penitus ab illo malo immunem, quatenus nullo modo immittit, sit benedictus: *Confitebor nomini tuo, quoniam liberâsti me à rugientibus præparatis ad escam.* Eccl. 51. v. 4. hoc si nolit, illo modo te liberet, qui ipsi videtur justus: *In justitiâ tuâ libera me*, Ps. 30. v. 2. Potest in eo malo ita te solari, ut vix sentias, sicut Jacobo accidit: atque hoc est malo tollere vim affligendi. *superabundo gaudio in omni tribulatione mea.* 2. Cor. 7. v. 4. Potest cōpensare aliis bonis æquivalentibus, quæ faciant illud oblivisci, aut contemnere, quasi nihilum, uti fecit Daniel. atque hoc est malo tollere vim affligendi simul & nocendi. *In paucis vexati, in multis bene disponētur.* Sap. 3. v. 5. Potest denique malum illud vertere in bonū, uti fecit Josepho, quod est Divinæ Sapientiæ artificium proprium, quo facit, ut ipse sensus molestiæ redundet in gaudium, & damnum in utilitatem. *Vos cogitâstis de me malum, sed DEUS vertit illud in bonum.* Gen. 50. v. 20. unde hîc nota, quomodo oporteat loqui DEO. non est dicendum: *Libera nos à tribulatione*, sed *libera nos à malo*, quia ipsa tribulatio sæpe vertitur in majus bonum, quàm foret solùm non tribulari. quo posito non est, cur petas, ut te liberet à tribulatione, quam aversaris, sed ut te liberet à malo duntaxat. *Dominus custodiat te ab omni malo.* Ps. 20. aliàs periculum erit, ne facias illorum more, qui stultè confundunt cum bono malum, & cum malo bonum. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Isa. 5. v. 20. Ceterùm meminisse debes, summum bonum, quod in hac terra colligitur è malis, in eo versari, ut patienter assuescas tolerare. *Tribulatio patientiam operatur*, Rom. 5. v. 3. Ideo cum DEUS in malis, quæ sustines, hoc tibi bonum concedit, aliud ne quæras. quia cum hoc solo dici jam potes ab omni liberatus malo.

3. Considera, cùm in hac sacra Oratione Dominicâ petantur à Patre æterno res adeò excelsæ, videri meritò fuisse terminandam illâ clausulâ Ecclesiæ usitatâ: *Per Dominum nostrum JESUM Christum filium tuum.* & non illâ unius simplicissimi *Amen*, quæ talem vim dare precibus non potest, qualem daret altera, in qua interponuntur memoria & merita JESU Christi, ad efficiendam orationem DEO gratiorem. at ipse Christus, qui hanc orationem ore proprio formavit, aliter disposuit, nempe ut finiretur hoc solo vocabulo *Amen.* nec mireris. primò, quia, cùm ipse crebrò hanc orationem recitare sit solitus, cum Apostolis, & altâ voce, prout multis placet Doctoribus, videbatur non adeò convenire, ut ipse se nominaret quasi precatorem, & advocatum ad id obtinendum, quod à Patre suo Cœlesti etiam pro se postulabat, quanquam non pro se, ut se, sed pro se ut Capite corporis mystici, quod dignatus est cum suis constituere fidelibus. Deinde quia Pater statim

tim agnoscit verba, sensum, stylum, dictata filij: unde superfluum erat meminisse filij in petitionibus, quæ fiebant Patri non tantùm ejus jussu sed & modo præscripto. Potiùs dubitari possit, quare orationem suam hac voce *Amen* voluerit terminari. Sed nec id absque consilio factum. *Amen* Hebræa vox est, sed sensûs tam varij, ut nunquam sit Latinè versa, quia inveniri non potuit vox planè æquivalens. ut tamen breviter dicamus: quando est in principio sermonis, vim habet affirmandi, quam proinde toties Christus usurpavit, cùm agere constituit de veritate magni momenti. *Amen dico vobis*, id quod non erat jurare, uti vulgus putat, sed solùm asseverare. quando non in principio, sed in fine ponitur, duplicem vim habet, primò confirmandi dicta, approbandi, & acceptandi. ita cùm olim legebantur maledictiones contra transgressores Divinorum præceptorum fulminatæ, debebat collectus populus ad harum quamlibet respondere *Amen*, & cùm legebantur benedictiones observantibus datæ, debebat pariter respondere *Amen*. Quando respondebatur *Amen* ad maledictiones, sensus erat illas concordi voce confirmari, approbari, & acceptari. Quando respondebat *Amen* ad benedictiones, sensus erat illas insuper desiderari, unde in psalmo scribitur: *Benedictus Dominus DEVS Israël à seculo & usque in seculum.* & præterea subjungitur: *& dicet omnis populus fiat, fiat*, hoc est, *Amen, Amen*, ut est in Hebræo. Ps. 105. v. 48. Quod [illegible] non est quàm exprimere [illegible] mum & vehementissimum illum [illegible] derium, quale fuit, quod olim [illegible] Antistes S. Cyprianus expressit, [illegible] auditâ mortis sententiâ, quæ [illegible] ce contra ipsum tanquam Christi [illegible] torem pronunciabatur, etiam [illegible] tâ voce respondit: *Amen*. Sed [illegible] quanti pretij hoc *Amen* exstitit! [illegible] que cùm nos quoque in fine [illegible] Dominicæ *Amen* dicimus, quid [illegible] volumus? dicere volumus, [illegible] *Impleat Dominus omnes petitiones [illegible] stras*. Ps. 19. Et ideo demum [illegible] etiam vim habet colligendi [illegible] spiritum, ita, ut, si fortè in [illegible] septem petitionum, quas DEO [illegible] buimus, divertimus animum, [illegible] stracti fuimus, istâ clausulâ [illegible] mus errorem, quæ intelligi [illegible] quasi adjecta singulis, quamvis [illegible] ties iterare necesse sit, sufficiens [illegible] eam collocare in fine tantùm [illegible] dum subscriptionis vel sigilli, [illegible] mul omnes firmantur. & tu tam [illegible] vi eam facis?

4. Considera hoc *Amen* etiam [illegible] tis servire. quia licet nullus [illegible] deberet esse tam agrestis & rudis, [illegible] non probè sciat, quid in singulis [illegible] tionis Dominicæ petitionibus [illegible] letur à DEO, nihilominus quotidie [illegible] dolor plures est invenire. quia [illegible] sâ omnis indoctus aut ignorans [illegible] di sâltē & cōfuso modo sciat, [illegible] à DEO petit Ecclesia, rationi [illegible] consentaneum esse, pronunciando [illegible] *Amen* intentionem suam illis [illegible]

gis, quibus spiritûs & ingenii plus inest. Quod si faciat vivâ fide, perinde ac quivis alius impetrat, quidquid petunt, sicut ille rusticus impetrat, qui tam libelli supplicis, quem Principi porrigit, non assequitur, sed solùm contestatur id se vehementer cupere sibi concedi, quod in eo per alios, qui illum & peritiam habent, exposuerit. Hinc est, quòd S. Paulus præceperit quandam orationes publicas in Ecclesia saltem omnes non fieri voce vel idiomate ignoto, & quod intelligi nequeat ut Ministri, qui tenent locum idiotarum, eos incitare rutò possent ad respondendum *Amen*. *Ceterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuas benedictiones? quoniam quid dicas, nescit.* 1. Cor. 14. v. 16. De reliquo ne putes ideo tibi inutiles orationes illas in Ecclesia approbatas, quas non intelligis. satis est, quòd dicere cum ejus Ministris possis *Amen*, sed ex animo. Non sunt inutiles ad movendum DEUM, quia quantumvis non intelligas pretium gemmarum, quas illi offers, uti intelligeret peritus quidam æstimator margaritarum, amethystorum, Achatum, Adamantum, satis ipse intelligit, & ideo perinde gratas habebit, prout gratas habet preces vel ipsorum infantum. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Ps. 8. v. 3. nec inutiles sunt ad dæmones terrendos, uti non sunt inutilia ad terrendos serpentes verba incantatoris, quæ profert cum intentione ad incantandum requisitâ, quamvis non eodem modo eorum sensum quivis intelligat.

* * *

XXVIII.

Sic ergo orabitis: Pater noster &c.

1. COnsidera, quantumvis ille, cui satis est in Oratione Dominica dicere cum Idiotis *Amen*, non amittat fructum orationis tam Divinæ; alium tamen præterea ab eo colligi, qui bene intelligit, & qui eam non solùm recitat more vulgari ejus petitiones oretenus percurrendo, sed in singulis mentem figit, apum instar, cùm floribus insident, & cogitando repetit, ruminátque, & meliorem quasi succum extrahere nititur. Itaque cum vox ista orare duplicem habeat sensum, illum strictiorem, qui est supplicando petere. *Orate pro persequentibus vos.* Matt. 5. v. 44. & alterum latiorem, quo nos facere orationem dicimur: *Ascendit in montem solus orare.* Matt. 14. v. 24. æquum est credere, Christum, cùm hîc dixit discipulis: *sic autem orabitis.* non voluisse illis dicere duntaxat: ita vos petetis. sed insuper: ita vos petentes meditabimini. Postquam igitur fusiore orationis Dominicæ explicatione didicisti, quodnam sit propositum oratio-

nis tam pulchræ, quæ disciplina, quæ methodus non solùm universim; sed quoad partes singulas, facile erit eâ in dies nutrire spiritum, imò ejus uti petitionibus nunc pro remedio malorum, nunc pro adjumento, nunc pro solatio, quasi totidem essent preces jaculatoriæ in unam pharetram collectæ, & pro occasione, ac viribus brachiorum vibrandæ. Tres sunt ordines in via Domini, Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. Incipientes, qui tunc deserunt peccatum, cùm dicunt: *Pater noster, qui es in cœlis*, debent proferre vocem illam *Pater* cum pudore maximo, sed & fiduciâ. Proficientes cum sensu fiduciæ & amoris. Perfecti cum sensu Amoris & Admirationis, & sic in omnibus petitionibus trahere quisque debet in utilitatem suam, quod magis nutrit, prout in eodem prato faciunt animalia, quæ tunc primum incipiunt gustare herbas, quæque adulta magis, atque firmioris sunt roboris. de quo ordine tu es? de quocunque sis, semper juvabit nôsse modum, quem usurpare quisque debet in statu proprio.

2. Considera, si plus participes de statu Incipientium, spectandum esse, quodnam vitium in te magis dominetur, & juxta id illam petitionem magis amandam, quæ plus confert ad illud promptè debellandum. si dominetur superbia, dic sæpe DEO, ipsius nomini, & non tuo deberi gloriam, & ideo illud solum sanctificandum: *sanctificetur nomen tuum*, si dominetur Avaritia, dic illi, te nolle ea æstimare [illegible] na, in quibus Mundani Regnum [illegible] fundant, sed anhelare tantùm ad [illegible] Regni Cœlestis: *Adveniat Regnum tuum*. si te torqueat Invidia, [illegible] hoc inde fieri, quòd non satis [illegible] Voluntatem Divinam cuilibet esse [illegible] bere legem illam altissimam, [illegible] nicè impleri velit. *fiat voluntas [illegible] cut in cœlo & in terra*. Illustret [illegible] quem vult, ditet, & extollat, [illegible] vult. tu tanquam mendicus, [illegible] te ipsum nihil mereris, [illegible] quam, nisi quod eleemosynæ [illegible] DEO datur. si Gula te vexet, [illegible] te ne quidem dignum solo [illegible] tidiano, qui toties pro DEO [illegible] ventrem tuum, uti facit, [illegible] scendo alium finem non habet, [illegible] ut illi satisfaciat, sed hunc [illegible] tiæ loco te postulare. *Panem [illegible] quotidianum da nobis hodie*. [illegible] idolo tuo satisfacias, sed [illegible] beas ad serviendum DEO [illegible] indignabundus, & durum [illegible] tur non succensere aliis, dic sæpe [illegible] *dimitte nobis debita nostra*, [illegible] *dimittimus debitoribus nostris*, [illegible] rando has preces, & testificationes quam facis, domabis Iram, [illegible] vam consuetudinem, quam [illegible] sti in vitiis carnis, facilem [illegible] psum, pariter continuò dicas [illegible] *Et ne nos inducas in tentationem*, [illegible] est enim tentatio, quę in paucis [illegible] omni culpa transire solet, si [illegible] in exiguo usu functionum [illegible] um vinci te sinas ab Acedia, [illegible]

DEO

DEO, ut te præserver à malo, hoc est, ab otio, quod origo dicitur omnis mali. *Sed libera nos à malo.* Hoc enimvero, hoc malum est, à quo ut omnino liberis, meritò curandum, quod tot generat mala. *Multam malitiam docuit otiositas.* Eccl. 33. v. 29.

3. Considera, si plus participes de statu Proficientium, spectandum esse, ad quam virtutem magis afficiaris, aut quior existas, atque huic insistendum, non ut ceteras negligas, sed ut tibi pro fundo servat, in quo illæ reluceant veluti aurum, pyropi, & margaritæ, quemadmodum splendidum è serico texunt iis servit, qui opus Phrygium acu elaborant. si hdem vivam in te sensu, desiderare oportet, ut eam DEUS in te augeat, & in alios diffundat, & sic omnes certatim conspirent ad quærendum solum honorem Divinum. *Sanctificetur nomen tuum.* si spes gloriæ futuræ te animet, ut velis multa agere & pati pro DEO, dic ipsi, nullam hic, sed omnem ibi à te depoſci mercedem: *Adveniat Regnum tuum.* Si charitas in corde tuo signum extulit, & ejus ambit plenum dominium, ut omnis extinguatur Amor proprius, solus vivat Divinus, identidem illi dic: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* si te in agendo Prudentia delectet, quæ exigit, ut in omnibus necessitatibus propriis tam corporis quàm animi neque nimis parùm cures præsentia, neque nimis anxiè futura, dicere assuesce: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* si ames videre Justitiam æquo servari, neque velis more multorum in aliena domo cum omni rigore, in tua non sine miseratione exerceri, dic: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* si juvet sic agere, ut Temperantia liberum exerceat imperium in appetitus tuos incompositos, in eos maximè, qui consurgunt à carne tuâ rebelli, sæpiùs repete: *Et ne nos inducas in tentationem.* Et si cupias tolerare fortiter adversa, imò ea ultro provocare propter DEUM, dic, ut te servet à malo: *Sed libera nos à malo*, non ab eo malo imaginario, quod est multa pati, sed à solo & vero malo, quod est pati cum impatientia.

4. Considera, si felici sorte tibi datum est aliquantum assurgere ad statum magis conspicuum Perfectorum, fieri non posse, ut de DEO cogitans summo bono non exardescas ad optandum illi, quidquid accipere potest boni, sed quidnam accipiet boni summum bonum? Proinde cùm amori tuo satisfacere nequeas, desiderabis, ut saltem omnes concordibus animis tecum illum ament, & cùm tot homines ingrati tot inter beneficia, quæ quotidie accipiunt, ne quidem cogitent cum laudare, sylvas, montes, maria cum rebus ceteris creatis etiam sensu & ratione carentibus invitabis, ut illorum suppleant defectum, eum laudantes sigillatim, & invicem clamantes: *Sanctificetur nomen tuum.* sed quò amplius laudare DEUM cupies, eò magis cognosces illum esse omni laude majorem. & ideo illico excitabitur in corde tuo vivum desiderium illuc eni-

tendi, ubi solùm pro merito laudatur. *Adveniat Regnum tuum.* sed quid juvat id tantopere desiderare ad modum illius, qui dicebat: *Cupio dissolvi?* nondum venit hora. necesse est exulem in hac terra versari, ubi omnes DEUM tuum offendunt, quin eò vadas, ubi eum quilibet satagit continuò laudare. Hoc igitur solum habes solatii, quòd dicas DEO: *Fiat voluntas tua.* quid autem? ita vivere equidem poteris, sed non poteris non languere. imò dum voluntas tua liquescet, ut tota semper misceatur, & immergatur Voluntati Divinæ, prout contingit voluntati Beatorum, *sicut in cœlo & in terra*, ita fractum & debilitatum te senties, ut ad eum conversus identidem genus aliquod fulcimenti postulare compellaris: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Verum est, præcipuum fulcimentum non fore pignora illa amoris, quæ DEUS afferet suæ suavitate præsentiæ, cùm ad orandũ accedis, non lumina, non illustrationes, non panẽ, quem DEUS dare tibi ubiq; potest satiando te lacrymis: *Pane lacrymarum.* Ps. 79. v. 6. sed unicè illum, quo tibi ad aras frui conceditur. Itaque sicut Beati ibi Paradisum suum habent, ubi præsens ipsis est Rex gloriæ, ita tu habebis, ubi Rex gloriæ ipse adest, quamvis dissimulatâ personâ. Et quamvis ibi quotidie illum habeas, quotidie denuò habere cupies, adeò suis te donis, atque deliciis cumulabit. sed quò magis augentur istæ ejus deliciæ, & dona, eò etiam augentur magis

tua debita amandi: hîc verò [illegible] est dolor, quòd cognoscas te [illegible] quantum deficere in ejusmodi [illegible] adimplendis. unicum tunc erit [illegible] men, quòd dicas DEO: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* adeò, ut si forte [illegible] habeas, qui te offendat, qui te [illegible] habere tantisper cupias, si fore [illegible] tum, quò possis reddendo bonum [illegible] malo hoc illi præstare, quod [illegible] brum tuum continuò DEUS [illegible] stat. Et tamen tolerabilis esset [illegible] tuus, si, tam parùm cùm ames, [illegible] certò tibi posses polliceri, [illegible] fore, ut eum etiam plusquam [illegible] noxâ offendas. sed quis [illegible] tibi præstat? semper mens [illegible] versabuntur illæ technæ, quibus [illegible] Satanas. & quàm pronum est [illegible] que iis falli? imò quis scit, an [illegible] fefellerit, persuadens à te amore DEUM, cùm non ames? hîc [illegible] ctum erit, quidquid agis bonis [illegible] interna, cognitiones, illustrationes, [illegible] sa unio tui spiritûs cum Divino, [illegible] pe videbitur, ad cor loquens, ut [illegible] das ad deceptionem, in qua [illegible] probrando tibi dicere: *& tu [illegible] amorem mei?* quod quidem [illegible] riet, ut jam jam quasi ad diffidentiam propendens aliud non possis [illegible] plicare, ne unquam permittat te [illegible] gravi tempestate submergi. *Et [illegible] nos inducas in tentationem.* [illegible] hîc lumen affulgeat, quod te illustrat, instar illius famosi, quod lucere [illegible] gantibus solet. nempe, nihil [illegible]

terrâ, cui aquiescas, nisi pati pro Deo. atque ideo immittat sanè ille tibi eas tentationes, quas deberi judicat, si vel ir, & tribulationes, & ærumnas, & cruces etiam internas, quamvis istæ tibi sint gravissimæ omnium : modò inter eas te liberet à malo, quod solum in terra desiderare non licet, ne quidem amore ipsius, ut vel momento ab eo disjungaris. *Sed libera nos à malo.* Atque in hac fiducia ita respirabit cor tuum, ut quasi jam prospiciens portum minùs agere non possis, quàm ut dicas *Amen.*

XXIX.

Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis : & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, & bibatis super mensam in Regno meo. Luc. 22. v. 28.

1. COnsidera paradoxum videri, quòd, cùm Christus Apostolis Paradisum promittat, Regnum tam grande, de hoc aliud non habeat dicere, nisi ibi comesturos & bibituros super mensam suam, quantum placet. *Et ego dispono vobis Regnum, ut edatis, & bibatis &c.* An ergo aliud in cœlo non fiet, quàm ut edamus, & bibamus ? imò istud nec fiet quidem. *Regnum DEI non est esca & potus*, ut dicebat Apostolus ad confundendam ingluviem Cerinthi, qui contrarium docere in Ecclesia voluit. Illic extinguetur omnis ferculorum & vini appetitus. *Non esurient, neque sitient amplius.* Ap. 7. v. 16. quo posito quale gaudium foret his uti ? esset hoc quærere remedia finito jam malo. Cùm ergo Christus hunc usurpavit modum loquendi, ideo fecit, ut explicaret Apostolis adhuc rudibus beatitudinem Cœlestem repræsentatam sub imagine convivij omnibus familiari. Convivium est pastus deliciarum, quæ penetrant viscera hominis intima, lætus, lautus, præbens opportunitatem convivis pro libito se satiandi. Talis erit, sed in genere suo longè altiore, beatitudo Cœlestis : *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Ps. 16. v. 15. Erige igitur phantasmata tua jam purgata & defæcata à materia, & imaginare tibi in Paradiso convivium quidem, sed Spiritûs, quale est, quod hominibus promittit DEUS, non Mahometes. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ps. 35. v. 9.

2. Considera fieri posse, ut Rex aliquis multos nobiles habeat in aula sua Regia solennis convivij hospites, sed hinc non consequi, ut adhibeat mensæ propriæ, *super mensam suam.* Est is honor singularis, quem certè Assuerus in suo convivio non præstitit immenso populo, quem invitabat in Susa *à maximo usque ad minimum.* Esth. 1. v. 5. solùm quibusdam præsti-

tit optimatibus, *Qui videbant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant.* Estth. 1. v. 14. Cùm igitur Christus jam morti vicinus hîc dixit Apostolis, se ipsis quasi testamento disposuisse Regnum suum, hoc est, determinâsse, destinâsse, cùm declaratione expressâ illos semper accubituros secum ad mensam suam, *Dispono vobis Regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam,* haud dubiè significare voluit, se cuilibet eorum habiturum honorem specialem diversum ab eo, quem proportione servatâ ceteri essent accepturi convivæ quidem, sed differentibus collocati mensis. Iste igitur verus est verborum sensus, futuros scilicet Apostolos è beatis Domino suo propiores, & in ipsius Regno sessuros ad mensam, sicut in Judicio Universali considebunt in thronis similis potestatis, ut cum ipso judicent humanum genus. Unde, cùm ipsis dixisset Christus: *Dispono vobis Regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo*, mox subjunxit quasi ad explicationem honoris non omnibus communis, *& sedeatis super thronos judicantes duodecim tribus Israël.* Tu ergo quid dicis, qui tam parùm soles venerari hos Apostolos benedictos ijs etiam diebus, quos Ecclesia eorum cultui specialiter designavit? Isti sunt, qui in die Judicij te judicabunt unà cum Christo, & nunc in Paradiso ejus sunt familiares, gratiosi, intimi quocunque sensu, & tu curas tam parùm? Dici nequit, quantum boni continuò impetrare tibi possint, modò in tempore illorum uti possis favore. quare? ob eam sam sedem, quam obtinent. Qui plurimum possunt apud Principem prodesse alijs, illi ferè sunt, quos habet mensæ suæ convivas. atque hoc est, quod innuere Christus voluit de Apostolis, cùm dixit in Cœlo mensæ suæ accubituros, innuere, inquam, eosdem quoque aptiores fore, ut de voluntate sua disponant. *Erat Daniel conviva Regis*, ideo addidit, *& honoratus super omnes amicos ejus.* Dan. 14. v. 1.

3. Considera, quæ sit causa, ob quam Christus dixit Apostolis, sedem tam altè elaturum. Causa fuit, quod tam fideles se præstiterint in suis adversitatibus & ærumnis, nec ideo dorsum illi verterint, more aliorum, vel timore furoris Hebræorum vel non sequebantur ampliùs, vel non nisi illum sequebantur. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Ô quàm ista præclara dos est, non deserere Dominum in Adversis! Multi volunt illi propè assidere ad mensam: *Est amicus socius mensæ*, sed pauci comitari mendicantem: *Et non permanebit in die necessitatis.* Eccl. 6. v. 10. Quia ergo Apostoli è contrario fide perstiterunt in mendicitate, *Permanserunt in die necessitatis*, ideo Christus disposuit, si deinde regnaret, eorum habiturum *socios mensæ.* cùm hæc universalis sit regula. qui vult gaudere cum Christo, debet priùs etiam pati cum Christo. *Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.* 2. Cor. 1. v. 7.

v. 7. Nota interim stupendam antithesin. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum.* an inveniri potest major inæqualitas, quàm quæ inter duos hosce terminos adeo oppositos intercedit: *vos mecum, Ego vobis*: an ergo, quòd servi tam viles parum fidelitatis ostenderint in tolerandis adversis Domino tam digno, iste quasi pares sibi reddat in dominio? & hoc tamen est, quod Christus ait. *Vos ergo, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.* & quomodo *dispono*? sicut *Disposuit mihi Pater meus*. hoc est, dispono ad commodum vestrum Regnum meum, quemadmodum Pater meus mihi disposuit, cum eodem scilicet amore, eadem celsitudine, eadem beatitudinis substantiâ, quæ consistit in cernendâ facie Divinâ, nisi, quòd Pater mihi disposuerit per naturam, & ego vobis per gratiam. *Dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Quis igitur sensus tuus de modo isto remunerandi, quem vides usitatum Christo? numquid accenditur in te desiderium illum comitandi, illi adhærendi, illum proximè consectandi, quocunque ferat crucem suam? Istæ sunt ejus tentationes, ejus afflictiones, persecutiones, penuriæ, quæ hoc loco tentationes vocantur, *permansistis mecum in tentationibus meis*, quia illis experiri & probare ipsum Pater voluit, non ut cognosceret, qualis esset, sed ut Mundus cognosceret. quæ causa est, cur tentationes Christi non essent ordinariæ, sed graves, omnisque generis: *Tentatus per omnia.* Certum est pares illis nunquam sustinuisse Apostolos, sed aliquâ ex parte tantùm, hinc Christus non dixit: *Vos estis, qui pertulistis mecum tentationes meas*, sed solùm dixit: *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.* & tamen pro tantillo tantum rependit præmium. ô te stultum, nî servias Domino tam bono.

4. Considera mirum videri posse, quòd Christus dicat Apostolis ipsos sibi tam fideles in suis ærumnis extitisse: *Permansistis mecum in tentationibus meis*, cùm constet se in passione suâ ab illis maximè desertum. *Omnes relicto eo fugerunt.* Matt. 26. v. 56. Nihilominus hic primò observare oportet, cùm Christus hoc dixit, nondum eam desertionem accidisse, quia id dixit, cùm in procinctu staret, ut consurgens ab ultima cæna morti occurreret. unde neque præsentem tunc habuit Judam perfidum proditorem suum, qui sub medium cænæ jam exiverat cænaculo, ut executioni daret infame pactum. *Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo.* Jo. 13. v. 30. & hinc disce, nos non judicari à Christo, nisi secundùm præsentem Justitiam, in qua nos invenit. Erant Apostoli, quibus loquebatur, omnes fideles usque ad eam horam, ideo etiam tanquam de fidelibus loquebatur. Ita est, paulò pòst omnes illum erant relicturi, prout se probè scire monstrabat, quando mox iter aggressus, ver-

versus hortum, illis contestatus est omnes profugituros à se instar ovium, quæ vident pastorem suum in montibus repentino turbine humi prostratum. *Omnes vos scandalum patiemini in me istâ nocte : scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Matt. 26. v. 3. Sed quid? si omnes tunc fugerant, omnes quoque post eam dispersionem ex animo ad ipsum erant redituri, sicut oves, cùm pœnitentes propositi redeunt ad Pastorem cessante turbine denuò surgentem à terra. Et quia Christus non ampliùs reputat culpas, quæ calidis lacrymis deploratæ jam sunt, ideo hoc loco ita loquebatur Apostolis, ut ostenderet eas culpas non obstitisse, quò minùs executioni daret alia consilia, quibus eorum utilitatem spectabat. deinde an nescis, quòd, qui digressus ab aliquo mox revertitur, juxta leges non censeatur digressus? *Mulier, si brevì est ad virum reversa, non dicitur discessisse.* Quare, cùm Christus non ignoraret Apostolos illico ad se redituros post fugam, hìc pariter loqui de illis voluit, uti fecisset, si tanquam ab illo fuissent discessuri. Si malo tuo unquam discedas à Christo, neque tu ullas patere inducias, *Ne tardes converti ad Dominum.* Eccl. 5. v. 9. & tum bono esto animo: quia non obstante tali discessione ita te tractabit, quasi fidelissimè semper in ejus perstitisses obsequio. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut dispensuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.* Dices te sperare non posse in Paradiso mensam tam sumptuosam & splendidam, qualis est illa, ad quam sedent Apostoli. Quid? an adcirco illic in Cœlo non sufficiet, quod habebis? *Beatus, qui manducabit panem in Regno DEI.* Luc. 14. v. 15.

XXX.

Sit autem omnis homo tardus ad iram. Ira enim viri Justitiam non operatur. Jac. 1. v. 19.

1. Considera, quam frivola sit excusatio tua, cùm dicis, si facilè exardescas in choleram, aliter te non posse, naturam tuam esse ferventem. Si hoc valeret, non deberet S. Jacobus lege tam universali hìc præcipere omnibus, ut ad iram sint tardi. *Sit autem omnis homo tardus ad iram*, sed distinguere sexum à sexu, statum à statu, & unam naturæ temperiem ab altera. Dum ergo nullum omnino hominem excipit à lege, signum est quemlibet id posse assequi per gratiam, ut de natura triumphet, prout

triumphavit in se David, qui licèt naturam haberet fortè etiam præ tua fervidam, & plenam Spiritu, exercere potuit actus mansuetudinis tam heroicos nunc erga Saulem, nunc erga Semei, nunc erga alios hostes suos, ut eorum intuitu sub vitæ exitum rogaret DEUM, sibi quoque esse propitium: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Ps. 131. v. 1. nôstin' ergo, unde sit, quòd non æquè tuam quoque possis vincere naturam? quia pugnam detrectas. Sic etiâ tu, quod hic ipse Rex sanctus, qui ajebat: *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertar, donec deficiant.* Domare statue motus illos Choleræ inordinatos, qui in te prævalent, non transeat ulla dies, quâ non circa illos modo quodam peculiari examines te ipsum, ne contemnere assuescas. Si advertas, dum in actu ipso versaris, quamprimùm actum elice contrarium, qui melior occurret, vel submissionis, vel excusationis, quo retractetur. Argue eorum quemliber coram DEO omni vespere, cum intentione suo tempore dolenter confitendi. Dole, propone, pete à DEO præ omnibus, ut concedat non ita labi continuò. hæc, inquam, omnia fac cum perseverantia, & tum videbis, an domitâ naturâ rebelli non possis tu quoque demum dicere cum Davide: *Magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes.* Ps. 125. v. 3. Quid putas voluisse Apostolum, cùm dixit: *Pax DEI exultet in cordibus vestris?* Coloss. 3. Voluit, ut pax ejusmodi in te pareret aliquando lætitiam propriam victoris: *Pax DEI superet in cordibus vestris,* ita plures alij legerunt. Signum igitur est, quòd ista pax DEI, quæ aliud non est, nisi tranquillitas morum, affabilitas, benignitas, mansuetudo, possit superare inimicam suam, superare Iram.

2. Considera Iram non esse ex eo genere affectionum, quæ vitia dicuntur, uti est Gula, Acedia, Superbia, Invidia, & aliæ ejusmodi. Affectus est naturalis omnibus communis etiam Sanctis. hinc est, quòd Irasci, nisi aliunde vitietur, non sit peccatum. Scimus vel ipsum Christum non semel Pharisæis iratum. *Circumspexit eos cum irâ.* Mar. 3. v. 9. & violatoribus sacri Templi ita fuit iratus, ut facto è funibus flagello etiam propriâ manu inde eos ejiceret. Peccatum est irasci contra rationem, hoc est, vel illi, cui irasci non oportet, vel priùs, quàm oportet, vel magis, quàm oportet, vel in eo, in quo non oportet. Iram ergo militem esse cogita nobis datum à DEO, ut militet Rationi. Si absque istâ se non moveat ad agendum, illi obediat, illam veneretur, bonus est miles: tunc reus est, quando eam contemnit. Et ecce, quæ causa sit, cur hîc non dicat S. Jacobus, *Ne irascaris*, solùm dicit, ut sis *tardus ad iram*, quia quantumvis Ira miles sit generosus, non tamen quavis horâ ejus adhibenda est opera, sed solùm in casibus necessitatis extremæ: quippe quàm gene-

rosus est, tam est fervidus, & sic tam facile non est, ut regatur, postquam in auxilium rationis vocatus est, quàm ut non vocetur. Sæpenumerò ille Joabum imitatur, qui accepta à Davide Domino suo mandata circa temerarium Absolonem exactissimè & ad unguem servavit, eum scilicet attinendi, custodiendi, adducendi, sed non occidendi: *Servate mihi puerum Absalon.* cùm dein ad rem ipsam ventum esset, se Davide ipsa Sapientiorem putavit, & non obstantibus pactis tribus acutissimis lanceis cor filij rebellis trajecit, ut Patri ipsius eò certiùs stabiliret regnum. Sic Ira facit, quando jam armis instructa est, facillimè transgreditur limites sibi à Ratione præscriptos ceu nimis angustos. & hinc S. Jacobus præcipit, ut eâ lentè utaris: *Tardus ad iram*, hoc est, *ad iram adhibendam.* quia non omnes eam nôrunt intra limites coërcere. Dic, quæso te, quoties motus es zelo ad condemnandum aliquod scandalum, quod notâsti, & demum excessisti, exiguâ cum reverentiâ loquendo de superiore, qui debebat impedire, nec impedivit? Verùm Ira non solùm tunc mala est, quando transgreditur imperium à Ratione acceptum, sed etiam quando illud non patienter expectat, Petri instar, qui in horto Dominum percontatus, licerétne manû armis admovere: *Domine si percutimus in gladio?* subinde non expectato responso strinxit ferrum, *& percussit servum Principis sacerdotum.* Itaque in hoc casu quid agas? quamprimum refrena: *sinite usque huc.* Luc. nisi illico frenaveris, peccas, quamvis, antè quàm rationem auscultes.

3. Considera, sicut S. Jacobus docebat, ut omnis homo sit tardus ad iram, ita dicere potuisse, ne sis velox eôque magis, quod hoc modo loquendi jam aliquando sit usus Sapiens in Ecclesiaste c. 3. v. 10. *non sis velox ad irascendum.* Attamen hoc non sufficiebat Jacobo. Vult, ut non modò non sis velox, sed *tardus ad iram*, quia in veteri lege paulò plùs indulgebatur certis quibusdam propensionibus naturæ, nondum enim erat illa pietiæ vigor, quem Christus in sua morte sua nobis promeruit. & haud paulò major dabatur campus iræ, quam lex illa tota erat è minis, tempestatibus, turbinibus, correptionibus composita, & ideo sæpe necesse fuit emcere Iram. Sed talis non est Lex nova, Lex est amoris. atque hinc est, quando duo filij Boanerges, Joannes & Jacobus volebant ignem in Samaritanos cælitus delabi, quia recepere hospitio Christum renuebant. *Domine vis dicimus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* Christus eos objurgavit dicens, nescire ipsos, quo Spiritu impellerentur: *Et conversus increpavit illos dicens: nescitis, cujus Spiritûs estis,* ut hac ratione concluderet jam præteriisse tempus Eliæ. *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* Luc. 9. & sic insinuabat non esse ad iracundum præcipitem: *Ne sis velox ad irascendum.* nunc requiritur, ut sis Tar-

Tardus ad iram. Ne igitur tibi persuadeas, te, quod Christianum decet, agere, si etiam ad justè irascendum sis promus & facilis, quia zelus, qui revera aliud non est nisi Ira sancta, quæ sustinere non potest, in mundo triumphare iniquitatem, debet equidem esse fortis, sed suavis, qualis scilicet Christi fuit. unde scriptum est, nec tristitiam, nec turbulentiam illo animadversam: *Non erit tristis, neque turbulentus.* non tristitia, quia hæc illorum est propria, qui vires non habent finem suum consequendi, non turbulentia, quia hæc est propria illorum, qui equidem consequuntur finem sed non sine strepitu. Is. 42. v. 4. & sic vides, quomodo Christus, cùm maximè efferbuit, quando scilicet templo expulit ejus violatores, quos diximus, zelum ostendit fortissimum simul atque suavissimum. fortissimum, quia obtinuit, quod volebat. Suavissimum, quia talis extitit, sive actum ipsum, sive media, sive modum spectes. Si actum spectes, noluit illos sceleratos occidere, ferire, concutere, sed fugare tantùm. Si media consideres, alio non est usus, nisi flagello de funiculis: si modum, tantâ usus est modestiâ simul & Majestate, ut nullus ejectorum eum non veneraretur, tantâ æquitate animi & amabilitate, ut circumstantes ad eum actum non solùm non expavescerent, sed statim accurrerent, rogaturi, ut à suis languoribus sanarentur. *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanavit eos.* Matt. 21. v. 14. O quoties tu zelum esse putas, ob quem omnem perdis dulcedinem, cùm vides, vel audis defectus alienos! sed non est ita. Ira est naturalis, quæ falsis prætextibus rationem aggreditur, nec quiescit, donec extorqueat litteras securitatis amplissimas, etsi subreptitias, & coactas, ut pro libidine, ceu foret zelus, possit evagari.

4. Considera duas esse partes zeli, una est punire injurias DEO illatas, altera impedire. Punit vituperando delinquentem, reprehendendo, objurgando, castigando etiam acerbè. Impedit admonitionibus privatis, quas adhibet, precando pro ipso, patiendo, pœnas ultro susceptas DEO offerendo. Tu promptissimus es quoad priorem partem zeli, quæ superiorum est propria, negligentissimus quoad alteram, quæ communis est omnibus. quale hoc signum? signum est, non esse verum zelum, quem habere te credis. Ira est sub zeli nomine, fortè etiam Ambitio & Superbia, quæ eum prætendit. Adimple priùs, quod zelus habet humile & modestum, & tunc magis illi fidere poteris, cùm te stimulat ad id, quod habet speciosum.

XXXI.

Ira viri Justitiam DEI non operatur.

1. CONsidera, quæ sit ratio, quâ S. Jacobus tibi nititur persuadere, ut sis tardus ad iram adhibendam, prout ostensum est in meditatione præcedente, nondum finitâ, ut in duos dies dividereretur pabulum, quod uno sumptum facilè oneraret. Ratio est, quia Ira nunquam operatur quidquam boni. *Ira enim viri justitiam DEI non operatur.* Primâ fronte videri hoc potest cum exaggeratione dictum: sed expende voces, & cùm videris, quàm sint justæ, disce demissè venerari locutionem Divinam. Certum est cuncta bona, ad quæ suis operationibus tendit Ira, reduci ad unum genus Justitiæ, nempe vindicativæ. Attentè considera, & videbis hoc illam poscere, nempe vindictam. quamvis non semper poscat justo titulo, fine, modo, aut tempore justo seu opportuno. Quibus positis, in ijs operibus vel Ratio Iræ, vel Ira Rationi prævalet. Si Ira prævalet Rationi, verum est illa opera Iræ tribui tanquam causæ principali, & ideo aliquam excusationem habere tanquam impetu potiùs quàm cum advertentia facta. Sed non sunt opera Justitiæ, quia Justitia non est, in qua non observantur sigillatim omnes regulæ rationis. Et sic in tali casu benè pronunciavit S. Jacobus, cùm dixit: *Ira viri Justitiam DEI non operatur*, dum insuper *operatur contra justitiam.* Quodsi contrà in ijs operibus Ratio prævaleat Iræ, verum est illa esse opera Justitiæ, sed non sunt opera, quæ tribuuntur Iræ, atque tunc causa est minùs principalis: tribuuntur rationi, cùm in quovis genere, ut constat, actiones tribuantur causæ principali, Duci non militi, Potentiæ non magistratui, Domino, non Ministro, Architecto, non opifici. Et sic etiam ad rem nostram divinè pronunciavit S. Jacobus, cùm dixit: *Ira viri Justitiam DEI non operatur.* quia non est *Ira viri*, quæ tunc *operatur Justitiam DEI, est Ratio viri*, quæ *utitur Ira*, dicta est, quis non videt, quàm utilis sit, ut *sis tardus ad Iram*, etsi bono fine moveri videaris, modóque bono, quippe quòd in eâ non debeas rei summam collocare, sed in Ratione: hoc est, in quocunque negotio, etiam maximæ gloriæ Divinæ, non debes præcipuè spectare illum zelum, quem tenes, illum impetum, illum impulsum, sed cui plus subest, illud debitum Rationis, aliàs sæpe putabis te facere opus zelosi, & facies furiosi.

2. Considera, quare nihilominus S. Jacobo non fuerit satis dicere: *Ira viri Justitiam non operatur*, sed adjungere insuper voluerit *Justitiam DEI.* Ratio est

est, quia Justitia humana, ut recta sit, debet, quoad fieri potest, reddi similis Divinæ. Hoc posito, si etiam ira viri esset illa, quæ operatur Justitiam, saltem operari non potest Justitiam illi similem, quam operatur Ira DEI, nec quoad modum operandi, nec quoad actum. non quoad modum; quia Ira Divina, si ita possit appellari, non est aliqua affectio, qualis est Ira humana, sed simplicissima voluntas puniendi eum, qui meruit. & ideo semper operatur justitiam suam cum serenitate, pace, quiete, tranquillitate summâ, cùm ejusmodi voluntas nullam DEO afferat vel minimam perturbationem. *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate judicas.* Sap. 12. v. 18. at Ira humana, ut constat, est aliqua affectio animi, & quidem vehementissima, quæ nunquam surgit sine magna commotione sanguinis & spirituum circa cor, unde emittuntur vapores ad mentem usque, quam facillimè inumbrant, & ideo vix unquam est sine gravi totius hominis perturbatione. *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.* Ps. 30. v. 10. & en, quomodo Ira viri non possit quoad modum operari Justitiam similem Divinæ, quia non potest operari tranquillè. sed neque talem operari potest quoad actum, quia, dum Ira Divina non est, nisi, quam diximus, simplex voluntas puniendi, locum relinquit misericordiæ, quantum voluerit, exercendæ etiam, quando utitur Justitiâ, unde Justitiam Divinam magna semper comitatur miseratio. *Numquid continebit in irâ misericordias suas?* Ps. 76. v. 10. At in Ira viri locum non habet miseratio, eam respuit tanquam omnino sibi contrariam, donec assecuta sit terminum, qui ipsi justus videtur. *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.* non *Ira desinens*, sed *ira erumpens.* Prov. 27. v. 4. Et idcirco Ira viri operari non potest, nec quoad actum suum, Justitiam similem Divinæ, hoc est, Justitiam, cui misceatur misericordia, sed vult plenam, atque perfectam. Ut adeò verissimum semper sit, quòd *Ira viri*, non solùm *hominis*, sed *& viri*, hoc est, hominis etiam summè digni, *non operetur justitiam DEI ullo modo*, solo Christo excepto, qui equidem fuit verus homo, sed & verus DEUS. Itaque, si fieri posset, optandum esset homini, ut posset sine Ira omnem suam operari justitiam, prout illam propriè operatur DEUS. sed quia ob perfectionis defectum rarò illam exerceret magno cum vigore, imò ut plurimum foret languidus, segnis, remissus, Iram sanè in auxilium advocet, cùm necesse est, sed advocet, quàm minimum potest, *sit tardus ad iram*, hoc est, *ad iram adhibendam*, ut exercere possit justitiam quàm simillimam Divinæ, id est, placidam, & misericordem, misericordem quoad actum, placidam quoad modum.

3. Considera, quomodo omnis superior, maximè religiosus, qui aliis debet esse norma perfectionis, deberet semper habere in cellula sua descripta hæc verba: *Ira viri justitiam DEI non operatur*, quia ita semper ante oculos posita securum facerent, ne unquam

pateretur excidere animo. Tenetur ille, quantum potest, satagere, ut Justitia sua sit similis Justitiæ DEI, cujus vices agit, ideo caveat, ne unquam Ira vel mentem turbet, vel manum gravet. Rarò contingit emendari subditum eâ pœnâ, quam videt injungi à superiore cum Ira hominis, hoc est, cum tali inordinatione, tali severitate, ut commotionem indicent. Tunc emendatur, quando advertit se equidem puniri, sed absque ira. *Supervenit mansuetudo, & corripiemur.* Ps. 89. v. 10. quod tunc contingit, quando notat, si à superiore castigetur, ideo hoc fieri, ne desit officio velut alter Elias puniendi filios errantes, idque faciat modis suavibus, & pœnis moderatis. Id autem tempore Iræ oppidò difficile est. Itaque si superior existas, tunc nunquam pœnam ullam injunge, expecta, dum subsidat ira quamvis justissima. Nec opponas exempla Phinees, Moysis, Matathiæ, qui in summo suo furore etiam festinârunt ad necem peccantium. quia imprimis notandum est, id eos fecisse in casibus gravis scandali, qui [illegible] bant promptum remedium, quale [illegible] lum esse potuit, quod magnum [illegible] teret terrorem. Deinde ne [illegible] in his casibus operatos ut homines [illegible] solius luminis naturalis. operati [illegible] instinctu quodam & clarâ luce [illegible] sti, quæ illis tunc significabat [illegible] tem Divinam. atque ideo illorum [illegible] non erat *Ira viri*, erat Ira altioris [illegible] tûs, qui incitabat ad opera [illegible] magìs quàm imitanda maximè [illegible] nibus, quales nos sumus. Quod [illegible] perior non sis, sed merus subditus, [illegible] idcirco omittendum, quin feras [illegible] periore tuo etiam iram, quæ [illegible] rùm consentanea rationi videatur, [illegible] id quoque status tuus à te erigit, ne [illegible] rascaris, & si te puniri cognoscas cum ira viri. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ.* Rom. 12. v. 19. Tunc das locum iræ superioris, quando suum illi cursum relinquis, nec te opponis.





NOVEM-

NOVEMBER

I.

Festum omnium Sanctorum.

Beati, qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Ps. 83.

1. COnsidera, quàm pulchrum oporteat esse Paradisum, dum ipse est *Domus Domini*. Quantò major est Princeps, tantò sumptuosiorem esse convenit, & splendidiorem domum, in qua habitat. & ideo quæ possit inveniri domus melior istâ, quæ præbet diversorium Principi, qui est maximus omnium, *Dominus dominantium*? Quinque sunt dotes, quæ domum aliquam reddunt perfectam: Magnitudo, dispositio, pulchritudo, opulentia, amœnitas. istæ verò ubi magis inveniuntur unitæ simul, quàm in Domo DEI? nôsse cupis magnitudinem? nec concipere quidem potes mente tuâ imbecillâ, nedum comprehendere. *O Israel, quàm magna est domus DEI.* Baruc. 3. v. 24. an dispositionem? hanc ipse Christus optimè insinuavit, cùm dixit: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Jo. 14. v. 2. dum quisque scit, id quod maximè tollit confusionem in ædibus Magnatum, esse multiplicitatem mansionum. an pulchritudinem? satis est ad excitandum ejus amorem vel unus obtutus, quantumvis è longinquo factus, quanto scilicet terra nostra à cœlo distat intervallo. *Domine dilexi decorem domûs tuæ.* Ps. 25. v. 8. an opulentiam? Quisquis vult veras opes, eò vadat necesse est, ut inveniat. *Divitiæ in domo ejus.* Ps. 111. v. 3. extra eam, quidquid habemus, paupertas est, non opulentia. an amœnitatem denique? scias sanè, domum illam divinam non tam esse domum, quam hortum deliciarum amœnissimum. ideo Paradisus vocatur. *In deliciis Paradisi DEI fuisti.* Ezech. 28. v. 13. En igitur, an non gravem habuerit causam Psaltes Regius exclamandi: *Beati, qui habitant in domo tuæ Domine.* & quæ demum illa domus est, quæ te vel hoc solo beatum reddat, quòd eam inhabites? an domus Magnatum? an Principum? nequaquam. imò in iis sæpe miseriores, quàm in domo

domo propria: nam in tua liber es, in illis servus. sola domus beatitudinis hanc habet prærogativam, ut, quisquis in ea habitat, beatus existat. Talis est *domus Domini*. & tu nec dum ejus incenderis amore, quasi super terram, ubicunque sis, non semper esses ex illorum numero, qui aliud non habent hospitium, nisi agrestes casas? *Qui habitant domos luteas*. Job. 4. v. 19.

2. Considera, quantumvis in domo Domini invenire sit omne bonum, & ideo, quisquis in ea habitat, beatus existat, hanc tamen non esse causam, ob quam Psalmista tam sanctè invideat ejus inquilinis dicens: *Beati, qui habitant*. Fuisset ista pro spiritu tam defæcato, qualis erat ipsius, nimium vulgaris. causa sanctæ invidiæ, quâ beatos vocat, hæc est, quòd aliud ibi facturi non sint, nisi laudare DEUM. *Beati, qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te*. non dicit: *videbunt te*, sed *laudabunt*. Atque hic est modus, quo tuum pariter purificare debes cæli desiderium, ut illud magis perficias. si desiderii tui finis ultimus est frui DEO, tuum spectas bonum, si finis est laudare DEUM, spectas ipsius bonum. atque in hoc perfectio consistit. Proinde sicut, cùm times infernum, ob hunc maximè finem saltem primarium timendus est, ne æternum DEO maledicas, quæ dos vehementer timorem illum nobilitat; ita cùm cœlum desideras, ideo desiderandum est, ut æternum benedicas, *in secula seculorum*. & ubi hoc fieri uspiam nisi in cœlo potest? In hac terra non possumus continuò laudare DEUM, uti par esset, quia [illegible] cogimur cessare à laudibus, ut necessitates nostras exponamus. In Paradiso re nullâ indigemus: unde aliud [illegible] est reliquum, quàm ut DEUM laudemus. *In secula sæculorum laudabunt te*. Præterquam, quòd, si etiam possemus ipsum laudare semper, id tamen [illegible] nesciamus. hinc est, quòd longè magis nos impendamus ejus laudandis operibus, quàm ipsi. *Generatio & generatio* (quæ nimirum advenit, & præterit super terram) *laudabit opera tua*. Ps. 144. v. 4. Id verò optimè scimus in cœlo, atque idcirco de his, qui illic habitant, ait Psalmista: *In secula seculorum laudabunt te*. non dicit *opera tua*, dicit *te*. Qui pulcrum videt pulcrum, aut picturam, sed nescit artificem, laudat opera. sed qui bene novit artificem, hunc laudat. In hoc mundo non cognoscimus DEUM citra medium in se ipso, sed solùm in operibus [illegible] deo non tam ipsum laudamus, quàm opera ejus manibus fabricata [illegible] *videbimus eum, sicuti est*. & ideo in cœlo non tam opera laudabimus quam ipsum. hinc est, quòd Beati, quantumvis valde laudaturi sint ob cœlestia bona externa, quibus gaudet, uti est gloria, quam accipit ex operibus creationis, justificationis, glorificationis, [illegible] etiam vindictæ reproborum, magis tamen laudabunt ob interna, hoc est quòd sit is, qui est, se solo beatus, æternus, immensus, infinitus, incomprehensibilis: *Secundùm nomen tuum DEUS, sic & laus tua*. Ps. 47. atque hoc consistit laudationis perfectio [illegible]

quia bona externa, quibus fruitur DEUS, pariter respiciunt bonum beatorum, at non interna. nam ista naturâ sua non habent nisi bonum proprium. Proinde sicut puritas & perfectio amoris beatorum in eo consistit, quòd DEUM magis ament propter bona sua interna, quàm externa: *Ipse enim omnipotens super omnia opera sua.* Eccl. 43. v. 30. ita in eo, quòd propter illa potiùs quàm ista laudent DEUM, pariter laudis perfectio consistet. *In secula seculorum laudabunt te.*

3. Considera fortè difficulter à te percipi, quomodo beati non fatigentur in hoc æterno exercitio laudandi DEUM. sed hoc inde provenit, quia illorum amorem metiris tuo. Quando beati amando fatigabuntur, tunc etiam fatigabuntur laudando. sed quis unquam fatigabitur amore summi boni? nam unde illa fatigatio nascatur, à laudato, an à laudante? A laudato nasci non potest, quippe, si quemvis alium laudarent extra DEUM, fateor longiore morâ demum fatigandos, cùm quivis alius magnam equidem laudem meteri possit, sed limitatam. at cùm DEUS sit laudandus, *laudabunt te*, non est periculum, ut unquam fatigentur, quamvis eum laudent *in secula seculorum*, quia semper plus invenient, quod laudent. *Benedicentes Dominum exaltate illum quantum potestis, major enim est omni laude.* Eccl. 43. v. 33. Neque nasci potest ejusmodi fatigatio saltem à laudante: quia sicut beati DEUM longè amant magis quàm se ipsos, ita magis etiam amant laudare ipsum, quàm videre. Seraphini, qui apparuerunt Isaiæ, coram DEO alis velabant oculos sub idem tempus, quo eorum lingua sine cessatione cantabat: *Sanctus, sanctus, sanctus.* quare? ut ostenderent, opinor, se potius ab eo videndo quàm laudando cessaturos. sic beati, qui perfectissimum consecuti sunt amorem DEI, ne laudare desinant, etiam ipsi mallent deserere visionem, beatitudini suæ potiùs quàm ejus laudibus renunciantes. Itaque sicut fieri nunquam potest, ut suâ beatitudine fatigentur, ita fieri minùs potest, ut fatigentur tribuendis DEO laudibus, quas ipsi suæ beatitudini anteponunt. Est igitur, cur Psaltes dicat DEO: *Beati, qui habitant in Domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te*: quia hoc est, quod implet felicitatem beatorum, laudare DEUM. *Populum istum formavi mihi: laudem meam narrabit.* Isa. 43. v. 2.

* * *

II.

Commemoratio Defunctorum.

Sancta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. 2. Malach. 12. v. 46.

1. CONsidera imprimis, quomodo cogitatio, quæ hoc die te invitat ad orandum pro Defunctis affectu quodam speciali, sit *sancta. Sancta est cogitatio pro Defunctis orare.* sancta est, quia fundatur in actu charitatis, quæ est virtus omnium præstantissima. Quid Charitas requirit? an ut membra sana unicè opitulentur infirmis? haud sanè, sed exigit, ut opem suam etiam extendant ad membra, quæ sana quidem sunt, sed vincta. *Mementote vinctorum, tanquam simul vincti.* Heb. 12. v. 3. Jam verò certissimum est, ut fideles vivi sunt membra Ecclesiæ, ita pariter esse eos fideles defunctos, qui in purgatorio versantur. sunt illi membra sana (quis neget?) quia sunt in gratia, sed sunt quasi membra vincta, quia se ipsis apti non sunt, ut in suis necessitatibus se juvent; nam cum vita expiravit etiam tempus illis à DEO præfixum ad merendum. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Jo. 9. v. 4. Sanctum igitur est fideles vivos, eos imprimis, qui sunt membra sana, opis aliquid præstare fidelibus defunctis. *In idipsum pro invicem solicita sunt membra.* 1. Cor. 12. v. 25. Tu ergo quid agis, dum vides illos miseros in igne versari, & in eo ut vinctos versari, nec idcirco ullo moveris erga ipsos miserationis sensu? non mereris esse membrum tam speciosi corporis, quale est Ecclesia, cujus omnia membra in charitatis invicem junguntur. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Gal. 6. v. 2.

2. Considera, quomodo auxilium defunctis præstitum faciat, ut maximum commercium in Ecclesia sit perfectum quoad omnia ejus membra. *Per charitatem spiritûs servimus invicem.* Gal. 5. v. 13. Quatuor sunt modi, in quos dividi tale commercium potest, vivorum scilicet cum vivis, & vivorum cum defunctis. aliud non superest. Quòd igitur in Ecclesia vivi opitulentur vivis, nemo dubitat, dum quotidie quamdiu in terra vivimus, alter pro altero DEO supplicamus. *Orate pro invicem, ut salvemini.* Jac. 5. Quòd defuncti opitulentur defunctis, certum est, cujus rei typus fuit Elisæus defunctus, quia alium defunctum in eodem sepulcro tumulatum suscitavit à morte; nec ignoramus in cœlo Sanctos orare pro Sanctis, qui sunt in purgatorio, iis præsertim, qui in iis tumulati sunt templis, ut ex Divo Augustino habe-

tur, *l. 2. de cura pro mortuis c. 4.* Quòd defuncti opitulentur vivis, certissimum est, cùm innumera sint beneficia, quæ ab ipsis recipimus in tot eorum benevolis apparitionibus, nec est Civitas, quæ in Paradiso non habeat aliquem, qui hoc illi de cœlo præster, quod olim in aëre visus est Jeremias Jerosolymæ præstare tempore Machabæorum. *Hic est, qui multum orat pro populo, & universâ sanctâ civitate Jeremias Propheta DEI.* 2. Mach. 15. v. 14. Æquum igitur est ad implendum commercium mutuum in Ecclesia omnium membrorum, ut in ea vivi quoque opitulentur defunctis, & sic nihil desit ad perficiendam charitatem, quam profitetur. *Pauperi porrige manum tuam, dum vivus succurris vivo, & mortuo ne prohibeas gratiam.* dum vivus succurris defuncto. Eccli. 7. v. 35.

3. Considera, quomodo cogitatio ista orandi pro defunctis non tantùm sit sancta sed salubris. *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare.* salubrem esse defunctis non potest vocari in dubium, quia ad illorum maximè utilitatem dirigitur. non ad utilitatem defunctorum, qui sunt damnati ad Inferos, quia isti sunt membra jam à toto corpore mystico Ecclesiæ recisa: sed ad utilitatem defunctorum, qui in Purgatorio torquentur. nam isti etsi viatores amplius non sint, quantum ad progressum in via, viatores tamen sunt, quatenus se vident adhuc suspensos à termino, qui est Gloria beatorum. Et ideo si à nobis juvari non possunt amplius ad merendum, sicut cùm etiam ipsi ut viatores incedebant, possunt saltem juvari sufficientissimè ad obtinendam meritorum mercedem, cùm equidem finiverint viam, sed nondum assecuti sint terminum. Quantumvis ergo defunctis salubris sit cogitatio, quæ te impellit ad orandum pro ipsis, salubrior tamen est tibi, quia ipsis potest accelerare gloriam, tibi etiam augere. quippe cùm oras pro illis, mereris, si existas in gratia, & fis ditior. *Pramium bonum tibi thesaurizas, in die necessitatis.* Tob. 4. v. 10. Ipsi nihil merentur, sed solùm adeunt possessionem fructuum, quos aliquando collegerunt merendo. Deinde an nescis, quàm gratæ futuræ sint illæ animæ sanctæ, saltem cùm gloriam fuerint consecutæ? fieri potest, ut intercessione suâ efficacissimâ tibi eandem impetrent gloriam, ad quam aliàs pervenire non merebaris. si sepelire cadavera defunctorum opus censetur utilissimum facienti: *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum; & nunc retribuet quidem vobis Dominus.* 2. Reg. 2. v. 6. quid erit eorum animas inferre Paradiso, & exolvere vinculis, quibus attinentur in fossâ, quæ si non par saltem similis sit Infernali? *Ab altitudine Inferorum eduxit illos.* Sap. 10. v. 19.

4. Considera, quæ sint vincula, quibus à gloria retardantur animæ. sunt illarum peccata, remissa quidem, sed per satisfactionem non expiata, ut idcirco dicatur: *Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Vides, quid faciant cor-

corpori funes, catenæ, compedes, & tot alia atrocia vincula. hoc pariter faciunt animæ peccata. *Funibus peccatorum suorum constringitur.* Prov. 5. v. 22. unde, cùm peccas, manibus funes texis, qui te stringunt, & duplici modo stringunt: stringunt, quatenus te faciunt reum pœnæ. A primo vinculo ponuntur jam esse liberæ animæ, quæ in purgatorio detinentur, quia noscuntur decessisse in gratia: sed non sunt liberæ etiam à secundo. Ideo dicitur: *sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* non dicitur, ut à peccatis se solvant. quia in vita tantùm potest aliquis cum favore Divino se exolvere omnibus vinculis, quibus circumdatur. *Consurge, sede Jerusalem solve vincula colli tui captiva filia Sion.* Isa. 52. v. 2. sed dicitur, *ut à peccatis solvantur*, quia indigent aliquo, qui solvat pro ipsis. & tu cùm eas videas in statu tantæ necessitatis, non moveris ad opem ferendam? vide illarum vincula esse ignea, & ideo tempus non esse cogitandi, imò neque solvendi, sed rumpendi. *Vincula eorum disrupit.* Ps. 106. v. 14.

5. Considera, quo modo fiat ista solutio. Duplex est modus, unus gratiæ, alter justitiæ. primus sacrificia & preces amplectitur. secundus jejunium & eleemosynam. quia per modum gratiæ interponi potest in favorem defunctorum Intercessio publica totius corporis mystici, quod est Ecclesia, atque istud fit in Sacrificio Missæ ineffabili. Et interponi potest intercessio privata membrorum, atque istud fit precibus, quas quisque fundit [illegible] ciatim pro defunctis. Per modum deinde Justitiæ expungi potest [illegible] dimi pœna, quam debent mortui Justitiæ Divinæ. Ad eam expungendam valet jejunium, quò revocantur omnes ceteræ pœnitentiæ, quæ dicuntur affectivæ. ad redimendam Eleemosynam. Verum est, cuncta hæc opera, quæ diriguntur ad expungendas pœnas, quarum defuncti debitores existunt, vel redimendas, à DEO demum acceptari, ut loquimur, per modum suffragii, quia nulla est proportio inter pœnas, quæ imponuntur defunctis à Divina Justitia, & pœnas, quas illarum [illegible] acceptat à vivis. In hoc mundo aperit illa forum mitissimum, hoc est, [illegible] civili, vel Canonico, ubi pœnæ [illegible] gantur suaves. *Nunc non ulciscitur [illegible] lus valde.* Job. 35. v. 7. In altero forum aperit terribile, hoc est, simile criminali, in quo cum vigore, [illegible] [illegible]mo judicium exercetur. *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Matt. 5. v. 26. [illegible] taque quòd admittat pœnas, quæ sunt propriæ fori mitissimi, vel ad compensandas vel ad redimendas illas, quæ sunt propriæ fori adeò terribilis, semper est gratia. potest equidem, si velit, & solet admittere, at si velit, potest etiam non admittere: quid ergo superest? superest eam rogare semper, ut velit. Et ecce rationem, quare hic solùm reperiatur expressum: *Sancta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* dicere poterat: adire templa, jejuniis, & flagellis [illegible]

castigare, facere demum, quidquid fieri potest boni. sed non dicit, quia denique ad unum hoc verbum omnia referantur, orare pro defunctis. fac igitur in illorum utilitatem, quantum potes, invise templa, jejuniis, & flagris utere, eleemosynas largire, sed semper simul DEUM ora, ut acceptare dignetur per misericordiam suam illud exiguum, quod facis, quia longè minus semper est eo, quod debent. Imò ideo semper debes id unire cum sanguine Christi, qui tantò te melius orare novit. hoc si facias, ne dubites: quia hæc est præcipua gloria, quæ tribuitur sanguini pretiosissimo, quòd aperiat portâ tot animabus carcere detentis, quæ flagrant ardentissimâ siti videndi DEUM, nec tamen eâ liberare se possunt: *Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Zach. 9. v. 11.

6. Considera, quomodo in illo igne si invenire nonnullos, qui licet in gratia defuncti per vitam parùm erant solliciti, ut satisfacerent pro peccatis à se commissis, affirmantes, se deinde in Purgatorio luituros. non æstimabant communicationem meritorum adeò fidelibus facilem: non habebant curam mortuorum, nec eos amârunt, nec juverunt, imò ne quidem legatis eorum piis fecerunt satis. & hac ratione minimè dignos se reddiderunt gratiâ, quam Dominus præstat, cùm preces nostras acceptat pro defunctis. si hos ipsos juvare velis, quid ages? ora magna contentione: hìc enim non sufficit solùm *pro defunctis orare*, necesse est etiam *exorare*. an putas illos defunctos facilè fruituros beneficio, quod illi nunquam præstiterunt? non videtur conveniens: nam ipsa Misericordia aliquam exigit proportionem cum meritis ejus, qui olim ad eam exercendam magis fuit propensus. *Omnis Misericordia faciet locum unicuique secundùm meritum operum suorum.* Eccl. 20. v. 15. & hinc quis dubitet, pro his etiam magis supplicandum, quia minùs participant thesauros, qui misericordibus copiosè dispensantur. Tu interim vide, quid de te futurum sit, nisi misericordiam erga defunctos exerceas. Reddis te hoc solo indignum, ut eam ipse consequaris.

* * *

III.

Initium Sapientiæ Timor Domini. Ps. 110. v. 10.

1. COnsidera *Initium Sapientiæ* duos sensus admittere. Potest significare id, quod est principium ipsius quoad substantiam, & potest significare, quod est principium quoad effectus ipsius. In arte fabricandi exempli causâ sunt principia ipsius quoad substantiam, & ista sunt regulæ, quæ talem

talem artem constituunt, hoc est, regulæ, quas nos Architectonicas appellamus. Et sunt principia ipsius quoad effectus, & ista sunt fundamenta, quæ à tali arte ponuntur effosso solo, quia ab his incipit surgere fabrica. Idem in Sapientia accidit arte summâ, quæ pro fine statuit in rebus omnibus semper id quærere, quod DEO gratiùs & glorioſiùs existat. Cùm igitur hic audis dici tibi: *Initium Sapientiæ timor Domini*, non est sumendum nomen primo sensu, quia in isto Principia sapientiæ sunt regulæ fidei, quibus dirigitur, ne erret. sumendum est secundo sensu, quia timor DEI est primus effectus, quem gignit sapientia, cum ista operari jam incipit in corde Justi. quippe non est existimandum, illam hìc Sapientiam intelligi, quæ solùm dirigitur ad cognoscendum DEUM, & speculativa vocatur, illa intelligitur, quæ dirigitur ad serviendum illi perfectè, seu practicam. Cùm igitur hæc Sapientia ut talis opus suum aggreditur in corde justi, ecce, quid ante omnia faciat: facit, ut justus timeat DEUM, cujus amorem etiam magnum vult sensim insinuare. *Siquidem Timor Domini initium dilectionis est.* Eccl. 35. & quia huic fundamento deinde molem suam superstruit, ideo dicitur *Initium Sapientiæ timor Domini.* Vides ergo, quid sit Timor DEI? est fundamentũ totius ædificij spiritualis. quo posito, quid te fiet, si ipse nutet ut debilis? ecce ruinam ædificij. *Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua.* Eccli. 27. v. 4.

2. Considera, per Timorem Dei hìc non intelligi servilem, sive illum quo Christiani agunt more servorum ita ut abstineant quidem ab illo offendendo, sed ideo, quod sciunt, si offendant, se non fore impunitos. Timor iste in se bonus est: quia de ipso scribitur: *Timor Domini expellit peccatum.* Eccli. 1. v. 27. Sed non est is, de quo hìc agit Psalmista, cùm dicit: *Initium sapientiæ timor Domini*, quia agit de Principio interno, timor autem servilis, sicut componitur cum peccato, antè quàm expellat, ita respectu operum à Divini Sapientia procedentiũ est quasi principium externũ ad illa disponens attritio, in qua sunt inchoanda (*nam qui sine timore est, non poterit justificari.* Eccli. 1. v. 28.) non est principium interius eorum, quæ jam sunt inchoata. Timor, de quo hìc sermo est, timor est filialis, qui est talium operum principium internum: *Initium dilectionis*, facitque, ut Justus cognoscens, quàm DEUS se ipso dignus sit æstimatione summâ & amore, se totum illi submittat ad modum filij, qui veretur Patrem offendere. nôsse cupit, an Divina Sapientia in te verè inchoaverit sua opera præclara, & nũ solùm timere? vide, qualis in te timor dominetur filij, an servi?

3. Considera hunc ipsum timorem filialem non solere initio statim in omnibus esse perfectissimum; quia non statim is, qui se convertit, cedit

curare pœnam annexam culpæ, imò valde curat timore suo proprio, qui Initialis vocatur. at ubi sapientia in corde perficit paulatim æstimationem, & amorem DEO debitum, paribus incrementis etiam perficit timorem, quem excitavit: adeò, ut, si perfecta jam sit charitas, timor ille initialis fiat castus, hoc est, alienus à cura & cogitatione pœnæ. En qualis sit timor ille, de quo loquitur scriptura, cùm dicit: *Perfecta Charitas foras mittit timorem.* 1. Jo. 4. v. 11. Est timor pœnæ, non servilis tantùm, quia iste, quantumvis in se non malus, jam consideratus est esse foris ut præparatio ad opus: *timor extra sumptus*: sed adhuc Initialis, qui pars est operis: *timor intra sumptus.* iste, inquam à Charitate jam perfectâ *foras mittitur.* Quò enim quisque magis DEUM amat, eò minore curâ tangitur propriæ jacturæ vel damni, DEUM cogitat. Puta ergo Timore pœnæ, quem diximus, uti sapientiam, sicut filia Principis in opere Phrygio filo utitur lineo, nempe quantùm sufficit ad firmandum sericum vel ostrum, quod vult auro insignire, hoc est, timore culpæ, & non ultrà. & sic adhibet equidem quasi in superiore parte operis, sed ibi non relinquit, quia quò magis in corde justi, quod jam permisit se DEO, insistit perficiendo operi, eò magis illum etiam expellit. Timor, quem relinquit, est timor castus, & in hoc consistit opus illud Phrygium, timor, inquam, beatus, qui semper manet: *Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi.* & talis est timor culpæ, quem deficere, tantum abest, ut etiam crescat semper. quia quò quis magis progreditur in amore DEI, eò cavet studiosiùs, ne quid agat, quod illi possit displicere, aut ejus gloriæ adversari. an tu ex illorum es numero, qui non sunt admodum soliciti, ne offendant? signum est manifestum te nondum hoc esse consecutum, ut æstimes & ames perfectè. Confide te non offensurum, sed time, ne offendas, imò ne, quàm primùm offenderis, damneris, sic enim planè conveniret. Sed ne timeas ut servus, time ut filius, cui in expulsione è Paterna domo nihil tam funestum & formidabile videtur, quàm discedere à Patre. talis sensus horroris nihil omnino præjudicat timori casto. *Ego dixi in excessu mentis meæ: Projectus sum à facie oculorum tuorum.* Ps. 30.

4. Considera, quoniam timor DEI semper manet, imò semper crescit in corde Justi, percipi non posse, cur dicatur: *Initium Sapientiæ timor Domini.* Videtur dici potiùs debuisse & initium, & progressus, & perfectio, & demum ejus pulcherrimum complementum. *Corona Sapientiæ timor Domini.* Eccli. 1. v. 12. Meliùs Jobum fuisse locutum putas, cùm dixit, quidquid est sapientiæ, consistere in timore DEI. *Ecce timor Domini ipsa est Sapientia.* Job. 28. v. 28. quàm Psaltem Regium, cùm ait: *Initium Sapientiæ timor Domini.* Sed non ita senties, si probè cognoscas, quale sit initium,

initium, de quo in præsentiarum est sermo. Sine dubio initium est totius vitæ humanæ bene compositæ, quod sicut est totum opus factum à Sapientia in corde justi, ita dici potest esse tota Sapientia. *Dilectio DEI honorabilis Sapientia.* Eccli. 1. v. 17. Sed non est qualecunque initium. Est initium in genere radicis. Radix autem etiam ipsa est fundamentum arboris, sed vitale, quod non modò sustinet arborem, sed eam nutrit, auget, ornat, ditat, & quidquid habet boni, largitur. *Radix Sapientiæ est timere Dominum.* Eccli. 1. v. 15. Idcirco sicut radix verè dici potest in virtute esse tota arbor, quamvis propriè sit ipsius initium, sic timor DEI reverà dicitur esse tota Sapientia: *Plenitudo Sapientiæ est timere Dominum.* Eccli. 1. v. 20. hoc est tota vita humana bene composita à Sapientia. En autem, quot sint rami, in quos se diffundit vita hominis bene ordinata, quot frondes, quot flores, quot fructus. Sed omnes denique debentur sancto timori Domini tanquam eorum propriæ radici. Hic, si deficeret; omnes illi momento exarescerent. Sed non ideo justus præter timorem DEI non etiam alia facit bona opera, quæ sunt innumera. Facit opera Justitiæ, humilitatis, obedientiæ, misericordiæ, puritatis, prudentiæ, pietatis, fortitudinis, & alia infinita. *Qui timet Dominum, faciet bona.* Eccli. 15. v. 1. Sed omnia suum habent initium, à sancto timore DEI. & quale initium? Initium semper illis conjunctum, quod singulis, quotque sunt, succum & vigorem subministrat initium, ut ajebam, in genere radicis. *Radix Sapientiæ est timere Dominum.* ideo ceteræ virtutes ejus rami dicuntur, qui nunquam deficiunt nisi simul ipse deficiat. *Et rami ejus longævi.* 16. En quàm præclara ea sit servare timorem DEI. *Beatus homo, cui donatum est habere timorem DEI.* Eccli. 25. v. 15. Nihil est, quod in Mundo comparari illi possit. Ita est, non sufficit ad hunc effectum habere duntaxat, necesse est tenere fortiter. *Qui tenet illum, cui assimilabitur?* 16. quia radix, quamvis fibras immittit, tantum valet.

5. Considera optatissimum tibi haud dubiè futurum nôsse, an in te sit hic Sanctus DEI timor, à quo nascitur omne bonum. *Initium Sapientiæ timor Domini.* Sed ne mirari, si nôsse nequeas saltem cum evidentia. Radix est, quid ergo mirum, si terrâ tegitur? DEUS in nostrum commodum abscondit. *Radix Sapientiæ, cui revelata est?* Eccli. 1. v. 6. hoc enim ratione meliùs servatur hic timor, si semper metuas, ne fortè non habeas. *Beatus homo, qui semper est pavidus.* Sicut ergo radix, quantò amplius operitur terrâ, tantò plùs vigoris habet, ita accidit in casu nostro. Verum est, quòd ipsi fructus, propriæ illius radicis, si non cessent, longiore morâ satis indicent, moraliter vivam esse radicem, nam unde aliàs succum & incrementum caperent? si tu abdineas malo ex humano respectu, ut nomen

nomen tibi & æstimationem parias, vel certè inter homines non præjudices, haud dubiè certus non es te posse timere sanctum Domini timorem, uti par esset, quia germina tua aliunde radicem suam habent. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan*, naturâ scilicet corruptâ. Ezech. 16. v. 3. at si unicè abstineas, ne DEUM tuum offendas, bono sis animo, quia licèt manifestè non cernas, uti velles, radicem, tantò erit illa probata magis, quantò magis sepulta.

IV.

S. Carolus.

Omnia possum in eo, qui me confortat. Phil. 4. v. 13.

COnsidera, quàm magnum ostenderit animum Apostolus hisce verbis, cùm dixit: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Ostendit certo modo se sibi omnipotentem videri. *Omnia possum.* Attamen quia talis sibi est visus non propria virtute, sed DEI, qui solus eum reddere talem potuit, minimè superbus, sed animosus extitit. Humilitas non in eo consistit, quòd quis credat se nihil posse præstare propter DEUM, aliàs vecordes, timidi, pusillanimes, pigri forent omnium humillimi super terram. In eo consistit; quòd quis credat se nihil posse à semet ipso, ut talis est. Aliquando vires tuas superare videtur, ut vincas hunc defectum, qui in te dominatur, ut fugias illa pericula, ut illa pœnitentiæ opera obeas, ut perfectè impleas debitum tui muneris, & huic cogitationi aquiescis, quasi in eo humilitas tua pastum inveniat suavissimum. Non est humilitas, sed pigritia. *Dicit piger: Leo est in viâ, & leæna in itineribus, in medio platearum occidendus sum.* Prov. c. 22. & 26. imò cave ne sit superbia sub larva humilitatis. Intueris te ipsum non secus, ac si omnia bona tua pendeant à viribus tuis naturalibus, ideo diffidis, quasi solis tuis brachijs strangulare debeas leones, discerpere leænas. Averte à te oculos, & ad DEUM respice, cura ut vivâ fide capias, omnia tibi agenda esse in virtute ipsius, qui ob hoc ipsum tuâ uti vult operâ, hominis inepti, ignobilis, infirmi, ut ostendat se esse autorem operis, quod imponit: tunc verò quid timebis? occurrant sanè, quantovis numero, ad te perterrendum, non leones tantùm & leænæ, sed toti exercitus furiarum Infernalium, certus es de victoria. *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ps. 26. v. 1. Credisne

nullius rei metum persensisse Apostolum, quando dixit: *Omnia possum in eo, qui me confortat?* nullius omnino.

2. Considera non dixisse Apostolum: *Omnia potest in me, qui confortat me.* Sed *omnia possum in eo.* non quòd ignoraret, gloriam operis totam deberi causæ principali, prout indicavit, cùm dixit: *non ego sed gratia DEI mecum*: Sed quia non abnuebat, se posse, non proprijs posse naturæ viribus: sic enim solùm dixisset: *Omnia possum*, sed in virtute illius, qui ejusmodi viribus vigorem infunderet superiorem naturâ. *Gratiâ DEI sum id, quod sum.* 1. Cor. 15. v. 10. quanquam, si bene notes, etiam hìc integram gloriam causæ tribuit Principali: non enim dixit: *omnia possum cum eo, qui me confortat*, sed dixit *in eo*, ut ostenderet se non tantùm operari simul cum DEO, sed in virtute DEI. Id, quod erigere te debet ad magna gerenda, non est cogitare, quòd sis acturus cum DEO, tunc enim, quantum ad te attinet, posses despondere animum non secus ac Pygmæus, qui saxum ingens, vel molarem ex parte dimidia deberet cum Gigante protrudere. Id quod ad magna erigere debet animum, est cogitare, quòd sis acturus in virtute DEI: sicut Pygmæus, in quem Gigas grande suum robur transfunderet ad eam molem integram unà secum protrudendam. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* Non solùm *augebunt* fortitudinem suam naturalem, sed etiam mutabunt supernaturalem: quia cùm prius nihil possent, nisi, quòd esset intra limites naturæ, roborati à fiducia, quàm reposuerunt in DEO, transibunt ad ordinem altiorem, & faciem, quæ superant naturam. Isa. 40. v. 31.

3. Considera, quàm fuerit studiosus Apostolus, ut ostenderet DEI non solùm in se operari, sed omnino efficere, ut operetur, eâdem quasi in ipsum transfusâ omnipotentiâ. unde videtur consultò noluisse dicere, *omnia possum in eo, qui me erigit, me sustinet, qui me sustentat*, sed potiùs voluisse dicere, *qui me confortat*, ut demonstraret se haud dubiè agere in virtute gratiæ, sed agere ut à gratia confortatum, non compulsum. *Confortare, & fac.* 1. Esdræ. 10. v. 4. Confortatio potest confortatum voluntate suâ venire in partem operis, ad quam dicitur confortatio. hinc non dicimus scalpellum confortari ad sculpendum, penicillum ad pingendum, pentum ad delineandum. Confortari dicitur, qui ita partem habet in opere, ut in suo genere possit illi imputari. unde, cùm Asinæ Balaam olim solvebatur lingua in voces humanas, dici equidem potuit factum ab Angelo, ut loqueretur, sed dici non potuit ad loquendum confortata. Videt ergo, quid gratia in hominibus efficiat? ecce confortat, hoc est, vigorem, animum, auxilium præstat. *Ego DEUS tuus confortavi te, & auxiliatus sum tibi.* Is. 41. v. 10. atque hac ratione

ostendit, eos ex parte sua sponte facere illa opera, ad quæ Divina se extendit confortatio: quia dici nequit confortatus ad faciendum, qui nihil ex se facit: dicendum esset potiùs factum esse, ut faceret. Ne speres unquam fore, ut DEUS in virtute gratiæ faciat te ex necessitate operari, uti fecit olim loqui asinam Balaam. Junge da est opera vi arbitrij tui liberi tamodo, ut opus etiam tibi attribui & adscribi possit, sed tibi ut aliunde confortato. *Dominus adstitit mihi, & confortavit me, ut per me prædicatio impleretur.* 2. Tim. 4. v. 17. an clarius id dicere Apostolus potuit?

4. Considera, quæ sint illa, de quibus hic loqui Apostolus præcipuè voluit, cùm dixit: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Sunt contemptus, Paupertas, itinera, & tot casus diversissimi, qui in prædicatione Evangelij occurrebant; & quamvis isti viderentur insuperabiles naturæ, nihilominus protestatus est se illos minimè formidare per virtutem gratiæ. Unde advertis vi confortationis minimè effectum, quò minùs pateretur Apostolus, sed ut generosè pateretur. Si videre cupias ætate nostrâ Divum, qui verè dicere potuerit, quod olim dicebat Apostolus, se virtute Gratiæ confisum omnia posse, is certè est, cujus gloriosam veneramur memoriam, sanctus Carolus. ideo videtur à DEO nostro seculo concessus, ut ostenderet hominibus delicatis, quantum possit imbecillitas naturæ, quando vigore Gratiæ roboratur. Ille clarissimis ortus natalibus, inter delicias educatus, imperare assuetus redigitur in tanta teneritudine naturæ ad sustinendos labores tam graves concionum, itinerum, alloquiorum, visitationum, ductarum supplicationum, studiorum, synodorum, reformationum, & demum obsequiorum pestiferis impensorum. Ille tot laboribus tantas jungit asperitates in quocunque genere famis, sitis, vigiliarum, vexatæ carnis suæ virgineæ, castigationes corporis non interruptas, & raras, quales ferè solent esse tuæ, sed perpetuas. an putas in tali rerum conjunctione non ita passum esse, ut per seipsum se cognosceret hominem fragilem more aliorum? sed non ideo concidit animo. quare? quia sciebat Gratiam omnia posse in eo, qui nullum ponit impedimentum Gratiæ. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Tu quoque confide DEO tuo: & poteris demum sub vitæ tuæ finem dicere cum S. Carolo: *Gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia DEI mecum.* 1. Cor. 15. v. 10.

V.

Simulatores & callidi provocant Iram DEI, neque clamabunt, cùm vincti fuerint. Job. 26. v. 13.

1. COnsidera quorundam studium omne in eo versari, ut artificiosè simulent virtutes, quas non habent, vel certè, si illud assequi non possunt, ut vitia sua astutè dissimulent. Priores hîc dicuntur *Simulatores*, posteriores *Callidi* vocantur. de his & illis dicitur: *Provocant iram DEI.* non solùm dicitur: *Merentur iram DEI*, quod omnibus est commune peccantibus etiam per ignorantiam, prout fecerat sanctus Rex Josaphat, quando affinitatem & amicitiam contraxit cum impio Achabo, ad solam eversionem infidelium. *Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt DEUM, amicitiâ jungeris; & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terrâ Iudâ &c.* 2. Paral. 19. v. 20. Sed dicitur: *Provocant iram DEI.* quoniam isti maledicti hypocritæ non peccant per ignorantiam, cùm eorum plerique sint sagacissimi: sed peccant per malitiam: & ideo peccando non merentur duntaxat, uti ceteri peccatores, sed provocant iram DEI: quia confisi vafritiei suæ audacter monstrant se illam minimè timere, imò ad se tegendos sibi fulmina imprecantur, si verum existat, quod illis opponitur, ut DEUS ipsos extirpet, ut dehiscente terrâ absumat, ut bono nullo frui ampliùs concedat. *Rogant judicia Iustitiæ* (quæ sunt illa iudicia adeò formidanda, & non provocanda) *appropinquare DEO volunt*, cùm & ipsi crebrò ad Sacramenta accedant, in sodalium cætus se intrudant, monasterijs insinuent, quasi & ipsi fuerint nempe Justi & non fallaces, *quasi gens, quæ justitiam fecerit, & mandata DEI sua non dereliquerit.* Is. 48. v. 2. Tuerò quid putas? (si quando amicaretur à dœmone ad agendum hoc modo) an putas fortasse te posse fallere oculos DEI, sicut fallis oculos hominum? oculis hominum imponi facilè potest, ut vel adulteri sepulcrum, in sua sua Amasiæ extincti, Altare videatur ad foris ornari potest candido vel Porphyritico marmore. at DEUS, qui intus videt, scit, quid ibi lateat. *Homo videt ea, quæ parent, DEUS autem intuetur cor.* 1. Reg. 16. v. 7.

2. Considera vulgò credi prædicta hodie in Mundo inveniri hypocritas. Sed non est ita. Nimis quàm multi sunt. & quot sunt, qui si non fingunt virtutes, quibus carent, saltem eas, quas habent paucissimas jactant supra modum, amplificant, exaggerant more mercatorum, qui, cùm opes suas decoxerint, in aditu tabernæ ostentant modicum, quod habent, ut divitiæ

divites videantur. & hi quoque sunt *simulatores*, quia fingunt se facere plus boni, quàm faciant. *Simulantes longam orationem.* Luc. 20. v. 47. Deinde quot sunt, qui si non omnia sua vitia dissimulare possint, adeò sunt manifesta, eorum illis illinunt mille excusationibus, nunquam se reos esse fatentur iustar furis, qui tunc triumphat, quando licet deprehensus in furto tergiversando, & simulando tam innocentem se fingit, ut illum curia liberum dimittat, & ejus loco alium quærit ad vincula alienum à culpa. Et hi quoque sunt nimis quàm callidi: *Callidus vidit malum*, perfidiæ scilicet, vel ignominiæ, vel quodvis aliud, quod ipsi imminebat, *& abscondit se*, ne sustineret pœnas sibi debitas. *Innocens*, cùm nihil cogitaret minùs, *pertransiit, & afflictus est damno*, alterius loco comprehensus. Prov. 22. v. 3. His positis facilè advertis utrosq; ex æquo hypocritas in gradu summo dicendos esse. Quatuor quippe sunt species hypocrisis à Doctoribus assignatæ. simulare falsum bonum, & dissimulare verum malum. magnificè extollere notum bonum, & excusare notum malum. His verò an non putas omni ex parte abundare mundum cum ingenti sanctæ simplicitatis detrimento, quæ jã nũc exulare debet ab orbe terrarum? Utinam non ipse sis unus ex his infelicibus, quos modò diximus, vel certè esse incipias, adeò studiosè satagis ubique apparere melior, quàm sis, nunc extollendo bonum, quod habes, nunc malum celando. *Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem?* Jer. 2. v. 33. Potes equidem hac ratione conciliare tibi aliquando æstimationem, vel plausum, cygnorum modo, quibus sub pluma candida nigra est pellis. Porrò quid juvat, si interim contra te provoces iram Divinam? *Simulatores & callidi provocant iram DEI.* unde fit, ut ipsi cygni, qui ab hominibus inter volucres mundas censentur, à DEO annumerentur immundis. Levitic. 11. v. 18.

3. Considera, quomodo isti iniqui sive simulatores, sive dissimulatores dicantur provocare iram DEI, quia eam irritando faciunt, ut in ipsos pœnas exoneret non tantùm graves, sed anticipatas. DEUS naturâ suâ in puniendo lentè admodum procedit. *Expectat Dominus, ut misereatur vestri.* Isa. 30. v. 18. unde vides quibusdam aliàs valde sceleratis eatenus differri supplicium, ut nonnisi post mortem puniat, sed cum hypocritis rarò sic agit. punire eos etiam in vita solet: nam cùm omnis superbia illi displiceat, maximè tunc displicet, quando speciem sanctitatis affectat, quæ non habetur. & quis est Principum, qui in ditione sua diu ferat monetam adulterinam? hoc autem si in ullo genere monetæ, in auro maximè cavetur, quia quo majoris est pretii metallum probum, eo majus damnum affert Reipub. adulteratum. Idem in casu nostro contingit. unde si DEUS rarò diu sinit impunitos, qui falsò sibi arrogant nobilitatem, scientiam, sapientiam, potentiam, quâ carent, longè minùs impunitos relin-

quit illos impios hypocritas, qui falsò sibi arrogant sanctitatem. sed cùm ferè attigerunt illud culmen approbationis & applausûs, ad quod plurium annorum simulatione aspirabant; repentè deregit illorum occultas labes modis, quibus minimè credebatur, & confundit probris improvisis, & aliquando aliis etiam pœnis affligentibus condemnationis, carceris, aut solennis depositionis ab honorum gradu, quas ipsis immittit. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum*, inquit Eccl. c. 1. v. 37. *& ne scandalizeris in labiis tuis.* simulando perfectionem, quam non habes, vel colorando defectus, quos certis occasionibus detegere teneris, *ne fortè cadas* in grande quoddam præcipitium, *& adducas animæ tuæ inhonorationem*, quando plurimum æstimationis obtinebas, *& revelet DEUS abscondita tua*, non in altero solùm mundo, sed & præsenti, *& in medio synagogæ elidat te*, accersendo tibi fatalem ictum, qui te dejiciat instar simulacri detrahati de loco sibi indebito. Et te non moveat vel ipsum odium, quo DEUS persequitur bonitatem simulatam, ut illam maximè detesteris? *simulatores & callidi provocant iram DEI.* hoc te scire sufficiat, ut è contrario in omnibus negotiis sinceriſſimis, & candidiſſimus existas.

4. Considera, si flagella, quibus DEUS ferit iniquos simulatores vel dissimulatores, quos diximus, illorum correctioni servirent, dici cum veritate non potuisse, hos infelices, dum illa sibi accersunt, provocare iram DEI. tunc enim flagellari citra omne dubiũ summæ esset opus misericordiæ, primum est, quòd ejusmodi flagella jorumque pro sola serviant pœnitentiæ, cùm rarò contingat hos perfectè emendari. & ideo hoc etiam ex eorum verum est, eos provocare iram DEI, quia non provocaut illam iram, qui facit in hoc mundo deleri supplicia aterius, sed illam, quæ facit ista inferri. atque hoc est, quod hîc vult significare, cùm dicit: *Simulatores & callidi provocant iram DEI, neque clamabunt cùm vincti fuerint.* quia parumbeati, quando DEUS immittit his mundi memorata supplicia, eum ablatum velle, quàm ut Judicem eos equidem & tormentis subjicere, ut fatentur dolosas artes, nec minùs crudeles, revelationes, raptus, visiones simulent, ad eum gradum malitiæ attigerunt infelices. at illi contrà tanto studio nitentur partam tot annis authoritatem, ut stent inconcussi: *non clamabunt, cùm vincti fuerint*: non confitebuntur errorem, non quærent clementiam, non petent veniam, & si hoc etiam facient, voce facient submissâ, non elatâ, quæ etiam eminus audiatur ab omnibus, quos hi miseri deceperunt. *non clamabunt.* & sic potius ituri sunt ad inferos, quàm ut fateantur injustè à se affectam sanctitatem. *Etiam aperiet flagellati fateri se peccatores refugium, quia sancti priùs omnium opinione fortassis fiunt, & quamvis se duci ad æterna supplicia non ignorent, tales tamen capiunt apud humana judicia remanere, quales se studuerunt semper ostendere. S. Greg. in hunc locum.* Quæ cùm ita sint, ex

quò demum adducere te possit infelix amor apparendi, qualis non es, præsertim in genere probitatis. si meritorum es inops, nunquam velis videri dives, & si agnoscis te plenum defectibus, noli excusare sed emendare. *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum*, ut Judas fecit, qui osculo tegere voluit perfidiam suam, *qui autem rectus est, corrigit viam suam.* uti fecit Petrus, qui amarissimis lacrymis eam detestari nō desiit, dum vixit. Prov. 21. v. 29.

VI.

Qui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Jac. 1. v. 26.

1. COnsidera ultimum finem, quem spectabant tot humani Legislatores legibus suis, fuisse, ut beatas redderent civitates, domos, & personas, quæ illas servarent. sed nemo illorum potuit obtinere propositum. *Erunt, qui beatificant seducentes, & qui beatificantur præcipitati.* Isa. 9. v. 16. Ratio est, quia, cùm leges illæ non sufficerent ad dandam ulli vitam æternam, nec beare potuerunt quenquam, sed damnare duntaxat. Beatitudo solùm obtinetur observando Legem Christi. unde vides, cùm is monte conscenso cum suis Discipulis primò aperuit os suum sanctissimum ad eam promulgandam, ab annuntianda tali beatitudine exordium fecisse: *Beati pauperes, beati mites &c.* Erat hoc idioma admiratione plenissimum, quia contrarium opinioni totius generis humani, quod in illud usque tempus beatitudinem collocavit in rebus prorsus oppositis, in divitiis, in gloria, magnitudine, prosperitate. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Ps. 143. v. 15. Unde non sine causâ hîc S. Jacobus dicit: *Qui perspexerit in legem perfectam libertatis &c. hic beatus in facto suo erit.* nequis putet, unquam se posse beatitudinem consequi, alteri se legi conformando nisi JESU Christi. Cura, ut bene perspicias veritatem tanti momenti, nam in ea fundatur fabrica tam excelsa, qualis est illa vitæ nostræ Christianæ.

2. Considera Legem illam Christi vocari legem perfectam libertatis. *Qui perspexerit in legem perfectam libertatis.* lex libertatis vocatur, ut notetur discrimen à lege Judaica, quæ fuit servitutis, in *servitutem generans.* Gal. 4. v. 24. præterea perfecta vocatur, quia Judaica non potuit perficere quemquam: *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Heb. 7. v. 19. & hoc quidem ex duplici capite. primò quia illi deerat perfectio finis, qui erat vita æterna, ad quam lex ipsa per se neminem conducere potuit, sed

sed præparare tantùm. deinde quia deerat ipsi perfectio mediorum, quæ fuerunt tria consilia Evangelica prorsus nova, quibus quisque tam promptè perfectionem consequitur in præsentiarum, ut ad eam etiam de plebe quilibet aspirare possit. *Et ipse præcedet ante illum parare Domino plebem perfectam.* Luc. 1. v. 17. Nihilominus si lex Christi perfectior dici possit in una parte sua, quàm altera, talis certè est in illis octo sententiis adeò stupendis, quas beatitudines vocat, quæ reverà aliud non sunt, quàm totidem dictamina virtutum, sed virtutum, quæ exercentur in gradu quodam heroico, hoc est, Divino potiùs quàm humano: unde etiam solæ possunt beare hominem. Atque hoc est, si bene notes, quod S. Jacobus spectat, cùm dicit: *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis &c. hic beatus in facto suo erit.* Certè dici potest speciali quodam modo alludere ad executionem illorum dictaminum tam sublimium, nam hæc quoque sunt, quæ speciali modo te reddunt beatum. Quid agis ergo, quòd fortè in hunc usque diem ea probè intelligere non admodum curaveris?

3. Considera hominem duobus modis dici posse beatum. Beatum *in re*, & beatum *in spe*. Beatus *in re* est, quando consequitur gloriam Paradisi. *Beati, qui habitant in domo tua Domine.* Ps. 83. v. 5. & tunc est perfectè beatus. Beatus *in spe* est, quando spem habet probè fundatam, firmatámque consequendi hanc gloriam. *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.* Ps. 64. v. 5. & tunc quoque beatus est, sed imperfectè tantùm. Jam vero indubitatum est, quòd octo beatitudines Evangelicæ conferre in hac vita non possint beatitudinem perfectam, quia facere non possunt beatum in re; conferunt autem saltem imperfectam, quia te faciunt speciali prorsus modo beatum *in spe*. sunt illæ signa prædestinationis, quæ quidem inventa possint, certissima, & ideo faciunt, ut sperare liceat gloriam Paradisi cum fundamento, & firmitate maxima, quia beatur, sistendo intra limites spei. *Spe salvi facti sumus.* Rom. 8. v. 24. & etiam amore non inardescis?

4. Considera inter duas beatitudines, quas diximus, unam *in re*, alteram *in spe* inveniri quasi medium, & hanc esse, quæ non solùm te reddit idoneum ad obtinendam gloriam Paradisi per merita, sed quæ illam etiam offert prælibandam per aliquem prægustum. atque hæc est propria horum dictaminum, nam si illa exercentur, eo modo, quo convenit, nempe heroico, faciunt, ut incipias gustare in terra illam dulcedinem spiritûs ineffabilem, quæ est propria beatorum in cœlo. atque idcirco hîc dicit S. Jacobus: *Qui perspexerit in legem perfectam liberatis &c. hic beatus in facto suo erit.* Non dicit *beatus in factum*, quia quivis justus erit beatus ob quodcunque opus alicujus meriti, modò perseveret. sed dicit *beatus in facto*, quod solùm sanctis convenit, quia cùm isti modo operentur heroico, contingit eos non solùm esse beatos *in factum*, hoc est, propter opera sua. sed etiam

etiam *beatos in facto*, hoc est, in operibus. tanta est voluptas, quam sentiunt in operatione adeò Divina. & sic quodammodo dici potest Justos istos magis eximios etiam esse super terram beatos *in re*, quia si nondum sunt immersi deliciis Paradisi, saltem rivulos degustare incipiunt. certè sunt plus quàm beati *in spe*, quia spem habent multò majorem se aliquando illis immergendos deliciis, quàm habeant ceteri Justi, sicut spem habet multò majorem optati fructûs, qui jam videt in arbore erumpentes flores, quàm qui solas aspicit frondes. quare igitur tu solis frondibus aquiescis, dum consequi flores potes, qui sunt arrha adeò certa futuri fructûs?

5. Considera, si frui velis tanto bono, quod pariunt memoratæ beatitudines, duas esse implendas conditiones hic à S. Jacobo præmissas. Prima est, ut intimè cognoscas, quæ sint istæ virtutes constituentes legem adeò perfectam. atque hoc est *perspicere in legem perfectam*, non est legem tam pulcram tantùm obiter lustrare, uti fit, cùm leguntur programmata ad angulos civitatis affixa. hoc enim esset *perspicere legem*, non *perspicere in legem*. Est cernere ad fundum usque, examinare, discutere, & attentè contemplari. In hunc finem prædictas beatitudines hîc repetes distinctis meditationibus dierum sequentium digestas, ut modum advertas scrutandi genuinum illorum sensum, sed non ultra quàm quatenus aliquid ad tuum conferunt profectum. Scisne discrimen, quod Navarchum inter & Astronomum intercedit? ambo noctu sidera in cœlo spectant. quid porrò? Astronomus ea spectat, curiositate sciendi, quantum potest, illorum altitudinem, apparentiam, aspectus, motus. Navarchus solùm illa spectat ad navigii sui cursum bene gubernandum. Hanc secundam regulam tu quoque in meditando sequi debes. Altera conditio est, ut, probè intellectâ veritate, quam Christus docuit, deinde magno animo te accingas ad opus, certòque tibi persuadeas nihil tibi profuturum, toto die profiteri amorem sanctitatis, si illam nunquam tibi despondeas. atque hoc vult inferre S. Jacobus, cùm dicit: *Qui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non Auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Permanere in lege*, est loquendi modus Scripturæ sacræ, qui exprimit legis observantiam non interruptam, stabilem, firmam, *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit.* Deuteron. 27. v. 26. atque hæc est observantia, quæ requiritur in casu nostro, ut fias beatus. Hinc est, quòd, cùm dici audis: *Beati pauperes, beati mites &c.* id semper intelligatur hac conditione si non expressâ, saltem tacitâ: *Si permanserint in ea lege perfectâ Paupertatis, Mansuetudinis &c.* Aliàs certissimum est, te neque, si legem adeò perfectam etiam tibi desponderis, beatum fore, si deinde pœnitudine ductus paucis pòst diebus illam repudiare statuas. Ceterum quid putas? putas

fortè Christum esse similem tot præceptoribus humanis, qui se credunt satis ab auditoribus suis æstimatos, quando advertunt eos cum excellentia percepisse lectiones, quas exceperunt, medicas, morales, canonicas, etsi juxta eas agere non curent? secus omninò res habet, nisi opere exerceas lectiones Christi, perinde erit ac si fuisses penitus oblitus. imò longè deterius. ita erit, qui ultro voluisses oblivisci unde, qui opere non exercet, hîc à S. Jacobo non utcunque dicitur *Auditor obliviosus*, sed *Auditor obliviosus factus*. quia ipse non se habet ut simpliciter obliviosus, sed qui voluerit fieri obliviosus.

VII.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Matt. 5. v. 3.

1. COnsidera duplex genus Pauperum inveniri in hoc orbe terrarũ. quidam sunt necessitate, alii electione pauperes. & quamvis utrique sint apti consequi Regnum cœlorum, ipsi tamen non sunt illi fortunati, quibus id à Domino tam firmiter promittitur hoc loco, sed sunt *Pauperes spiritu*. nam si spectes illos, qui mera necessitate sunt pauperes, quomodo possunt sibi deposcere hoc regnum titulo Paupertatis, quam equidem tolerant, sed admodum inviti? Et si spectes pauperes meræ electionis, quomodo etiam isti possunt sibi deposcere, qui equidem sponte facti sunt pauperes, sed ex fastu, ut illi antiqui Philosophi? Illis igitur tam disertè hîc promittitur Regnum cœlorum, qui sunt Pauperes non electione tantùm, sed spiritu. Tales sunt in sensu maximè litterali, qui secuti impulsum Spiritûs sancti, qui ad hoc illos movit, amplexi sunt Paupertatem Evangelicam, quam Christus consuluit, abdicatione plenâ, promptâ, perpetuâ rerum suarum omnium. scio ad hanc beatitudinem etiam illos pertinere, qui, quamvis sint divites, parati forent, si possent, etiam ipsi fieri pauperes pro Christo, quantum aliquis Franciscus Assisias, adeò cor suum abstraxerunt à divitiis. sed isti hucpertinent in sensu satis remoto, sicut pertinent ad martyrum cætum, qui ab immanissimos Barbaros profecti sunt aliquando, ut apud hos Decium aliquem vel Diocletianum invenirent, sed non invenerunt. Isti namque non sunt vere Pauperes, & si *spiritu* sunt Pauperes, non sunt *Pauperes spiritu*, hoc est, affectu sunt Pauperes sed non effectu. & si habent spiritum Paupertatis, nec hoc ipso habent etiam Paupertatem spiritûs. Veram Paupertatem spiritûs illi soli habent, qui pro JESU verè omnia reliquerunt, sine spe illa unquam recuperandi, & quin hoc curent, ut adeò etiam ipsi possint dicere cum Petro: Ecce

mus reliquimus omnia, & secuti sumus te. Hæc est probabilissima loci hujus explicatio, quia propriissima, & est nominatim SS. Hieronymi, Basilii, Bernardi, Ambrosii, & aliorum ex antiquis Patribus, & inter recentiores communior. Ecce igitur, quàm præclarus sit status eorum Religiosorum, tam miserorum, tam inopum, ut fortè non vereatis etiam superbè illos aspernari. status est hominum, qui destinantur ad Regnum tam vastum, quale est Paradisi, ipsis sub regni titulo promissi, quia nihil est, quod dici majus possit. O quantò celsiore loco illos videbis aliquando in die Judicii, quos modò non dignaris in conspectum admittere.

2. Considera, quantumvis Pauperes isti Evangelici, de quibus hîc sermo est, solùm sint destinati ad hoc Regnum, Christo tamen non satis fuisse dicere: *Beati Pauperes spiritu, quoniam ipsorum erit Regnum cœlorum*, sed dixit: *quoniam ipsorum est.* quare, nisi ad denotandam summam quasi certitudinem, quam habent, illud consequendi: tot tam auxilia, quæ hæc sancta Paupertas subministrat ad abstinendum à malo, & faciendum bonum? sed absque hoc nonne Pauperes isti benedicti jam persolverunt integrum pretium pro hoc regno, quod exigebat Christus, cùm diceret: *Amen dico vobis, quòd omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit?* Matt. 19. v. 29. Itaque sicut, cùm aliquis jam integrè exolvit pretium constitutum à Principe pro adeptione Commendæ, Comitatûs, Marchionatûs, dici jam potest Dominus ejus Commendæ, Comitatûs, Marchionatûs, quamvis nondum sit adita possessio. ita dici potest dominus Paradisi, qui pari modo exolvit pretiũ pro eo sub certâ verborum formulâ constitutum à Christo. solum restat, ut, qui pro Christo se redactum videt ad hunc statum veri Pauperis, in eo persistat, & nolit in hoc ipso statu rursùs affici rebus terrenis, commoditatibus, dignitatibus, honoribus, prærogativis, quæ non sunt propriè statûs. Quid aliud hoc foret, quàm paulatim recipere pretiũ, quod exolvit, & sic excidere jure, quod habebat ad Regnũ? Cæterum qui in statu Paupertatis totâ vitâ pro DEO manet verè pauper, & ut pauperem se gerit, pauperem profitetur, næ ille beatus est! ô quàm securus est Paradisi! & ideo en ut Evangelica Paupertas constanter servata signum est prædestinationis. imò ista signum est omnium, quæ possunt esse, manifestissimum. quippe negari non potest, ejusmodi signa etiam reliquas esse beatitudines sequentes, sicut ex singularum explicatione constabit, nobis tamen tam clara non sunt. Quis enim certus esse potest, inesse sibi Mansuetudinem, quæ requiritur, inesse mœstitiã, curam Justitiæ, misericordiam, munditiem, pacem, quæ requiruntur? Virtutes istæ præcipuè intus in animo consistunt, & hinc licèt ipsæ quoque sine dubio sint pretium illud, quo emitur Paradisus, attamen non tam bene

ostendunt, cujus perfectionis & ponderis sint. at reliquisse omnia propter DEUM, & se gerere ut pauperem, profiteri se pauperem res est, quæ palpari possit, & ideo ô quantam nobis præstare securitatem potest! Tu igitur quid ais, qui hactenus nondum potuisti in te excitare amorem beatitudinis tam pulchræ! quæ insania? uno solo generosæ voluntatis decreto ejus fieri posse participem, & id tamen negligere?

3. Considera, quare Christus primam hanc posuerit Beatitudinem, Paupertatem. Causa fuit, ut removeret præcipuum impedimentum salutis, quod habent homines, nempe divitias. *Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cœlorum.* Matt. 19. v. 23. quia licet etiam Paupertas plurimorum causa sit malorum juxta illud: *Propter inopiam multi deliquerunt.* Eccl. 27. v. 1. id solùm tunc fit, quando odio habetur, non quando amatur. Imò, cùm amatur, bona affert maxima: quia, ut alia deessent, plurimum juvat, ut quis sit humilis, mortificatus, modestus. id quod inter opes perfectè obtineri vix potest. Unde spiritus Domini nunquam urget ad abjiciendas divitias, sed non curandas. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Ps. 6. v. 11. Præterquam quòd ista Paupertas reddat hominem promptiorem, magísque expeditum ad currendum post Christum in quamvis partem Universi, & sic Christus eam posuit fundamentum Apostolici muneris. *Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. v. 33. Nec ibi tantùm. sed hæc ipsa est fundamentum omnium reliquarum Beatitudinum subsequentium. quia ad obtinendas virtutes, quas continent, si rite attendas, Paupertas plurimum conducit. Pauperi facilius est esse mansuetum, facilius lugere, facilius immolari Justitiæ victimam, facilius esse misericordem, facilius esse mundo corde, facilius altissimam servare pacem inter turbas totius generis humani, cùm sit in statu, in quo nullius rei cura tangitur. ideo Christus hanc posuit prodesse ceterarum beatitudinum, Paupertatem in terra ex puro amore DEI sibi desponsatam. O si nôsses, quàm speciosa sit sponsa, quanto illam tu quoque amplectereris affectu! Ecce DEI filium, qui optimè nôsse illam potuit, cùm in cælo illam habere sponsam non posset, de cœlo in terram descendit, ut eam sibi desponderet. *Egenus factus est, cùm esset dives.* 2. Cor. 8. v. 9. si tu non possis ampliùs hanc Paupertatem tibi copulare, saltem ne contemnas, ne derideas, ne in animo postponas eam divitiis, quæ etiam hodie à multis prima beatitudinum inter Mundi sectatores reputantur.

4. Considera, quomodo huic beatitudini primo loco promulgatæ à Christo respondeat donum illud Spiritûs Sancti, quod Timoris dicitur, nam qui DEUM timet vehementer, qui timet ejus judicia, castigationes, maximè verò alteriùs mundi mala, quæ momentis singulis illi possunt super-

pervenire, ô quàm animosè omnibus le spoliat, quæ plerisque eorum maxima sunt causa! tales autem sunt opes amatæ. *Divitiæ conservata in malum Domini sui.* Eccl. 7. v. 12. Videsne, quid agant navigantes, cùm urget impetus furiosæ tempestatis? illico properant, ad apprehendendas merces etiam cariores de lana, lino, argento summi pretij, & eas sine discrimine in aquas proijciunt, tantum in ipsis potest timor pereundi, si majore audaciâ retinere velint suas merces etiam in conspectu frementis Pelagi. *Timuerunt nauta, & miserunt vasa, quæ erant in navi in mare, ut alleviarentur ab eis.* Jonæ 1. v. 5. Ita faciunt, qui verè timent, ne pereant in Mari longè magis horrido, quale illud est Justitiæ Divinæ, cùm in iram assurgit. Eunt ad salvandos se ipsos, eunt, inquam, celeriter projectûm divitias, pondus illud infaustum, quod inclinare navim potest. Quid igitur è contrario dici potest de tot divitibus, qui pro eo, ut leviorem navim suam reddant inter tempestates, studeant potiùs eam aggravare pro viribus labore incredibili, & ardore inaudito. *Coacervant argentum quasi humum.* Zach. 9. v. 3. non habent timorem. si vel parùm timerent, an credis tam stupidos futuros, ut, cùm ad vitam servandam proijcere merces oporteret, ipsi vice versâ ad servandas merces proijciant se ipsos?

* * *

VIII.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Matt. 5. v. 4.

COnsidera sensu proprio loquendo Mansuetos esse, qui facilè reprimunt motus iræ, hoc est, ardoris adversus illos incitantis, qui nos offenderunt, nos offendunt, aut volunt offendere. Ita est, si bene consideres, ejusmodi facilitas triplici ex capite nasci potest. I. è solo lumine naturali, quod tibi detegit ingentem deformitatem, & inordinationem, quæ inest iræ, si non militet Rationi, sed eam aspernetur. Et ista quidem est virtus, sed moralis, quæ multis etiam Gentilium communis extitit, ut Socrati, Antigono, Anaxagoræ, & alijs ejusmodi, qui Mansueti erant solùm, quòd erubescerent apparere iracundi. II. Ex mera reverentia legis Christi, qui modis tam expressis, & emphaticis omnem tibi prohibet vindictam. Atque ista verè est virtus Christiana, sed ordinaria: nam ipsa non facit, ne, dum reprimendus est iræ motus, plurimùm patiaris. III. Ex magno in DEUM amore, qui facit, ut propter ipsum libenter toleres omnem propriam offensam, & ex magno simul odio tui, quod facit, ut nec

sentias quidem. atque hæc demum virtus est non Christiana tantùm sed heroica: atque ideo hæc etiam est illa virtus, de qua loquimur hoc loco, quia hæc te verè facit Mansuetum. Ne putes ergo, quando Christus hìc dixit: *Beati mites*, eum voluisse beatos dicere omnes, quotquot in hoc mundo sunt, Mansuetos. Eos tantùm pronunciare beatos voluit, qui sunt præditi ista mansuetudine tam arduâ, tam solidâ, quam modò diximus: quia in ea vera reperitur quies. Scire cupis, an possideas donum tam præclarum? nemo id tibi meliùs dixerit quàm cor tuum; fieri enim potest, ut sit velut parvus quidam Ætna, qui solus suæ conscius est flammæ. ô quoties tu quoque Mansuetudinem affectas, sed non habes! *Beati mites*. non est beatus, qui potest apparere mitis, sed esse. & hoc in mundo paucorum est.

2. Considera, quomodo Mansuetudo, quam diximus, sit signum prædestinationis prorsus egregium. primò quia te reddit similem Christo, qui tanti fecit hanc virtutem, ut ex ea sibi nomen asciverit? *Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi mitis & mansuetus*. Matt. 21. v. 5. Secundò, quia servat ab innumeris periculis peccandi, quatenus servat ab ira, quæ est vitium maximè capitale. *Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior*. Prov. 29. v. 22. tum ratione objecti, quod est vindicta, melle dulcior homini, tum ratione impetûs, quo ad illam anhelat, qui est velut amentis. *Perdis animam tuam in furore tuo*. Job. 18. v. 4. Tertiò, quia incredibilem tribuit aperta-dinem ad illam gratiam, quæ tibi facilè reddit bonum, dum in maxima tranquillitate conservat. *Mansuetis dabit gratiam*. Prov. 3. v. 34. Unde cùm Christus hìc dixit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, non terram istam intellexit, quæ etiam à ferocibus possidetur & furibundis illam intellexit, in qua hi superbi locum non habent, nempe cælum suum Empyreum. Sed hoc nomine Terræ compellavit, quia sicut olim Hebræis serpens æneus Servatorem in Cruce suspensum, Mare Baptismum, Manna Evcharistiam significabat, & quævis alia figura licet obscurè suum significatum, ita Terra, quæ toties audiebatur promitti, ipsis cœlum significabat: *Dixi: tu es spes mea in terra viventium*, Psal. 141. v. 6. *Sustinentes Dominum hæreditabunt terram*. Ps. 36. v. 9. *Benedicentes ei hæreditabunt terram*. Ps. 36. v. 22. & adhuc clariùs ad propositum nostrum. *Mansueti autem hæreditabunt terram*. Ps. 36. v. 11. atque hic est proprius locus, ad quem Christus in sermone suo allusit, nisi, quòd, ubi Psalmista dixit *hæreditabunt*, quia in ætate minore poterat equidem hæreditari beatitudo Cœlestis, sed non poterat possideri. Ut ut sit. videsne, quomodo obtineatur Paradisus? obtineras cedendo. videre soles hanc terram, quam pedibus calcas, passim obtineri per lites, contentiones, conflictus

& pugnas asperrimas. Sed ne putes eodem modo obtineri illam, quæ super sidera est. illa obtinetur mansuetudine, hoc est, cedendo omnibus. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* atque ista est altera ratio, quare hîc sit usus isto modo loquendi ut idioma suum magis redderet obstupescendum.

3. Considera, quæ sit causa, cur Christus, postquam primo loco jam dixit: *Beati pauperes*, subjunxerit secundo: *Beati mites.* causa fuit, quia ante omnia necessarium pauperibus est, ut se præparent ad contemptum. hic quippe mos est mundi fatui, ut æstimet homines, sicut metalla & marmora, ex splendore. *Dives locutus est, & omnes tacuerunt, pauper locutus est, & dicent: Quis est hic?* Eccl. 13. v. 28. atque ideo necesse est, ut, qui omnia reliquit propter DEUM, armet se imprimis insigni quadam mansuetudine, quâ resistat probris & contumelijs, quæ illi proximè imminent. Verum est, id ipsis etiam esse facilius, si velint, eò quòd sint liberi ab obligatione sustinendi vanas Mundi versutias. Et ideo etiam Pauperrati mox jungitur Mansuetudo, quia nimis indecorum est videre pauperem, præsertim Spiritu, elatum, rigidum, contumacem, insolentem: *Pauperem superbum.* Tu ergo si sis pauper necessitate, debes sperni. Si voluntate, debes etiam amare; quia amanda sunt omnia, quæ sunt consequenter connexa cum statu, quem elegisti.

4. Considera, quare id, quod præ omnibus tibi serviet ad iram vincendam, hydram illam tot capitum, sit amor contemptûs. Causa est, quia illam uno ictu prosternit. ama contemptum, & eris mansuetus. dic enim, quinam sunt, quibus maximè soles irasci? an fortè omnes, qui te graviter offendunt? neutiquam. quia, si agnoscas eum, qui te offendit, habere causam offendendi, uti habet Princeps, herus, Minister, cùm te punit alicujus causâ delicti, rogas equidem, cruciaris, tristaris, sed non irasceris. tunc irasceris, cùm te judicas contemptum. & hinc, cùm te aliquis offendit per ignorantiam, aut inconsultè, non irasceris, aut non nisi levissimè, quantum scilicet æstimas eum defuisse officio considerandi, quid ageret. Magis illi irasceris, qui te offendit actus impetu furoris: sed nec eo casu irasceris summè. tunc summè irasceris, quando is, qui te offendit, studio hoc facit, atque ex destinato, ac palam, indéque gloriatur, quia iste etiam summum demonstrat contemptum tui. Age igitur, quod dico tibi, ama contemptum tui, & sic nec minimum irasceris, nec parùm, cùm te videris contemni. Sed non amas. tu equidem subinde contemnis te ipsum verbis demissionem præferentibus, sed non sustines contemni etiam paribus verbis, quæ ipse in te pronunciâsti. hoc si est contemnere seipsum, certè non est amare contemptum, prout necesse est, ut sis mansuetus. Sæpe

pe proinde cogita offensas, quibus in DEUM deliquisti, & tunc sancto exardescens odio contra te ipsum, non solùm amabis contemni, sed obstupesces, quòd non ab omnibus contemnaris.

5. Considera, quomodo huic secundæ Beatitudini respondeat donum, quod Pietatis appellatur. nec mirum: quia Pietas perinde servit maximè ad obtinendam mansuetudinem. Et quid est Pietas, nisi virtus illa, quæ inclinat, ad agnoscendum DEUM Patrem nostrum, & ut talem vero obsequio colendum? Jam verò si DEUM ut talem agnoscis, an non etiam probè nôsti, eum tibi singulari Providentiâ adesse, dirigere, amare, & ideo quidquid permittit adversi, totum vertere ad majus tuum emolumentum? quâ igitur ratione tranquillè moveris ad casum quemcumque minùs prosperum? hoc est Pietate destitui, quia est deesse debitum Patrem officio. Si quis te offendat, si mortificet, si maledicat, quare tantum potest? quia Pater permittit. & tamen tu irasceris, quasi inscio hoc Patre fierent. *Dimittite eum, ut maledicat*, tu quoque dic cum David de quocunque tuo Semei, qui te laesit; *Dominus enim præcepit ei, ut maledicere David: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit?* 2. Reg. 16. v. 9. Hic est actus veræ Pietatis, & hic quàm maximè reddet tibi facilem Mansuetudinem.

IX.

Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

1. COnsidera, quamvis nomen Luctus in præsens amplam habeat significationem, initio tamen fuisse institutum ad significandam propriè illam tristitiam, quæ nascitur ex amisso bono. Sacras paginas evolve, & videbis id semper inferri, cùm dicitur: *stola luctûs, dies luctûs, domus luctûs, chorus luctûs*, &c. & etiamnum hodie dicuntur equidem in summa tristitia versari conjuges illi steriles, qui tam diu Cœlum fatigant pro impetranda prole, nec tamen impetrant, sed non dicuntur in luctu versari, sicut illi, qui eam amiserunt, vel amittendæ sunt proximi. unde ut tales abstinent omnino ab ijs delicijs ac solatijs, à quibus steriles non abstinent, quia isti in luctu non sunt. Quo pacto facilè intelligis, quinam sint, quos hoc loco Christus propriè beatos vocat, cùm ait: *Beati, qui lugent.* Sunt illi, qui plangunt bonum amissum. Sed quid? an igitur beati omnes, qui lugent mortuum? Beatus, qui luget ob pecuniam amissam? Beatus, qui luget ob dignitatem, quâ excidit? neutiquam: nam pro his non pugnat tantum quam Christus adduxit: Christus ait: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*

luctur. at isti non possunt esse lugentes illi, quos tu mihi opponis. quippe si etiam mare lacrymarum profunderent oculis, nunquam possunt suas resarcire jacturas: & ideo nequit solatio leniri dolor. Qui mortuum luget, luctu suo non restituit illi vitam. qui luget pecuniam vel dignitatem amissam, non recuperat: & ideo eorum luctus beatos non facit, quia ipsos consolari non potest. potiùs facit magis miseros, quia in dies eos consumit magis absque fructu. Beati sunt ob luctum suum, qui jacturas suas deplorant, in quas per peccatum inciderunt, nam hi soli, eas restaurare luctu suo possunt, atque adeò hi quoque opportunum solatium recipient. Jacturæ istæ sunt duæ, bonorum gratiæ, & bonorum gloriæ. En igitur, quos hoc loco Christus præcipuè beatos pronunciavit, cùm dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* eos scilicet, qui ejusmodi dolent jacturam, & ideo omni modo satagunt eam sinceră pœnitentiâ resarcire. Tu ergo quid agis, qui tantopere lamentaris vel minimam boni alicujus terreni jacturam? ad usum nobiliorem reserva dolorem tuum. nempe ad deploranda, quæ momento perdidisti peccando, bona gratiæ, & gloriæ: secus dolor tuus non solùm erit tibi inutilis, sed & noxius.

2. Considera, quomodo luctus iste tam præclarus sit argumentum prædestinationis. *Beati, qui lugent.* quia ipse affert secum reparationem certissimam geminæ illius gravissimæ jacturæ bonorum Gratiæ, & Gloriæ. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Tribus modis accipere solatium potest, qui dolet bonum aliquod amissum. primò si animetur ad sustinendam patienter jacturam, quam fecit. Secundò, si detur bonum aliquâ ratione æquivalens alteri amisso. Tertio denique, si reddatur ipsum bonum, quod perdidit. qui hoc modo aliquem solatur, verè solatur. uti Christus olim consolatus est viduam de Naim. Cùm igitur hoc loco dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*, certè non potuit intelligere consolationem primi generis, hæc enim nimis foret indigna. nulli dici unquam potest, ut patienter ferat jacturam Gratiæ, vel Gloriæ, quam per peccatum incurrit, dici potiùs illi debet, ut nunquam desinat lugere. Nec illa potuit intelligi secundi generis, quia non est ullum hujus Mundi bonum, quod vel eminùs æquivaleat bonis per peccatum amissis, Gratiæ, inquam, & Gloriæ. Restat igitur, ut Christi propositum fuerit solùm loqui de consolatione tertij generis, quæ sola vera est consolatio. Ideo dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, vel consolationem accipient*, uti pro majore claritate legunt nonnulli. quia vera consolatio, de qua loquitur hîc Christus, tota futura est. Negari nequit, quin beatum hunc luctum etiam in hoc Mundo summâ quædam comitetur consolatio. Sed ista tota nascitur à solatio, quod capitur de flore tan-

quam arrhâ futuri fructûs. *Facti sumus consolati.* Ps. 125. ceterùm non potest ista unquam esse perfecta, quia semper superest metus, ne flos exarescat. Fiducia recuperatæ gratiæ per peccatum amissæ plurimô semper pavore turbatur. *Quis potest dicere: mundum est cor meum?* Prov. 20. & multò magis turbatur illa, quam quis habet, perseverandi usque in finem in gratia recuperata. Perfecta igitur consolatio solùm erit illa, quæ nascetur de fructu maturo. & hæc demum obtinebitur in Paradiso, quem hoc loco Christus nomine Consolationis pollicitus est, non solùm quia omnis pœnitens ibi cum securitate recuperabit bona gratiæ, & bona gloriæ, pro quibus hìc luget; sed & bona recuperabit temporalia, quibus se ipsum privavit, ut viveret in luctu, qualia sunt voluptates, honores, amicitiæ, dignitates, commoditates, & cetera quæque parùm lugentibus accomodata. ô quàm ista omnia maximâ cum usurâ reddentur! & ideo quid metuis, quòd ut pœnitens in luctu nunc vivas, & non sit, qui te consoletur? *Consolatio abscondita est ab oculis meis.* Ose. 13. v. 14. Macte animo, luctui tuo illa consolatio succedet, quæ sola est vera, illa, inquam, quæ redditura tibi est bonum amissum. *Ego ego ipse consolabor vos, dicit Dominus.* Is. 51. v. 12.

3. Considera, quare Christus positis pro fundamento his verbis: *Beati pauperes Spiritu*, subjunxerit *Beati mites*, & tum: *Beati, qui lugent*, & non: *Beati, qui lugent*, deinde: *Beati mites*, prout apparet in editione vulgata, cui semper meliùs inhæremus. Ratio est, quia sicut Paupertas aptissime instruit ad Mansuetudinem (juxta id quod præcedenti meditatione monstravimus) ita Mansuetudo maxime disponit ad Luctum, & ideo debuit præmitti. Accedit, quòd Christus tribus hisce Beatitudinibus modo explicatis totum veterem hominem componere & ordinare voluerit quoad se ipsum. & ideo primò voluit eum conculcare bona, quæ sunt ista se, qualia sunt bona externa significata per divitias. facto deinde transitu ad interna, voluit eum imprimis moderari Irascibilem per Mansuetudinem, & tum Concupiscibilem per Luctum: quia sedatis motibus iræ ardentibus, quæ tendit ad ardua, tempus est quietè attendendi animæ propriæ, & eam deplorandi miserias privando sibi ea propter ijs voluptatibus vel imperfectis vel imperfectis, quæ parùm lugentibus conveniunt. & ecce unde possis verè cognoscere, an vivas in luctu: signis, quæ talem statum commonstrant.

4. Considera signa ista imprimis esse, quæ ad Concupiscibilem spectant, quibus proximè adversatur Luctus, quippe qui verè in luctu versatur, adduci vix potest, ut modicum ob admittat, adeò illum nauseat, cogita, an ille adijciat animum ad crapulas, ad convivia, ad epulas opiparas. Luctum comitari solet jejunium. *Anna flebat, & non capiebat cibum.*

Reg

Reg. 1. v. 7. Quisquis in luctu degit, fastidit confabulationes, scenas, spectacula, choreas, & tot illa divertícula, quæ humana hilaritas adeò deperit. *Musica in luctu importuna narratio.* Eccl. 22. v. 6. Qualem igitur esse luctum tuum ostendes, si his ineptes affixus? Sequuntur signa spectantia ad Irascibilem, quæ ad aliud non tendit, quàm ut emineat, & ideo cum luctu malè componi potest. Qui in luctu versatur, gloriam non ambit, sed eam pedibus proterit. Tempus nunc est, ut erga omnes modestè se gerat, ad omnes recurrat, omnibus se commendet, omnium se æstimet miserrimum. *Quasi lugens & contristatus sic humiliabar.* Ps. 34. v. 14. Dic igitur denuo, qualis sit luctus tuus, si tot modis studeas nomen tuum ad usque sidera efferre? si verè lugeres, magis te demitteres, quàm mœstus ille Miphiboseth, qui respondit Davidi inter honores ab ipso delatos: *Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?* 2 Reg. 9. v. 8. Tertio demum loco veniunt signa illa, quæ spectant ad bona externa, dicta à plerisque bona fortunæ, ad delicias, pompas, largitiones, profusiones. Non est eorum, qui versantur in luctu, superbè vestiri. imò tunc deponitur ornatus omnis, deponuntur gemmæ, & sumuntur vestes lugubres: *scissisque vestibus induitur est Iacob cilicium, lugens filium suum multo tempore.* Gen. 37. v. 34. Et tu quid agis? an etiam in luctu tuo renunciâsti cuicunque generi vanitatis etiam minimæ? Ædes aspice lugentis, & contemplare nudos parietes, spoliata cubilia, neglecta strata. Istud est signum veri luctûs. Secùs si agas, non vivis in luctu. Ideóque hinc collige, quid Christus voluerit, cùm dixit: *Beati, qui lugent.* Loqui voluit de ijs, qui cor habent penitùs abstractum ab his, quæ cum luctu non bene junguntur.

5. Considera, quomodo huic tertiæ Beatitudini respondeat donum scientiæ: quia ista præ omnibus tibi afferet compunctionem illam majorem humanâ, quæ te debet beare. *Qui addit scientiam, addit & dolorem.* Eccl. 1. v. 18. Quid est, quòd tot Christiani non lugeant jacturas suas etsi planè maximas? quia tot sunt ignorantes. nesciunt, qualia sint bona amissa, bona Gratiæ, & Gloriæ. & ideo minùs dolent ex istorum jactura, quàm si de stabulo cursorem equum, vel canem amisissent venaticum. alius est sensus eorum, qui bonorum istorum vivam habent scientiam. ô quanto illos mœrore affligit, si ea se perdidisse advertant! *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est DEUS tuus?* Ps. 41. Ecce igitur verum modum exigendi in luctu dies, penetrare intimè, quid sit peccâsse. Tunc enimverò parùm videtur lugere, irur ad lacrymas, ad lamenta, ad faciendam, si fieri potest, sui ipsius lanienam. & hoc demum est vivere, ut faciunt nonnulli, non solùm *in luctu*, sed *in luctu & fletu, & planctu.* an pu-

putas fortassis ita loqui esse frustra inutilia cumulare vocabula? vehementer falleris. Istæ potiùs sunt voces, quæ explicant omnes gradus pœnitentis, ut oportet: *Luctus, fletus, & planctus.* Luctus est dolor summus corde conclusus. Fletus sunt lacrymæ, quibus exoneratur dolor. Planctus sunt actus illi diverberandi, cruciandi, sæviendi in se ipsum, qui talibus lacrymis junguntur. Ita magnis visum est Doctoribus. unde vides luctui in Scripturis Sacris opponi gaudium, prout apud Salomonem legitur: *Extrema gaudij luctus occupat.* Prov. 14. v. 13. Fletui opponi risum. *Tempus flendi, & tempus ridendi.* Eccl. 3. v. 4. Planctui opponi tripudium. *Tempus plangendi, & tempus saltandi.* Eccl. 3. v. 4. En igitur, quid te facere oporteat, ut vivas ad modum perfectè pœnitentis. Conserva imprimis in corde tuo intimam compunctionem ob tantum excessum mali à te commissi. deinde supra modum & frequenter plange coram DEO, siquidem favore isto sis dignus: sin minùs, saltem plangere desideria, demum non cessa carnem tuam affligere, quoad potes pœnitentiæ operibus viribus tuis respondentibus, ciliciorum, punctionum, verberum, & ejusmodi. *Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum*, qualis hic est, quem audisti. Jer. 6. v. 26. Ne putes solum luctum ordinarium hunc esse, qui facit beatum. Talem esse oportet, qui à planctu non temperat, & à planctu quidem amaro. Siquidem Beatitudines, ut omnes concludunt, à Christo recensitæ aliud non sunt, quàm virtutes convenientes Christiano, sed virtutes in gradu quodam heroico possessæ.

X.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt Justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Matt. 5.

1. COnsidera nomine Justitiæ intelligendum hoc loco, quidquid homo justus operatur, hoc est, omne genus virtutis: *Beati, qui faciunt Justitiam in omni tempore.* Ps. 109. Nota proinde, quomodo Christus non contentus hîc dicere: *Beati, qui faciunt,* juxta verba Psalmistæ, ulteriùs progressus sit, dixeritque *esuriunt & sitiunt:* quia satis non est facere semper anhelare ad id magis etiam faciendum ardore quodam immenso. ideo da Beatitudo spectat ad Incipientes, ac Proficientes, & Perfectos. qui omnes ut famelici & sitibundi nunquam debent dicere: satis est. non existiment Incipientes se fore de numero Beatorum, si in principio conversionis sui applicent ad faciendum bonum voluntate languidâ, non secus ac si accumbe-

rent ad mensam sed cum fastidio. necesse est potiùs, ut applicent se ipsos cum proposito, siquidem fieri ullo modo possit, obtinendi sanctitatem, & non dicant, uti faciunt nonnulli: modò locum in cœlo habeam, satis mihi est, qualiscunque demum fuerit. ô stultum sermonem! Et Proficientes non putent se fore de hoc censu beatorum, si consecuti gradum aliquem virtutis existiment se in eo tanquam merâ sua posse conquiescere. non est meta in servitio Divino. *Qui justus est, justificetur adhuc.* Apoc. 22. v. 11. & sic illis semper ad majorem perfectionem tendendum est, quasi nunc inciperent. *Cùm consumaverit homo, tunc incipiet.* Eccl. 18. v. 6. Nec ipsi Perfecti de hoc numero censendi sunt, si contenti bonis, quæ faciunt, eadem in aliis non procurent, quantum possunt: quia fames & sitis Justitiæ non restringitur ad proprium duntaxat bonum, sed extenditur etiam ad alienum. causa est, quia in refectione corporali quantò plùs aliis porrigis, tantò minùs haud dubiè ipse nutriris, at in spirituali contrarium accidit: tantò magis ipse te nutris, quantò plus alimenti tui aliis largiris. atque ideo fames & sitis Justitiæ, quæ te consumit, nullam excusationem afferre potest, quin liberaliter pandas granaria & horrea tua toti viciniæ. imò etiam remotos voca, ut abunde satientur. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Prov. 9. v. 4. sic enim omnino demonstrabis te veram habere famem Justitiæ, veram sitim (sitim quoad bona, quæ sunt similia potui, hoc est, faciliora, famem quoad bona similiora cibo, hoc est, duriora) & sic patiter beatus eris. *Beati, qui esuriunt & sitiunt Justitiam.*

2. Considera, quomodo fames ista, & sitis, quas diximus, signa sint Prædestinationis, quia ad altissimum evehunt in cœlo gradum. Ideo dicebat Christus: *Beati, qui esuriunt & sitiunt Justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Quòd ad cœlum te efferant, indubium est. quia cùm Christus te satiandum affirmat, alio id loco fieri nequit. In terra esurire semper & sitire necesse est. Ratio est, quia nunquam eum sanctitatis gradum potes consequi, qui sufficiat. imò tunc solùm notabilem Justitiæ gradum consecutus esse censeberis, cùm proficiendo cognosces, quàm procul adhuc absis.

Ita S. Augustinus ajebat: *Multum in hac vitâ ille profecit, qui quàm longè sit à perfectione Justitiæ, proficiendo cognovit. Lib. de spir. & litt. c. ult.* Restat ergo, ut satiari duntaxat in cœlo possis, ubi est perfecta Justitia. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Ps. 16. v. 15. sed non minùs hinc probatur, quòd ad altissimum in cœlo gradum provehãt. quia satieras ubique desiderio ex æquo respondere debet. non sufficit satiando vehementer esurienti vel sitienti, quod sufficientissimum est alteri, qui tenuissimum habet desiderium refectionis vel refrigerii. Idcirco cùm Dominus te satiandum Justitiâ asseverat, etiam positâ, quam sentis, aviditate, necesse est tibi longè lautius parari convi-

vivium, quàm aliis contingat minus anhelantibus. atque hoc est consequi in cœlo gradum altissimum. *Esurientes implevit bonis*: non solùm *refecit*, sed *implevit*. Luc. 1. quia quisquis habet in cœlo plus justitiæ, etiam plus accipit præmii, quàm qui minus habet. Quid agis igitur, quòd non omni modo allabores accendere in te famem, sitimque tam utilem? consequi eam cupis? noxios humores pelle. Jejuna tantisper, sed stabiliter, ab illis illecebris vel sensualibus vel sensibilibus, quibus nimium gravaris. Incipe vice versâ gustare nonnihil delicias spiritûs. crebræ vaca orationi. collige te ipsum ad contemplandum, quàm sit pulchrum esse justum, quàm utile, quàm jucundum, quàm gloriosum. ita in te excitabis tantam famem Justitiæ, tantámque sitim, ut tabescas, si cogites te in hac misera terra plenè satiari nunquam posse.

3. Considera, quæ ratio Christum induxerit, ut hanc beatitudinem quarto loco collocaret. Ratio est, uti SS. Patres advertunt, quia postquam per beatitudines priores hominem removit à malo, ab affectu scilicet ad bona ista inferiora, efficiendo, ut suis omnibus renunciaret, ab affectu excellendi, mansuetudine retundendo Irascibilem, & ab affectu ad voluptates corporeas, reprimendo etiam Concupiscibilem magno quodam Luctu, supererat, ut eum etiam promoveret ad bonum, juxta Legem illam decantatam. *Declina à malo & fac bonum.* atque idcirco cæpit insinuando famem illius, & sitim ardentem. prima quippe præparatio est facturi bonum, ut facere illud cupiat. Ita est, virtus omnis ut ad gradum Beatitudinis pertingat debet obtinere, uti sæpius diximus, gradum non communem dumtaxat, sed heroicum, idcirco Christus non contentus qualicunque desiderio, ut istud foret Justitiæ, dicendo: *Beati, qui cupiunt*, vel *concupiscunt Justitiam*, voluit esse desiderium illi simile, quo flagrat famelicus quispiam vel in fundus; hoc enim est vehementissimum, quod sentire possit homo: Ut ipsius est vocibus tam bene id exprimentibus: *esuriunt & sitiunt*. De Israelitis Jerosolymæ obsessis ajebat Propheta: *Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam.* non ad sustentandam, tantum enim sperare non poterant, sed solùm *ad refocillandam*. Thr. 1. v. 11. & sic te quoque facere oportet, nihil hujus mundi curare, si agitur de dando alimento animæ tuæ tam nobili, nempe Justitiæ, quod tantò majori in pretio habendum. Hoc ostendit tibi reverà inesse desiderium, quod Christus voluit, desiderium esurientis & sitientis. si cunctis hisce mediis, quæ suprà adduximus consequi hoc desiderium non possis, illud saltem consequi desidera: desidera desiderare. *Concupivit anima mea desiderare Justificationes tuas in omni tempore.* Ps. 118. Fac ad modum ægri, qui equidem omnino caret appetitu, sed ô quanti illum emeret! eodem, inquam, modo tu quoque fac, tantóque magis, quòd in potestate ægri non sit consequi appetitum eo solo,

lo, quòd eum concupiscat. tu verò si concupiscas appetitum Justitiæ tam ardentem, de quo loquimur, hoc ipso illum habere jam incipis.

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Fortitudinis. Ratio est, quia ad superandas difficultates, quæ occurrunt, dum satisfacere cupis appetitui Justitiæ tam vehementi, tam vivo, quàm diximus, non sufficit qualiscunque ardor, sed animis opus est. En quantis exponitur periculis ille famelicus, ut sibi de alimentis prospiciat, aut ille sitibundus, ut potum procuret. Ipsa interdum armata agmina perrumpit, prout faciebant, qui in Bethuliâ obsidebantur. unde fortitudine est opus. sine ista nihil efficitur. *Desideria occidunt pigrum.* Prov. 21. v. 5. quia piger habet animum desiderandi, quantum quivis alius, perfectionem: sed non perinde habet animum eam obtinendi. Ecce id, quod forsan te impedit à tot bonis, quæ continuò faceres: Languor spiritûs. Times contraria, times dicteria, derisiones, pericula etiam vitæ, quæ sæpe possis incurrere. Itaque cupiditati, quàm fortè sentis maximam, faciendi bene, necesse est adjungi Fortitudinem. *Manus fortium divitias parat.* Prov. 10. v. 4.

XI.

S. Martinus Episcopus.

Beati Misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. 5.

1. Considera eos, quos hoc loco Dominus beatos vocat, non esse duntaxat illos, qui opera misericordiæ re ipsâ exercent, sive corporalia sint, sive spiritualia, sed illos quoque, qui cùm ea non exerceant, quòd illis vel dotes necessariæ, vel vires, vel facultas, vel occasio desint, saltem exercere cuperent, si possent. unde non dixit: *Beati misericordium exercentes*, sed *Beati misericordes*, ut à Beatitudine tam pulchrâ nemo excludatur, nisi qui sponte velit. quippe Misericordia equidem includit promptam voluntatem indigentibus succurrendi, sed solummodo si facultas non desit. *Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, quâ utique, si possumus subvenire, compellimur.* ita S. Augustinus loquitur *de Civ. DEI. l. 9. c. 5.* Et ideo qui non potest aliquod genus Misericordiæ opere ipso exercere, non tristetur, quia nihilominus satis misericors est, si exercere desideret. *Quomodo potueris ita esto misericors. si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi*

bi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude : præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Job.4.v.8. Et quale istud est *bonum præmium*, nisi illud accipere non minùs atque eos, quos hìc Christus Misericordes vocat? Verum est hinc etiam deduci, eum, qui cùm possit, misericordiam non exercet, misericordem non esse, quia Misericordia, si possit, desinere non debet in pampinos tantùm animi condolentis, more Labruscarum, sed fructum proferre: nam quid aliàs confert boni? *si autem frater aut soror nudi sint, dicat autem aliquis ex vobis illis : Ite in pace: calefacimini : non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?* Jac.2.v.15. hinc est, quòd Dominus non solùm appelletur *Misericors*, sed *Miserator*, prout sæpius illum Psaltes appellat, quia, cùm ipse naturâ suâ sit propensus ad succurrendum nobis quàm liberalissimè, parùm nobis prodesset, nisi re ipsâ succurreret. Ut deinde Misericordia ista exerceatur in excelso gradu, qualis scilicet ad omnẽ Beatitudinem requiritur, tres conditiones postulat solaribus similes : ut se extendat ad omnes, hoc est, ad benefaciendum etiam inimicis. ut se extendat ad omnia, hoc est, ad benefaciendum in qualibet necessitate : & ut exerceatur absque spe proprii emolumenti juxta illud : *Cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* Luc.14.v.13. aliàs non foret illa Misericordia sed quæstus sub larva charitatis. Hoc posito quid tibi de te ipso videtur? an putas te quoq; in venis hoc censu Misericordium? at quomodo inter eos censeberis, si adeò sis inhumanus, ut loco opportuni auxilii quod proximo tuo præstes, vel moderationis ob defectus, quos notas, sæpiùs illum asperneris, aut averseris, aut objurges, aut undique ore pleno vituperes.

2. Considera, quomodo Misericordia signum sit eximium Prædestinationis non solùm ob tot argumenta, quæ aliunde ducuntur, sed ob hæc ipsa promissa, quæ Christus verbis istis expressit, quibus considerandis inhæres. Beati Misericordes, quoniam ipsi Misericordiam consequentur. Verum est de Misericordibus non dici : *Misericordiam consequentur à DEO*, sed tantùm : *Misericordiam consequentur*, quod perinde intelligi potest de hominibus, quatenus ipsi propendent misericordibus vices reddere. sed qualis demum illa Misericordia, quam præstare, hominem possunt? admodum imperfecta, quæ quidem ab aliqua te possit eximere miseriâ, ab aliqua inopia, ab aliquo periculo, sed facere beatum nunquam potest. Beatum facere illa sola potest, quam DEUS præstat, imò nec ista qualiscunque, sed ea tantùm, victus tibi concedatur in gratia emoti. De hac ergo Christum locutum esse necesse est, cùm dixit : *Beati Misericordes, quoniam ipsi Misericordiam consequentur* : siquidem præcipuè intuitu operum misericordiæ, quæ fiunt, solet DEUS plerisque largiri gratiam opportunam

deserendi peccata, vel ab iis se tuendi, & hac demum ratione salutem consequendi. *Eleemosyna*, sive corporalis sive spiritualis illa sit, *ipsa est, quæ facit invenire Misericordiam.* Job. 12. v. 9. hinc intelliges, quare Christus in die Judicii sit contestaturus electis, se remunerari opera misericordiæ, ab ipsis exercita potiùs quàm tot alias virtutes, quibus excellebant, Castitatis, Obedientiæ, Humilitatis, Mortificationis, atque ipsius mortis generosè toleratæ pro DEO. Ratio est, non quòd propter opera misericordiæ electi majora accepturi sint præmia, quàm ob alias eorum insignes prærogativas, sed quia ejusmodi opera præcipuè fuerunt, quibus se reddebant idoneos ad obtinendam gratiam vivendi castè, obedientes & humiles se exhibendi, mortificandi se ipsos, & ipsum datâ occasione subeundi martyrium. Et ideo horum die illo specialem Christus faciet mentionem, tanquam radicis, de qua postea pullularunt tot fructus. sicut è contrario impiis exprobrabit horum operum neglectum, quia hinc contigit negari ipsis gratiam illam efficacem, vi cujus fuissent servati à sceleribus deinde subsecutis, vel revocati. quippe sicut *Eleemosyna facit invenire misericordiam* (hoc est, facit obtinere gratiam illam efficacem, quam DEUS aliàs non teneretur impertiri) ita è contrario *fraudatio illius facit, ne inveniatur. Propter nequitiam avaritiæ ejus iratus sum, & percussi eum, & abiit vagus in via cordis sui.* Isa. 57. v. 17. Tu ergo quid agis, qui tantopere desideras misericordiam à DEO? ne putes, quia salus æterna misericordia vocatur ob gratiam, à qua dependet in prima sua origine, ideo non esse lucrifaciendam. Enimverò an non audis, quid dicat hîc Dominus? non dicit misericordes misericordiam accepturos, sed consecuturos: *Misericordiam consequentur.* signum igitur est, misericordiam plerumque non conferri ut donum, sed ut præmium, quamvis tantâ cum abundantiâ, ut nunquam rationem misericordiæ amittat. Et si conferrur ut præmium, quid est, quòd illam speres ut donum?

3. Considera, quare Christus hanc beatitudinem quinto loco posuerit. Ratio est, quia, postquâ per Beatitudinem præcedentem hominem promovit ad faciendum bonum non solùm in se, sed etiam in aliis per opera Justitiæ, quorum quisque specialem habet obligationem, transiit deinde ad eundem etiam ulteriùs promovendum, nempe ad faciendum quoque illud genus bonorum, ad quæ aliàs tam strictè non obligatur. & talia esse oportet opera, quæ hîc misericordiæ appellantur, opera, inquam, superabundantiæ, & supererogationis, ut vocant. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum.* Eccli. 31. v. 28. Hinc est, quòd, si pauperi cuidam in gravi necessitate constituto tantùm largiaris de superfluo tui statûs eum vestiendo, recipiendo, refriciendo, vel aliud quodpiam præstando bonum ejusmodi, si strictè loquamur, nullam in eum misericordiam exerces, quia suum illi præbes. Tunc misericordiam exerces, quando illi

non solùm statûs tui superfluum largiris, sed id quoque; quod tibi sufficere vix potest, & Divum imitatus Martinum pallium cum paupere partiris. Eodem modo quoad opera misericordiæ spiritualia, ne putes tunc te misericordiam erga proximum exercere, quando eum corrigis ex officio, quo fungeris, ut quòd sis ejus pater, herus, Parochus, Prælatus, hoc enim est Justitiæ: tunc exerces, quando ad ejusmodi correctionem nullo modo obligaris. Et sic neque tunc misericordiam exerces, quando doces eum, qui te solvit, consolaris, qui te sustentat, consilio juvas, qui tibi stipendium largitur. tunc exerces, quando nulla est obligatio, quæ te stringat, nisi solius charitatis. Vide ergo, quò eniti te oporteat, si velis accenseri felici illorum numero, quos Christus hoc quinto loco beatos vocat. ad faciendum scilicet amplius, quàm muneris tui ratio postulet, juxta illud, quod de se ajebat Apostolus: *Ego autem libentissimè superimpendar pro annimabus vestris.* 2. Cor. 12. v. 15. aliàs propriè loquendo eris equidem Justus (dum non omittis impendere te ipsum pro eo, ad quod obligaris) sed non es misericors. Talis eris, quando te impendes pro eo, ad quod obligaris, & superimpendes.

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Consilii, quia nemo eo meliùs utitur, quàm qui suo proximo misericordiam præstat. qui hoc agit, modico lucratur multum, quod est consilii maximè perspicacis & providi. unde Daniel juste peritissimo postulavit à Rege Nabuchodonosor, ut hoc gratum haberet: *Quam ob rem Rex consilium meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime.* Dan. 4. v. 24. Ita est, condonare injuriam, maximè si gravis illa fuerit, & cum sensu doloris, opus est misericordiæ, quod nonnihil difficile accidit naturæ nostræ corruptæ. porrò quid hoc est respectu summi lucri, quod ex condonatione accipitur. eo actu non solùm moves DEUM, ut etiam tibi condonet, sed obligas vi scilicet expressæ sponsionis, quam fecit: *Dimitte, & dimittemini.* quo posito, quam proportionem habent illæ offensæ, quas DEUS tibi remittit, si comparentur cum his, quas tu proximo condonas? istæ malum tibi afferebant temporale duntaxat, illæ malum creabant æternum. Quodsi modico lucratur multum, qui opus misericordiæ exercet tam arduum, quale est condonare injuriam; quid faciet, qui nonnulla verba impendit, ut doceat proximum, solatium vel consilium illi afferat, eundem corrigat, vel nummos aliquos, ut è gravi necessitate corporali, qui premitur, eum eruat. Iste profectò est, de quo Ecclesiasticus loquitur, cùm ait: *Est, qui multa redimat modico pretio.* cap. 20. v. 12. dat terram, & invenit cœlum. numquid sani est consilii tali studiosè attendere permutationi? En igitur qualem meritò deceat nominari, qui non se totum impendit, dum vivit, hisce operibus misericordiæ

diæ adeò acceptis DEO, tam corporalibus quàm spiritualibus. fœdum iacretur stulti nomen: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, & hæc, quæ parâsti cujus erunt?* Luc. 12. v. 20.

XII.

Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt. Matth. 5.

COnsidera nomine cordis humani, si sumatur in sensu non proprio sed metaphorico, qualis est præsentis loci, aliquando intelligi in Scripturis sacris Intellectum. *Obscuratum est insipiens cor eorum.* Rom. 1. vers. 21. aliquando Memoriam: *Conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Luc. 2. v. 19. aliquando Voluntatem: *Quàm bonus Israel DEUS his, qui recto sunt corde.* Ps. 72. v. 1. aliquando omnes istas facultates simul sumptas, prout earum usu præcipuè opus est meditanti. *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.* Eccl. 39. v. 6. Cùm igitur id fueris consecutus, ut simul mundæ sint omnes istæ Potentiæ tam spectabiles, intrabis felicissimum numerum eorum, quos hîc Christus ore suo beatos pronuntiat: *Beati mundo corde.* Sed quid est habere mundas istas potentias? quis hoc ignorat? mundum est illud triticum, cui adempta est palea, mundum pomum, cui detractus est cortex, mundus pannus, cui sordes ablutæ, mundum aurum, cui sublata est scoria. Itaque cùm ab omnibus hisce potentiis removeris, quidquid facit, ut in suo genere sint minùs puræ, sinceræque, tunc eas omnes habebis mundas. *Ab omni delicto munda cor meum.* Eccl. 38. v. 10. Intellectus mundandus est eum purgando à doctrinis falsis, curiositatibus perniciosis, consiliis præcipitatis, Judiciis perversis. Memoria est mundanda per oblivionem earum personarum, quas reliquisti in exitu de Ægypto, eorum commerciorum, commoditatum, rerumque omnium, quarum recordatio spiritum facilè divertit à DEO suo. Voluntas est mundanda non à culpis duntaxat etiam levibus, sed ab illarum amore, ab intentione perversa cuiquam placendi in ullo opere nisi soli DEO, ab affectibus carnis, à cupiditatibus corporis, ab ipsis motibus subreptitiis, qui facilè excitantur à sensu rebelli. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritûs, perficientes sanctificationem in timore DEI.* 2. Cor 7. v. 1. Qui hoc assequitur, dicere cum veritate potest, se esse mundo corde. Dices neminem in hac terra saltem perfectè id posse consequi. *Quis potest dicere: Mundum est cor meum?* Prov. 20. v. 9. Id equidem concesserim, sed nec in terra con-

sequi quisquam potest, ut DEUM perfectè amet ex toto corde suo. & tamen præceptum datur ex toto corde amandi, ut quisque prospiciens propositum sibi scopum, ad quem magnis passibus contendat, saltem quàm fieri potest proximè accedat. Idem in casu nostro accidit. Quid igitur videtur tibi? an putas fore, ut appropinques ad eam munditiem, cujus tibi Idea proposita est? quo propior eris, eò etiam eris beatior. sed DEUS avertat, ne sis de numero illorum, qui se mundos existimant, quando nec animum adjecerunt ad lavandum. *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.* Prov. 30. v. 12.

2. Considera, quomodo hæc mundities etiam ipsa sit signum Prædestinationis, & signum quidem proximũ: quia ista est habilitas ad DEUM videndum proxima. Quæ est proxima aptitudo speculi, ut totum illustretur à sole? est esse terssissimum ab omni maculâ. Ita res habet in homine. Quando is habet jam tersas facultates suas omnes, nihil supereſt, quàm ut DEUS in omnes effundat sui copiam splendoris. Porrò quis nescit ejusmodi visionem in terra de lege saltem ordinariâ obtineri non posse? *Non videbit me homo, & vivet.* Exod. 33. v. 20. Restat ergo eam totam servari cœlesti gaudio. atque hoc est, quod significare Christus voluit, cùm dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi DEVM videbunt.* si diceret: *contemplabuntur, considerabunt, intelligent.* verum diceret: sed diceret, quod speculis convenit etiam offuscatis, qualia semper sunt hoc super terram: cùm tamen loqui voluerit de eo, quod homo consequi solus in cœlo potest, ubi specula jam sunt omnino lucida splendidáque; & ideo dixit: *Videbunt.* Tu interim vide, an operæ pretium sit studere tali ornendæ munditiei, quæ te præ quovis alia reddat idoneum ad videndum Deum. at quomodo eam obtinebis? mundando cor tuum iis omnium modis, quibus soles mundare speculum, tergendo scilicet, perfricando, lavando. Absterſio fit crebrâ displicentia mali commissi, & eo dolore, ac proposito, qui comitari solent Examen perfectum. Perfricatio fit pœnalibus satisfactionis operibus, quæ in hunc finem suscipiuntur. Lavatrum denique fit accedendo sæpiùs ad mensam Salvatoris, qui sunt sanctissima rum Confessionis quàm Eucharistiæ Sacramenta. Verum est hæc ipsa media nullam habere vim, nisi dependeant à fide, qua ad illorum usum te inducit, & invitat dei potissimum in Scripturis sanctis habuitur purificatio cordis humani. fide *purificans corda eorum.* Act. 15. Ex hoc ipso infertur, ejusmodi mundities cordis certum esse signum Prædestinationis. quia sicuti meritum fidei credere firmiter, quod non videas, in merces, quæ respondet merito, est videre clarè, quod credidisti.

3. Considera, quare Christus hanc Beatitudinem sexto loco posuerit. Ratio est, quia cùm homo jam esset dispositus per Beatitudines præcedentes tam quoad se, quàm quoad proximum

ad se per tres jam explicatas, ad proximum per duas reliquas, æquum omnino erat, ut etiam disponeretur ad DEUM: atque ideo primò ponitur hæc mundities cordis tam necessaria omnibus, qui propiùs agere cum ipso volunt. *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Isa 52. v. 11. Adde, quòd, cùm in Beatitudine præmissâ, plurimum deprædicata sint opera Misericordiæ, facilè credere quisquam posset, ea sola sufficere ad salutem, prout aliqui volebant. Idcirco Christus sapienter advertit non satis esse habere cor tenerum, si fuerit impudicum, habere oportet etiam Mundum. An nescis, quot vivant more brutorum animalium, nec angi propterea, quia solent quotidie panes quosdam largiri pauperibus? *Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* ita prætendunt dixisse Christum ipsis Pharisæis tam sordidis. Luc. 11. Sed pessimè abutuntur tali sententiâ, quamvis enim demus non fuisse illum loquendi modum Ironicum prout volebant nonnulli, constat tamen Pharisæos summum studium posuisse in abluenda quotidie carne corporis omni genere balneorum, minimè subinde anxios, quòd conscientiam haberent inquinatam rapinis, fraudibus, imposituris, & damnis gravissimis, quæ faciebant Pauperibus. Unde dicebat Christus, ut lavacris externis, quæ illis minimè verabat, adjungerent interna per actus eleemosynæ etiam frequentes, qui illos à præteritis extorsionibus purgarent, & tunc planè mundos futuros. En igitur quid velit dicere, cùm ait: *Omnia munda sunt vobis.* vult dicere, non fore mundos omnino, si faciant more illorum, qui catinum summo labore foris lavant, intus non lavant. Ita est, Eleemosyna sine dubio plurimum valet ad delenda peccata, uti Angelus dicebat Tobiæ seniori: *Ipsa est, quæ purgat peccata.* c. 12. v. 9. Sed solùm delet per modum dispositionis. Quodsi ergo, quæ tua est infelicitas, collo tenus hæreas immersus vitijs carnis, fac sanè eleemosynam, plurimum illa proderit ad obtinendam à DEO gratiam emergendi è luto, in quo jaces. Aliud autem est facere eleemosynam, ad obtinendam gratiam jacendi in hoc luto ad finem usque, & tum salutem consequendi. Hoc non esset velle, ut eleemosyna deleat peccata, sed potiùs ut ea foveat. quis autem exposcere ejusmodi portentum potest?

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Intellectûs, quod consistit in excellenti quodam Lumine Divino, quod mentem elevat ad intelligendas bene Scripturas Divinas, eásque interpretandas in earum sensu genuino. *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas.* Luc. 24. v. 45. Convenit igitur hoc donum mundis corde duabus de causis, quæ mutuam sibi præstant operam. Convenit, quia munditie cordis conducit ad intelligendas Scripturas: & convenit, quia cognitio Scripturarum conducit ad

augendam munditiem cordis. Munditiem cordis conducere ad intelligendas Scripturas, indubitatum est, dum non solùm utilis, sed necessaria est. Ecquis erit sanæ mentis homo, qui velit pretiosum Balsamum infundere vasi sordido? vult omnino priùs purgari vas. ita facit Spiritus Sanctus. non vult infundere sensus Scripturarum vasi immundo. Quodsi tamen invenire sit aliquem, qui, quantumvis malè vivat, satis doctè interpretetur Scripturas, ne putes id universim accidere, vi doni infusi. accidit vi doni aquisiti ab hoc illóve interprete, quod sacra evolvendo volumina emendicavit. Ceterùm *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* & tum: *Beati, qui scrutantur testimonia ejus*; ajebat Psaltes ps. 118. v. 1. non dixit: *Beati, qui scrutantur testimonia ejus*, & dein: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege ejus.* Ita est, etiam intelligentia Scripturarum confert ad augendam cordis munditiem; dici quippe potest Scripturas Sacras esse instar Pactoli, qui undis suis non solùm purgat, sed ditat. & ubi flumina omnium scientiarum humanarum sæpe multum trahere solent putridi & sensi, qualia sunt vitia, quæ relinquunt æmulationis, superbiæ, ambitionis, temeritatis, ista non solùm non trahit, sed tollit, relinquendo, ubi inundat, auri copiam, quæ sufficiat ad quamcunque animam virtutibus ditandam. Ita cernis Sanctos, quò magis erant in Scripturis eruditi, eò fuisse majore sanctitate conspicuos. Nec mirum. *Consummatio abbreviata* (qualia sunt tot præcepta perfectionis comprehensa volumine tam parvo Scripturarum Divinarum) *consummatio abbreviata inundabit Iustitiam.* Is. 10. v. 22. non existimes proinde malè tempus illud collocatum, quod impendis cognoscendis hisce sententijs, quas propono, & considerandis; facere quippe possunt, ut Sanctitas non solùm in te derivetur, sed etiam inundet.

* * *

XIII.

Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur. Matth. 5.

1. CONsidera pacem jam olim fuisse à S. Augustino Divinè prorsus duabus vocibus definitam, cùm nominata ab illo fuit: *Tranquillitas ordinis.* Ordo, qualis reperitur in aliqua Republica bene quidem constitutâ, sed tumultuante ob crebras seditiones, quæ in illa commoventur, non sufficit ad pacem, quia ordini deest tranquillitas. Tranquillitas, qualis reperitur in aliqua Republica quietâ, sed dissonâ ob defectum ordinis regiminis, nec ipsa sufficit ad pacem formandam saltem stabilem, qui tran-

tranquillitati deest ordo. necesse est, ut verâ fruamur pace, ordinem simul esse & tranquillitatem. Hoc animadverso videbis, qui sint illi, de quibus propriè loquitur Dominus, dum hìc dicit: *Beati pacifici.* Isti certè non sunt impij, quia si in ipsis aliquando invenitur tranquillitas, prout in perditissimis accidit, non invenitur ordo, cùm illorum studia sint omnino dissona, & parti inferiori contingat imperare, superiori obedire. *Non est pax impijs, dicit Dominus.* Isa. 48. v. 22. Nec communes, & vulgares sunt Justi: quia, licèt in his inveniatur ordo, non invenitur tranquillitas, cùm ordo in momenta turbetur ob frequentem rebellionem cupiditatũ, quæ in ipsis adhuc audent tumultuari. *Expectavimus pacem, & ecce turbatio.* Jer. 14. v. 19. Sunt igitur Pacifici illi Justi magis eximij, qui, cùm mortificatos jam habent affectus animi, faciunt, ut omnes pareant Voluntati, tanquam dominæ suæ, & ut ipsa voluntas subjecta sit DEO, non solùm promptè & ad nutum illi obediendo, sed ejus ductui se penitus permittendo, quemadmodum se Filius Patri permittit amantissimo: ut adeò, quidquid illis accidat, semper videas eos sibi similes, semper lætos, semper placidos, semper contentos. næ isti veri sunt Pacifici: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Ps. 118. nam in his reverà invenitur *Tranquillitas ordinis.* ordo quidem, quia in ipsis perfectè ordinantur facultates: & tranquillitas, quia ejusmodi ordo non facilè turbatur: non quòd in Sanctis etiam maximis non accidat aliquando inter affectus turbatio: *quis est enim homo, qui non peccet?* Eccl. 7. v. 21. Sed quia turbatio levis est. nec ignoras, motu aliquo levi, quem in Republ. discolus nonnemo aut rebellis excitat, maximè si citò componatur, nullâ ratione tolli Tranquillitatem universalem, atque adeò nec pacem: uti longè minùs ea tollitur strepitu externo, quem diabolica excitat suggestio: quippe quis dicat periisse pacem reipub. quia in ea canes civitatis perstrepunt? Quid igitur tu quoque de te ipso dicis hoc loco? si veram pacem non habes, disce saltem, quid ad eam habendam requiratur: ordo bene temperato inter omnes animi facultates, sed stabilis, vi subjectionis perfectæ, quâ dependeas à sanctissima DEI voluntate. *Acquiescito igitur ei, & habeto pacem.* Job 2. v. 21.

2. Considera, pacem jam dictam signum esse prædestinationis præstantissimum, quia si omnes illi, qui eam possident, sunt filij DEI, manifestum est omnibus pariter obventurum hæreditatem, quæ demum aliud non est nisi vita æterna. *Si filij, & hæredes.* & tamen sic Christus ait: *Bati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur.* Isti ergo decorantur honestissimo titulo filiorum, quia omnino se gerunt ut filios. Etiam servi suis se heris submittunt, sed quia aliud non possunt. Submittunt sese ex metu, submittunt cum tristitia, submittunt saltem cum repugnantia. cùm è contrario

trario filij se Patri submittant ex reverentia, cum alacritate, & amore. id, quod solent hi Justi eximij, de quibus loquimur. Facilè patiuntur se gubernari à DEO, prout illi placet. & ideo sunt filij: *Qui Spiritu DEI aguntur, hi sunt filij DEI.* Rom. 8. v. 14. non, *qui Spiritui resistunt.* Nec mireris Christum non dicere: *Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur*; quia phrase Hebræâ sæpissimè idem est dicere. *vocabuntur*, ac dicere: *Erunt. Domus mea domus orationis vocabitur.* Isa. 56. v. 7. deinde vox ista *vocabuntur*, in præsenti casu majorem habet Emphasim, quàm si dicas, *erunt.* quid enim putas voluisse Christum inferre hoc modo loquendi? inferre voluit hos Justos jam dictos non solùm futuros DEI filios, uti sunt etiam vulgares Justi vi adoptionis Divinæ, sed clarè ut tales ab omnibus agnoscendos, sicut ab omnibus aurum esse cognoscitur, quod jam nitet. ita de Christo quoque dicitur: *Filius Altissimi vocabitur.* non quòd futurus non esset verus filius etiam naturalis, sed ita futurus, ut de eo dubitare nemo posset, nisi, cui per invidiam occæcari sint oculi velut noctuæ ad lucem solis: tanta erat futura ejus integritas, sapientia, prudentia, & dulcissima ad omnes affabilitas. Tu fortè Filius DEI es, quia Justus, an autem etiam talis est vita tua, ut, quisquis te considerat, aut cognoscit, illico causam habeat talem te judicandi? signum, quod dare possis, certissimum talem te esse, est plenissima tui traditio in manus Patris, quâ quidem subjectione nulla præstari possit perfectior: Sed quomodo ejusmodi traditionis signum dabis, qui tam facilè quavis occasione turbaris? Par flumini comparatur, quod semper sibi simile pleno alveo decurrit, non comparatur torrenti. *Utinam attendisses mandata mea: facta fuisset flumen pax tua.* Is. 48. v. 18.

3. Considera, quare Christus hanc beatitudinem septimo loco collocaverit, hoc est, post munditiem cordis. Causa est, quia, ut Justus rectè ordine disponeretur ad DEUM, quod sexta & septima Beatitudine quæritur, necesse erat hoc modo procedere: primò purgandus erat per munditiem cordis, quæ est ex genere superfectio solùm negativa, quamvis summa, & tum promovendus ad integram unionem talis cordis cum DEO, significatam Pacis nomine, quæ est perfectio etiam positiva. Munditia est propria dispositio ad videndum DEUM, Unio ad eundem amandum. & quia priùs est videre rarum Bonum, & deinde amare, ideo unioni præmittenda erat mundities, & non mundities unioni: id quod jam D. Jacobus ad suum propositum notavit, cùm scripsit: *Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica.* c. 3. v. 17. Ceterum hìc vides hominem constitutum in supremo perfectionis gradu, etiam Heroicæ, ad quam possit aspirare in hac vitâ. Quippe si perfectio consistit in amore DEI, indubitatum

est illum amare magis, qui ejus sanctissimæ voluntati in rebus omnibus se conformat animo magis intrepido & imperturbabili, adeóque magis in pace se conservat. *Justificati ergo ex fide*, ajebat Apostolus, *pacem habeamus ad DEUM.* Rom. 5. v. 1. Scio nec illam expositionem contemnendam, quâ per pacificos hic illi intelliguntur, qui conciliandis DEO peccatoribus rebellibus dant operam. Sed isti reverà non sunt pacifici duntaxat sed pacificatores, quod non conceditur omnibus. & tamen Christus, si insistere velimus Vulgatæ, solùm hìc dixit: *Beati Pacifici.* non quòd Pacificatores non etiam ipsi sint beati, imò Beatissimi, dum in terra eo propriè funguntur officio, cujus causâ in eam descendit Filius DEI Naturalis. sed quia, cùm in cunctis Beatitudinibus præmissis solùm eam reponere virtutem voluerit, quam consequi quisque potest, modò velit (prout eas percurrendo advertere te ipso potes) convenientius videbatur idem hic quoque fieri. Accedit, quòd in nullo loco Scripturæ hi, qui student paci componendæ, dicantur *Pacifici*, bene autem *Pacificantes: Homines divites in virtute &c. Pacificantes in domibus suis.* Eccl. 44. v. 6. Quodsi ergo tu vivas tibi soli in Cella tua reclusus, si sis ineptus, impeditus, inhabilis, quò minùs Pacificator existas, non ideo continget ab ista beatitudine te excludi, si tu quoque in malis tuis fueris Pacificus.

R. P. Pauli Segneri Manna Animæ.

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum sapientiæ, quippe cùm pax consistat, uti diximus, in tranquillitate boni ordinis, manifestum est sine hoc dono id obtineri non posse, sapientia enim est, ad quam pertinet in quovis genere constituere ordinem, & constitutum deinde conservare, atque componere denuò, & restaurare, si quando turbetur. ita vides in quacunque Republica sapientum esse invigilare ordini debito tam in militia, quàm in cunctis artibus etiam mechanicis, cùm in his judicare nequeat, nisi, qui fuerit sapiens, hoc est, qui cognoverit, quæ ad artem pertinent, per causam primam. *Ut sapiens architectus fundamentum posui.* 1. Cor. 3. v. 10. Nisi quòd sapientia, quæ est donum Spiritûs Sancti, sit sapientia illa altissima, quæ cognoscit primam causam, quæ est DEUS, & juxta eam dirigitur in omni negotio, quantumvis recto. Imò nec talis sapientia est, qualis à multis studio & sagacitate aquiritur. Est sapientia infusa nobis ab eodem Spiritu, qui facit identidem practicè cognoscere, quod pro ratione temporis & loci magis DEO placet, ut ad operandum nos moveat. hujus igitur amore incendi te oportet, & eam semper flagrantissimè postulare à DEO, quippe quâ non potitur, qui plùs habet doctrinæ, eruditionis, & eloquentiæ, sed qui majorem à DEO accipit gratiam orandi. *Invocavi, & venit in me Spiritus Sapientiæ.* Sap. 7. v. 7.

unde simplicissima vetula possidere eam potest præ quovis docto, qui sublimia de Cathedris edat oracula. Et ideo studiosè semper pete à DEO, ut te illuminet, ut tibi assistat, ut te in rebus tuis omnibus doceat, & videbis, quantâ semper sapientiâ servatus sis bonum ordinem Status tui intra ita ut in rebus omnibus semper subjectus sit DEO, prout requiritur, & in ipso altâ fruatur pace.

XIV.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum.

1. COnsidera, si aurum omne, quod cernitur in aulis Magnatum, in vestibus, in supellectile, igne vehementissimo liquatum examinaretur, appareret pars maxima, quæ putabatur ab omnibus aurum purissimum, tale non esse, sed adulterinum. Idem in virtutibus accidit. ô quot in Mundo sunt adulterinæ etiam in his, qui inter personas DEO sacratas Magni seu præcipui nominantur. Nihilominus, quia hactenus nullâ sunt graviore persecutione tentatæ, quâ probentur, adhuc pro sinceris habentur. Itaque ne mireris, quòd Christus septem Beatitudinibus præteritis, quibus videbatur absolvisse perfectionẽ totius hominis tam quo ad se ipsum, quàm quoad proximum, & ad Deum, hanc quoque adjunxerit: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam.* Voluit ille, ut si fortè tibi videaris jam esse verè Pauper Spiritu, verè Mansuetus, Contritus, Misericors, Mundus, Pacificus, non illico fidas tibi ipsi, sed tempus expectes, quo liberè professurus quamcunque [illegible] virtutem, acerbam aliquam [illegible] persecutionem. Enimverò [illegible] stantia tua prodet, an virtutis [illegible] rint sinceræ, an adulterinæ. [illegible] non tam nova beatitudo haec est, quàm ceterarum probatio, velut ultima perfectio. Quippe summa perfectio non est facere omne bonum, quod in octis Beatitudinibus continetur; [illegible] cere omne bonum, & inde [illegible] sibi malum. hoc est vasculum illud igneum, in quo velut aurum omne virtus probatur. *Si bene facientes patienter sustinetis, hoc est gratum apud DEUM.* 1. Pet. 2. & ideo para [illegible] quoque omnium beatitudinem [illegible] summam: *Persecutionem pati propter Justitiam*, rideri, insultari, calumniis & insidijs impeti, ad mortem usq; quare? quia gerere te cupis ut Christianum fidelem Christo. Nisi cupis veritatem adeò mirandam. [illegible] potiùs beatum te reputas, cum, quidquid agis boni, bene tibi cedit. [illegible] Christus vult oppositum. Vult, [illegible] tur-

tunc beatum te reputes, quando, quid-quid agis boni, tibi redundat in malum, & malum quidem graviſſimum: hoc enim propriè ſignificat hoc nomen, quod audis, Perſecutionis. Significat infeſtationem quandam terribilem, quæ nitatur tibi tollere quietem, tollere facultates, honorem, vitam, nec ſtatim ceſſet, ſed te ſequatur indefeſsè. non cenſetur aurum illud probatum, quod vix immiſſum igni mox iterum extrahitur. illud probatum eſt, quod quò in eo durat diutiùs, eò ſplendidiùs evadit. & talis eſt vera virtus. *Igne me examinâſti, & non eſt inventa in me iniquitas.* Pſ. 16. v. 3.

2. Conſidera hìc non eſſe quærendum, an iſta Beatitudo ſit ſignum prædeſtinationis expreſſum, quia ſicut illa ponit in ſe omnia merita beatitudinum præcedentium, ita etiam præmia. Scio inventum aliquando, qui ab ipſo ſtatu Idololatriæ repentè tranſiverit ad ſtatum Martyrij, hoc eſt, ad vincendam maximam perſecutionum, quæ inveniri in mundo poſſint. Sed hoc eſt miraculum Gratiæ, quale eſt Naturæ, de Pygmæo fieri Gigantem. ceterum ad tolerandam patienter gravem aliquam perſecutionem, opus eſt ut plurimum longo exercitio illarum omnium virtutum, quas Chriſtus iſto ſuo tam memorabili ſeptenario concluſit, quod eſt quoddam quaſi compendium ſanctitatis. Dixi ad tolerandam patienter: hoc enim ſignificat vox illa *Patiuntur.* non habet ſignificationē ſolùm paſſivam, ut in illo loco: *Multa paſſa ſum hodie per viſum propter eum.* Matt. 17. v. 19. Sed habet paſſivam ſimul & activam, ut in illo altero. *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa?* Gal. 3. v. 4. quia ſignificat pati quoddam non coactum, ſed voluntarium, quale eſt martyrum Chriſtianorum. & huic generi patiendi promittitur Regnum Cœlorum vocibus adeò expreſſis, ſicut promiſſum jam fuit Paupertati in prima Beatitudine, ut æqua ſervetur inter meritum & remunerationem proportio. Regnum quippe ex conceptu ſuo duo infert maximè æſtimanda, divitias & dominatum. in quantum infert divitias, promittitur Pauperibus. in quantum infert dominatum, promittitur perſecutionem patientibus. niſi malis dicere cum S. Bernardo & alijs, Chriſti pauperes eodem cum martyribus gradu cenſeri: & ideo de utriſque pari modo dici: *Ipſorum eſt Regnum Cœlorum.* nec mireris non dici *Erit*, ſed *Eſt.* hìc enim non eſt ſermo de fructibus, quos affert gloria Paradiſi, ut in Beatitudinibus ceteris antecedentibus. Sermo ſolùm eſt de jure, quod ad illam habetur. iſtud verò non eſt futurum, uti ſunt illi fructus, ſed jam præſens. Qui pro Chriſto eſt pauper, qui pro Chriſto perſecutionem patitur, habetur in Cœlo inſtar illius, qui jam factus eſt Regni Dominus, ſed ejus poſſeſſionem nondum adiit. & tamen adeò horres ad hunc redigi ſtatum?

3. Conſidera huic Beatitudini non dici reſpondere donum aliquod Particulare, quia illi omnia reſpondent.

Respondet Timor DEI, quia ista prima est armatura contra quamcunque persecutionem, quæ superveniat, timor scilicet offendendi DEUM, si vincaris. Respondet Pietas, quia ista Timori addit reverentiam, addit respectum, addit amorem filialem. Respondet Scientia, quia ista ostendit summum bonum, si in persecutione firmus consistas, summum malum, si cedas. Respondet Fortitudo, quia ista tribuit animum illam etiam contemnendi. Respondet Consilium, quia istud media suggerit aptiora ad referendam victoriam. Respondet Intellectus, quia iste te illuminat, ut scias opportunè recurrere ad DEUM ad ejus implorandum auxilium. Respondet denique Sapientia, quia ista facit in hoc genere certaminis eâ dexteritate pugnare, quæ sit propria non incipientis, qui vix arma possit tractare, sed ductoris probè exercitati. Dalila, cùm cuperet Samsonem, quem acriter persequebantur Philistæi, illorum incumbere viribus, septem illi crines resecuit, qui erant symbolum, ut docent Patres, septem donorum Spiritûs Sancti, quæ modò memoravimus. Itaque si abjectè succumbas omni persecutioni, quæ tibi moveatur in servitio Divino, cave, ne hoc ideo contingat, quia dæmon idem in te fecit. Ut hinc continuò Dominum precari, ut dignũ te reddat possessione ejusmodi donorum eo gradu, qui requiritur ad obtinendam hanc Beatitudinem tam excelsam, quæ est corona omnium. *Hoc pro certo habeat omnis, qui te audivit, quòd vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur.* Tob. 3. v. 21.

XV.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit: in valle lacrymarum, in loco, quem posuit. Ps. 83. v. 6.

1. COnsidera, si viribus propriis obtinendæ tibi forent virtutes illæ, quæ constituunt tot beatitudines nuperrimè expensas, magnam te habiturum consternationis causam, quia nihil ex te ipso potes. Sed spes tua in DEO fundanda est. quo posito quid times? *Beatus vir, cujus est auxilium abs te*, audis, quid illi dicat Psalmista? quia quisquis DEUM habet adjutorem, confidere potest se evecturum ad quamcunque celsitudinem perfectionis etiam altissimæ, quia est, quæ hisce Beatitudinibus continetur. Verum est, non prohiberi Dominum, quò minùs ultra hunc auxilium etiam procures opem petas cujusdam ductoris, qui te dirigat in via

via tam grandi. & ideo non dicit Psalmes: *Beatus vir, cujus auxilium tu es*, ne existimes ab ipso semper accipiendum auxilium nullo interveniente medio. dicit: *Beatus vir, cujus est auxilium abste*, ut intelligas, DEUM sæpe velle præstare tibi per alios auxilium. sed in hoc ipso beatus es: quia DEUS demum semper is est, à quo venit auxilium, etsi non semper sine medio veniat. imò plerumque volet DEUS tibi auxiliari per alios, ita exigente suavi dispositione Providentiæ suæ. Unde sapiens ille Tobias Senior, cùm audivit à filio, se nescire viam, quæ ducit in Rages, non respondit: eas sanè: DEUS te amat: huic curæ erit, ut illam invenias. sed dixit: quære aliquem, qui te doceat: *Inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, salva mercede suâ.* Job. 5. v. 4. atque hoc est documentum maximi momenti. ne præfidens tibi ingrediaris viam tam grandem, qualis illa est vitæ spiritualis, quasi DEUS ipse per se agere ductorem debeat: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te*, non: *Beatus vir, cujus auxilium tu es*: quia istud exigere non oportet. DEUM roga, ut, quemadmodum olim misit Angelum, qui duceret juniorem Tobiam, ita & tibi mittat, si non Angelum, saltem hominem maximè Angelicum, qui occurrat in via.

2. Considera, posito auxilio tam præstanti, quale est, quod dicto modo tibi à DEO præstatur, te fortè creditum, illico attingi posse magnam illam perfectionem, quam desideras, sed erras toto cœlo. attinges equidem, at nonnisi pedetentim. unde vides etiam de justo, cujus est à DEO auxilium, non dici: *Volatus in corde suo disposuit*, sed *ascensiones*. quia volare paucis conceditur. atque hæc est causa præcipua, cur tam pauci etiam evadant Sancti. quia plerique cuperent cum D. Paulo quàm primùm esse in tertio cœlo. & hoc non vult Dominus, vult nos ascendere, non volare quò majorem det materiam meriti per vim, quam facimus nobis ipsis, dum paulatim nos vincimus, uti fit in ascensu montis ardui. *Venite, & ascendamus ad montem Domini.* Isa. 2. v. 3. Quid meriti habuisset Elias Propheta, si bonus ille Angelus, qui eum incitavit ad eundum usq; in apicem montis Oreb, alas illi commodasset, ut ita loquar, quibus repentè eò evolaret? ejus meritum extitit in constantia, quam exercuit dies noctesque continuò incedendo per viam adeò calamitosam, desertam, longam, qualis erat illa ascendentis in montem. Ne putes ergo Patrem tuum spiritualem, licèt Angelus fuerit, quasi alas additurum humeris, quibus sine labore ad sanctitatem contendas. satis tibi sit, quòd tale tibi det robur, quale Angelus Eliæ dedit, vi cujus eò possis eluctari, dum velis, modo humano, hoc est, per gradus. & istæ sunt ascensiones, quas audis: *Ascensiones in corde suo disposuit.* ascensiones sunt, non volatus, imò nec saltus.

3. Considera per ascensiones istas, quas Justus in corde suo disposuit, cum quibusdam sapienter intelligi posse Beatitudines nuper explicatas,

cùm illæ reverâ sint ascensiones, & ascensiones dispositæ, dum una mirificè disponit ad aliam. Paupertas spiritûs, quæ consistit in insigni contemptu bonorum externorum, quæ te remorantur à cursu promptiore ad perfectionem, te disponit ad contemptum quoque tui, & ad mortificationem cupiditatum, earum præcipuè, quæ magis in te fervent, & ferociunt, & sic facit, ut à Paupertate ascendas ad Mansuetudinem. Mortificatio cupiditatum te disponitut majore animi tranquillitate possis, colligere te ipsum ad cogitanda tot mala, quæ patrâsti, eáque amaris lacrymis deplorare, & sic facit, ut à Mansuetudine ascendas ad illam cordis compunctionem, quam Christus Luctum appellat. Luctus de tot malis patratis te disponit, ut ea velis compensare totidem bonis operibus, & sic facit, ut à Luctu ascẽdas ad ardentẽ famem Justitiæ. Voluntas operandi bene valde disponit, ut velis etiam amplius præstare, quàm strictâ obligatione tenearis, & sic facit, ut ab ardenti famè Justitiæ ascendas ad exercenda etiam opera meræ misericordiæ, hoc est, superaddita debitis, & gratuita. Facere plus boni, quàm debeas, te disponit ad accipiendum etiam plus gratiæ, quàm aliàs daret DEUS, ad animam à quacunque macula mundandam: & sic facit, ut ab operibus Misericordiæ ascendas ad illam maximam cordis munditiem, ad quam sub mortalis corporis exuviis possit perveniri. Mundare animam, quàm fieri potest maximè, ab omni macula, quò propiùs jungaris DEO, te disponit, ut à mundiñe cordis ascendas ad illam eximiam pacem, in qua conquiescit, quisquis demum consecutus est apicem perfectionis. Quod si ergo ascensiones istæ tam apertam dispositæ, ut cernis, nonne foret temeritatis extremæ velle à prima statim avolare ad supremam? oportet enim gradus.

4. Considera, quomodo ascensio ejusmodi usque ad fastigium [illegible] altissimi, qualis est perfectio Christiana, sine dubio plurimum afferat laboris. sed non ideo desponde animum: quia labori cum proportione gradum respondebit, unde fit, ut, sicut in beatitudinibus gradus sunt meritorum, ita sint etiam præmiorum, quæ proinde pulcherrimo ordine proponuntur à Christo, ita ut horum quodlibet non tantùm contineat bona antecedentis, sed etiam transcendat. sic vides magnam sanè esse remunerationem primo loco promissam à Christo, dum ait tuum esse Regnum cœlorum. sed hoc nõ sufficit, nam opponere forte possis multis etiam in terra Regnum convenire, quo tamen minimè fruuntur, eò quòd desit ejus firma & secura possessio. Ideo secundo loco addit te fore possessorẽ Regni sui cœlestis, nec fore possessorem quasi Regni alicujus in unda instabili fundati, quale est magna cujusdam Pyratæ, sed Regni in terra firmâ consistentis. & quia multi [illegible], qui etiam Regnum in terra [illegible] obtinent, sed citra consolationem ob fastidia plurima, quæ accipiunt; [illegible] Christus, & tertio loco adjungit, [illegible]

regno tuo non defutura solatia. Et quia multi in regno suo solatiis affluunt non tamen undequaque plenis, quòd plurima ipsis desint, quæ adhuc cuperent, rursum Christus superaddit quarto loco, tibi in regno tuo non solum consolationem sed & satietatem adfuturam. Et quia multi sunt, quibus in regno suo contingat fortè satietas, sed solùm pro ratione capacitatis admodum limitatæ, prosequitur Christus, & quinto loco memorat in Regno tuo, ut nihil porrò desideres, dandum tibi bonum longè etiam majus, quàm intra terminos tui meriti, optare possis ipse, usurpatâ in hunc finem non Justitiâ tantùm, sed & Misericordiâ. Et quia multi sunt, qui in Regno suo bonum habent majus merito, sed non ideo habent summum bonum, quale est videre DEUM, sexto loco promittit Christus, in Regno tuo DEUM clarè videndum. & quia fortè occurrere adhuc possit, DEUM videre non esse tantum, quantum est illius assequi similitudinem perfectam, ulterius procedit Christus, & septimo loco ait te in Regno tuo fore tam similem DEO, quàm filius similis esse possit Patri, quę est similitudo perfectissima, quæ quidem possit obtineri. nonne Christus etiam in præmiis ascensiones suas aptè disposuit? Itaque ne graveris tu quoq; eadem disponere in meritis.

5. Considera te sæpe quidem proponere ascensiones istas meritorum in corde tuo, sed non disponere, quia intra te bene designas media, quibus per eas promptiùs ascendere liceat. unde audis dicentem Psalmistam: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.* non ait: *Proposuit*, sed *Disposuit*. an putas velle Dominum operari in re sine te? vehementer erras. si hoc ageret, jam non daret auxilium, sed totum præstaret. Dum igitur de Justo Psaltes dicit: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te*, ostendit vim magnam gratiæ, quæ eum roborat. cùm dicit: *Ascensiones in corde suo disposuit*, ostendit necessitatem, quam nihilominus habet, ex parte sua operam jungendi. fac igitur tu quoq; quod tuum est. Incipe peculiari quodam studio in his Beatitudinibus exercere te ipsum ordine, quem hîc vides præscriptum à Christo. earum sensus meditare, æstima, mirare, & circa easte ipsum examina, & cùm tibi videberis in una aliquantum profeciisse, transi ad alteram: ita implebis debitum, quod te stringit ad disponendas ascensiones tuas.

6. Considera in hoc præstando duo documenta maximè necessaria semper esse memori animo recolenda. primum est, ascensiones istas fieri *in valle lacrymarum*, ubi proinde nullam Beatitudinem possis consequi in gradu perfecto, spectatis scilicet innumeris miseriis, distractionibus, perturbationibus, tentationibus, quæ nos undique obsident. ideo noli despondere animum, si videaris nondum attigisse perfectionem. perge tantummodo semper tendere sursum de valle in montem, & pertinges, quantum sufficit. malum tuum est, quòd jam progressus ad medium

dium montis retrocedas, & ex abjectione animi te in imam vallem præcipites. Alterum est, has ascensiones faciendas cuilibet *in loco, quem posuit*, hoc est, *in loco, quem posuit illi DEVS*, ut Augustinus exponit, in statu, inquam, suo, ne igitur facias more quorundam, qui cùm nesciant in perfectione gradũ facere, semper statum incusant, in quo DEUS illos posuit: & idcirco semper instabiles, semper inquieti, semper vagi cuperent ab uno officio ad aliud, à domo in domum, à monasterio in monasterium transire. sed ô quàm hic crassus est error! in quocunque statu magnos invenire est Sanctos. qualis si tu non fueris, non statum, sed te ipsum incusa. non hoc ajo, si in ætate verseris, quâ possis facere bonam [illegible]ctionem statûs, ne facias, quàm [illegible] potest, juxta dotes tuas, optimam. [illegible] dico, si jam elegisti aliquando, [illegible] firmus consistas; quia ut ut verum [illegible] duo esse, quibus provehi ad perfectionem debeas, gratiam DEI, & operam, quam tu gratiæ accommodas, [illegible] antè dicebam, nihilominus nos est in opera tua quidquam reponendam [illegible]duciæ, sed in sola gratia, quam [illegible] DEUS concesserit. Quo posito, quid porrò vagaris? *Confide in Domino, & mane in loco tuo.* Eccl. 11. v. 22. quia

DEO tam facile est gratiam [illegible] uno loco quàm in alio largiri.

XVI.

Et erit in tempore illo. scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis non faciet bene Dominus, & non faciet malè. Soph. 1. v. 12.

1. COnsidera per Jerusalem hîc intelligi quamcunque animam Christianam, electam equidem pro habitatione à Christo, sed parùm beneficii memorem. Unde eam admonet, ne fidat, quia *in tempore illo*, hoc est, illo die, quem exigendis mali commissi rationibus præfixit, magno studio eam esset lustraturus: *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* Nôsti mulierem illam Evangelicam, cùm solicito studio quæsitura esset drachmam amissam, accendisse lucernam. Tale studium, curámque solicitam, vult Dominus te arguere etiam in ipso, ex hac sua formula loquendi, quâ dicit se usurum lucernis, ac omnia tua opera scrutetur. nisi malo dicere lucernam in rebus inquirendis duplici potissimum fine adhiberi. sive ut videantur, quando tectæ sunt tenebris, sive ut discernantur, cùm potentis sunt minutæ, quàm conspicuæ, ad utrumque Dominus allusit hoc loco. Tu in malo gravi tibi securitatem promittis, quia, quando est internum, abditur in profundo cordis, & quando est ex-

ternum, etiam sepelitur tenebris vel occultationis, vel oblivionis. & in levi securitatem promittis, quia putas fore, ut effugiat oculos aliorum. sed quæ ista securitas, cùm dicat Dominus se habere lucernas, ad quidlibet detegendum? *Scrutabor Jerusalem in lucernis*, vis, ut Dominus non utatur lucernis tam severis? tu priùs his utere, cùm scriptum sit: *si nosmet ipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.* 1. Cor. 11. v. 31.

2. Considera unam sufficere lucernam, ut etiam spissâ nocte inveniri res aliqua possit. & tamen non dicit Dominus: *Scrutabor Jerusalem in lucernâ*, sed *in lucernis*, ut intelligas eum non unam solam in promptu habere lucernam, ut te scrutetur, sed multas, adeò in te judicando omnia vult prodire in lucem. Prima Lucerna, eáque maxima, est increata, hoc est, Divina ejus sapientia, quæ cernit omnia, scit omnia, distinguit omnia. *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus.* Hebr. 4. v. 12. & hæc quoque est maximè formidabilis inter omnes, quarum est usus. aliæ lucernæ duæ sunt creatæ, & harum una erunt Angeli tam boni quàm mali, qui cùm sint corporis expertes, ubique discurrunt, & præ quavis face nos undique detegunt. *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Heb. 1. v. 7. Et istos illo die Dominus producet tanquam testes eorum, quæ egisti. altera erit lumen rationis tam illustre, ut in te splendeat juxta illud: *Signatum est super nos lumen vultûs tui Domine.* Ps. 4. & in hoc lumine, quòd nunc reprimere satagis, quantum potes, illâ die manifestè videbis sordidas tuas fœditates. *Lucerna Domini spiraculum hominis, qua investigat omnia secreta ventris*, id est, *memoriæ*, in qua condentur omniû imagines præteritorum, cogitationum, verborum, operum. Tertia lucerna lex est ab ipso DEO ore proprio pronuntiata, & cujus toties audisti refricari memoriâ nunc à sacris Oratoribus, nunc à Patrib⁹, vel libris spiritû juvantibus, & tamē contēpsisti. *Mandatū lucerna est, & Lex lux.* Prov. 6. v. 23. & ista quoque ad vivum defectus omnes tibi commonstrabit. Quarta lucerna sol erit, qui interdiu tot videt à te patrari mala, & erunt stellæ, quæ idē noctu conspexerunt, imò erunt in terra aër, aqua, plantæ, verbo res omnes creatæ, quæ uti tibi servierunt ad peccandum, ita die illo servient DEO ad peccata tibi manifestanda. *Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra consurget adversus eum.* Job. 20. v. 17. Quinta denique lucerna erunt exempla Christi, & innumerabilium Sanctorum, illi adeò fidelium, in quorum conspectu illo die apparebis tantò minus habens. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Eccl. 48. v. 1. Tot igitur & talibus circumdatus lucernis, quid, quæso, facies? an vel unum errorum tuorum tegere licebit? quò te vertes? quò vades? ubi te abscondes? O quàm aptè nunc alium te fingis, quàm reverâ sis, tunc autem non amplius poteris. Tunc omnes, qui instar tui omnem habebam in cute speciem,

peribunt. *Disperierunt omnes involuti argento.* Soph.1.v.11.

3. Considera, si tot & tales Dominus proferre velit lucernas ad scrutandum omnes etiam intimos defectus alicujus Jerusalem, hoc est, Animæ vel studio, vel professione sanctæ, videri eas pariter proferendas ad scrutandum defectus cujusvis animæ sceleratæ. & tamen quoad istas mutat Dominus loquendi modum, & solùm dicit, se eas visitaturum. *Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis.* ne miteris, quia quoad animas istas infelices simplex abunde sufficit obtutus, adeò illarum manifesta sunt mala. Itaque priùs notandum est, quinam sint, quos hìc Dominus appellat *defixos in fæcibus suis*, vel ut in Hebræo legitur, *coagulatos, congelatos.* Peccatores sunt obstinati, hoc est, illi, qui in fæculentis hujus mũdi bonis, in voluptatibus, lucris, honoribus pacem inveniunt. hi sunt, qui in illis magis defiguntur. nam illi peccatores, qui in his crebras habent molestias vel ob ægritudines, in quas incidunt, vel ob calumnias, & contradictiones, quas sustinent, non ita defiguntur. sed nunc cadunt, nunc denuò resurgunt, vini instar, supra fæces suas frequenti commotione agitati. Illi figuntur, qui in iis plus habent prosperitatis, uti pariter vino accidit, quod in suis quiescere fæcibus permittitur. Isti igitur peccatores sunt, die illo extremo peculiari quodam modo à Domino visitandi, id est, vexandi, conculcandi, confundendi, & habendi malè pro meritis. *Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis.* Visitatione Domini, cùm vox ista sinistro sensu accipitur in Scripturis, aliud nonnisi quàm calamitates immissæ. *Ecce Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum.* Isa.16. nisi quòd visitationes peccatoribus factæ in præsenti vita sint quasi Medici ad eos sanandos. *Visitatio tua custodivit spiritum meum.* Job.10.v.12. quæ fient in altera, sunt velut Judicis ad eos puniendos. *In die judicii visitabit illos: dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, ignem* foris, *vermes* intus, *ut urantur, & sentiant, ut urantur* per pœnam sensûs, *sentiant* per pœnam damni, *usque in sempiternum.* Judith.16.v.20. & quia isti, qui extra impietate sua fortunati, à DEO visitati non sunt ut infirmi, demum eos visitari continget ut reos. O quàm rogandus idcirco est DEUS, ut in peccato numquàm te visitet, quia si id faceret, actutum, quid de te fiet? *Quid facies in die visitationis de longè veniente?* Isa. 10.v.3.

4. Considera paucos admodum futuros in terra peccatores, qui diu hærent in suis fæcibus defixi, nisi excurrent visitationis hujus merum *de longè venientis.* unde cùm dixisset Dominus: *Visitabo super viros defixos in fæcibus suis*, illico subjungit: *qui dicunt in cordibus suis: non faciet bene Dominus, & non faciet malè.* an fortè ejusmodi non etiam reperire est inter Christianos? à quanto numero! quanto numero! hi sunt Athei, qui cùm inter nos versari non possint nisi dissimulatâ personâ, alienam,

dicunt, sed duntaxat *in cordibus suis: non est DEUS.* Ps. 131. aut si sit, ajunt ipsum habere aliud, quod agat, quàm ut tam pensiculatè rebus nostris attendat: *Nostra non considerat.* Job. 22. v. 4. Imò quot sunt inter nos, qui id ore dicunt dimidio, dum saltem familiaribus produnt? Loquentes audi illos, quos nôsti, sagaciores aulicos, illos versutiores politicos, & vide, an vel leviprobent indicio, quòd credant DEUM pro bono ipsis facturum bene, pro malo malè. prorsus oppositum. nam illud si crederent, haud sanè darent aliis maligna illa consilia, quibus promoveant gradum, aut toties ea ipsi usurparent, ut per dolos, & proditiones ad prima eluctentur subsellia. sed quia nihil horum credunt, perinde agunt, ac si alius non esset DEUS, quàm ipsorum arbitrium. Itaque roga Dominum, ut peccanti tibi statim ostendat se adesse, proferendo virgam. *Corripe me Domine, veruntamen in judicio, & non in furore tuo.* Jer. 10. v. 24. quia nihil est, quod tantopere commendet fidem visitationis extremo die futuræ de peccatis nostris, quàm si eas videamus, quæ fiunt in præsens, licet minores. cùm è contrario nihil ita juvet Atheismum, quàm videre impium simul & felicem.

XVII.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. 2. Cor. 12. v. 9.

1. COnsidera, quantæ fuerint ærumnæ, quibus afficiebatur Apostolus triginta sex annis vitæ, quos Christi gloriæ impendit. Carceres, virgæ, lapidationes, accusationes, insidiæ, opprobria, exilia. & tamen non scitur aliquando instanter à DEO petiisse ullo horum malorum liberari. solùm petiit liberari à stimulo carnis: *Ter Dominum rogavi, ut discederet à me.* Ter id est, sæpissimè more loquendi usitato scripturæ. nec ideo quòd tentationi succumberet, quia favore Divino ita castigabat corpus suum, ut servituti subjiceret: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* 1. Cor. 9. v. 27. unde spiritus, qui illi datus erat tentator, plus non potuit, quàm infligere colaphos, hoc est, plus inferre probri, quàm noxæ: *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* & tamen, cùm Apostolus audivit à Christo, melius ipsi fore, si perinde ut alii subjectus esset infirmitatibus, quas secum affert concupiscentia rebellis ob peccatum, quod in Adamo contraximus: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur*, adeò mutavit sensum, ut dicere sit ausus, se in hisce infirmitatibus etiam gloriam suam constituere: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me vir-*

virtus Christi. Hic est genuinus loci hujus sensus, maximéque litteralis. tu verò hinc disces, tuam gloriam non in eo consistere, quòd habeas aliquid supra vulgus hominum, ut ejusmodi eximaris tentationibus etiam impuris, etiam probrosis, sed ut commodum inde feras, quod per eas DEUS animæ tuæ destinavit: *Quia acceptus eras DEO, necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Tob. 12. v. 13.

2. Considera, quæ sit illa virtus Christi, quam ejusmodi infirmitatibus magis in se stabiliri vidit Apostolus. Fuit certè virtus propria Christi, Humilitas quoad propriam personam, Mansuetudo quoad alios. Istud imprimis fuit, quod Christus docere genus humanum voluit rudissimum in eo genere doctrinæ: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et ideo hæc quoque dici potest fuisse virtus Christi, hoc est, virtus, quam Christus maximè prædicavit & exercuit. Jam verò stimulus, qui Carnis appellatur hoc loco, plurimum valebat, ut de se modestè sentiret Apostolus: quippe cùm aliàs tot haberet occasiones vanè efferendi se ipsum ob continuos favores, quos in ipsum cœlum depluebat, hic stimulus illi serviebat instar servuli, qui apud Romanos currum triumphantis antecedens victoribus inter acclamationes, & applausus identidem suggerebat, meminissent se quoque mortales esse vili glebâ compositos. *Memento te esse hominem.* atque ista Humilitas, quam in se servabat Apostolus, quid effecit? ut erga alios semper esset mansuetus, & ut eorum miseratus defectus illos excusaret, illos sustineret, & [illegible] Medici tractaret, medici, inquam, [illegible] obnoxii infirmitatibus. O si tu quoque ex infirmitatibus tuis refertes commodum, quod diximus, Humilitatis & Mansuetudinis! tunc enim verò tu quoque posses iis gloriari cũ Apostolo. hoc est, habere in pretio, quo haberi solent dotes, aut dona, quibus solent gloriari homines. *Si gloriari oportet, quæ infirmitates meæ sunt, gloriabor.* 2. Cor. 11. v. 30. Infirmitates tuæ sunt tandem fenestræ, quæ in cubile tuum intromittunt solem, hoc est, lumen, quod lucem simul afferat & calorem. lucem pro vili æstimatione tui, quâ præ aliis maximè indiges, & calorem pro charitate proximi, qui & ipse maximè tibi deest. quomodo ergo posito tanto bono, quod afferunt, eas aversaberis? an non vides, clausis fenestris adeò solitarius te versaturum in tenebris, & facile creditur te longè diversum esse ab eo, qui es? Monitorem patere. *Infirmitas gravis sobriam facit animam.* Eccli. 31. v. 2.

3. Considera videri posse, etsi tibi quoque monitore sit opus, qui vilitatis tuæ te admoneat, non tamen opus esse monitore adeò intestino, intimoque, qualis est stimulus carnis, qui ferè continuò tam molestè ejus admoneat. Datus iste fuit Apostolo ob ejus revelationes eximias: *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Tu non habes ejusmodi causas superbiendi; & ideo videris tibi sen-

sentire stimulum etiam duriorem, quia hujus est generis. Sed meminerîs non idem semper esse non superbire, & non habere occasionem superbiendi. fortè non habes ansam superbiendi, quod facilè concedo, sed cave, ne superbias tamen. quo posito si sæpe superbias etiam stultè, etsi desit occasio, quid faceres, si non deesset? *Qui gloriatur in paupertate, quantò magis in substantia?* Eccl. 20. v. 34. Ob quatuor stillas lacrymarum, quas Dominus tibi in oratione ordinariâ largitur, ob aliquam devotionis dulcedinem, ob donum desideriorum, jàm ad tertium cœlum raptus cum Apostolo tibi videris. Hinc igitur collige, te potiùs quàm illum indigere aliquo, qui molestè conditionis tuæ vilitatem tibi exprobret, ne instar Apostoli triumphes, & tamen quoties incedis tui æstimatione inflatus, quasi continuò triumphares? deinde unde est, quòd tam exiguam charitatem erga proximum demonstres, nisi à vana æstimatione tui? Ista te reddit in correctione tam austerum, in censura tam acerbum. an non putas igitur habere Dominum tantam sufficientissimam permittendi in te illas infirmitates, quæ sunt communes etiam majoribus animis, ut eos in officio contineant? Istis permittuntur velut saburra navigijs cum Austris & Africis cursu certantibus: tibi permittuntur etiam in pœnam. Pauperes, & superbus: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum.* Abd. 3. numquid ergo ad confusionem tuam aptè tibi conveniunt?

4. Considera, quantum sit bonum esse in se humilem, & erga alios mansuetum, dum pro his obtinendis virtutibus operæ pretium est subjacere tentationibus adeò probrosis. Sed hoc mirum esse non debet, cùm Christus nemini magis gratiam suam conferat quàm Humilibus & Mansuetis. *Humilibus dat gratiam.* Jac. 5. v. 6. *Mansuetis dabit gratiam.* Prov. 3. v. 34. *Humilibus dat*, quia Humilitas exerceri quovis quasi momento debet. *Mansuetis dabit*, quia Mansuetudo exerceri debet, quando ejus occasio occurrit. atque hæc est gratia, quæ te penitus confortat. Fortitudo Christiani completa est agere & pati: agere, inquam, & pati multa, sed omnia ad gloriam Divinam, ut olim faciebat Apostolus. Jam verò agendi multa Christus dat gratiam Humilibus, quia ille agit multa, qui cùm cognoscat se viribus suis nihil posse, recurrit ad Christum, & in eo omnem suam fiduciam collocat. & patiendi multa dat gratiam Mansuetis, quia ille patitur multa, qui certus non irasci cuiquam, se in quavis occasione tractari ab omnibus patitur, ut illis lubet. Numquid ergo habuit Apostolus causam exclamandi: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi?* Dicere perinde poterat: *Ut inhabitent in me virtutes Christi*, hoc est, Humilitas & Mansuetudo Christi. Sed maluit dicere: *Virtus Christi:*

non solùm quia virtutes memoratæ adeò sunt conjunctæ, ut una videantur, sed quia in utraque præcipuè æstimavit illam vim, illum vigorem, & virtutem, quam accepturus erat agendi & patiendi multa pro DEO. Virtutes Christianæ non idcirco amandæ sunt, quòd nos ornent, reddántque exempli causâ Humiles & Mansuetæ amandæ sunt, quia earum intuitu incitabur nobis inspiratur timeliùs nos impendendi honori Divino. & sic non sunt amandæ ut finis, sed ut media tantùm DEO fini nostro serviant.

Gloria virtutis eorum tu es.
Ps. 88. v. 18.

XVIII.

Diverte à malo & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.
Ps. 33. v. 15.

1. COnsidera id, quod omnibus formidabile faciet Judicium extremum, utique fore peccata Commissionis, quæ quisque fecit, sed longè magis peccata Omissionis, hæc enim facient maximè formidandum. Causa est, quòd, qui in vita sua furatur, adulteratur, occidit, invidet, aut aliud ejusmodi patrat malum, illico advertat, & ideo consulere sibi possit. quis est autem, qui æquè advertat tantum boni, quod in statu suo omittit, sive adversus DEUM, sive adversus proximum, vel se ipsum: *Delicta quis intelligit?* Unde non sufficit Psalti Regio dicere: *diverte à malo*: utrumque jungit: *Diverte à malo, & fac bonum*: hæc enim unio utriusque requiritur ad salutem. Tibi satis est, quòd videaris nulli facere injuriâ. Sed quomodo insuper adimples officium Religiosi, Concionatoris, Præsulis, Patrisfamilias, aut quodvis aliud, quo fungeris? non sufficit in eo abstinere à malo, bonum adire oportet. Sicut non sufficit divite ad salutem, quòd non spolier mendicus, vestire necesse est. Unde vides statutum esse Domino specialem exigere rationem in illo die Judicij de peccatis, quæ omissionis appellantur: *fuisti eram, & non vidisti visti me, nudum, & non cooperuisti me &c.* Matt. 25. v. 43. quia ista sunt peccata, quæ nobis observantur. & horum duo sunt fomites, *desidia, & fraus*. Desidia eorum, qui statûs sui obligationes sciunt, sed ne tot incommodis sint obnoxii, non implent. *Porrò Levita ego negligentius &c.* 2. Par. v. 46. Fraus est illorum, qui, ut declinent conscientiæ remorsus, quibus subjacent negligentes, ignorantiam simulant. *Moliuntur fraudes contra animas suas.* Prov. 1. v. 18. Tu cogita non malum duntaxat, quod committis, sed & bonum, quod omittis. quia Dominus in ignem proijciet non tantum arbo-

res nocivas, sed & steriles. *Omnis Arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Matt. 3. v. 10.

2. Considera, quemadmodum Psaltes dixit: *Fac bonum*, ita dicere potuisse: *ne facias malum.* Sed dixit potiùs: *Diverte à malo, & fac bonum.* quia spes omnis, quam concipere possumus, non faciendi quodcunque malum etiàm gravissimum, post auxilium Divinum in eo declinando & divertendo est positum. da mihi aliquem, qui non, quàm fieri possit, longissimè recedat ab occasione illud committendi, certò illud denique committet. Proinde sicut cùm vires desunt, in prælijs arte & ingenio utendum, ita in casu nostro. *Diverte à malo.* Effugijs, diverticulis, artibus opus est, ut declines. *Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit.* Prov. 14. v. 16. neque dicas declinare malum non esse vincere, quod fortes solent. Satis fortis censetur, qui id novit fugere. *Vir sapiens fortis est*: quia, si fortis non est, forti sanè æquivalet, *& vir doctus robustius & validius.* Prov. 24. Noli itaque expectare pericula, sed ea cautè præverte, uti fit, cùm timetur pestis imminens, aut fames, aut ferrum, aut aliud quodvis malum longè levius peccato. & tunc præstabis id, quod hoc loco dicitur divertere à malo. *Ne placeat tibi malorum via*, quia, si placeat, jam peccas: *fuge ab eâ, ne transeas per eam, declina eam, & desere eam. fuge ab eâ* quoad personam: *ne transeas per eam*, quoad cogitationem: *Declina eam*, si occurrat. *desere eam*, si jam in illa verseris. Prov. 4. v. 15.

3. Considera, si durum tibi videatur divertere à malo, & facere bonum, erigendum esse animum, quòd fructus non sit futurus exiguus, quem etiam referes in hoc mundo. & quis ille fructus? Pax cordis. *Pax DEI, quæ exuperat omnem sensum.* Philip. 4. v. 7. Hoc est bonum illud, ad quod omnes continuò aspirant. Usurarij suis pecunijs, Superbi suis dignitatibus, Luxuriosi suis voluptatibus, sed ô quàm procul miseri aberrant! *Non est pax impijs*, dicit Dominus. Vagare, ut voles. una est eam consequendi via, quam scilicet Psaltes Regius verbis istis indicavit: *Diverte à malo, & fac bonum.* Divertere à malo aufert pœnam, quam mala inducit conscientia: facere bonum, & abundanter facere addit gaudium, quod inducit bona, & eâ ratione pacem consequitur. *Erit opus Justitiæ pax.* Isa. 32. Ita est, in hoc mundo pax integra esse nequit, quia nec fieri bonum, nec diverti à malo sine pugna potest. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Rom. 7. v. 23. Sed parùm refert. Hæc ipsa pugna plurimum potest minui, carnem subijciendo Spiritui vi mortificationis tam internæ, quàm externæ. Id quod hoc loco à te petit Psalmographus, cùm ait: *Inquire pacem, & persequere eam.* Si videaris tibi nondum obtinuisse

tinuisse pacem, quam desideras, ne fatigeris inquirendo eam procul, & fugientem persequendo, quia quisquis aberravit à via pacis, uti Mundani, qui *Viam pacis non cognoverunt.* Ps. 12. v. 3. frustra quærit, quantumcunque inquirat. at qui per viam incedit, quæ ducit ad illam, si non merit, certè proximè accedit: *Facta sunt coram eo quasi pacem reperiens.* Cant. 8. v. 10. ô quanto satius est claudere per viam, quàm ab ea aberrantem currere!

* * *

XIX.

Dicebat autem ad omnes: Siquis vult venire post me, abneget semet ipsum, tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me. Luc. 9. v. 23.

1. COnsidera, quantopere hallucinetur, qui putat viriliter abnegare se ipsum, castigare, & affligere se ipsum, Crucémque suscipere patienter, ad solos pertinere Religiosos, qui Perfectionem profitentur. Omnibus hoc commune est. ideo hoc loco indicat Evangelista verba ista tam gravia: *Siquis vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me*, non solùm esse dicta Apostolis, sed & alijs: *Dicebat autem ad omnes*, hoc est, ad præsentes, ad posteros, & ad omnes omnino Christianos, quos Christus hoc loco descripsit, cùm dixit: *Siquis vult venire post me.* Multi erant, qui concurrebant ad Christum, quidam ut eum auscultarent, alij, ut mirarentur, alij ut malorum remedium quærerent. Sed isti non ideo erant ejus sequaces. Sequaces erant, qui ad eum concurrebant, ut ipsi adhærerent. Unde hìc non dixit: *Siquis vult ad me venire.* Sed: *Si quis vult venire post me.* nam in hoc consistit ratio veri Christiani, quòd ipsum sequatur tanquam verum Legislatorem, Ducem, & Caput, atque adeò, quòd ab illo duci se patiatur, ut lubet. Quem in finem tu Christum sequeris? an lucri, vel honoris? non es genuinus Christianus, sequi oportet, quia id ille meretur. Unde dixit hoc loco: *Siquis vult venire post me.* non *post mea.* Sed *post me.* Si Christum ames ob lucra tua, maximè caduca, obsequia tua dedignabitur. Sichimitæ omnes circumcisi sunt animo sua deserendi Idola, & tamen actus iste Religionis DEO acceptus non fuit, quia simul habebant animum ditescendi. *Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, substantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erunt.* Gen. 34. v. 23.

2. Con-

2. Considera Christum non dicere: *Si quis veniet post me.* Sed: *si quis vult venire.* quia vult, ut quisquis ipsum sequitur, sponte sequatur. Isti sunt servi accepti, qui voluntarium præstant obsequium, non coactum. *Cuncti Filij Israel voluntariè Domino dedicaverunt.* Exod. 35. v. 29. quamvis, cùm sequela Christi res sit adeò honorifica, quid est, quòd necessitatem expectes? sufficere debuit tacita insinuatio, qualis est, cùm Monarcha aliquis supremus indicat subditis, se in campum prodire. deinde an nescis, quantum passus sit Christus amore tui, tum Paupertatis, tum persecutionum, tum ignominiarum? vidisti denique illum pro te mori in Cruce inter latrones medium. ut quid igitur plùs petis quàm simplicem nutum, ut sequaris? ô probrum! tubâ canit dæmon, & omnes advolant. *Vir Belial nomine Seba cecinit buccinâ, & omnis Israël secutus est eum.* 2. Reg. 20. canit & Christus, & vix est, qui pedem moveat. Quid mirum ergo, quòd loquens tanto populo *ad omnes*, non dicat nisi: *Si quis?* sciebat multos fore vocatos, paucos electos.

3. Considera finem hujus vocationis factæ à Christo, qui ultimo loco ponitur, esse ejus sequelam. *Sequatur me.* Sed qualis hæc est sequela? usque ad Calvarium, si ita necesse sit. nam si nôsse velis occasionem, quâ Christus hùc omnes invitavit ad sua premenda vestigia, non fuit, cùm ille ad nuptias processit in Cana, nec cùm in Thabor ascendit daturus gloriæ suæ specimen, nec cùm urbem triumphans ingressus est. Sed cùm paulò antè significavit, se non procul abesse à funesta sua Passione. *Oportet filium hominis multa pati &c.* Luc. 9. v. 22. Istud igitur est, quod cuique propositum esse debet, nempe sequi Christum adeò constanter tam in assensu dogmatum, quàm in complexu dictaminum, & imitatione virtutum, ut paratus sit potiùs cum ipso configi Cruci, quàm ut illum deserat. Sed ne putes id adeò levis esse operæ, ideo Christus pro dispositione prævia cum ipso moriendi in Cruce petijt, ut quisque assuesceret portandæ cruci suæ quotidianæ, hoc est, illi tribulationi, illi molestiæ, & ærumnæ, quam DEUS immitteret in dies. *Tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me.* ô quàm facile tibi videtur in oratione esse promptissimum ad immolandam etiâ vitam pro Christo. audebis aliquando cum Ignatio non gladios tantùm & virgas, sed & leones provocare. Interim autem? interim durissimum tibi est ferre vel minimum, qui tibi accidit, actum incivilitatis. hoc est velle in cruce mori cum Christo, quin priùs ipse crucem portaveris, ut obviam morti procederes.

4. Considera, quàm sint significantes hæ voces, quas audis in tam brevi sententiâ: *Tollat crucem suam quotidie.* non dicitur *ferat*, sed *tollat*, ut ostendatur Crucem cum gaudio, alacritate, promptitudie amplectendam, & non expectandum, dum per vim impona-

Ponatur humeris, uti Simoni quondam Cyrenæo. Dicitur *Crucem*, quia hoc nomine significatur, quidquid offertur adversi. Sed crux potiùs appellatur quàm tribulatio, ærumna, aut quidvis aliud, quia istud vocabulum suavius reddit malum, dum admonet totum illud longè minus fore, quàm Christus passus sit amore nostri in Cruce mortuus. Dicitur *suam*, quia multi sunt, qui sibi videntur parati ad portandas Cruces etiam gravissimas, sed alias quàm suas. & tamen in hoc omne tuum meritum versatur, non quòd alienas cruces desideres, sed ferendis proprijs aquiescas, sustinendis, inquam, molestijs, quas statûs tui obligatio imponit. Principum crux est audire accedentes. Præsulum crux est visitare subditos. Ecclesiasticorum crux est dicere devotè Divinum officium. Monachorum crux est solitudo, conjugatorum tolerantia, & sic de ceteris loquendo. Quisque putat se aliorum crucem facilè portaturum, imò alios in cruce suâ ferendâ negligentiæ & reporis arguit: & pauci se accomodant ferendæ propriæ. Diciturdeniq; *Quotidie*, quia portare crucem, quam diximus, non est opus unius diei per hebdomadem, prout est apud nonnullos portare cilicium, cinctum ferreum, vel aliud simile castigando corpori idoneum instrumentum. potiùs est opus omnium dierum, quia omnibus esse solent frequentes adversitates, qnibus ob peccatum obnoxia est vita humana. Vide nunc, quàm sis promptus quotidie crucem tuam passis amplexandi brachijs, [illegible] hinc colliges, an sis idoneus, cum opus fuerit, Christum aliquando [illegible] delem ejus sectatorem non tantum mitioribus sequi vijs, sed usque ad Calvarium comitari.

5. Considera portandæ cruci [illegible] libenter nihil ita obstare ac proprium amorem. unde sicut sequelæ Christi usque ad Calvarium, quæ est perfecta sequela, hic præmittitur quasi necessaria præparatio, ut assuescas quotidie propriæ ferendæ cruci, ita [illegible] quotidie cruci propriæ [illegible], ut assuescas integræ tui ipsius abnegationi. Atque hoc est, quod ait: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum*, non *suos* duntaxat, aut *sua*, sed *se*. [illegible] nôsses, quanti momenti [illegible], abnegare se ipsum! non dicit Christus, ne nimium tibi indulgeas, sed ut te abneges, hoc est, ut aliud non agas, quam ut inclinationi tuæ contradicas, [illegible] mè cùm ista adversatur voluntati Divinæ. an cupis discere, quid sit abnegare se ipsum? vide, quid sit abnegare alterum. ubi abnegaveris [illegible] aliquem falsum, quem aliquando [illegible] prehendisti proditorem, si eum [illegible] ris trahi ad tribunal, carcere [illegible] di, vinculis constringi, ad [illegible] condemnari, non moveris, nec opem illi præstas, nec auxilium [illegible], imò gaudes, quòd videas eum referre supplicia fraudibus suis perfidis debita. Eundem planè modum tenere contra te ipsum debes, si te abneges, hoc est, si abneges partem illam tui proditricem, illam Concupiscentiam [illegible]

inordinatam, à qua tot oriuntur cupiditates tum iniquæ tum irrationabiles. nec est, quod tui miseratione aliquâ tangaris, dum pateris, sed suggeras tibi ipsi, rectè tecum agi. unde etiam hîc advertere oportet non posse radicitus evelli propensiones tuas perfidas, ideo Christus solùm præcipit, ut eas abneges, hoc est, ne eas dominari sinas. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs ejus.* Rom. 6. v. 12. atque hoc semper in tua positum est potestate. Quodsi permittendum non est, ut prævaleant, quando te etiam invito ultro consurgunt, quantò magis cavendum est, ne eas ipse excites, aut irrites, quasi sopitas? & tamen quid agis, cum tanto tibi luxu blandiris? irritas eas ipsas cupiditates, quas continuò oporteret habere subjectas. Talem igitur puta semper esse debere vitam Christiani, qualem audisti. nempe abnegare se ipsum, ut assuescat portandæ cruci quotidianæ, quam DEUS immiserit, siquidem esse velit genuinus sectator Christi, vel in ipsum, si necesse fuerit, apicem Calvarij. *Si quis vult venire post me,* profitendo se Christianum, *abneget semet ipsum,* tempore prosperitatis, *& tollat crucem suam quotidie,* maximè verò tempore adversitatis, *& sequatur me,* etiam tempore diræ persecutionis.

* * *

XX.

Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. Luc. 16. v. 10.

1. COnsidera unam esse è præcipuis impostturis, quæ occurrunt in vitâ Religiosâ, velle facere pro DEO res maximas, quæ nunquam accident, uti sunt nudis pedibus incedere per vias asperas, saxis & spinis consitas cum Pacomio, sepulcri angustijs arctari cum Jacobo, reptare pronum per spelæa cum Guarino; & dein modica illa, exilia, trivialia opera obsequij Divini, quæ quotidie occurrunt, negligere, qualis quæso fides haberi potest hoc casu ejusmodi desiderijs quantumvis ferventibus? nulla sanè. imò aliquando summam possunt afferre perniciem. quia fieri potest, ut ideo videaris tibi magnis præditus virtutibus, cùm sis egentissimus. *Dicis, quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis.* Ap. 3. v. 17. Oportet igitur priùs te exerceri rebus præstandis modicis, & tum ad majores aspirare. quam ob causam? ob eam, quam hoc loco Christus insinuat. *Qui fidelis est in minimo,* hoc est, *in minimo bono exequendo, & in majori fidelis est.* facere bonum non solùm parvum, sed mini-

minimum, argumento est, faciendum aliquando non tantùm magnum, sed & maximum. Verum est eum non dicere: *Qui minimum bonum exequitur*, sed *qui in minimo exequendo fidelis est.* quia ex parvo quovis bono, quod facis, non illico concludi potest, te datâ occasione etiam facturum, quod est majus, tunc concludi potest, quando in faciendo modico fidelis es, hoc est, cùm id facere soles, quantum potes.

2. Considera, quare tanti momenti sit hæc in modico fidelitas. Causa est, quia ad ea facilè ferenda, à quibus natura humana plurimum abhorret, uti sunt libelli famosi, carceres, gladii, patibula, diræ mortes, vehementer juvat longo usu assuetum esse pati pro DEO. at ejusmodi usus obtineri nequit in his ipsis rebus arduis, quæ nonnisi semel accidere in vita possunt. Itaque necesse est obtineri in parvis, quæ continuò nobis accidunt. & sic istud debet esse studium tuum quotidianum. noli, dum oras, provocare cum Ignatio Leones Amphitheatri, & Leopardos, hoc enim à te non petitur. accingere potius ad ferendas patienter eas molestias, quas tibi quotidie in cubili tuo culices creant. Propone tolerare verba illa pungentia, quæ accipis, cùm minimè expectas, dissimulare modum illum agendi crudiusculum, quem vides usurpari à proximo, obliviscì voces illas importunas. tunc enimverò insignem facies profectum. *Qui fidelis est in minimo, & in majore fidelis est.* Ceterum quomodo quasi lac fuges inundationes maris, quæ tibi interitum minantur, si concoquere nequeas stillas illas amaritudinis, quas DEUS immittit frequentes quidem sed modicas: cùm in his meritorum summa statuenda sit, si eam colligere velis ut oportet. Sunt Apes melle maximè abundant, non quæ solis insident liliis, floribus regum, collecturæ prædam, sed quæ nec minimos dedignantur flores Rosmarini, nec solùm convolant ad Timum, sed ad Cytisum quoque, Sarrejam, Serpyllum, amaracum ignobiles herbas non ab his longè pinguiorem fugunt prædam, quam ab aliis plantis præstantioribus quidem sed & rarioribus.

3. Considera, quemadmodum is, qui non æstimat bonum modicum, sperare nequit fore aliquando, ut exquatur majus, si occurrat, imò contrario timere maximè eum posse, ne incidat in magnum malum, qui spernit modicum. Unde hic audis dicentem Christum: *Et qui in modico iniquus est, & in majore iniquus est.* non ait: *qui modicum iniquitatis operatur*, hoc enim esset ab uno solo actu arguere: sed *qui in modico iniquus est*, qualitas est arguere ab habitu non ab actu. non solet iniquus appellari, qui aliquando prævaricatur, sed qui habet consuetudinem prævaricandi. Id ergo, quod meritò persuadet fore, ut non abstineas à culpis gravibus datâ occasione, est videre, quòd nullam habeas earum abstinendi à levibus. quia si consuetudo operandi bene tantum potest ad bonum, uti vidimus, quantò plus potens consuetudo operandi malè ad malum, ex vim, quam addit consuetudini ma-

ta semper ad malum quàm ad bonum proclivior. Imaginare tibi fluentem aquam, quam velis derivare in fossam plano incumbentem. paulatim viam sibi aperiet, quâ deinde facilè decurrat. at si derives per declive, paulatim sibi præcipitium formabit. Idem in casu nostro accidit. & ideo ô quàm legitima semper fuit ista consecutio! iste facilè inducitur ab Avaritia, ut peccet in modico, exempli causâ, ut munuscula admittat, ubi non deberet, fingit, fraudat, facit, quoad potest, impostura, etsi non magnas: ergo instar Judæ ab eadem avaritia eò se adduci patietur, ut paulò post à modicis ad majora transgressus in ipsum grassetur Christum JESUM, sacerdotium vituperet, sanctuarium violet, ipsa, si necesse videatur, Sacramenta nundinetur. Et consecutio ista, quam experientiâ discimus, uti in avaritia, ita in quovis alio vitio libidinis, superbiæ, ambitionis, intemperantiæ aquisito per actus multiplices etsi leves habet locum. modicus vitulus humeris sublatus robustissimo cuique primò ferri nō posse videbitur. sed age, fac ut denuò illum ferat cras, atque altero, tertióque die, ac deinceps, næ ille feret denique jam bovem. Tanta vis est consuetudinis in rebus etiam laboriosis, quid de facilibus dicam? Proinde quis dubitet? *qui in modico iniquus est, & in magno iniquus est.* non dicit: *Erit*, sed *Est*. quia quantumvis malū modicum sit præsens, majus futurum, juxta unanimem SS. Interpretum consensum, futurum tamen adeò est proximum, ut de illo tanquam de præsenti loqui liceat. Et tu adduci non potes, ut credas, sed æstimatione tuâ vis Christum facere mendacem? Cave potiùs, ne malum tuum modicum non solùm ad majorate deferat, sed casu deferat irreparabili. Peccavit David per concupiscentiam mulieris, sed sine prævia dispositione peccavit, quam crebriore conversatione, & aspectu contraxerit. simul lavantem vidit Bersabeam, simul eam concupivit, & violavit. Salomon filius Davidis etiam ipse nonnisi simili cupiditate mulierum peccavit, sed peccavit priùs consuetudine contractâ à vanis deliciis, quibus in earum consortio fruebatur, ab oblectamentis, à voluptatibus, & commerciis immodicis qnidem, sed non Venereis. *Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum.* Eccl. 2. v. 8. proinde quid contigit? David primâ sceleris reprehensione admonitus adeò doluit, ut totâ vitâ non cessaret à planctu, nec à primo peccato libidinis ad alterum transiit. Salomon ab uno ad aliud transgressus est tam perditè, ut longiore temporis progressu, ne suas contristaret amasias, denique sub vitæ suæ finem non dubitaverit cum ipsis earum adorare Idola.

XXI.

Præsentatio Virginis.

Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora consurgens, Pulchra ut Luna, Electa ut Sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata? Cantic. 6. v. 9.

1. COnsidera, dum hodie cernis cœlestem hanc puellam firmis gressibus per se ipsam conscendere per gradus Templi, meritò te posse exclamare: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora consurgens &c.* Est sanè hæc Virgo illa felicissima Aurora, quam SS. Patres tot seculis suspirabant in mundo. quia sicut Aurora est media noctem inter, quam post se relinquit, & diem, quam brevi præclaro suo partu afferet: ita media Virgo extitit inter noctem culpæ dominantis generi humano, & diem gratiæ, quæ deinde sequebatur: inter noctem tristitiæ, & diem solatii; inter noctem terrorum, & diem gaudiorum; inter noctem Legis, & diem Evangelii. unde non dicitur: *Quæ est ista, quæ egreditur, quasi Aurora consurgens?* id enim dici potuit festâ luce felicis ortûs sui. hodie dicere oportet: *Quæ est ista, quæ progreditur?* quia illa jam ultra procedit, sed instar Auroræ, hoc est, gressu tacito simul & forti: tacito quidem, quia pauci in hoc mundo sciunt progressus, quos illa jam facit in virtutibus, adeò sepulti jacent mortales alto somno vel malitiæ, vel ignorantiæ. forti verò, quia in ipsa nemo impedire potuerit ejusmodi progressus, adeò illa munis est à rebus omnibus, quæ alios retrahunt vel retardant à bono. Et quis est, qui impedire Auroram possit, ne demum partum suum mundo edat? & sic vides, cur Maria hodie comparetur Auroræ, nempe immunis dignitatis Matris Divinæ, ad quam nisi perveniret, ad templum progrediens, non etiam non utcunque comparanda Auroræ, sed Auroræ surgenti: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora surgens?* ut ostendat, nondum adeptui maturam, sed paulatim purpurandam illustri semper meritorum incremento. Paradisus ad hanc lætatur Auroram, quia postliminio videbit instauratum cœlum inter & terram commercium tamdiu interruptum ab illa nocte adeò funestâ, quæ jam jam venescit. Terra jubilat, quia videt denuo reflorescere spem salutis, quæ per eam noctem non elanguit tantùm, sed pæne exanimi. Infernus fremit, quia sicut fures, prædones, adulteri, homicidæ sciunt solem partûs propitium, & ideo ab eo abhorrent, *ubi tibò appæruerit Aurora, arbitrantur se*

hora

bram mortis. Job. 24. v. 17. ita dæmones faciunt, quia commodis ipsorũ non servit hæc Infans, quæ apparet in mundo. Tu è contrario quid ages? Recordare, cùm Aurora exoritur, tunc esse tempus surgendi ad laudandum DEUM. *Oportet prævenire solem ad benedictionem, & ad ortum lucis adorare Dominum.* Sap. 16. v. 28.

2. Considera hanc ipsam Infantem, quæ ob dignitatem Matris Divinæ, ad quam paratur, hodie nuncupatur Aurora consurgens; *quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* simul dici pulcram ut Lunam electam ut Solem. *Pulcra ut luna* est per Gratiam. *Electa ut sol* per Gloriam. non dicitur *pulcra ut sol*, quia sol pulcritudinem suam à se habet. dicitur *pulcra ut luna*: quia luna pulcritudinem suam habet à sole. Cùm igitur audis dici Virginem totam pulcram: *Tota pulcra es amica mea, & macula non est in te.* Cantic. 4. v. 7. Cùm audis primo conceptionis suæ momento eam recepisse plus gratiæ, quàm Sanctorum ullus habuerit sub vitæ exitum; *Fundamentum ejus in montibus sanctis.* Ps. 86. Cùm audis in ea colligi omnia dona gratiæ, etiam gratis datæ, privilegia, & prærogativas, quæ in aliis existunt divisæ: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.* Eccles. 24. v. 16. Cùm legis etiam illi communicari magnos illos titulos Reparatricis, Redemptricis, Mediatricis, Spei, Salutis, Vitæ, qui meritò sunt proprii Solis, hoc est, Christi: *Erit lux lunæ sicut lux solis.* Ps. 30. v. 26. ne terrearis, quasi hoc sit nimium extollere ejus pulcritudinem. quantumcunque extollatur, nullum est periculum; quia constat Christum inter & ipsam semper hoc manere discrimen, quod est inter solem & lunam. Christus pulchritudinem suam ex se habet. Maria eam à Christo accipit. an fortè non cedit in honorem solis, quòd possit suos dare lunæ splendores? *Signum magnũ apparuit in cœlo: Mulier amicta sole.* Apoc. 12. Dicitur deinde *electa ut sol*, quia electio ejus ad gloriam non fuit separata ab electione Christi: sed cùm Christus fuit electus à DEO tanquam primogenitus omnium Prædestinatorum: *Primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8. v. 19. electa quoque fuit Maria ut Mater Christi, & destinata in cœlo ad thronum gloriæ adeò splendidum, ut, quemadmodum Christus in Beatitudine se solo constituit peculiarem ordinem, superiorem omnibus sanctis, quorum ipse Rex est, ita & Mater tanquam Regina. *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Ps. 43. *Adstitit*, non *sedit*, quia Christi est ordinare gratias inter homines dispensandas, Virginis verò eas petere, & distribuere. *A dextris*, non *à sinistris*: quia ipsa partem non habet in sævis punitionibus, quas idem Christus insinuat, sed in gratiis tantùm. *In vestitu deaurato*, non *aureo*, quia gemina stola gloriæ, quæ illam adornat tam quoad animam, quàm quoad corpus, non est nativa, ut illa Christo, sed participata. *Circumdata varietate.* quia diversæ Laureolæ, quæ sunt divisæ tot inter Choros sive Pro-

phe-

phetarum, sive Apostolorum, Anachoretarnm, Martyrum, aliorúmque, in ipsa cumulantur. *Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris.* Is. 49. v. 18. Et tu non obstupescis, non amas Infantem, quæ tuo commodo ad eam aliquando evadat celsitudinem? Hinc tribus vicibus per diem solet Ecclesia salutare Virginem, manè, vespere & meridie. Manè, ut memineris maximorum bonorum, quæ illa quasi Aurora præclaro suo partu tibi attulit. *Aurora consurgens.* Vespere, ut memineris gratiæ illius copiosæ, quam illa pro se & pro aliis possidet instar Lunæ, quæ tunc pulcra est, cùm plena est. *Pulcra ut Luna.* Meridie, ut memineris ejus gloriæ, quâ jam fruitur. *Electa ut Sol*, ita, ut possit juncta filio ex alto magis irrigare animam splendoribus sempiternis.

3. Considera, quomodo hæc ipsa Infans tam amabilis tibi demum describatur terrore plena: *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* sed quid? ne terrearis idcirco, quia non tibi terribilis est, sed inimicis tuis. sciunt dœmones, quanta sit vis suspiriorum, & precum, quas illa jam à primis incunabulis cœpit sursum emittere. & ô quantum illam timent! ita timent solam, quasi integer esset exercitus Principatuum, vel Potestatũ jam prælio paratus. Paratus, inquam. quia virgo etiam terribilis vocatur, non sicut *castrorum acies certans*, sed *sicut castrorum acies ordinata.* non dicitur *certans*, quia nondum in aciem processit ad dissipandum Infernum, uti quondam faciet in morte filii ad pedem Crucis: sed dicitur *ordinata*, quia ad id jam se disponit. [illegible] nescis aciem bono ordine dispositam dici posse mediâ ex parte jam victrix? nullo opus est labore, ut terrorem hosti incutiat: etsi nec ferro utatur, nec igne, solo aspectu terret. Talis erat Virgo ætate illâ infantili. imò talis esse dici potest in statu etiam præsente. nã ut in fugam conijciat Inferos omnes, penitúsque dissolvat, quid facto opus? sufficit videri. *In specie faciei suæ dissolvit eum.* Judith. 16. v. 8. hinc est, quod non infernus duntaxat, sed nec omnes ejus fœderati audire hoc nomen possint. Tres sunt ejusmodi fœderati, Gentiles, Judæi, Hæretici. tres isti simul exercitus ô quantum ipsi quoque Virginem formidant! ipsa quippe est, quæ illos jam sæpius debellavit non alio robore quàm magni sui nominis contra ipsos invocati à Christianis. an nescis, quomodo de eâ loquatur Ecclesia? *Gaude Maria Virgo: cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.* quare? fortè quia mundo dedit solem illum, qui omnes simul dissipavit errores, qui illi dominabantur? ita sanè. sed non ideo dumtaxat, ob id etiam, quia modo quodam peculiari docebat primò Apostolos, qui aggressuri erant tres istas Hostium turmas: & deinde semper pergebat rueri cælitus Principes, Pontifices, Doctores, qui contra eas nunc armis, nunc anathematis, nunc disputationibus dimicabant. an non omnibus hisce turmis DEO inimicis perinde terribilis est? Est sanè terribilis, & *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* quia necesse, ipsi non est contra eas ordinata sed

emper est ordinata. quo posito tu quid ages? sub ejus tentoria quasi in tutum te recipe, si soli vacas contemplationi: si præterea actioni, tanto magis in ea te recipe, ut ejus signa sequaris pugnaturus pro ipsa, vel certè cum ipsa.

* * *

XXII.

Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sias. Usquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? Jer 4. v. 14.

1. COnsidera, quàm pauci sint, qui cor suum lavent à malitia. multi illud mundant, quia multi per Confessionem purgant à culpis, quibus maculârunt. pauci lavant, quia pauci ita per Confessionem purgant, ut non quodammodo illis adhæreant. Et tamen hoc est lavare cor, non relinquere in eo vel affectum mali. *Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sias.* Tu, quando confiteris, accusas te ipsum templi causâ, quòd toties vanam quæsiveris in operibus tuis æstimationem hominum. hîc desinis, & non curas simul deponere ex animo æstimationem hujus ipsius æstimationis, cogitando, quàm sit inepta, quàm inutilis, & quàm parùm digna conquiri. imò servas ejus amorem adeò propensum, ut tantùm non beatum putes, qui hanc possidet. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* dum sic agis, mundas te à malitia, sed non lavas. & tamen cor tuum examina, videbis, quantum retineas affectum non solùm ad vanam hominum existimationem, sed ad amicitias minùs probas, ad delicias, ad honores, ad recreationes, & ad cætera, quæ mundus adorat. si tam facile foret omnibus lavare cor suum, quàm est facile purgare, non diceretur etiam alicui Jerusalem, id est, Animæ DEO consecratæ, ut illud lavet. *Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sias. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?*

2. Considera, quodnam sit signum cordis nondum à malitia lavati. sunt cogitationes noxiæ, quæ in eo morantur. dixi imprimis *noxiæ*, non malæ; nam si in eo morarentur malæ, sine dubio nec mundum cor foret. sed etsi in eo non morentur malæ, morantur noxiæ, hoc est, tales, quæ non contineant gravem offensam DEI; possint tamen ad illam sensim incitare, uti sunt cogitationes de gloria, de dignitatibus, déque illecebris mundi. Istæ haud dubiè ab affectu nascuntur, qui adhuc remanet in corde tuo ad ejusmodi vanitates, & ideo præbent indicium, etsi fortè sit mundum, non tamen esse lavatum. Dixi deinde morantur, non transeunt. *Usquequo morabuntur in te?* quia cogitationes noxiæ sæpe transeunt per mentem quorumvis, & ideo earum

transitus argumentum non est affectûs ad malum, est autem mora signum ejusmodi affectûs. unde non dicit Propheta ad Jerusalem: *Usquequo accedent ad te cogitationes noxiæ?* vel *Invadent te*, vel *Ingredientur ad te*, dicit *morabuntur in te?* nam in hoc damnum omne consistit. non corrumpunt balsamum illæ muscæ, quæ veniunt, abeúntque, sed quæ in eo quiescunt: *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Tu quomodo mentem tuam servas liberam à cogitationibus non modò malis sed noxiis? scias signum præcipuũ affectûs in te dominantis esse cogitationes tuas. *Apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris.* Ezech. 21. v. 24. Ideo cùm pro sacra Confessione conscientiam discutis, vide, quid interdiu morosè cogitare soleas, & tum scies, quid lavare oporteat.

3. Considera, quid agendum ut cor purges non tantùm à labe, sed ab affectu mali. odium concipiendum est ejus mali, quis nescit? an leve? neutiquam. sed quod verè sit odium. quia difficillimum est non reverti ad id amandum, quod magnam vim habet trahendi naturam nostram corruptam, si id oderis quidem, sed odio debili. si per omnes vitæ tuæ dies ad ejus amorẽ redire nolis, necesse est odisse vehementer. Vides, quid fecerit Regina Esther, ne afficeretur diademati Regio, quod frontem ejus cingebat? abominata est. *Tu scis, quòd abominor signum superbiæ meæ, quod est super capite meum in die ostentationis meæ, & detestor illud, quasi pannum menstruatæ.* Esth. 14. v. 6. & quare odium tam acerbum? quia sciebat, quòd, nisi usque adeò odisset illud diadema suum, paulatim inciperet amare, & amare forsan etiam magis, quàm par esset, prout scilicet Israëlitis accidit, qui quia egressi Ægypto retinebant affectum ad cepas illius, & ollas carnium, etiam extra Ægyptum ausi sunt facere, quod nunquam in Ægypto fecerant, nempe inclinari Idolis. Ne putes ergo rempeti abundantem, & debito majorem, cùm peritur, ut summum concipias odium mali. Iste verus est modus, ne ames ullo modo. & idcirco mirum non videatur, quòd Propheta dicat: *Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias:* non solùm *ut sancta fias*, sed *ut salva fias*, quia ad ipsam salutem necesse est ingenti concipere odium mali, quod est lavacrum cordis, non quòd non sufficiat non amare malum, sed quia parum aberit ut ames, nisi oderis tam vehementer, ut etiam abomineris. *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.* Ps. 118. v. 163. En quid requiratur, ut pertingas vel ad amorem solum legis Divinæ sensui repugnantis. oportet non odisse tantùm iniquitatem, sed abominari.

XXIII.

Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione Mundi. Matth. 25. v. 34.

1. COnsidera, qui ait *Venite*, duos designare terminos, unde & quò. utrumque sanè hoc loco Christus exprimere voluit, cùm conversus ad Electos post Judicium pronuntiabit omnibus beatitudinis æternæ sententiam, & dicet: *Venite*. Venite, inquam, à laboribus ad quietem, à paupertate ad divitias, à luctu ad risum, à certamine ad coronam, quam vincendo promeruistis. O Jucundum *Venite*! *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Ps. 125. v. 6. neque refert, quòd ejusmodi *Venite* contineat modum invitandi omnibus communem; quia quivis ordo Sanctorum bene distinguet tanquam sibi dictum in particulari juxta propria merita. Venite Prophetæ pro me exules. Venite Patriarchæ pro me vagi. Venite Apostoli pro me abjecti à mundo, & ludibrio habiti. Venite Martyres occisi. Venite Monachi contempti. Venite Virgines, quæ mihi consecrâstis vestra lilia, & sic de aliis. & quia Sancti nihil magis desiderant, quàm ut servi fideles esse cum Rege suo: ideo etiam ipse illis dicet: *Venite*. Hactenus fuerint nonnulli ipsi uniti per Gratiam, alii per Gratiam simul & Gloriam, pauciſſimi per gloriâ, cámque plenam, animæ scilicet corpori junctæ. *In carne mea videbo DEUM Salvatorem meum.* Job. 19. v. 26. Ideo dicit: *Venite*, quia priùs è tot Sanctis nonnisi rariſſimos vocavit hoc modo. O quantopere desiderabant Sancti in omni vita sua verbum istud *Venite*. Ecce ut illud audiunt! at qui volet illo die venire post Christum, quomodo merebitur? si nunc sequatur. *si quis vult post me venire* ad gloriam, *sequatur me* ad abjectionem. an æquum putas Christum sequi ad Regnum, & non sequi ad victoriam? *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Apocalyps. 3. v. 21.

2. Consídera, quomodo tot inter titulos, quibus in illo actu solenni conferendæ gloriæ compellare Electos Christus potuit, istum electurus sit: *Venite Benedicti Patris mei*: quia hic solus omnes includit. Apud nos dicere non est facere. & ideireo cum benedicimus alicui, vel bonum laudamus, quod habet, vel hoc illi precamur. non ita DEUS. ipse, cùm dicit, facit. *Ipse dixit, & facta sunt.* Ps. 32. unde ejus benedicere est infundere nobis bonum, infundere gratiam, infundere dona & dotes, infundere quamli-

bet virtutem. Vult ergo Christus, ut Beati in magno illo cœtu intelligant omnia illorum bona esse à Patre. & ideo dicet: *Venite benedicti Patris mei.* Ipsi verò ô quàm concordi voce prorumpent in verba illa: *Benedictus DEus, & Pater Domini nostri JESV Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Eph. 1. v. 3. Benedictiones, quas Pater Electis dedit, erant diversissimæ. *Benedixit singulis benedictionibus propriis.* Gen. 49. v. 28. omnes tamen referebantur ad hanc ultimam istius diei, quæ perpetua nuncupatur. *Benedictione perpetuâ benedicat nos Pater æternus. Amen.* & pro hac potissimum gratias tunc agent. nota igitur, quàm meritò Christus illo die posset dicere Electis. *Venite benedicti Patris mei, per me:* quia quæcunque ipsorum benedictio fuit ipsis data à Patre intercedente Christo: *in Christo*, quia singulis eam promeruit. sed non dicit hoc modo, dum ipsis benedictionem illam afferet perpetuam, ad quam omnes ceteræ referebantur, satis ostendet illo die, reliquas priores à se dependisse. O te beatum, si talem mereri benedictionem contingat! porrò ut eam merearis, tantum Patrem cole, & reverere, ut par est. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Ps. 127. non solùm *benedicetur*, sed *sic.* quia idem Pater alias habet benedictiones, quibus remuneratur filios minùs obsequentes ob nonnulla bona, quæ faciunt: sed non sunt illa, sunt benedictiones carnis, accommodatæ corrupto illorum genio, non spiritûs: *de pinguedine terræ*, non *de rore cœli.* En igitur, ut Electi die illo gratias agent pro iis benedictionibus, quas solas amârunt. *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus.* & ô quantam habebunt causam agendi gratias! quia *omnis benedictio spiritualis in cœlestibus*, est, quidquid Paradisus habet bonorum.

3. Considera, quomodo Christus Electis illo die daturus sit possessionem Paradisi, cùm dicet: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Poterat Christus in hoc actu alia usurpare vocabula, qualia sunt: *Procedite ad Regnum. Percipite Regnum. Fruimini Regno.* sed dicet: *Possidete*, & id quidem duplici ex capite. primò ut ostendat pacificam securitatem, quâ Beati eâ beatitudine cunctis seculis fruentur, deinde proprietatem. hoc enim est possidere. Possessio est bonorum, quæ ad nos spectant ut propria, & non ut commodata, locata, deposita. & est bonorum, quorum non habemus jus duntaxat (uti sunt, quæ ab aliis usurpantur) sed habemus actuale dominium, uti Rex habet ejus Regni, cui dominatur. Talis erat sua Beatis felicitas, & ideo Christus illis dicet: *possidete. Qui vicerit, possidebit hæc.* Apocal. 21. v. 7. Quodsi nôsse velis, quare Christus, cùm posset ejusmodi Beatitudinem tot aliis appellare nominibus, Mercedis, Bravii, præmii, gaudii summi, illo die voluerit potius Regnum nominare, causa est, quia nullum aliud magis demonstrat non solùm gaudium internum, quod habebunt beati, dum DEUM possident, sed & magnitudinem, glo-

gloriam, majestatem, quæ extrinsecùs illis accident, dum in damnatos dominantur. atque ad istud Regni nomen ô quantopere damnati simul omnes tunc frement præ rabie, quòd videant cunctis seculis tanquam Reges suis dominaturos capitibus illos mendicos, illos miserabiles, quos aliquando vix aspectu dignabantur. *Suscipient regnum sancti DEI altissimi.* Dan. 7. v. 18. Fratres Josephi sustinere non poterant hunc innocentem, ne per somnum quidem super eos regnare visum. *Numquid Rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ?* Gen. 37. v. 8. Cogita proinde, quid facturi sint damnati, cùm viderint illo die tantò præstantiore modo sibi dominari non fratrem aliquem, sed extraneos, sed æmulos, sed eos, quos olim adeò aversabantur? *Nonne DEVS elegit pauperes in hoc mundo heredes Regni, quod repromisit DEVS diligentibus se?* Jac. 2. v. 5. Nunc intelliges, quare Christus non ante illum diem dictutus sit Electis: *Possidete paratum vobis Regnum.* quia solùm illo die id demum Beati consequentur cum Christo, ut perfectè subjectos pedibus habeant persecutores suos. *Judicium sedebit, ut auferatur potentia:* illa nempe Luciferi, & membrorum ejus: *& Magnitudo Regni, quæ est super omne cælum, detur populo Sanctorum Altissimi.* Dan. 7. v. 26. Tu quid dices? an quòd Regnum non cures? Ergo damnatus es. quia die illo finietur status omnis medius. vel dextram tenebis, vel sinistrâ, vel Austrum, vel Aquilonem, vel Paradisum vel Infernum.

4. Considera, id, quod eo die cumulabit gaudium beatorum, futurum esse, quòd sciant Regnum istud, de quo agim⁹, illis de industria paratum, quippe tanto potiti bono possent fortè aliquid servare solicitudinis, aut metûs saltem levis illud amittendi, si licèt possessum ab ipsis non esset factum pro ipsis. at cùm audient, regnum istud non solùm esse ipsis proprium, sed & paratum, quodnam poterit superesse dubium? atque hæc erit ratio, ob quam Christus illis dicet: *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi*, non solùm *Regnum*, sed *paratum vobis.* Ita est: non erit hæc sola ratio. præterea ita Christus loquetur, ut tanto meliùs advertant Sancti summum amorẽ Patris, dum is ipso momento, quo cogitavit de constituendo Universo, simul cogitavit de paranda ipsis Regia tam pulchra, qualis est cœlum Empyreum. *Paravit illis civitatem.* Heb. 11. v. 16. & eos prædestinavit ad tantum fastigium gratiæ, gloriæ, dignitatis, qualis est illa, cujus eo die capient possessionem. si quâ ratione possis concipere animo laudes illas ingentes, quas Patri dabunt, reputa eas tecum ipso, sed certus te eas assequi non posse. Interim adverte non dici, Regnum ipsis fuisse datum *à constitutione mundi*, sed paratum, quemadmodum bravium paratur currenti, præmium certanti, merces duros sustinenti labores, quia ejusmodi præparatio Regni non facit, quò minus id verè debeant suis obtinere meritis. *Præparavit Deus iis, qui diligunt illum.* 1. Cor. 2. v. 9. fuit paratum *à constitutione mundi*, sed *post constitutionem mundi* promeritum.

XXIV.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Matt. 25.

1. COnsidera, quam diversa sint verba, quæ Christus reprobis dicet in Judicio, ab illis, quæ paulò antè dixerat Electis. Istis dicebat: *Venite.* illis dicet: *Discedite, & discedite à me in ignem æternum.* ô diram repulsam! compara hìc quoque tecum duos terminos, unde, & quò, *à me, in ignem æternum*, & senties terrorem. foret sanè malum non leve exulare à pulcherrima DEI facie; at exulare, ut insuper ardeat in igne omnium acerbissimo, qui concipi mente possint, & igne quidem æterno, quæso quid erit? Duo erant delicta peccantium in quavis eorum culpâ mortali, Aversio à DEO, & Conversio ad creaturam. & ideo æquum est utrumque puniri pro merito. Aversioni à DEO respondet pœna damni: *Non videbitis gloriam Domini.* Isa. 36. v. 10. atque istam insinuans dicet Christus illis infelicibus: *Discedite à me*; cùm æquum omnino sit, ut, qui terram promissionis non curavit, ad eam non pertingat: *Juravi in irâ meâ: si introibunt in requiem meam.* Ps. 94. v. 11. Conversioni ad creaturam respondet pœna sensûs. *Cruciabuntur die ac nocte, in secula seculorum.* Apoc. 20. v. 10. atque istam insinuans adjunget: *in ignem æternum*, cùm perinde æquissimum sit, eum, qui, ut suis [illegible] ret cupiditatibus, suæ carni, [illegible] sibus, suo corpori, ijsdem suis [illegible] queatur cupiditatibus versis in [illegible] & in carne, in sensibus, in corpore sentiat non ignem duntaxat, sed & cæteros cruciatus omnes, præ[illegible] pis respondentes, quos in igne habebit. *In mensurâ contra mensuram, cùm abjecta fuerit, judicabis eam.* Isa. 27. v. 8. *In mensurâ pœnæ contra mensuram culpæ.* Itaque cruciatus isti omnes comprehenduntur nomine Ignis, non solùm quia carces, in quo eos sustinebunt damnati, erit ex igne, *Mitte eos in caminum ignis.* Matt. 13. v. 24. Sed etiam quia cetera supplicia, quæ non sunt ignis, habebunt in inferno ad cruciandum vim agendi & acerbitatem ignis. *De igne egredientur, & ignis consumet eos.* Ezech. 15. v. 7. forcipes igneæ, enses ignei, sagittæ igneæ, serpentes ignei, & quidquid in ea Abysso concipere mente potes, nec ipso excepto putri halitu, quem spirabunt damnati, erit ignis ille: *Spiritus vester ut ignis vorabit vos.* Isa. 33. v. 11. Et tu cùm possis audire à Christo: *Venite.* audire potiùs voles illo die: *Discedite?* absit, ah absit, quovis impendio statue obtinere, ut audias: *Venite.* ô quamvis lucrum

lucrum ! si aliud non foret, quàm quòd te subducas igni, nullum satis est pretium. & ignis tamen est æternus. *Nocte & die non extinguetur : in sempiternum ascendet fumus ejus.* Is. 54. v. 10.

2. Considera, quemadmodum Electi fuerunt ad decus suum à Christo nominati Benedicti, ita Reprobos ad probrum appellandos Maledictos. Verùm ista est inter Electos & Reprobos diversitas singularis, quòd Electi habuerint bona sua à Patre, Reprobi verò mala sua à se. *Perditio tua ex te Israël, tantumodo in me auxilium tuũ.* Ose. 13. Et ideo mirum non est, quòd illi non solùm dicantur Benedicti, sed Benedicti à Patre. *Venite benedicti Patris mei.* hi verò solùm dicantur Maledicti: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Nemo nostrûm sine Patre potuit esse idoneus obtinendo Paradiso, nemo illum obtinere : & ideo ijs, qui obtenturi sunt, Christus dicet : *Venite Benedicti Patris mei.* Quivis nostrùm sine Patre potuit negligere adeptionem Paradisi, & ideo ijs, qui adepti non sunt, dicet Christus : *Discedite à me maledicti*, sed non etiam adjunget : *Maledicti Patris mei.* non quòd illo die maledictio non etiam ipsa danda sit à Christo Patris nomine, prout dabitur Benedictio, sed quia Patri adscribenda non est. & quis Pater ille, qui non malit benedicere, quàm maledicere filijs ? si maledicat, non facit nisi eorum compulsus inobedientiâ. *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.* Ps. 118. v. 21. Tu quid ad hæc dicis ? bene considera, quia penes te est, dum vita constat, vel per merita obtinere benedictionem, quã Pater dare amat, vel per delicta illâ excidere. at si benedictionem non consequaris, memineris te non posse subterfugere maledictionem. alterutra habenda est. Talis est mos Patris, vel benedicit filijs, si sunt boni, & hæredes facit : vel maledicit, si sint mali & hæreditate excludit. *Eu propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini DEI vestri, maledictionem si non obedieritis.* Medium nullum est. Deut. 11. v. 26. Miserum ergo illum filium, qui maluerit maledictionem. *Dilexit maledictionem, & veniet ei : noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Ps. 108. v. 18. non solùm *recedet ab eo*, sed *elongabitur*, quia quantumvis miser agnito errore illam desideret, ampliùs assequi non poterit. *Scitote enim, quoniam & postea cupiens Esau hæreditare benedictionem, reprobatus est : non enim invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisivisset eam.* Heb. 12. v. 17.

3. Considera, ut manifestiùs constet maledictionem non esse adscribendam Patri, Christum, dum loquitur Electis, illo die equidem dicturum : *Possidete paratum vobis Regnum.* Sed, dum loquitur Reprobis, non dicturum : *Discedite in paratum vobis ignem.* quia Pater Paradisum fabricavit, antequam filiorum quisquam eum esset promeritus, sed non Infernum.

In-

Infernus fabricatus est ipso momento, quo rebelles Angeli eum merebantur. & quia hoc posito factus est pro dæmonibus, non pro hominibus, ideo hominibus loquens Christus dicet: *Qui paratus est diabolo & Angelis ejus.* non dicet: *qui paratus est vobis.* Ita est, postquam est factus, Pater eum adhibuit hominibus, uti priùs dæmonibus plectendis, sed non intentione primariâ. adhibuit, quia, cùm tot homines etiam ipsi mallent adhærere Lucifero quàm DEO, conveniens erat, ut demum habitarent in Regno ejus, quem sibi regem elegerant. Ceterum an putas, si Infernus factus esset pro nobis, mittendum à Patre de cœlo in terram fuisse filium, qui tantâ sanguinis profusione ab eo nos liberaret? factus est nonnisi pro Angelis rebellibus: *Paratus est diabolo & angelis ejus.* & hinc vides istis post lapsum nullum esse relictum remedium, uti nobis relictum est. Quodnam igitur erit probrum tuum, si regni illius facias jacturam, quod pro te factum est, & proijciaris in ignem, qui non est factus pro te, sed pro inimicis tuis diabolis? *frater fui Draconum, & socius struthionum.* Job 39. v. 29.

4. Considera, quomodo Christus primò vocaturus sit ad Regnũ Electos, dicendo: *Venite.* & deinde expulsurus ad ignem Reprobos dicens: *Discedite.* & id quidem triplici ex capite. primò, ut ostendat, quanto magis mer benefacere, quàm nocere. *Numquid voluntatis meæ est mors impij? dicit Dominus.* Ezech. 18. v. 23. eque istud respicit bonitatem Judicis. Secundò ut citiùs consoletur Electos, & honoret in præsentia hostium, qui eos in terra aut vexârunt, aut spernerunt. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Job. 22. v. 29. & illud respicit dignitatem eorum, qui à dextris stabunt. Tertiò ut tanto acerbiùs crucient reprobos, faciemque ad conspectum illius gloriæ, quâ fruentur, quo Electi suam audient felicitatem, crepare invidiâ. *Peccator videbit & iratscetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Psal. 111. v. 10. & illud respicit confusionem eorum, qui habuerunt sinistram. Tu interim, meæ oculus conijce in vias diversas, quas capessent Electi quidem sursum, Reprobi deorsum. *Ibunt hi in supplicium æternum. Justi autem in vitam æternam.* quæso quid vias nobis fingimus inde à præsentione æterna, quæ momento hæret populum tam vastum? Evolabunt Electi amoris impetu elati instar flammæ ad sphæram suam. & eodem momento dehiscens terra omnes Reprobos ore tro suo deglutiet. tanta vis erit vocis, quâ dicet Christus illis eadem *Venite*: istis verò *Discedite.*

* *
*

XXV.

S Catharina Virgo & Martyr.

In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. I. *Sap.* 1. *v.* 1.

1. COnsidera sapientem in quocunque genere dici illum qui scit judicare de rebus secundùm primas altissimásque causas, & secundùm eas dem ordinare. Et ideo tales sunt artis cuiuslibet Magistri, tantò scilicet meliores, quantò possunt altiùs judicare de rebus in arte sua, eásque ordinare. *Ut sapiens Architectus fundamentum posui. 1. Cor.* 3. Ita est, prima & suprema causa, quæ omnia transcendit, Deus est. unde qui solùm scit judicare de rebus, eásque ordinare secundùm causas inferiores Deo quantumvis altas, dicitur equidem sapiens, sed in eo genere duntaxat, v. g. Architectonicæ, Juris Civilis, SS. Canonum: non dicitur sapiens absolutè. solùm ille dicitur absolutè sapiens, qui novit judicare de rebus, & eas ordinare secundum causam earum supremam, quæ est Deus. *Ecce timor Domini ipsa est sapientia. Iob. 28. v. 28.* Ratio est, quia omnes artes illæ minores parùm per se ipsas valent, nisi cum ipsis possideatur ars maxima, quæ consistit in consecutione ultimi finis. Huic ceteræ ancillari debent omnes. & ideo noveris cum illis omnibus, quotquot sunt, te damnari posse, nisi accedat etiam ista, tunc verò quid omnes illæ juvabunt? *Et siquis fuerit consumatus inter filios hominũ, si ab illo abfuerit sapientia tua Domine, in nihilum computabitur. Sap. 9. v. 6.*

2. Considera hanc sapientiam tam excelsam, de qua loquimur, donum esse proprium Spiritûs sancti, qui modo quodam speciali inspirat animabus, quomodo de rebus omnibus oporteat judicare, & quomodo secundùm Deum eas ordinare, id est secundùm voluntatem Dei, secundùm placitum & gloriam Dei, & qui maximè quæstuosus est; Amorem Dei. Id, quod intelligebat Apostolus, cùm diceret: *Homo spiritualis judicat omnia.* non quòd ille judicare semper possit secundùm regulas inferiores, quales sunt humanæ, sed quia semper de ijs judicare potest secundùm superiores, quales sunt Divinæ. Mirum ergo videri non debet, quòd sapiens hoc loco dicat: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* quia Spiritus sanctus, qui dat ejusmodi sapientiam, aversatur Animam malevolam, id est, animam addictam superbiæ, Iræ, Invidiæ, Acediæ, quæ è vitijs capitalibus magis propriè attribuuntur animæ, & aversatur

ſatur corpus ſubditum peccatis, hoc eſt, Crapulis & libidini, quæ vitiorum Capitalium magis propriè tribuuntur corpori. & ideo num Spiritus ſanctus illis infundet donum adeò ſingulare? *Spiritus ſanctus auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. ſap. 1. v. 5.* Oportet priùs tali hoſpiti recipiendo, qualis eſt Spiritus ſanctus, præparare cor tuum, pulſis omnibus cujuscunque generis peccatis, tanquam operibus nimium ſtultis, & tunc donorum ejus particeps eris; cùm non ſit eorum Principum unus, qui dona ſua alienis transmittunt manibus, ipſe illa affert. *Spiritus plenus ex his veniet mihi. Ier. 4. In ſiluit in eum Spiritus Domini. Irruit in eum Spiritus Domini. Fuit in eo Spiritus Domini. Iud. 3. v. 10.* Iſtæ ſunt voces, quibus de ipſo loquitur Scriptura. imò iſta eſt ratio, ob quam dicitur ſimilis vento vehementi, quia imbrem ſuorum favorum non ſolùm in ſinum depluit, uti ventus ordinarius, ſed ipſe defert. *Factus eſt repentè de cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritûs vehementis, & replevit totam domum, ubi erant ſedentes. Act. 2.* Vis igitur accipere, hanc ſapientiam tam præclaram, quæ donum ipſius eſt? Ipſummet roga, ut ad te veniat. *Invocavi, & venit in me Spiritus ſapientiæ,* hoc eſt, *Spiritus dator ſapientiæ. Sap. 7. v. 7.*

3. Conſidera, cuncta peccata tam Spiritûs quàm carnis, quæ priore puncto inſinuavimus, duas includere perverſitates. Una eſt averſio à Deo, altera Converſio ad res creatas. nihilominus inter utraque hoc diſcrimen eſt, quòd iſta corporis plus habeant ſe converſione ad res creatas, quæ omnia complentur in ſatiando Appetitu ſenſuali, qui capax non eſt earum voluptatum, quæ à Deo procedunt, aſſi quatenus in eum redundant, unde etiam ſi non perinde æſtimet, ut Spiritus, tam reus non eſt. Peccata Spiritûs plus habent Averſionis à Deo, quia licet iſte capax omnino foret voluptatum, quæ à Deo proficiſcuntur, eas non curat, ut potius illis adhærat Elecebris, quas à rebus capit creatis. hinc eſt, quòd peccata, quæ ſpiritualia vocantur, plus habeant diabolici, quæ carnalia, plus animalis. In illis Anima operatur ut Anima ſui cœnâ, & ideo retinet nomen Animæ. *In malevolam animam non introibit ſapientia.* In iſtis Anima, ceu foret eadem cum corpore, potiùs corporis gratiâ operatur quàm ſui, ideo relinquit nomen Animæ, & ſuſcipit nomen Corporis: *neque habitabit in corpore ſubdito peccatis.* In illis operatur Anima ex dote propria tanquam domina, & ideo dicitur velle malum: *in malevolam animam*, id eſt, *in animam volentem malum non introibit ſapientia.* In iſtis operatur Anima tracta potius ad modum Ancillæ ab Appetitu ſenſuali, quia non tam anima quàm corpus foret, & ideo non tam velle dicitur malum, quàm ad volendum eſſe ſubdita. *Neque habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Tu interim non erubeſcis te ipſum, dum

dum te à capite ad calcem considerans nescis, quam partem habeas fœdiorem, nobilem, an ignobilem?

4. Considera, quod hoc loco præcipuè notandum est, dici de sapientia: *in corpore subdito peccatis non habitabit. In malevolam animam non introibit.* Ratio est, quia, sicut peccata spiritualia naturâ suâ plus habent Aversionis à Deo, quàm carnalia, ita nec menti propinquare sinunt illam sapientiam, quæ hoc spectat, ut Deus in omnibus semper sit prima Regula. *Initium superbiæ hominum apostatare à Deo, quoniam à Deo, qui fecit illum, recessit cor ejus. Eccli.* 10. *v.* 14. Et sicut peccata carnalia plus habent conversionis ad res creatas, quàm spiritualia, etsi minus habeant Aversionis à Deo, ita dum nonnunquam sunt causa labendi, sinunt equidem magis appropinquare sapientiam cordi hominis radio quodam fidei coruscante, qui eum excitet, aut exhortatione terrificâ, quæ commoveat, aut exemplo salutari, quod compungat. quid porrò? etsi introire sinant, plerumque tamen morari diutiùs non permittunt ob vehementem adhæsionem cordis ad rem creatam, ad quam se convertit. *si subito apparuerit Aurora, arbitrantur umbram mortis, & sic in tenebris, quasi in luce ambulant*, dum gaudent sensuales illis suis sensuum illecebris, quasi forent sinceræ deliciæ sapientiæ, cujus non sunt capaces. *Iob.* 24. *v.* 17. verbo is, cui dominantur peccata spiritualia, ægrè admodum convertitur. *In malevolam animam non introibit sapientia.* Cui dominantur peccata carnalia, si non tam difficilis est ad conversionem, certè valde est debilis ad perseverantiam. *Nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Utrumque malum est gravissimum, quodnam sit majus, difficile est divinare. Quidsi ergo in te tam Spiritualia quàm carnalia unitis viribus pessima quæque in tui perniciem designarent, utendo perfidis solùm propensionibus suis, nunquam hactenus abs te sat eradicatis ex anima parùm amante Dei, aut ex corpore nimium suis addicto oblectamentis? Quo casu contingeret infelici sorte te accenseri filiis Agar, qui non sunt apti aliam quærere sapientiam quàm terrenam. *Filij Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est; viam autem sapientiæ nescierunt. Baruc.* 2. *v.* 23. secus ac illa Virgo, cujus hodie festum agimus diem, adeò sapiens, quia diversorium fuit Spiritûs sancti, qui in ipsa tanquam Templo suo con quievit.

* * *

XXVI.

Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo.
Ps. 117. v. 6.

1. COnsidera unam è maximis perturbationibus, quæ fortè in via Domini tuum spiritum affligunt, hanc esse, quòd occurrat, quid tu demum faceres, redactus ad illum horridum conflictum, quo vel perdendum, quidquid habes in mundo bonorum, amicorum, facultatum, honorum, propinquorum atque adeò ipsius vitæ, vel peccandum? An generosè sustineres assultum, & potiùs torreri ignibus, secari, lacerari, laniari malles, quàm succumbere? hæc illarum una est cogitationum, quæ nunquam, ut manifestum est, ultro sunt accersendæ: quia cùm mala distinctè apprehensa vim habeant maximam nos percellendi, stultè te conijceres in tentationem. Idcirco sufficit ea tibi repræsentare mala, quæ probabiliter evenient, vel ad animandum Spiritum vel armandum, quia solùm de his scripsit Apostolus: *Vosmet ipsos tentate, si estis in fide 2. Cor. 13. v. 5.* & non illa, quæ evenire solùm possunt. Sed quid juvat? quamvis ipse illa tibi non repræsentes, repræsentat interdum satanas hostis tuus, ut, quantum in se est, saltem illusionibus & larvis objectis te superet. Unde si nôsse velis, qualem in ejusmodi occasionibus gerere te oporteat, ecce hîc brevi compendio expressum. ab illo expedire te debes hoc versiculo, quem in casu simili instar fulminis vibravit devus aliquis Martinus, & illi respondere, te nihil cum Dei auxilio formidare: *Dominus mihi adjutor; non timebo, quid faciat mihi homo.* nonne vides hos esse muros illos igneos, qui apparent in Palarijs arte magicâ aut per præstigias efformatis? si æstimas, hæc non sunt: si animosè aggrediaris, mox cedunt, ceu muri forent è nebula, hoc est, qui non sunt conscendendi, vel prosternendi, sed transeundi: *in Deo meo transgrediar murum. ps. 17. v. 30.*

2. Considera pro solatio mo, nihil omnino fidendum in te, sed in solo Deo: *Dominus mihi adjutor*, ideo diffidentia, quam modò experiris in te ipso de viribus tuis, non indicat defectum propositi quocunque casu agendi, quod oportet, ad honorem Dei, sed indicat potiùs vivam & veram miseriæ tuæ cognitionem, quæ meritò faciat te pessima quæque ominari. Sufficit, eodem tempore, quo tantopere diffidis tibi, tantundem confidere Deo, imò longè ampliùs: quia sine comparatione major semper erit ejus misericordia, quam indignitas tua, major potentia, quam imbecillitas tua: *non est, qui resistat manui ejus. Dan. 4. v. 32.* cæterum ejusmodi sensus diffidentiæ de te ipso è quàm bonus est: multò est melior quàm si putes te firmum & securum con-

consistere : quia Deus solet confundere præsumptuosos : *De suavirtute gloriantes humiliat. Judith. 6. v. 15.* Itacernimus multos, qui Magnam habebant de se fiduciam, ubi ventum est ad certamen, turpiter cessisse; *Conversi sunt in die belli. Ps. 77. v. 9.* alios verò qui trepidabant, stetisse fortiter, quia ipsa fragilitatis suæ cognitio eos stimulabat, ut Divinum quærerent auxilium, ut se demitterent, ut vigilarent, & orarent infimis precibus, ne & ipsi cederent tentationi, quæ fuit causa dicendi Apostolo: *Cùm infirmor, tunc potens sum 2. Cor. 12. v. 10.* noli itaque tristari, si videaris tibi in magna positus tentatione casurus. Satis est, quòd nihilominus speres te non casurũ, non ob vires tuas præsentes, quas nimis quàm debiles esse nôsti, sed ob illas, quas tunc tibi Dominus præstabit accomodatas necessitati, in dando auxilio.

3. Considera pro majore tuo solatio, necistud quidem requiri, ut nunc tantam habeas Spiritum fortitudinis, quantus est necessarius ad superandas ejusmodi tentationes adeò terrificas; quia Deus nihil agit frustra, & ideo dare non solet eam gratiam, quæ requiritur ad obtinendam victoriam in gravi certamine, quando ejus occasio non est. Istud autem quid obest? si non dat, certè dabit. *Dominus virtutem populo suo dabit. Ps. 28. v. 11.* Samson fortissimus fuit hominum. an putas eum continuò sensisse tantum robur suarum virium? nequaquam: sed cùm illi leones occurrebant in sylvis, aut in urbibus ab inimicis suis se circumdatum, lacessitum, & tantùm non oppressum videbat, subitò illud cælitus sibi sensit inspirari. Unde, quoties ille grande aliquid præstitit, solebat Sacra pagina hac potissimum formulâ de eo loqui, irruisse in eũ Spiritum Domini. *Irruit in eum Spiritus Domini, & dilaceravit leonem. Jud. 14. v. 6. Irruit in eum Spiritus Domini, & percussit triginta viros. Jud. 14. v. 19. Irruit in eum Spiritus Domini, & sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.* Jud. 15. v. 19. quippe vires adeò superiores naturâ illi dabantur, prout usus postulabat. Noli terreri his, quæ modò suggerit inimicus, ut cadas animo: sed spera in Deo, quia ille ideo vocatur. *Adjutor in opportunitatibus.* Ps. 9. v. 9. quòd his advenientibus daturus sit robur, quod nunc deest. *Insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alium. 1. Reg. 10. v. 6.* non meministi, quid de sanctis scribatur, qui fidem habuerunt in Deo? scribitur, eos per hanc fidem *fortes factos esse in bello.* Hebr. 11. v. 34. non solùm *fortes ad bellum*, sed *fortes in bello*, quia illo ipso momento, quo utendum erat viribus pro honore Divino, eas consecuti sunt; *Convaluerunt de infirmitate.* ibidem. unde fiducia in Deo non est præcipuè fundanda in ea gratia, quam ab ipso jam accepimus, sed in ipso Deo, qui cùm necesse fuerit, nobis dabit gratiam sine comparatione majorem, quàm dederit. *Ego ero fidens in eum.* Hebr. 2. v. 13.

4. Considera aliud esse fiduciam in DEO, & aliud præsumptionem. Præsumptio est, quæ fidendo in Deo transgreditur terminos legum ab eo Præscriptarum, fiducia eos servat. Jam verò leges præscriptæ sunt istæ, ut si cognoscamus nos destitutos gratiâ veniendi ad magna certamina, eam desideremus, petamus, &, quàm maximè possumus, nos exerceamus in minoribus prælijs cum ea gratia, quam pro illis nunquam solet negare. *Exerce teipsum ad pietatem.* 1. Tim. 4. v. 7. Dixi, quàm maximè possumus: nam si in istis quoque non rarò labimur ex fragilitate, nõ ideo despondendus est animus, quasi succumbere in minoribus pugnis sit se reddere indignum, gratiâ pro majoribus, sed succumbere per infidelitatem, succumbere per ignaviam, succumbere, quia detrectamus pugnam, & volumus, ut DEUS vincat pro nobis, sine nobis. hoc est, quod DEO displicet, quia est pernicioſa fiducia præsumentis. non audis, quid hîc dicat Vates Regius: *DEVS meus, Adjutor meus.* at si ille nos adjuvat, vult utique etiam à nobis præstari aliquid ex parte nostra; aliàs certè non adjuvaret, sed totum faceret. Quodsi ergo videris tibi non experiri modò eas vires, quibus esset opus ad superandas tantas difficultates, quantas fingit imminere accidere tibi posse à quocunque homine etiam diabolico, desidera habere, & ut habeas postula, quod facile est. Ut autem deinde illis exiguis, quas DEUS largitur velitationibus, quotidie occurrentibus, ex æquo respondeamus, nam ipse Samson, qui solùm ad debellandos Philistæos à DEO obtinuit vires adeò prodigiosas, dicitur tamen ab infantia dedisse specimina non levis futuri roboris. *Crevit puer, & benedixit ei Dominus, cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan.* Jud. 13. v. 24. primò *in castris Dan*, ubi pugna fuit umbratilis. deinde *in castris Philistinorum*, ubi fuit campus omninis.

XXVII.

Cùm accepero tempus, ego Justitias judicabo. Ps. 72. v. 1.

1. COnsidera nunc concedi tibi à Domino tempus perquam idoneum, & copiosum faciendi bene, modò illud velis impendere. *Dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret.* Apoc. 2. v. 21. quid autem? quemadmodum nunc dat, ita die quodam rursus illud tollet, ut totum sibi vendicet. hanc causam esse puta, cur non dicat hoc loco: *cùm aderit tempus, ego justitias judicabo*, sed *cùm accepero tempus*: quia secundum nonnullos vult tibi indicare, quomodo denique accepturus sit pro le tempus illud, quod nunc est tuum tu vero quid facies? nihil ejus habebis amplius pro te, nec momentum quidem. *Tempus non erit amplius.* Apoc. 10. v. 6. certè accipiet tempus suum, hoc est tempus

sibi destinatum, & determinatum pro judicio tunc autem, ô quàm strictam exiget rationem etiam hujus ipsius temporis, quod modò tibi concedit! *Vocavit adversum me tempus.* Thr. 1. v. 15. cogita nunc tantisper, quomodo id impendas, in rebus utilibus an vanis? DEUS illud tibi largitur, ut eo negotieris pro aquirendo Paradiso, & tu spernis, aut non uteris nisi ad accersendum tibi interitum: ô tempus malè consumptum! tunc cognoices, quando suo tempore finito succeder tempus Domini. sed fortè longius abest? *Prope est, ut veniat tempus ejus.* Isa. 14. v. 1.

2. Considera, cùm acceperit tempus ejusmodi, judicaturum, prout dicit hoc loco, Justitias. *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.* quis sensus verborum? Juxta phrasim Hebræam *justitias judicare*, significat judicare cum rectitudine, cum rigore, cum strictissimis Justitiæ legibus. *sedisti super thronum, qui judicas justitiam.* Ps. 9. v. 5. Vult ergo dicere Dominus Misericordiam eo die non habituram ampliùs locum, sed solam Justitiam. at juxta communem SS. Patrum *justitias judicare* idem est ac judicare etiam opera per se justa, ut dispiciat, an illa facta sint tempore, fine, modo, ceterisque circumstantiis præscriptis. Ideo dicit hîc Dominus: *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo*, ut scias eo die non solùm judicaturum iniquitates, sed & justitias. *Purgabit filios Levi, qui sunt justi, & colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum.* Mal. 3. v. 3. quo posito quis nostrùm miserabilium securus erit? Examina te ipsum, & videbis, multa continuò à te fieri opera per se justa, sed faxit DEUS, ut perinde omnia facias justè. Evolvere? corollam precatoriam, recitare Psalmos, recipere Sacramenta, Missæ Sacrificio assistere, aut stipem dare pauperibus sunt opera per se justa, quis hoc ignorat? sed quomodo ea facis? quantis cum evagationibus animi, quantâ socordiâ, quàm variis mixta defectibus? & tamen quid ait Scriptura? *Qui custodierint justa justè, justificabuntur.* Sap. 6. v. 11, non *qui custodierint justa*, sed *qui custodierint justa justè.* Id quod hominem facit sanctum, non est *materiale* operis, sed potiùs *formale.*

3. Considera multos esse in mundo, qui faciunt ex parte sua justitiam, affirmando, se non obligari in conscientia, vel ad implendam in hoc rerum statu debitam restitutionem, vel ad dandam hanc veniam, vel ad deserendum hoc commercium, vel ad alia ejusmodi facienda opera, ad quæ, si conferre cum aliis casum vellent magis Religiosis, quàm sint ipsi, facilè agnoscerent se obligatos. Unde hoc loco pariter Dominus innuit, ut quisque lentè procedat, nec tam facilè ipse sibi statuat ejusmodi privatas justitias, quia tempore suo cognituras est, quid habeant pòderis. *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.* ô quàm multa forsitan tu facis tibi licita, quæ revera non sunt. curæ non est, ut interroges, quos oportebat, non casuum peritos, non conscientiæ arbitros. Es de numero illorum, qui *ipsi sibi sunt lex.* Rom. 2. v. 14. sed lex proprio accommodata genio. Itaque

que memor esto, omnia ad rationem revocanda, & à quo Judice? ab eo, qui novit discernere Justitias sinceras à palliatis. *Non secundùm visionem oculorum judicabit.* Isa. 11. v. 3. Ideo vel in ipso bono, quod agis, aut omittis, assuesce non tam facilè proprium sequi judicium, sed aliorum consilium. *Beatus, qui non judicat semet ipsum in eo, quod probat.* Rom. 14. v. 22.

4. Considera, sicut Dominus judicabit tempore suo Justitias, quas ipse falsò tibi cominisceris, cùm es reus, ita judicaturum etiam illas, quas falsò in te statuunt Judices infensi, cùm es innocens. Idcirco si nunc inter homines fortè accipis injuriam, ne sis vili & abjecto animo, veniet enim dies, quo magnus ille Dominus, de quo scribitur: *faciet judicium injuriam patientibus, dat escam esurientibus.* Ps. 45. v. 7. æquè judicaturus est sententias injustas, ut jus dicat iis, qui damnum passi sunt, qui per injuriam vel tyrannidem oppressi. *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.* ne graveris expectare tantisper. *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurectionis meæ in futurum.* Soph. 3. v. 8. Quamprimùm injuriam accipis à Principe, à Præposito, à tribunali, velles fulmina de cœlo mitti, quæ linguis igneis pro tua innocentia perorent: & vix teneri potes, quin sæpe dicas Deo cum Habacuc: *Usquequo Domine clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non salvabor?* Habac. 1. da tempus tempori. non audis, quomodo hìc loquatur Dominus? *Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.* Ille tibi jus dicet: ne dubita: sed non modò, non hodie, non cras, non ei die, quem tu illi velles præfigere, quia non decet Reum statuere diem Judici, & Judici suo supremo, eo dicet, quem ipse sibi meliùs elegerit. Tu facillimè errares unũ diem sumens pro alio, ipse scit aptissimum. *Statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate.* Apoc. 17. v. 31. Itaque cogita illas animas afflictas, quo jam olim ab altari clamabant ad Deum: *Usquequo non vindicas, sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?* responsum est, ut in silentio quiescerent tantisper; eò quòd nondum esset tempus. *Dictum est illis, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus conservorum eorum & fratrum eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Apoc. 6. v. 11. An existimas te solum in mundo sentire iras potentium, qui, quod volunt, possunt? non est ita. ô quot socios numerabis calamitatum, etiam majorum tuâ, quibus illos opprimebant Judices terræ! Est autem omnino necesse, *ut impleatur numerus*, quò triumphus Divinæ Justitiæ reportatus de tot humanis Judiciis malè compositis, quantò erit plenior, tantò sit illustrior. Tu interim sustine, & tace: *requiescite adhuc tempus modicum*, quia si Dominus nunc tuo dominatur honori vellet consulere, tenuis foret ejus gloria. Tunc erit ejus gloria plena, erit perfecta, quando eodem momento tibi reddet, quod tuum est, & simul reddet aliis innumeris.

XXVIII.

XXVIII.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Deut. 2. v. 23.

1. COnsidera cuncta hujus mundi mala, quantumvis acerba & dolorifera non mereri omnino nomen mali, quia non sunt pura mala. semper habent aliquam mixturam boni, quod sinon compenset, certè mitiget. *Contra malum bonum est.* Eccli. 33. v. 15. In inferno non sic est. ibi mala omnia sunt purissima. unde Deus de damnatis loquens tantâ cum Emphasi dicit hoc loco: *Congregabo super eos mala.* non memorat distinctè venena, lanienas, ustulationes, nec quodvis aliud eorum suppliciorum, quæ Reis in hac terra à tortoribus inferuntur; imaginaritunc posses opposita venenis antidota, lanienis balsama, ustulationibus balnea, aut cuicunque alteri supplicio salrem mortem, quæ & ipsa bonum non love malis affert, nempe finem. Dicit mala, ut, dum concipis in inferno venena lanienas ustulationes, & quidquid aliud fingi potest dolorifetum, in hoc sistas, nec quidquam jungas boni, quia nullum est pro damnatis. *Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum*, ait Dominus Ier. 44. v. 27. *Vigilabit in malum*, quia faciet eos sentire amaritudinem luctûs, sed *non in bonum*, quia non patietur eos sentire quidquã leniminis. *vigilabit in malum*, quia faciet sentire angustias carceris, sed *non in bonum*, quia non patietur frui solatio solitudinis. *vigilabit in malum*, quia faciet experiri tenebras noctis, sed *non in bonum*, quia nõ permittet etiam experiri silentium, somnum, & vel unius momenti quietem. numquid poterunt illi infelices sperare post aliquot seculorum myriades malorum finem? nec istud quidem. tunc enim super ipsos *vigilaret* Dominus non solùm *in malum*, sed & *in bonum*, si eum malorum poneret terminum. Ut pura, & mera sint mala, oportet eum, qui patitur, esse certissimum, ea fore æterna. *Et dixi: perijt finis meus.* Thr. 3. v. 18. æternum luctum, æternam captivitatem, æternas tenebras, æternas feras, æternum ignem, & ante omnia æternam desperationem videndi unquam pulcherrimam Dei faciem, ob quam in hanc lucem sunt editi. *Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini* 2. Thes. 1. v. 9. & hæc cogitatio te non facit attonitum? cùm in terra mali aliquid sentis, solaris te ipsum cogitando, malasi sint graviæ, non esse longa si sint longa, non esse gravia. In inferno non habet locum ejus generis solatium, quia ibi nullum est malum grave, quod æternum non sit: non est, nec esse potest malum æternum, quod non sit grave.

2. Considera quemadmodum mala præsentis vitæ pura non sunt, ita non posse in eodem homine, quantumvis malè constituto, simul omnia colligi, sed quasi dispersa per orbem vagantur, ut inveniant diversorium. qui uni illorum subjacet, non subjacet alteri, maximè cùm eorum multa sint invicem contraria, uti sunt calor & frigus, vigilia, & lethargus, vermes & lepra, quæ naturaliter non possunt conjungi ad idem torquendum corpus. at in Inferno hæc ipsa mala omnia invicem opposita Divinâ virtute conspirabunt ad supplicium damnatorum: ideo pariter dicit hîc Dominus: *Congregabo super eos mala*: quia mala, quæ super terram sunt divisa, imò & repugnantia, in inferno vocantur à Deo, ut uno quasi fœdere jungantur. Verum est, hoc loco non dicere Dominum, *Convocabo*, sed *Congregabo*, ut constet non agi de quacunque simplici conjunctione, sed oneris, & compressionis. *Congregare ut bruchus.* Nah. 3. v. 15. & quodnam esse malum potest, quod non inveniatur in barathro, in quo Deus per cuncta secula eorum centrum constituit? *Locum tormentorum* Luc. 16. v. 28. Unicum, quod ibi restare possit, bonum est ipsum esse. Sed hoc quoque misero vertetur in summum malum, si eò te pertrahi unquam sinas pondere peccatorum, cùm longè minus sit malum non esse, quàm esse in tot malis. Quid agis igitur? an curabis ut non sis? sed hoc fieri nequit. *Non est illis medicamentum exterminij.* Sap. 1. v. 14. necesse est esse, & esse semper malum, semper in luctu, semper in captivitate, in potestate furiarum, quotquot habet infernus. hinc dicit Dominus: *Congregabo super eos mala*, non contra eos, sed *super eos*, ut intelligas totâ æternitate te nunquam fieri posse superiorem malis: semper illis eris inferior: *Avellatur de tabernaculo fiducia ejus, & calcet super eum, quasi Rex, interitus.* Job. 18. v. 4.

3. Considera, quomodo dicat Dominus se complerarum in damnatis sagittas suas. *Sagittas meas complebo in eis.* Per sagittas suas intelligit hoc loco eas maledictiones, quas comminando continuò fulminat contra impios per os suorum Prædicatorum & Prophetarum, cùm inclamant: *Quodsi audire nolueris vocem Domini Dei tui, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te*, ut olim clamabat Moyses Deut. 28. v. 15. Quidam iis territi, ideóque compuncti & contriti, subitò se demittunt ad veniam: & tum Deus tollit hujusmodi vim, quam habebant, nocendi peccatoribus, & eas vertit in hostes eorum, hoc est, dæmones, qui eos seduxerunt ad malum. *Cum duxerit pœnitudine cordis tui reversus fuerit ad eum &c. omnes maledictiones has convertet super inimicos tuos, & eos, qui oderunt te, & persequuntur.* Deut. 30. v. 7. Alij corde obstinato ejusmodi sagittis non terrentur, imò eas intus in animo nunc contemnunt, nunc ridentes, quasi vana terriculamenta, dum arroganter jactant: *Non veniet super nos malum.* Jer. 5. v. 12. Contra istos ergo ex-

exclamat hìc Dominus, se denique ostensurum, an eas compleat, & compleat simul omnes, plenè, perfectè. *Et sagittas meas complebo in eis.* septem numerantur sagittæ, quas sancti notant fuisse exoneratas in corpus hominis post peccatum, videlicet fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, mors. Istæ sunt sagittæ omnibus communes, quotquot in Adamo peccaverunt. at in terra non sunt sagittæ completæ, desunt pennæ, obtusus est mucro, & ideo leviter vulnerant. at in Inferno ô quàm eædem volabunt omnes plenæ vigore ad feriendum omnem impium. *Inebriabo sagittas meas sanguine.* Deut. 32. v. 42. & ideo Damnati sunt, in quibus propriè dicitur Dominus completurus sagittas suas *Complebo in eis*, quia in his omnem nocendi vim illis tribuet. Et tu, dum peccas, nôsti, locum tibi parari adeò horrendum, & tamen peccare pergis, ac si nihil omnino credas?

XXIX.

Qui timet Deum, nihil negligit. Eccl. 7. v. 19.

1. Considera vocis hujus *negligere* duplicem esse sensum. Incuriam significat, & contemptum. priore sensu usurpavit Apostolus, cùm dixit Timotheo 1. 4. 14. *noli negligere gratiam, quæ data est tibi.* Posteriore Deus est usus per os ejusdem Apostoli, cùm dixit: *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Heb. 8. v. 9. ab hac voce *negligere* usurpatâ priore sensu, quem diximus, latinè derivatur Verbale *Negligentia.* & ab eadem sumptâ posteriore sensu derivatur *Neglectus.* His ita declaratis vocabulis, quæ equidem facilè percipis, sed confusè tantùm, statim intelligis, quid velit affirmare Sapiens, dum ait: *qui timet Dominum, nihil negligit*: hoc est, nihil non curat vel omittit boni quasi superfluum. & nihil negligit vel contemnit mali, tanquam leve. In hoc gemino quasi cardine salutis nostræ omnis vertitur perfectio Christiana. unde verò nâscitur tot hominum ruina etiam irreparabilis? non aliunde, quàm quòd in eo non satis se firment. Cùm igitur tanti momenti sint sequelæ, quæ pendent tum ab executione, tum ab omissione tam nobilis documenti, ejus usum intimè penetrare, penitus cognoscere satage.

2. Considera non dicere sapientem: *Qui timet Deum, nihil boni omittit,* quis enim est adeò sanctus, ut non omittat aliquando facere boni quidpiam ultra id quod plerumque præstare solet? dicit: *Nihil boni negligit,* quia si talis sanctus omittat, ex fragilitate vel debilitate omittit, & non turpi illo vitio, quod Negligentia vocatur. negligentia illorum est propria, qui non modò non exequuntur majus bonum, quod facere possent,

si vellent, sed nec curant exequi, eo contenti, quod sufficit, ne excidant gratiâ sui Domini. Istud autem ô quantum est malum! quia hoc aliud non est, quàm se reddere indignum iis auxiliis abundantibus, quæ DEUS largiri solet his, quos videt placendi sibi studiosos. at quis nescit hæc, demum auxilia alas esse grandes aquilarum, quibus brevissimo temporis spatio à DEO te cernis evehi ad altissimam perfectionem? *Vos ipsi vidistis, quomodo portaverim vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi.* Exod. 19. v 4. At ubi ista desunt auxilia, quot continuò sensim pereunt, eorum instar, qui habent equidē reditus, sed adeò tenues, ut vix sustinendæ vitæ sufficiant. Unde Sapiens alio loco dicit: *Qui negligit viam suam, mortificabitur.* Prov. 19. v. 16. O verbum infaustum! non ait: *Morietur*, quia ob istam negligentiam, quam præfers in servitio Divino, non incurris formaliter, ut loquimur, mortem animæ horrendam, seu damnationem; sed ait: *Mortificabitur*, quia, etsi formaliter non afferat mortem animæ illa negligentia, ut quæ non semper attingit malitiam noxæ mortiferæ, saltem ad eam incurrendam inclinat ob summam penuriam spiritûs, & auxilii, ad quam redigeris. *Egestatem operata est manus remissa.* Prov. 10. v. 4.

3. Considera, qualis illa sit virtus, quæ dictæ opponenda est negligentiæ. Diligentia est, quæ ex sensu Sanctorum in tribus consistit. 1. consistit in studio omnium mediorum, quantumvis minuta sint, quæ possunt nos promptiùs provehere ad perfectionem, quam Deus pro statûs nostri conditione requirit. & ejusmodi studium opponitur negligentiæ Electionis. II. Consistit in prompta executione mediorum. & ista promptitudo opponitur negligentiæ Executionis. III. Consistit in executione mediorum cum applicatione. & hæc applicatio opponitur negligentiæ Attentionis. Tu verò quomodo regeris? Examina te ipsum, & videbis, te sæpissimè in aliqua deficere triplicis hujus diligentiæ adeò fructuose, sicut in omni. fac igitur, quod tibi dicit Dominus: *De negligentia purga te cum paucis.* quia pauci sunt, quibus curæ sit accusare se ipsos in sacro tribunali de aliqua ejusmodi negligentia sigillatim, qualiscunque sit ēmbus suprapractis. Ad summum accusabunt se ipsos aliquando verbis generalibus, & nihil planè exprimentibus. pauci sunt, quos vera subeat pœnitudo. pauci, qui seriam proponant emendationem. tu verò, ne attendas, quid multi faciunt. hoc fac, quod faciunt pauci. *De negligentia purga te cum paucis*, quia demum pauci quoq; sunt, qui salutem consequentur, & non multi. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.*

4. Considera non dicere Sapientē *Qui timet DEVM, nihil mali operatur.* quis enim est adeò sanctus, qui non subinde committat peccatum aliquod saltem veniale? *In multis offendimus omnes.* Jac. 3. v. 2. dicit: *nihil mali negligit*, quia si quis Sanctorum committat peccatum aliquod veniale, id non contemnit, maximè si veniale fuerit de-

delibèratum, imò de eo summè doler. Ille contemnit, qui intus in corde suo leve reputat, quia veniale. quid? an veniale peccatum leve malum est? miserum te, si in tam stulto errore versèris. Peccatum veniale malorum, quæ sint, aut possint esse in mundo, maximum est post peccatum lethale. adeò, ut vel unum habere peccatum veniale deliberatum, quantumvis solum, majus tibi sit malum, quàm si habeas omnem scabiem Universi, omnes plagas, apostemata, febres, podagras, Paralyses, furias, imò diabolos Inferni simul omnes. hinc est, quòd ad evitanda hæc mala dicere non audeas vel unum mendacium bonâ conscientiâ, quantumvis jocosum, non facere furtum vel minimũ, non fraudem texere exiguam. nec istud duntaxat. sed si præterea ejusmodi peccato veniali modum invenires adducendi ad fidem Christi omnes Judæos, Tartaros, Turcas, Idololatras, verbo gentes omnes illi rebelles, id facere non possis. neque DEUS ob eam conversionem quidquam tibi deberet, sed pœnâ plecteret adeò sensibili & severâ, qualis illa est flammæ piacularis, quæ omnia Mundi hujus superat tormenta. Et tu his insuper habitis audeas contemnere peccatum aliquod veniale deliberatum, & dicere: quid igitur magni est mali? *Qui timet DEUM, nihil negligit.* Verum quippe est peccato veniali eò te non prolabi, ut DEUM graviter offendas, uti fit per lethale, at offendis tamen, ei displices, illum inhonoras. quomodo ergo contemnere tale peccatum potes, si id spectes, quod in se est, & dicere intra te ipsum quasi filius degener: modò Pater meus non accipiat à me gravem offensam, satis est mihi? Ad hæc verum est peccatum veniale non esse morbum adeò lethalem, qui mortem ipsam afferat animæ, uti est mortale, quod est morbus consumatus, hoc est, completus, plenus, perfectus, qui in ejus corde vel ipsum vitæ principium extinguat Charitatem: sed est sine dubio talis morbi quoddam initium. Quomodo igitur contemnere tale peccatum potes, si id spectes, quod est in suis effectibus, instar dementis dicens intra te ipsum, modò peccatum, quod facio, lethale non sit, alterum minimè curo. an fortè omnem spernis infirmitatem, quę lethalis non est? imò caves ab omnibus, quantum potes, quia contemptæ paulatim eò redigere te possunt, ut aliam incurras immedicabilem. Quare igitur solùm in casu nostro facere lubet oppositum? *Qui timet DEVM, nihil mali negligit*, tam propter id, quod malum illud in se est, quàm quod est in suis effectibus. unde cùm audis peccatum veniale dici peccatum leve, ne credas id dici *absolutè*, sed *relativè* tantùm, hoc est, comparatione peccati lethalis. ceterùm malum illud summum est, quod jam audisti.

5. Considera videri posse aptiùs fuisse proferendam sententiam, si Sapiens non dixisset: *Qui timet DEVM, nihil negligit*, sed *qui diligit DEVM.* quia non negligere quidquam boni, tanquam exigui momenti, nec contemnere quidquam mali, tanquam leve, *nihil*

boni negligere, & nihil mali, videtur potiùs proprium magnopere amantis Deum, quàm timentis duntaxat. sed falleris vehementer. quia quantumvis ex parte verum sit, quod opponis, parte tamen aliâ aptius erat dicere: *Qui timet DEVM*, quàm *qui diligit DEVM*. nequis fortè crederet *nihil boni negligere, & nihil mali*, solùm pertinere ad eximios quosdam Sanctos, qui amore Dei penitus sunt inflammati. indicare voluit hoc esse debitum etiam eorum omnium, qui aliud assecuti non sunt, quàm ut timeant. Est namque res indubitata, ob minuta quoque peccata omissionis vel commissionis solere DEUM irrogare pœnas etiam atroces, neque pœnas tantùm, ut vocant, negativas, quæ consistunt in sola subtractione beneficiorum, sed etiam positivas, qualis est ardere flammis, devorari feris, & aliæ hujusmodi, quæ in sacris paginis recensentur. Itaque si tantum boni negligas, quod posses facere, aut insuper contemnas tantum mali, quale signum hoc est? an quòd Deum non ames? parum hoc esset. signum est, quòd neque timeas, uti par esset. *Qui timet DEVM*, quod idem est ac dicere: *Quicunque timet*, ut fides docet, *nihil negligit*, hoc est, *nihil boni negligit, & nihil mali*. *Quicunque negligit*, dicamus necesse est, *non timet*.

XXX.

S Andreas Apostolus.

Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus. Prov 3 v. 18.

1. COnsidera Paradisum nostram esse Patriam. Terra, quam nunc incolimus, terra est exilii. quis ergo dubitet eò continuò aspirandum, ubi nostra est hæreditas? sed eheu quantum interponitur mare! mare procellosum, mare terribile: quale est vita ista mortalis. Ad trajiciendum ligno sanè est opus. quonam illo? navis opportuna, quam DEUS hoc fine nobis comodaverat, erat Innocentia, quâ hilares & ludibundi poteramus appellare ad littus, at ista navis confracta est in illo infelici naufragio, quod in Adamo simul omnes ejus Posteri fecerunt. & hic aliud non superest, quàm ut quisque apprehendat pœnitentiam, quæ idcirco altera post naufragium tabula vocatur. & talis est Crux Christi. & in quo ista consistit, nisi in patiendo, in mortificando, castigando, & humiliando se ipso, in agenda Persona miseri Pœnitentis, qui indignum se reputet, ut aliquo fruatur Mundi bono? Crux ista benedicta est Lignum illud, in quo unicè spes nobis superest salutis. *Nemo potest*

ut transire mare hujus sæculi, nisi Cruce Christi portatus. S. Aug. Tr. 1. in Joan. & ideo ne mireris eam hoc loco vocari *Lignum vitæ.* nisi illi fortiter adhæreas, non est remedium: necesse est hauriri fluctibus, hoc est, descendere deorsum, ut invenias naufragos, qui abhorrebant à Cruce Christi: *Inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus.* Phil. 2. v. 18.

2. Considera, quàm sit impetuosa contentio, quæ solet accidere in medio Oceani, cùm per naufragium fracto navigio aliud non supereſt miseris vectoribus, quàm ut lignum aliquod amplectantur. O quantopere certant illi infelices, ut obtineant! ut invicem se propellunt! ut protrudunt! ut denique apprehensum lignum stringunt fortiter! quare? solùm quia lignum est, quod possit ipsis servare vitam, *Lignum vitæ.* Felices nimium Christiani, si nôssent talem pro ipsis esse Crucem Christi! *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* O quàm illam potiùs sibi quisque deposceret, quàm ut relinqueret socio! at istam veritatem nemo satis percipit. Id spectatur, quod crux ipsa in se est, hoc est, *contemptibile lignum.* Sap. 10. v. 4. & ideo quisque eam potiùs rejicit, quàm procuret. an nescis, quomodo frustum illud ligni, quod ante naufragium non erat in pretio, post naufragium quæratur, rapiatur, & extorqueatur è manibus cujuscunque, eò quòd comparari nullis possit impensis? Talis etiam Crux est, si in se spectetur, lignum est contemptibile, sed est lignum nobis à naufragio relictum: quod solùm satis erat ad illud nobilitandum. *Evacuatum est scandalum Crucis.* Gal. 5. v. 11. non est amplius tempus eam spectandi in vilitate sua naturali. oportet æstimare pro ratione statûs, in quo versamur, nempe naufragantium, nec solùm *prehendere*, sed *apprehendere illam*, id est, quasi certatim prensare, tantùm illa valet, quando valet ad vitam servandam, & vitam quidem æternam. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* Tu quid facis? an socios relinquis Crucem, an servas tibi; bene adverte. sicut Crucem habere in pretio signum est salutis præcipuum, ita eam spernere, aut dedignari manifestissimum est perditionis indicium. *Verbum Crucis pereuntibus stultitia est, iis autem, qui salvi fiunt, DEI virtus.* 1. Cor. 1. v. 18. Enimverò Crucem habere in pretio, non est eam adorare duntaxat, ut vulgò solent Christiani, non eam prædicare, vel extollere, sed ad sinum adstringere. Est quippe lignum vitæ, sed nonnisi amplexantibus. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* non *adorantibus*, non *colentibus*, sed *apprehendentibus.*

3. Considera post naufragium non sufficere ad salutem nec quidem apprehendere lignum. necesse est illud fortiter stringere. Unde audis hîc similiter dici de Cruce. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam, beatus.* Non est beatus, qui apprehenderit solùm, quia, siquis naufragorum apprehendat lignum, dein

dein dimittat, quòd non satis habeat animi ad resistendum flatibus fluctibúsque contrariis, quibus jactatur in mari, necesse est eum perire, quasi non apprehendisset. Beatus est, *qui tenuerit*: nam iste solus certò enatabit ad ripam. Idem est de Cruce. Quid juvat, quòd nonnihil amplexeris crucem magno amore, & dein deseras? fortiter adhære, & à naufragantibus disce, qui animati terrore imminentis periculi, patientur equidem se feriri ab intumescente pelago, agitari, circumferri, sed non ita vinci, ut brachia avellantur à ligno Idem tibi agendum est: nam hinc denique pendent omnia. nunquam deerunt Cruces, quia voluit Dominus, ne post luctuosum naufragium totius generis humani, tantæ multitudini semper essent in promptu tabulæ. unde non est eas invenire felicitas, aut tollere, sed fortiter tenere, generosè contemptis procellis circumferentibus. *Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri JESV Christi.* Gal. 6. v. 14. quid mirum igitur hìc dici à Sapiente: *Et qui tenuerit eam, beatus?* ô quantò plures sunt illi, qui apprehendunt Crucem, quàm qui semper firmiter illam tenent. neque hoc novum est. idem omnino in naufragantium tabulis accidit, unde etiam hîc in plurali dici audis: *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* & subinde mutato numero in singulari subjungi, *& qui tenuerit eam, beatus.* atq; hoc tibi quoque curandum non esto satis, apprehendisse Crucem, quod est multorum: sed cura, ut eam fortiter teneas ad finem usque, quod solent paucissimi. *Christo confixus sum Cruci.* Gal. 2. v. 19.

4. Considera verba expensa hoc loco primò fuisse dicta in laudem Sapientiæ Divinæ: sed deinde à variis Sanctis attributa Cruci. nec sine mysterio: quia hodie Sapientia Christiana, si bene consideres, in eo versatur, ut quis amet Crucem Christi. *Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.* 1. Corinth. 2. v. 2. Hinc est, quid, qui aliud nihil didicit præceptionem pertinentium ad perfectionem, si fortiter insistat proposito solam sibi vendicandi Crucem, aliis nimirum relinquendi propter DEUM commoditates, delicias, prærogativas, & sibi capessendi id, à quo mundus abhorret, certò adeptus sit in Paradiso altissimum quendam Sanctitatis gradum. Atque hæc est utilitas summa, quàm præ aliis tabulis naufragantium crux habet, quod illæ, quantumvis cunctæ sint ligna vitæ, non ideo semper tibi afferant salutem, fieri potest, ut, quamcunque fortiter illas stringas, illæ te infeliciter deferant aliquando in plagam aliquam desertam, ubi in terra mors occurrat funestior, quàm fuisset in mari. non ita Crux facit. certò illa ad Paradisum te provehet. fortiter eam tene, & nec dubita: scit illa viam, salvum te exponet in portu. *Hinc Crucem complectitur aliquando, & infirmus oculis,* hoc est, idiota, rudis, & qui parum novit

vit eorum, quæ trans mare sunt posita: *& qui non videt longè, quò eat, non ab illa recedat, & ipsa illum perducet,* ista S. Augustinus loquitur *Tr. 2, in Jo.* atque ista est ratio, ob quam Crux hodie facta est Sapientia nostra. En glorioſum Apostolum Andream. non solùm ad ejus conspectum gestiebat, & lætus eam salutabat, cum jubilo, sed etiam summâ cum securitate dicebat. *Redde me Magistro meo, ut per te me suscipiat, qui per te me redemit.* sciebat enim se de Cruce non posse aliud attingere littus quàm suspiratum.

DECEMBER.

I.

Ante orationem præpara Animam tuam: & noli esse quasi homo, qui tentat DEUM. Eccl. 18. v 22.

1. COnsidera duplicem esse modũ tentandi DEUM, unum expressum, alterum Interpretativum. Expressus est, quando homo ex parte sua omittit facere, quod potest, non alio fine, quàm experiendi, quousque processura sit Miseratio, Potentia, vel Scientia Domini in eo adjuvando. Interpretativus est, quando homo ejusmodi experimentum verè pro fine non habet, sed sic agit, quasi reipsâ haberet. Quo posito, rarus omnino est, qui, cùm ad orationem se præparare omittit, velit experiri, an DEUS nihilominus se ipsi sit communicaturus interiùs, uti facit illi, qui se præparat. unde Ecclesiasticus hîc non dixit: *Et noli tentare DEVM.* quæ est tentatio expressa. sed non pauci sunt, qui præparare se omittant, quasi sumere velint ejusmodi experimentum. Ideo dixit Ecclesiasticus: *Et noli esse quasi homo, qui tentat DEVM:* quæ est tentatio Interpretativa. & quid aliud agis, cùm absque præparatione ullâ ad orandum Divino conspectui te repræsentas, nisi quòd totum te fortunæ committis? at Deus vult, ut ex parte tua facias, quid pro virium tenuitate potes etiam in hoc negotio. Ideo non est, quòd mireris, si in oratione sis aridus, dissipatus. culpa tua est, quia, cùm tu quoque ad eam præparare te possis, prout faciunt boni DEI servi, id tamen facere negligis vel applicationis defectu, vel inertiâ quadam, & interim credis tamen fore, ut DEUS ostendat tibi vultum illum amabilem, quem alii tantæ diligentiæ & præparationis impendio obtinent. an non istud genus est præsumptionis pluſquam ordinariæ? imò defectus est religionis patet & reverentiæ, quia si Principi sit loquendum, bene priùs expendis, quid dicere oporteat, quantò magis id faciendum esset, cùm DEO loqui cogitas? *Ne temerè quid loquaris coram DEO.* Eccl. 5. v. 1.

2. Considera Præparationem ejusmodi aliam esse remotam, aliam proximam. Præparatio remota est vita munda, & mortificata. *Munda*, quia per hanc disponitur intellectus instar speculi tersi ad recipiendam luminis copiam: *Mortificata* quia per istam disponitur voluntas instar vasis vacui ad percipiendas delicias spiritûs, quas DEUS negat iis, qui non litant ipsi sensuum voluptates. Præparatio proxima est solitudo, & collectio animi, maximè verò certa designatio materiæ, quam pro utilitate tuâ sumis meditandam, prout Sancti docent. Ideo imprimis hoc loco dicit Sapiens: *Ante orationem præpara Animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat DEUM.* Enimverò an non hoc est tentare DEUM orationem aggredi instar navis improvidæ, quæ sine clavo, sine ductore, sine gubernaculo ventorum arbitrio se permittit? quidsi autem non aspiret aura, quid de te fiet? deinde quid vis? an ut ventus spiret, qui tibi pro loco & tempore sit accommodatus? hoc verò est obligare DEUM ad miracula manifesta. Considera ergo semper, quale sit debitum, quo maximè obstringeris, aut quis defectus, cui præcipuè es obnoxius, & eò tuam dirige orationem. si fortè putes te adeò perfectum, ut necesse non sit cogitare de perficiendo te ipso, imò & vitæ laxitate reformandâ, & excitando languore, ô quantum falleris! *Non verearis usque ad mortem justificari*, dixit Ecclesiasticus, & pro documento quamprimum subjunxit: *Ante orationem præpara animam tuam*, ut intelligas tãdiu tempus esse præparandi te ad orationem, quàm diu tempus est pèficandi.

3. Considera, quomodo videri tibi possis continuò præparatus ad orationem. & ego respondeo, si ita est, tibi non convenire monitum à Sapiente insinuatum hoc loco; nam qui præparatus jam est, sine dubio opus non habet ut se præparet. sed cave, ne aliter te habeat, ac dicis. sunt nonnulli, quibus satis est in oratione se habere ut hîpites, & saxa, quin faciant quidquam atque ad hoc genus orationis (quæ scit?) facile est semper esse paratum. sed hoc tibi satis esse non debet propositum esse debet exemplo Sanctorum facultates animi exercere ad obsequia Divinum. idcirco, nisi inter illorum numero paucorum, quibus cor semper æstuat amore DEI non habita tantùm sed actu, certè præparatio priùs est esca, quâ illud excites, cùm te colligis ad orandum. quippe cùm oratio est actus mentis, ita manifestum est, eam non consistere in habitu sed in actu. Nota igitur, quousque se extendere debeat præparatio, quam hic Sapiens præscribit. eò usque, ut, cum ad orandum accedis, non videaris accedere ad tentandum DEUM. tunc videtur accedere ad tentandum DEUM, qui vult finem, & prius non ponit pauca illa media, quæ pro se parte sua, ut illum facilius consequatur. an verò putas te ponere hæc media, quando accedens ad DEUM tractaturus cum ipso negotium tam grave, quale est salutis tuæ, profectûs & perfectionis tuæ, id figillatim præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditatus non es, quod ad finem adeò magnum ab ipso petendum est? Dices satis tibi esse, quòd id petas generatim? sed non ita Christus JESUS te edocuit. *JESU Fili David miserere mei*, illi dixerat ita generatim cæcus ille Jerichúntinus. & Christus tamen eum invitavit, ut in particulari exponeret, quid vellet. *Quid vis, ut faciam tibi?* documentum dare voluit, ut SS. Patres notant, cupere se, ut cum fiducia illi exponamus necessitates nostras etiam singulares. *Domine, ut videam.*

4. Considera, quantumvis auspicaturo orationem præfigendus sit finis, ad quem speciatim dirigantur cogitationes tuæ, exempli causâ vel extirpatio alicujus vitii, vel adeptio virtutis, vel generosa Christi imitatio, nihilominus non ita prorsus illi te alligari oportere, ut, si DEUS in decursu aliò te provehat, non illico eum liberè sequaris. Quid vult Sapiens, nisi ut non sis homo tentans DEUM: *Noli esse quasi homo, qui tentat DEUM.* Jam verò nauclerus ille non tentat DEum, qui ut sibi de annona prospiciat, ad hunc vel illum portum aut regionem navim dirigit, deinde verò quia ventus ad alium propellit æquè bonum, ventos se permittit. DEUM tentat, qui proram non dirigit ad ullam regionem vel portum, sed eò vult tendere, quò illum ventus impellet. Duo sunt igitur Extrema in proposita materia, unum est non præfigere ullum finem, cùm ad orandum te accingis: Alterum est præfigere quidem sed lege tam rigida, ut illi etiam hæreas affixus. utrumque declinandum est. ceterum fieri potest, ut etsi te non præpares, aliquando oratio succedat bene. sed nescis, quantò succederet meliùs, si te præparasses. Medicinæ juvant nonnunquam etiam sumptæ casu. attamen salutares esse solent, quæ cum methodo sumuntur. *Disciplina Medici exaltabit caput illius.* Eccles. 38. v. 3.

II.

Fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. 2. Petr. 1. v. 10.

1. COnsidera, quàm sis demens, si quando à dæmone tentari te sinas, ut tacitè dicas, quod solent nonnulli. Quid juvat tantopere pro salute mea laborare? si Deus me prædestinavit ad gloriam, salvus ero sine tanto impendio: si non prædestinavit, nec sic quidem consequar salutem. hæc est insignis stultitia. quæro enim: si medicus vocatus in gravi morbo, qui te opprimit, tibi diceret: Domine, quid juvat fatigari sumendis tot pharmacis? si Deus vult sanum, convalesces, etsi eorum nihil sumas; si non vult, nec his quidem sumptis convalesces. si, inquam, ita tibi dice-

ret medicus, quid quæso faceres? an fortè discursum ejusmodi probares? certò reijceres ut ineptum, stolidúmque, & reponeres, si Deus statuisset tibi reddere salutem, judicandum simul statuisse eam reddere modo debito, hoc est, medicamentis congruis & convenientibus, ideo exigere prudentiam, ut ea sumas. Quare ergo non pari ratione in casu nostro discurris? imò longè magis? quia fieri potest, ut Deus decreverit aliquando te sanare etiam sine ullis medicamentis: sed fieri nequit, ut te unquam beare decreverit sine ullis bonis operibus. Probabile potius est, illum velle multa, & ardua, & aspera, & durissima, prout plerumque solet exigere: *Contendite intrare per angustam portam.* Luc. 13. v. 14. quare igitur ad ista, non generosè erigis animum? Ecce quid hoc loco tibi oneris S. Petrus imponat, dum dicit tibi, & in te omnibus, quotquot ad Paradisum aspirant: *satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Vult te concurrere bonis operibus ad reddendam certam prædestinationem tuam, non jam in causa sua, quæ est præordinatio Divina, sed in suo effectu. quia etsi Deus te beare decreverit sine te; decrevit tamen te beare intervenientibus operibus, quæ facere in hunc finem oportebit. unde cùm tu ipsa infelici sorte omittis, est sanè, cur vehementer dubites de prædestinatione tuâ. cùm sine exceptione sit regula, ut, qui ea facere negligit, cœlo non potiatur: *si vis ad vitam ingredi serva mandata.*

2. Considera, te fortè dictum intelligi non posse, quomodo Decreta Divinis certi aliquid definitũ & constitutum sit, dum in tua positum est potestate, ut ea sortiantur effectum, vel non sortiantur. Id verò quid probat? Difficultas ista non habet vim specialem in salute Animæ potiùs, quàm in recuperatione sanitatis, in conservatione vitæ, & in aliis quibuscunque eventibus à Deo circa personam tuam præfinitis, ut etiam à libero tuo dependeant arbitrio. Sicut ergo, quantumvis certus sis in iis, quæ juxta naturam sunt, id semper de te futurum, quod in cœlo descriptum est, non ideo omittis sumere medicamenta, ut valetudinem recuperes, cibum capere, ut vivas, certare, ut vincas, & ut alia referas ejusmodi bona, de illis tibi prospicere: ita, quantumvis non minùs certus sis in iis, quæ naturam superant, nihil est omittendum boni possibile, ut cœlo potiaris. *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Decreta Divina non minùs immutabilia sunt in uno casu quàm altero: *Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit, in cœlo & in terrâ. In cœlo*, hoc est, in iis quæ superant naturam, *in terra*, hoc est, in his quæ sunt juxta naturam. Ps. 134. v. 6. Quare ergo in uno casu dicis, aliter non fiet: si cœlum statuit, ut salutem consequar, certò consequar, sive faciam bona, sive facere omittam: & non dicis in altero. si cœlum statuit, ut valetudinem consequar; certò consequar, sive sumam medicamina, sive

sumere omittam ? hoc est bellè decipere se ipsum. *Nolite decipere animas vestras.* Jer. 37. v. 8.

3. Considera, quantumvis ad salutem necesse sit universim facere opera bona, videri tamen posse necessarium non esse facere hoc vel illud sigillatim, sed solùm esse necessarium in gratia decedere. unde assequi non potes, cum hoc loco S. Petrus, ut certam tibi reddat salutem tuam, non sit contentus dicere : *Agite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*, sed dicere maluerit : *satagite.* & ego respondeo, dum ille dicit *satagite*, & non dicit *Agite*, signum esse plus requiri ad salutem, quàm opineris. Quis dixit tibi ad hunc finem solùm esse necessarium universim operari benè, & non hoc vel illud operari bonum in particulari, cùm de rebus agitur præceptis ? omnia per se sunt necessaria, quamvis accidere possit, ut Deus & hoc & illo, aliisque culpabiliter neglectis det tamen per suam clementiam spatium pœnitentiæ ante mortem, itáque salutem consequaris. Sed quis de hoc securum te reddit? Quod si ergo certam velis facere salutem tuam, & non è filo quasi suspendere voculæ unius : forsitan; nihil omittendum est eorum bonorum operum, quæ secundùm se sunt necessaria ad vitam æternam, sed cuncta facienda. Ratio est, quia si Deus te prædestinavit ad salutem, non prædestinavit duntaxat per opera bona sumpta generatim, sed per hæc & illa sigillatim, quæ prævidit à te executioni danda. unde fit, ut si illa omittere contingat aliquando, Prædestinatio tua sit oppidò incerta : quia certum est, si in præsenti statu delinquentis decederes, te damnatum iri, nec est certum te non in eo statu decessurum. Atque hoc est, quod voluit indicare S. Petrus, quando, postquam dixerat : *satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis*, mox addidit: *hæc enim facientes* (id est, *ad hunc finem reddendi certam vestram vocationem & electionem*) *non peccabitis aliquando.* & quare ita quisque caveat à peccato (intellige peccatum proprium, & perfectum, quale est lethale) quare, inquam, ita caveat à peccato, ut nec semel quidem peccet? *Aliquando.* quia sciri nequit, quid deinde futurum sit. Peccatum est certum, Conversio non est certa, atque adeò ecce neque certa jam est salus.

4. Considera, ultra certitudinem, quam Prædestinatio tua à bonis operibus intrinsecus accipit, aliam esse advenientem extrinsecus, quæ tibi ab his operibus nascitur, certitudinem non quidem Physicam, ut illa est, sed moralem, attamen maximam, quia inter signa Prædestinationis, quæ dari possint; istud maximum est: nempe cura solicita faciendi opera bona, quàm possis, plurima. Ratio est, quia, quantumvis non initium bonorum sed finis soleat coronari (*Non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*) nihilominus si in Divino obsequio te semper ostenderis fidelem magis & ferventem, Deus non deerit,

quin gratiâ suâ assistat tibi specialiter sub vitæ exitum, téque coronet, cùm plerumque permittere non soleat, ut, qui diu fecit, quidquid potuit ad vivendum bene, sub finem deinde prævaricetur miserè, & malè moriatur. *In timore Domini esto totâ die: quia habebis spem in novissimo, & præstolatio tua non auferetur.* Prov. 23. v. 17. Et en, quid insuper hìc velit insinuare tibi Apostolus, cùm dicit: *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Vult, ut studeas consequi certitudinem prædestinationis tuæ inter morales summam, qualis est, quæ dependet à bonis operibus maximè abundanter & ultra debitum factis, ad quæ secundùm aliquos alludit hoc loco, dum non solùm ait: *satagite*, sed *satagite magis*, hoc est, magis, quàm necesse sit: cùm sit præter morem Dei, ut liberalitate se vinci patiatur, sed potiùs se demonstret ei parcum erga parcos, ita largum & liberalem erga liberales. *Retribuet mihi Dominus secundùm Justitiam meam.* Ps. 27. v. 26. Itaque non sufficit tibi solùm subinde facere boni aliquid; hoc enim est commune etiam Reprobis, fac multum, & in dies amplius, hoc enim istorum non est proprium, sed Prædestinatorum, & eorum quidem, qui ex his sunt maximè manifesti. Unde si nôsse velis, te non solùm esse inter eos, qui sunt vocati ad gloriam, sed electi, vide quàm sis solicitus quotidie operandi bene. si multum sicut boni, certus esto, te favore Dei in perseveraturum, ut non pecces aliquando, graviter, inquam. *Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando.*

III.

S. Franciscus Xaverius Indiarum Apostolus.

Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij Excussorum. Ps. 126. 4

1. COnsidera *filios excussorum* hìc dici ex communi sensu sacrorum Interpretum, omnes Justos, sed speciatim magnanimos Apostolorum successores. Omnes Justi sine dubio sunt *filij excussorum*, quia omnes pro Patribus suis Apostolos agnoscunt, quibus tribuitur titulus tam speciosus, quem audísti, quia duplici sensu illis convenit Activo scilicet & Passivo. Convenit Activo, quia, ut fideliter Christum sequerentur, excusserunt à se non solùm jugum Mundi, sed omnem ejus amorem & affectum, & quidquid ad hunc ullâ ratione pertinebat, adeò ut nec pulverem vellent retinere pedibus, siquidem ille vivebat, ut pius, inimicus Christi. Et magis convenit sensu Passivo, quia Apostoli sunt excussi ab omnibus per innumeras persecutiones, rejecti, repulsi, cribrati velut in cribro grana tritici, & utroque hoc sensu Justi omnes vocantur *filij Excussorum*, hoc est, *filij eorum, qui*

fuerunt Excussores, & filij eorum, qui fuerunt excussi. quia ab Apostolis Deo sunt geniti. *In Christo IESV per Evangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4. v. 45. sed magis eorum filij vocantur magnanimi illorum successores, quia in hoc ipso eos imitari studuerunt, ut à se excuterent, quidquid habebant de mundo, quò melius possent animas reducere ad Christum, & ut pariter à mundo excuti sese paterentur. an talis tu es? Teipsum interroga, & videbis, quàm fortè procul absis à titulo tam glorioso.

2. Considera, quomodo de hisce illis nobilioribus Apostolorum, hoc est, eorum successoribus in grandi officio reducendi animas ad Christum, hîc vaticinetur Psaltes Regius, eos fore quasi totidem sagittas in manu validi sagittarij, hoc est, in manu Christi. quia ad unicum illius nutum, vel ejus Vicarij, prodigiosâ celeritate erant deferendi usque ad ultimos Mundi limites: *sicut sagittæ in manu potentis, ita filij Excussorum.* nec solùm futuri erant agiles ad volandum, sed ad eundum recti, ad aggrediendum generosi, ad penetrandum instar sagittarum, durissima quævis corda profundi. Verùm si ullus istorum hominum dici potest fuisse ejusmodi sagitta, certè is est magnus ille sanctus, cujus hodie speciali quodam affectu veneramur memoriam, Franciscus Xaverius, qui filius extitit Apostolorum tam genuinus per excelsam eorum imitationem, ut non solùm meritus sit nomen viri Apostolici cum multis aliis, sed Apostoli. Tu si quem ejus amorem profiteris, ejus exemplo disce, ut etiam esse velis, quâtum status tui ratio permittit, quasi sagitta in manu Domini tui, hoc est, JESU Christi, *sagitta in manu potentis,* ut cùm nihil ipse possis, ille pariter te utatur ad libitum.

3. Considera, quomodo S. Franciscus Xaverius fuerit sagitta agilis ad volandum. Vix cognoverat voluntatem Domini ipsi declaratam per os Ignatij Patriarchæ sui, quamprimùm non sumptis ad iter nisi unâ tunicâ, sacro Codice, & Breviario, quò promptior esset ad volatum, Româ abiit Olyssiponem, olyssipone Goam, Goâ ad Moluccas, hinc ad Melindas, Manavates, Malacenses, & tot alias gentes hactenus ignotas Iaponis, & Indiarum, ut decem annis duntaxat peragraverit plusquam centena millia milliarium, tantum, inquam, itineris confecit, quantum sufficeret ad circumdandum plusquam quater universum terrarum orbem. an putas ergo, si decem annis tantum præstitit, eum multas consumpsisse horas vanis commerciis, somno, voluptatibus, otio, uti tu facis? ô quàm diversus es ab ejusmodi sagitta, dum adeò propriis adhæres commoditatibus, ut non audeas pro obsequio Divino deserere illam tuam Patriam, Civitatem, Rempublicam, Domum, ubi videris majore tuo commodo versari! dic sanè DEO ad imitationem Sancti hujus glorioſi te quoque velle vivere abstractum ab omnibus. *Ecce ego mitte me.* Isa. 6. v. 8. dic, ut te mittat, quò vult. *Iace sagittam.* 4. Reg. 13. v. 17. quia sagittarij est dispo-

ſponerede ſagitta & non ſagittæ diſponere de ſagittario.

4. Conſidera, quomodo ſagitta non ſolùm mirâ celeritate eò properet, quò dirigitur, ſed & rectitudine ſummâ. Non eſt periculum vel minimum deflectendi à tramite, imò videtur quaſi oculata ad perſpiciendum ſcopum, adeò rectà ad eum tendit. Ita fecit S. Franciſcus Xaverius. ſemper habuit præfixam oculis converſionem gentium, quæ erat ſcopus, ad quem ſciebat ſe ad Indos uſque deſtinatum. Unde ad eum etiam tantâ rectitudine collimavit, ut nunquam dimitteret è conſpectu. nec divertere quidem per viam voluit paucis milliaribus in patriam ſuam, ut præſentiâ decrepitam matrem recrearet. & hoc tamen fecit, cùm ab uno mundo, ut ſic loquar, tranſiret ad alium. Cogita proinde, an ab aliis affectibus minùs probis, ut avaritiæ, ſuperbiæ, ambitionis, vanitatis ſe transverſum agi ſit paſſus, ut à curſu ſuo declinaret. Hinc eſt, quòd, pro ſolatio ſpiritûs plerumque ſolebat incedere nudis pedibus, etiam per ſpinas, séque demittebat, ut in itineribus ſuis cuicunque ſociorum famularetur inſtar viliſſimi ſervuli, in triremibus, in hoſpitiis, in hoſpitalibus, ipsísque ſtabulis, ſi aliud poſceret converſio animarum, non recuſaret ſuſtinere legationes ampliſſimas, admittere occurſus, diverſoria, comitatus, & aulæ obſequia etiam magnifica, ſed tantâ voluntatis abſtractione, ut ab illis lætior quàm unquam antea ad vilia ſua officia rediret; fiebátque doctus cum doctis, idiota cum rudibus, infirmus cum infirmis, mœſtus, cum mœſtis, imò aliquando luſor cum luſoribus, tanta fuit rectitudo progreſsûs. nunquam ſuam quæſivit gloriam, ſed Divinam. Itáne tu agis? ò quantum in te poteſt tui ipſius amor! Iſte eſt, qui te transverſum agit, quò minùs rectè procedas in omnibus. Procede inſtar ſagittæ: *Tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum.* Sap. 5. v. 12. Procede rectiſſimo ad ſcopum tuum volatu.

5. Conſidera, ſi ſagittam ſpectes potenti manu vibratam, non ſolùm videri oculatam ad proſpiciendum ſcopum, quem petit, ſed etiam conducere ad perrumpendum quodcunque obſtaculum, quod poſſit occurrere, illúdque ſuperandum, adeò procedit generosè. Ita fecit S. Franciſcus Xaverius. En, quæ fuerit ejus generoſitas, non terruit eum Oceanus, poſtrat navigationes hodie dum formidabiles, tunc verò temporis vix pervi[illegible]. quæ rupes? qui gurgites? quæ folia? qui torrentes? quæ frigora? qui calores? quæ climata illi maligna? nihil horum timuit. Erant innumeri, qui illum retinere nitebantur ab acceſſu terribilis Inſulæ Maurorum. & eſtamen ipſe proficiſci voluit nec antidoto quidem contra venena ſumpto, quæ illi certiſſima præſagiebantur. ſæpius inter infectos lue peſtiferâ mortem à fronte aggreſſus eſt; nec terrebatur, cùm eam frequenter obviâ habuit cum his, qui ad eum lapidandum magno numero venerant. Dicere ſufficiat, quòd in ipſas Sinas tentârit ingreſſum:

gressum : & quamvis Regnum illud vastissimum tot montibus clauderetur & muris, qui omnibus fecerant impenetrabile, in ejus tamen limine extinctus est. hæc est generositas in obsequio Divino. Itáne tu agis? O quàm facilè te potiùs retro agi permittis à quovis obstaculo minimo, quod occurrit. *sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum.* 2. Reg. 1. v. 22.

6. Considera, laudes istas omnes, quòd tantâ velocitate rectitudine & generositate procedat, nihil profuturas sagittæ, si denique eò non altè penetraret, quò destinatur : hic quippe est finis illam adhibendi in prælijs, ut violentè traijciat hostes etiam eminus, & sigillatim. Quis dubitet S. Franciscum Xaverium istâ fuisse præditum violentiâ, sed innocenti, in gradu etiam supremo? *Violenta sagitta mea absque ullo peccato.* Job. 34. v. 6. pro argumento sufficiat indicare numerum, & qualitatem eorum, quos ille prædicando convertit. si numerum spectes, suâ manu plusquam duodecies centena millia Idololatrarum sacro fonte abluit. Hinc igitur collige, quot alienâ manu jusserit baptizari, ut tempus haberet majora faciendi lucra animarũ *Sagittæ tuæ acutæ: Populi sub te cadent.* Ps. 44. v. 6. si qualitatem spectes, fuerunt omnis generis homines etiam maximè Barbari. qualem igitur fuisse necesse est, illam Domini sagittam, quæ corda illa lapidea potiùs quàm carnea penetravit? sed ita est. *Sagitta ejus quasi Viri fortis interfectoris, non revertetur vacua.* Ierm. 50. v. 9. Quinque coronati Reges cesserunt hac confixi sagitta, & diademata sua posuerunt ad pedes Francisci, ut ab ejus manu sacri referrent Baptismatis lavacrum. Id verò, quod plurimum demonstrat hujus vim sagittæ, erat notabile discrimen, quod inter Conversos à S. Francisco Xaverio & conversos ab aliis interceßit, tantum illi præ aliis ostendebant fidei & fortitudinis in servandis promissis, quibus se Deo in Baptismo obstrinxerant, nonne signum hoc est altè in ipsorum animos penetrâsse sagittam? *sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Ps. 37. v. 3. sed hoc mirum esse non debet, cùm ille ad conversionem populorum non solâ usus sit voce, sed mille industriis, quas illi ardor Spiritûs flagrantissimus suggessit. Tu qua potes vi penetrandi animas, quas fortè studes aliquando reducere ad Deum? *sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.* Ps. 63. v. 8. quare? quia non finis te priùs possideri à brachio Domini, uti par esset, ut deinde proficias, & altas in aliis defigas plagas.

7. Considera sagittam, si rite advertas, non habere insitam sibi vim aut velociter, aut rectè, aut fortiter, aut violentè penetrandi, totam habet à brachio jacientis. unde dicitur: *sagittæ potentis acutæ.* Ps. 119. v. 4. fac sagittam debili brachio vibrari. qualiscunque sit, semper erit obtusa. Tunc est acuta, cùm forti brachio vibratur. Adeò enim tunc penetrat ad intima ferienda viscera, ut carbones ardentes ingerere videatur. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Idem circa

nos accidit. nobis ipsis nihil possumus ad ferienda corda, omnis nostra virtus à Deo est, eo solùm discrimine inter sagittas illas è ferro vel chalybe, & nos homines, quibus Deus vult uti quasi sagittis: quòd illæ non possint ullo modo repugnare brachio jaculantis, sed juxta impulsum, quem acceperunt, dum avolabant ab arcu, necesse sit eas procedere veloces, rectas, fortes, violentas ad quidlibet feriendum, non ita nos. Possumus enimverò nimium quantum resistere forti illi brachio, quod utitur nobis, quia sagittæ sumus liberæ. & ideo mirum non est, si contingat nos fieri quasi sagittas vibratas à parvulo. *Sagittæ parvulorum.* Ratio est, quia non permittimus, ut Deus disponat de nobis pro arbitrij poreb-te. S. Franciscus Xaverius se penitus permisit dextræ Divinæ, nec solùm non restitit, sed vel maximè securus est ingentem impulsum, quem recepit à Domino, cùm illũ expediret ad finem, & idcirco tantum etiam præstitit ad Dei Gloriam. *Sagitta* fuit *in manu potentis*, hoc est, sagitta, quæ nihil omnino facere per se ipsam voluit, sed penitus se permisit gubernari à Deo, sine ullâ exceptione, etsi in ejus ferina vita esset immolanda. Tu es sagitta *manu potentis*, sed fortè non es etiam *manu potentis*, quia non finis te liberè adhiberi à Deo ad ipsius servitium, ut illi maximè placet.

IV.

Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Apoc. 18. v. 7.

1. COnsidera, duos esse quasi fontes omnium peccatorum in homine corrupto. Irascibilem, & Concupiscibilem. Concupiscibilis facit, ut homo contempto dictamine rationis tendat ad appetendas inordinatè proprias voluptates. Irascibilis facit, ut tendat ad appetendam propriam excellentiam. Ad Irascibilem potissimum referuntur peccata spiritualia, ad Concupiscibilem carnalia. Concupiscibilis facit, ut homo contra legem trahi se sinat ad amandas res creatas. Irascibilis facit, ut pro amore rerum creatarum quasi perduellis tergum Deo vertat, qui eum prohibe. Hoc est, quòd geminis his fontibus omnium peccatorum in Inferno respondeant totidem fontes omnium pœnarum, atque adeò bifariam dividantur Damni scilicet, & sensûs. Pœna Damni speciatim respondet delictis partis Irascibilis, in quibus fundabatur Aversio à Deo. Pœna sensûs speciatim respondet delictis partis Concupiscibilis, in quibus fundabatur Conversio ad res creatas. Atque ita pœna sensûs fiet, ut homo luat voluptates illicitas, quibus olim fruebatur, ut corpori impromis suo faceret satis. Pœna damni fiet

facit, ut luat superbiam Spiritûs. Unde facilè nunc intelliges sensum istorum verborum, quæ dæmoniis dicta sunt à Justitia Divina ad terrorem cujusvis animæ peccatricis. *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Iis vocibus *glorificavit se* intellige peccata propria facultatis Irascibilis, quæ sunt spiritualia. Illis verò *& in delicijs fuit*, intellige peccata propria Concupiscibilis, quæ sunt carnalia. In illis verbis *date illi tormentum* intellige pœnam sensûs, peculiariter respondentem peccatis Concupiscibilis. Et in ijs, *date illi luctum* intellige pœnam damni respondentem præcipuè peccatis Irascibilis. Et tu ad pœnas istas, quæ adeò certò præparantur etiam tibi, si cupiditates tam inordinatas dominari patiaris, non sentis in venis rigescere sanguinem? Ah superbe, ah delicate vide, quò demum desinant fastus, & deliciæ tuæ!

2. Considera, quemadmodum pœna debet respondere culpæ in qualitate sua, ita & in quantitate. Atque idcirco hìc dicitur: *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Jam verò in peccato lethali duo sunt mala, uti vidisti: aversio à Creatore, & conversio ad res creatas. Aversio à creatore est aversio à bono infinito. atque ex hoc capite peccatum lethale continet in se malitiam quasi infinitâ. Conversio ad res creatas nō solùm est conversio ad bonum aliquod finitum, sed est conversio facta ad ipsas per actus etiam finitos. Ideo aversioni à Deo correspondet modo magis peculiari pœna Damni, quæ est pœna quodammodò infinita, quatenus est privatio boni infiniti. Conversioni ad res creatas correspondet modo quodam magis peculiari pœna sensûs, quæ est finita, quia major vel minor secundùm quantitatem Conversionis, quæ in singulis erat finita. hinc est, quòd qui magis inordinatè amavit res easdem creatas, puniatur magis, qui minùs, puniatur minùs. *Pro mensura peccati erit & plagarum modus.* Deut. 25. v. 2. Cùm igitur audis voces istas *quantum*, & *tantum*, quid cogitabis? fortè quòd tormentum referendum à damnatis in pœna, non sit futurum majus eâ voluptate, quam senserunt in culpa? nequaquam. erit enim illud haud paulò acerbius. pro voluptate levissima majus sentient tormentum, quàm sustinuerint unquam omnes martyres simul sumpti. Cogitabis voces istas *quantum* & *tantum* non significare æqualitatem, sed proportionem, ita, ut qui magis peccavit magis etiam patiatur non in pœna sensûs duntaxat, sed & damni. non quòd ista non æqualiter privet omnes æquali bono, quale est Visio beatifica: sed quia is, qui faciliùs potuit consequi hoc bonum, nec curavit tamen, stultitiam suam tantò majore mentis agitatione & angustiâ detestabitur. Ideo dicit: *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi*, non solùm *tormentum*, sed *& luctum.* Tu qui ex culpa tam parùm æstimas, quàm grave malum sit peccatum, saltem id disce ex pœna.

3. Considera, quemadmodum pœna debet respondere culpæ in quantitate acerbitatis, ita videri posse, quòd debeat etiam respondere in quantitate durationis, unde non intelligas, quomodo lex ista servetur: *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* dum peccatum aliquando non nisi momento duravit, & tamen pœna in damnatis totâ æternitate durabit. Verùm quantum ad hoc attinet, quodnam est tribunal etiam inter homines, quod non tali pœnâ puniat delictum, quæ ipso delicto duret diutiùs, Homicidium momento committitur, & tamen quotidie Principes illud plectunt exturbando homicidam non è Republica tantùm, sed ipso mundo. Causa est, quòd pœnæ, quæ finem habent, omnes demum appareant contemptibiles animo audaci, quæ verè timentur, sunt æternæ. Unde ut metus Inferni aptior esset ad refrenandã quamcunque cupiditatem aut proterviam hominum à peccato, conveniebat ejus pœnas non modò esse acerbas, sed etiam perpetuas. *Ibunt hi in supplicium æternum.* Matt. 15. Quodsi dictæ jam pœnæ, utpote perpetuæ diuturnitate superant peccatum, non superant gravitate. Nõ est genus ullum peccati, mortiferum si fuerit, quod non contineat malitiam quasi infinitam, eò quod sit contra Deũ. Cùm igitur istud puniri nequeat pœnâ, quæ sit infinitum intensa, æquum est, illud puniri pœnâ, quæ sit infinitum extensa: tantóque magis, quòd, cùm peccatum nunquam retractetur, meritò puniatur in Damnatis, quamdiu durat, saltem moraliter, & pergit vi actûs præteriti eos reddere veri malos immundos, iniquos, odiosos Deo, & semper reos supplicij, prout erant, cùm actu peccarent. Hinc dicitur: *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* quia quantumvis actus glorificandi se ipsos transierit in Reprobis, transjerit quoque actus delictorum, meritum tamen patiendi propter hos actus, hoc est, actus punitos quidem, sed nunquam satis punitos, in ipsis non transijt, sed semper est præsens. Nec opponas, damnatos duci pœnitudine malorum, quæ fecerunt dicendos: *Ergo erravimus à via veritatis &c.* Sap. 5. v. 6. quia illa non est pœnitudo, per quam displiceat culpa commissa, imò culpæ qua talis sumum semper retinent amorem, sed est pœnitudo ob pœnam, quæ illos cruciat. *Anima illius super semetipso lugebit.* Job. 14. v. 22. Tu nihil velis redigi, ut agas aliquando pœnitentiam tam inutilem, quàm finis expertem, ne cuncteris eam nunc facere, ut oportet. nam si de præterito cuiusdam delicias dare corppri, gloriam Spiritus, scis equidem, in præsentiarum respondere Tormentum, & luctum.

*
**

V.

Siquis vestrûm indiget Sapientiâ, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Jac. 1. v. 5.

1. COnsidera, quamvis omnis sapientia ornet hominem, hunc tamen non omni Sapientiâ indigere. Unde si peteres à DEO Sapientiam S. Tomæ, aut Alberti, vel Alensis, non ita facilè ejus impetrationem posses tibi polliceri. at si eam postules, quæ tibi pro ratione statûs necessaria est, & in eo consistit, ut scias bene te gubernare in dubiis occurrentibus circa negotia, quæ geris, officium, vel salutem tuam, ne dubites fore, ut obtineas. Ideo S. Jacobus hîc dicit: *Siquis vestrûm indiget Sapientiâ, postulet à DEO &c.* non dicit: *Siquis vestrûm diligit Sapientiâ*, vel *delectatur Sapientiâ*: sed *siquis vestrûm indiget*. hæc enim est, quam possis certò tibi polliceri, si postules à Deo, illâ scilicet, quâ indiges, & nominatim, sine quâ feliciter progredi non potes in via servitii Divini. sæpe nescis, quomodo in eo te dirigas, & ideo turbaris. ad DEUM recurre. *Pete ab eo, ut vias tuas dirigat.* Tob. 4. v. 20. Tutum hoc est refugium: nunquam ille luce suâ destituet. *Cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* 2. Paral. 20. v. 12.

2. Considera id, quod retrahere te possit ab ejusmodi recursu, esse notitiam indignitatis tuæ. Unde ut addat animos, dicit S. Jacobus: *Siquis vestrûm indiget Sapientiâ, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* si DEUS ejusmodi Sapientiam restringeret duntaxat ad nonnullos specialiter dilectos, posses meritò timere, ne fortè non impetres. sed ille *dat omnibus*, hoc est, *omnibus postulantibus*, neque solùm dat, sed *dat affluenter*, quamvis det modis adeò delicatis, tectis, & tacitis, ut sæpe non videatur ejusmodi Sapientia ab ipso proficisci. atque hoc est, quod significat Apostolus, cùm subjunxit: *& non improperat.* Homines hujus mundi, cùm tibi favoris aliquid præstant, ita præstant, ut etiam ostentent. Id verò quid est aliud nisi improperare, quòd illis indigeas? *Exigua dabit, & multa improperabit.* Ecci. 30. non sic DEUS. DEUS facit, & fecisse dissimulat. facit, ut amicus quasi casu consilium tibi suggerat, quod requirebas à Deo. facit, ut occurrat in libro; facit, ut id accipias vi luminis, quod, cùm minimè expectas, in animo coruscat. Hoc est dare, quin ullo modo improperet: quia est dare simul, & pati, ut possit homo tantùm non sibi ipsi tribuere, quod accepit à DEO. Tu verò cave, ne ex modestia Domini beneficium præstantis occasionem sumas tam turpiter hallucinandi. scias, omnem Sapientiam (quocunque canali transmittatur) ab ipso pro-

proficisci. *Omnis Sapientia à Domino DEO est.* Eccl.1.v.1.

3. Considera, qualis sit illa conditio, quæ requiritur, ut certò talem Sapientiam consequaris. oportet eam postulare à DEO piè & constanter. *piè*, vi promissionis suæ, quam fecisse legimus in sacris paginis, unde dicit Apostolus: *Postulet autem in fide.* Et *constanter*, hoc est ita, ut postulare non desinas, dum advertas te exauditum: unde adjungit Apostolus: *nihil hæsitans.* Id quod sæpe facit, ut cesses orare, est, quòd videas te jam diu petere, & non impetrare. Non sic age, sed potiùs certò impetratnrum crede, & fidei jungens fiduciam perge postulare *nihil hæsitans*, & videbis demum, an Divina promissa suum non sortiantur effectum. si in virtute petitionis tuæ necesse foret confidere, meritò desponderes animum, cùm adeò sis miserabilis, & defectibus obnoxius. sed confidere oportet in virtute Verbi Divini, & ideo quid timebis? Qui *postulat in fide*, hoc est, in fide Verbi, quod diximus, plusquam Regii, facilè *postulare* potest etiam *nihil hæsitans.*

4. Considera, ut ostendat Apostolus à tali hæsitatione nasci, quòd quis in oratione non perseveret, hîc eum subjunxisse: *Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur.* Undæ à vento agitatæ nunc rectà versus littus aliquod procurrunt, mox quasi pœnitudine ductæ sistunt cursum, nec eò pergunt ampliùs, sed huc illuc sine lege divertunt. ita fit, quando vacillat fidei in consequendi, quod petitur. nunc postulat aliquis, mox iterum postulare desinit. quisquis sic agit, certus sit de nihil impetraturum. *Non æstimet ille homo, quòd accipiat aliquid à Domino;* vult enim Dominus nostram in fiduciam esse perpetuam, esse stabilem, & ideo nos pergere orando, etiam cum non exaudit. *Sine intermissione orare.* 1. Thess. 5. v. 17. cùm ille sæpe gratias suas differat ob hanc ipsam causam, ut experiatur, an ipsi, ut par est, fidamus. Quid magni meriti haberet oratio tua, si DEUS vix appellatus precibus tuis quàm primum subscriberet? Petere equidem *nihil hæsitans*, sed non in fide. meritum in eo consistit, quòd videas preces tuas reijci, & repelli, nec tamen eas iterare cesses, prout illa fecit Evangelica Cananæa, quæ demum audivit. *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Matt.15. v.28.

* * *

VI.

Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda DEI. 1.Cor.2.v.10.

1. Considera, sicut, cùm dicitur: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, idem est, ac si dicat: *Postulare nos facit*, ita cùm dicitur hoc loco: *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda DEI*, sensum esse: *scrutari*

nos facit, tribuendo spiritui, quod ipsius est donum. Verùm non omnia æqualiter illi tribuuntur, quia, sicut ad Spiritum pertinet reddere nos spirituales : *quod natum est ex Spiritu, Spiritus est*, ita dotes illæ modo quodam peculiari dicuntur in nos transfundi à Spiritu, quæ ipsius sunt propriæ. Spiritus est agilis, promptus, velox, expeditus, impiger : *Lustrans universa in circuitu pergit Spiritus.* Eccl. 1. v. 6. vi quadam summâ est præditus quidvis impellendi : *Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli.* Isa. 30. v. 28. non patitur laqueos, non vincula. *Quis continuit Spiritum in manibus suis?* Prov. 30. v. 4. Discurrit pro arbitrio suo & libertate, quò vult, quando, & quantum vult. *Spiritus, ubi vult, spirat.* Joan. 3. v. 8. Jam verò inter ceteras proprietates singulares Spiritus hanc insuper habet, ut subtilitate maximâ penetret ad indaganda abscondita etiam in abyssо maris, atque hoc est, quod in nobis quoque procurat : *Scrutari nos facit omnia, etiam profunda DEI.* Te non admodum stimulat cupiditas quidquam sciendi de DEO, scrutaris equidem nimis quàm avidè secreta abscondita vel Naturæ, vel Principum, vel Præpositorum, aut cujusvis alterius è proximis, inter quos versaris. Ejus, quod ad DEUM pertinet, nullâ planè curâ tangeris. bene considera : id enim quod facit tam solerter explorare facta aliorum, haud dubiè Spiritus est subtilis, sed non sanctus. Sanctus ille est, qui equidem esse scribitur subtilis, sed & mundus. *Spiritus mundus, subtilis.* Sap. 7. v. 23. *subtilis*, quia omnia penetrat : *mundus*, quia eò penetrare nõ satagit, ubi potest inquinari : *In supervacaneis rebus noli scrutari.* Eccl. 3. v. 24.

2. Considera, quòd Spiritus Domini dicatur *Unicus & Multiplex.* Sap. 7. v. 22. *Unicus* ob unitatem naturæ. *Multiplex* ob multiplicitatem donorum. *Divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.* 1. Cor. 12. vers. 4. Jam ergo sicut septem sunt ipsius dona principalia, ita septem dicuntur esse Spiritus, qui ab ipso transfunduntur in cor Justi juxta illud : *Et requiescet super eum Spiritus Domini : Spiritus Sapientiæ & Intellectûs, Spiritus consilii, & Fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Isa. 11. v. 2. Quivis horum spirituum scrutatur, & scrutari nos facit abscondita, sed sanctè, ut talem decet Spiritum. *Spiritus scrutatur omnia* : vel *scrutari facit.* Quodsi velis advertere, examina quemlibet dictorum spirituum, qui sunt *septem Spiritus DEI emissi per omnem terram.* Apoc. 5 & videbis, quàm omnes isti perinde te faciant solertem in scrutando. Ultimus ex enumeratis, qui est Timor DEI, primus est in ordine operandi (quippe à Timore primus datur ad sanctitatem gradus. *In timore Domini declinatur à malo.* Prov. 16. v. 6.) atque adeò à Timore DEI paulatim ascenditur ad ejus sapientiam. Jam verò Spiritus Timoris *scrutatur* penetralia Conscientiæ, nequod ibi lateat peccatum incognitum : nec satis ipsi est solùm cavere à

malo

malogravi, quod possit separare à DEO, sed etiam à levi. Spiritus Pietatis *scrutatur*, quæ obsequia magis debeantur Patri à filio, ut ea modo eminenti omnia præstet DEO: & *scrutatur* simul miserias proximi minùs patentes: *scrutatur* corporales, *scrutatur* spirituales, ut vel inter sylvas opem illis afferat. Spiritus scientiæ *scrutatur* scopulos absconditos, fallacias, inquam, & fraudes, ad quas tot illisi naufragantur in his, quæ ad fidem spectant: *circa fidem naufragaverunt.* 1. Tim. 1. v. 20. Spiritus Fortitudinis *scrutatur* pericula, quæ imminent honori Divino præcipuè à tot Lupis, qui Agni videntur: neque contentus defendere Ecclesiam ab ejus aggressoribus, etiam insidiatoribus occurrit. Spiritus Consilii *scrutatur* media quibuscunque accommodata infirmis, sed illis imprimis, qui Medicum aversantur, hoc est, peccatoribus, qui monitorem non ferunt, séque primò eorum conformat moribus, quoad citra culpam potest, ut suos deinde exuant miseri. Spiritus Intellectûs *scrutatur* Scripturæ Sacræ sensus reconditos, ut eos elucidet: nec hæret in superficie, satis gnarus thesauros ditiores non obtineri, nisi eruantur. Denique Spiritus Sapientiæ *scrutatur* intima quæque DEI Naturam, Attributa, Actus, Nomina, Personarum proprietates, Processiones, Decreta, & quidquid abstrusi cogitari potest, atque hoc potissimum modo, ut vides, verè *Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda DEI*: adeò ut per donum istud tam præclarum Sapientiæ, quod est præcipuum omnium, fuerint manifestatæ de DEO mille veritates, penitus ignoratæ ab antiquis illis Philosophis, quos Mundus miratur: *quæ nemo Principum hujus seculi cognovit.* 1. Cor. 2. Tu pro ratione doni, quod DEUS tibi potissimùm concedit, nisi esse contentus eo, quod, ut ita dicam, natat in superficie aquæ: subi profunda fluminum; ibi cognosce, & scrutare, quod tegitur tibi vel aliis proficuum: hîc enim præcipuus est effectus spiritûs, scrutari: *Omne pretiosum viduculus ejus: Profunda fluviorum scrutatus est, & abscondita in lucem producit.* Job. 28. v. 11.

3. Considera, quemadmodum Spiritus bonus ubique scrutatur, quod serviat ad majorem utilitatem animarum DEO fidelium: *Attingit ubique*, Sap. 7. ita pariter ubique circumire Spiritum malignum, ut inveniat, quod illis maximè noceat. *Ipse quoque Vnicus est & Multiplex. Vnicus* [illegible], quem spectat, qui est ruina Animarum. *Multiplex* in mediis, quibus utitur. Ideo ipsius quoque Spiritus præcæteris celebres sunt septem oppositi Divinis. Spiritus Superbiæ, qui opponitur Spiritui Timoris: Spiritus Invidiæ, qui opponitur Spiritui Pietatis: Spiritus Iræ, qui opponitur Spiritui Scientiæ: Spiritus Acediæ, qui opponitur Spiritui Fortitudinis: Spiritus Avaritiæ, qui opponitur Spiritui Consilii: Spiritus Gulæ, qui opponitur Spiritui Intellectûs: Spiritus Luxuriæ, qui opponitur Spiritui Sapientiæ. quod ipse facilè cognosces, si notes, impedimentum

tum quod illorũ vitiorum singula suis afferunt donis oppositis. Hi sunt septem illi Spiritus, qui semper comitantur Luciferum, cùm is circuit terram. *Circuivi terram, & perambulavi eam.* facitque, ut vel ipsam ingrediantur domum, nisi teneas probè clausam, scrutentúrque, & rapiant, quidquid habes boni. *Hac dicit Benadad: mittam servos meos ad te, scrutabuntur domum tuam, & omne, quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent.* 3. Reg. 20. v. 6. Verùm, uti Spiritus hîc malignus ita multiplicatus non semper habet animum palàm aggrediendi Spiritum bonum, ita habet in promptu alios septem Spiritus proditores, qui tendant insidias, & dolis obtineant, quod viribus non possunt. Et hi sunt septem illi Spiritus pejores ipso, quos Christus insinuavit, cùm dixit: *Vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se.* quia sicut virtutes simulatæ sunt deteriores vitiis manifestis, ita longè deteriores septem illis Spiritibus malignis, quos paulò antè diximus, sunt septem simulationes, quæ circumeunt sub specie totidem Spirituum bonorum. Simulatio Sapientiæ, Simulatio Intellectûs, Simulatio Consilii, Simulatio Fortitudinis, Simulatio Scientiæ, Simulatio Pietatis, Simulatio sancti Timoris DEI. Omnes istæ simulationes simul junctæ formant Spiritum exquisitum Hypocrisis: unde notatur septies dixisse Christus: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ.* Matt. 23. & cum his omnibus mittit Satanas scrutari Justos etiam inter cavernas Carmeli, Thaboris, & Thebaidis, ut intrent in corda, eáque obtineant, affectatá ostentatione donorum Spiritûs boni, quæ non possident. Cave, ne venias in censum horum miserabilium; nam Justi simulati sunt, quos Christus ait geminum habituros Infernum. *Hi accipient majorem damnationem.* Luc. 20. v. 47. unum tanquam debitum vitiis eorum occultis, alterum tanquam debitum virtutibus eorum simulatis.

VII.

S. Ambrosius.

Non accipiam personam viri, & enim, quamdiu subsistam, DEUM homini non aquabo. nescio & si post modicum tollat me factor meus. Job. 32. v. 21.

1. COnsidera omnes illas prærogativas externas, ob quas nonnunquam quosdam æstimas plus æquo, opum abundantiam, splendorem domi-

nii, scientiæ sublimitatem, formæ pulchritudinem, larvas esse, quæ faciant, ut non discernas, quinam sint, etsi inter eos quotidie verseris. faciunt, in-

quam, ne discernas, ipsos quoq; vilem esse saccum putredinis, qualis tu es. Et tu propter eos audebis aliquando etiã DEUM offendere? absit, ut hoc facias. dic potiùs eodem Spiritûs vigore: *Non accipiam personam viri.* quid est: *non accipiam personam viri?* Idem est, ac si dicat: *Non accipiam loco viri, personam viri.* non patiar imponi mihi per larvam, quam prætendit, non attendam ejus opes, non dominium, non scientiam, non blanditiam vultûs, absque ullo metu, quamprimùm homo ejusmodi me stimulaverit ad offendendum DEUM, eum cum indignatione jubebo facessere. O quantum tibi proderit semper habere impressum animo hoc principium, Mundum esse scenæ similem, quæ sit plena personis pulchris quidem, sed fictis. Eos revereare, ut par est, sed simul cogita, ubi Theatro excesserint, post paucos dies coram DEO sine larva comparituros, nudos, pallidos, trepidos, ut omnes eodem modo sui reddant rationem. *Dominus Judex est, & non est apud illum gloria personæ.* Eccli. 35. v. 15.

2. Considera, quanti referat in usum deducere ejusmodi documentum. Tanti refert, ut, si obliviscì contingat, audeas personam scenicam præferre ipsi Domino, quem repræsentat, & omittas debitum DEO obsequium, & obedientiam præstare, quam ob causam? ne displiceas homini, qui vix umbram habet opum, vix umbram dominii, scientiæ, pulchritudinis Divinæ, quas negligis. non solùm hominem DEO præferre non debes, sed nec æquiparare. *non accipiam personam viri & DEVM homini non æquabo.* Vix num excogitari major possit distantia quàm sit inter Creatorem & rem creatam, inter Dominum & Servum, inter Principem, & subditum, hominem & DEUM. Et isti apud te pari trutinã eo? ô scelus horrendum! apage, quisquis fuerit, etiam conjunctissimus, vel amicitiâ, vel authoritate, vel quovis alio reverentiæ titulo. solus DEUS prævaleat omnibus. *Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & obliviscaris Dei factoris tui?* Isa. 51. v. 12.

3. Considera, quodnam sit argumentum, quo animare te debeas, ut nullum hominem velis præferre, imò nec æquare DEO. Est momentum. fortè videbitur tibi hoc esse dispentum, & oppidò remotum. Sed non est ita. hoc enim maximè usus est, qui apud Job dicebat: *Non accipiam personam viri, & DEUM homini non æquabo.* & hoc quoque uti te oportet, datâ occasione: *Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.* & quid fiet, si paulo post comparituro ante Tribunal Christi, ut judiceris, ille tibi exprobrare possit, plus apud te potuisse amicitiam vel authoritatem hominum, quàm timorem? Quis tunc erit pudor tuus, quis dolor, quis cordis cruciatus? an spes esse poterit, unum fortè ex hominibus tibi olim adeò acceptis, adeò à DEO abhorretis futurum, qui opem tibi aliquam ferat in eo Tribunali? qui pro te loquatur? pro te oret, ad sustinendas pœnas tibi debitas sese offerat? an nescis multos

in manu solius DEI positas esse sortes tuas per totam æternitatem? hoc si scias, quî fieri potest, ut eum ullius gratiâ contemnas? aut illi non servias eâ, quâ decet, fidelitate? En igitur, quàm stricta intercedat connexio inter verba ista: *Non accipiam personam viri, & DEUM homini non æquabo.* & illa, quæ videntur non adeò connexa: *Nescio enim, quamdiu subsistam & si post modicum tollat me factor meus.*

4. Considera, si ulli unquam aptè conveniebant hæc verba, utique fuisse magnum illum Archiepiscopum, quem hodie veneramur, Divum Ambrosium. an nescis, quanto animo ille se opposuerit Imperatori Theodosio, Principi aliàs tam gravi, támque pio, quando ob crudelitatem exercitam in Thessalonicensi strage illum etiam templi aditu prohibuit. Cogita igitur ista fuisse verba, quæ tantum animi inspirârunt: quis scit, an non iis etiam sit usus in hoc ipso actu, quem audisti? si non ista, certè alia protulerit his non absimilia. Tu illa in promptu habe quavis occasione, quæ se offerat; & si magno animo velis superare respectus humanos, starim dic intra te ipsum. *Non accipiam personam viri, & DEum homini non æquabo.* & si hoc ad eos promptè superandos non sufficiat, perge, & dic: *Nescio enim, quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.*

* * *

VIII.

Conceptio Virginis.

Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Prover. 9 v. 1.

1. Considera communi Patrum sensu intelligi per Domum, de qua hic sermo est, Mariam Virginem, jam inde ab æterno electam, ut esset magna DEI Mater. Nota proinde, quomodo loquatur. Descensurus in terram haud dubiè domum sibi delegit, sed non delegit, ut dici solet, pretio conductam, aptando mulierem quandam ordinariam ad hoc grande Matris officium. Potiùs eam sibi fecit: *ædificavit.* hoc est, fecit quidem, sed non ut res cetetas creatas, quasi nullo operis sui studio: *Ipse dixit, & facta sunt.* fecit cum designatione, cum industria, architectura, regula: *ædificavit.* & cui? *ædificavit sibi.* non ædificavit, ut eam alteri locaret, sed pro se tantùm, id est, ut suum esset diversorium, suum receptaculum, atque adeò Domus digna DEO, in qua nemo alius unquam habitavit. sicut enim fieri voluit filius Mariæ, ita etiam esse voluit filius Unicus. quo posito an non eam sibi efformare

mare ſtuduerit cum omnibus perfectionibus, prærogativis & dotibus, quæ poſſent reddere magis amabilem? Non eſt Monarcha, qui, dum agitur de fabrica, maximè de ſede ſuâ Regiâ, parcat ſumptibus. & tu credes diverſum tenuiſſe modum agendi Verbum Æternum? Imò ideo hoc loco potiùs Sapientiæ nomen ſibi tribuit, quàm quodvis aliud, *Sapientia ædificavit ſibi domum*, ut intelligas hac maximè uſum, tanquàm ſupremum Architectū, in fabricâ tam pulchrâ, ut ab ea arceret, quidquid eſſe poteſt imperfectum, diſtortum, & indecorum, imò modis adornaret tam præclaris, ut demum appareret opus eſſe factum ad dandū ſuæ ſpecimen Sapientiæ. Quodſi ergo alia deeſſet regula metiendi dotes ineffabiles & privilegia Mariæ, iſta ſufficeret, ſi audias eam ædificatam à Sapientia, & unicè ædificatam pro domo ſua non alterius. *Sapientia ædificavit ſibi domum.*

2. Conſidera, qualis ille futurus eſſet Princeps, qui ſtructo ſibi ſumptuoſo Palatio, ſineret deinde ante ſuum ingreſſum illic habitare quendam ſuum proditorem, transfugam, perduellem, & halitu ſuo adeò infami illud inficere. Imò tantum abeſt hoc à quoquam permitti, ut hanc fæcem hominum nec ad mille milliaria propinquare ſuſtineret. & crederet quiſquam, cùm Verbum Æternum Domum ſibi ſtruxerit adeò pulchram, qualis eſt Virgo, & unicè pro ſe ſtruxerit, paſſurum deinde, ut ante ſe illud inhabitet proditor ſuus diabolus, nec inhabitet duntaxat, ſed ejus adeat poſſeſſionem vi peccati, quod originale vocarunt. Iſtud ſanè credibile videri nullâ ratione poteſt. quo enim modo hanc dæmoni relinquere poſſeſſionem potuit? an neceſſitate compulſus, an libertate electione? ſi neceſſitate: ergo tantum non habuit virium, ut poſſet impedire. Si electione; ergo tantum non luxit erga Virginem amoris, ut vellet, & esset, qui ultro concedat hoc abſurdum, cunque graviſſimum? *Sapientia ædificavit ſibi domum.* Credendum igitur, qui eam pro ſe fabricavit, eam poſſe quoque voluiſſe. & ſi ferre non potuit, ut poſt ſe ad illam dæmon accederet, quomodo ferre potuit, ut illam ante ſe incoleret? Sapientiæ erat ſibi fabricare domum tam dignam, Providentiæ ab omni hoſtili incurſu eam tueri, *Sapientiâ ædificabitur domus, & Prudentiâ roborabitur.* Prov. 24 v. 2.

3. Conſidera, quò domus ejuſmodi magis fieret ſpectabilis, diſcipertiam in ejus ſtructurâ multas eraſſe columnas, quæ illam ſuſtinerent, & exornarent. *Excidit columnas ſeptem*, hoc eſt, *plurimas*, modo loquendi frequenter uſitato Scripturæ. *Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectatores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.* Eccl. 37. v. 18. Iſtæ columnæ erant virtutes, quæ ornabant animam Virginis, porrò quis explicet, quot ille fuerint? fuerunt univerſæ, hoc enim patuit in ſacris paginis indicat vox *ſeptem. Per ſeptenarium numerum Univerſitas deſignatur.* Ita eſt, virtutes omnes denique

nique ad suas reducuntur species, quæ itidem sunt septenæ, si strictiore sensu accipiantur. & ideo pariter hoc sensu septem recensentur, non septem numero, sed differentiâ. deinde septem istæ sunt virtutes primariæ, à quibus omnes aliæ promanant. Tres Theologicæ, Fides, Spes, & Charitas, quæ plusquam humanæ, vel Divinæ vocantur, quia sunt virtutes propriæ hominis, prout is vi elevationis factus est Divinæ consors naturæ: & quatuor Cardinales, Prudentia, Justitia, Temperantia, Fortitudo, quæ sunt virtutes dictæ humanæ, seu morales, quia sunt virtutes propriæ hominis juxta statum suum naturalem, non elevatum. Itaque omnes istæ non erant in Virgine, ut in nobis, vacillantes, sed firmæ, & stabiles, atque idcirco Columnæ appellantur: *Excidit Columnas septem*, quia nunquam motæ sunt loco suo, sed potiùs quamprimùm stabilitæ per confirmationem in gratia, quâ magis permanens, & eximia nequeat inveniri, ut vel ipsum excluderet fomitem. *Ego confirmavi columnas ejus.* Ps. 74. v. 4. Cùm columnas aspicis adeò speciosas, quid superest, quàm ut earum amore accendaris? attende illas, contemplare, & videbis in earum qualibet signata incomparabilia quædam opera Mariæ, quarum alia pertinebant ad Fidem, Spem, & Charitatem, alia ad ceteras virtutes suprà memoratas. Eas admirare, ama, exosculare labris cordis devoti, in te ipso exprime. æquum sanè est laudare virtutes Virginis, æquum amare, æquum admirari, sed æquissimum eas imitari.

4. Considera sapientiæ hìc non adscribi specialiter, quòd manu suâ tales columnas elaboraverit, vel erexerit, vel exornaverit: adscribi potiùs, quòd exciderit. *Excidit columnas septem*, ut constet, de qua vena illas sumpserit, venâ scilicet tam pretiosâ, tam rarâ, ut opus fuerit solius sapientiæ increatæ illas in abditissimis investigare fodinis. Hinc est, quòd virtutes aliis communes in Virgine conditionis essent adeò heroicæ, adeò præcelsæ, ut ordinem constituerent superiorem illo, in quo eas Iusti alii solent possidere. at si ita res habeat, quis credat Virginem à Deo comprehensam communi pacto, quod fecerat cum Adamo, ut ab ejus obedientiâ cunctorum felicitas penderet posterorum: siquidem illa habituta erat tantò majorem fidem quàm Adamus, tantò majorem Spem, Charitatem, Prudentiam, Justitiam, Temperantiam, Fortitudinem, quàm Adamus, nec solùm majorem actu, sed habitu, ita, ut ob perfectionem ejus propriam virtutibus posset longè faciliùs adimplere totam exactissimè legem Divinam? Hoc est argumentum maximè verisimile, quo demonstretur B. Virginem Christi causâ, cujus debebat esse dignum opus, eximendam fuisse à communi sorte, ut & ipsa dependeret à constantia Adami, multi fortè ex capitibus optandâ aliis, sed non illi. Tu quid agas, nisi ut toto corde exultes cum Maria Virgine ob electionem ejus factam ad talem sta-

tum, quo Domini sui esset Mater? unde si tot aliæ in eam manârunt prærogativæ, facilè potes judicare, etiam istam manâsse, ut sine peccato conciperetur. Aliàs qualis, quæso, fuisset ista proportio etiam in primis describendis lineamentis. illi in secundo vitæ suæ momento virtutes conferre adeò singulares, adeò sublimes, & simul permisisse, ut primo instanti esset filia Iræ? *Columnæ aureæ super bases argenteas*, ait Dominus & non *super luteas*. Eccl. 26. v. 23.

IX.

Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus. Ier. 17. v. 5.

1. CONsidera, quoties te fefellerit fiducia, quam in hominibus reponebas, quin etiamnum resipiscas. Vide ergo, an non ista saltem verba sufficiant, ut demum hodie ab illis abstractam in Deo colloces. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Duo sunt, quæ movere te possint, ut spem tuam fundes in auxilio hominum. primum est eorum fidelitas, alterum potestas. quippe si crederes eos dare non posse bonum illud, quod desideras, aut dare nolle, non obstantibus amplissimis promissis, quæ fecerunt, in iis neutiquam sperares. Jam igitur his, qui Spem suam fundant in eorum fidelitate, hìc dicit Propheta: *Maledictus homo, qui confidit in homine*, & iis, qui fundant in potestate, subjungit: & *ponit carnem brachium suum.* & tu patieris in corde tuo hospitari fiduciam, quæ secum affert maledictionem recipienti?

2. Considera, vocem maledictionis in proposito nostro tres habere sensus posse, prænunciandi malum: *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.* Ps. 118. v. 21. imprecandi malum. *Vivi & maledic* Jacob. Num. 23. v. 7. & emittendi malum: *Cùm respexisset, vidit eos*, hoc est, *pueros parvos, & maledixit eis in nomine Domini.* 4. Reg. 2. v. 4. triplici hoc sensu isthic utitur Propheta, ut ostendat, quàm merito sit maledictus, qui suam in homine fiduciam reponit. 1. ut Propheta maledicendo talibus malum suum augeatur. quid enim præsagiri potest nisi luctuosum illi, qui nititur fide hominum adeò fallaci, aut potestate hominum adeò infirmâ? fallacem esse cujuscunque hominis fidem, manifestum est quia is nimis est naturâ volubilis: *omnis homo mendax.* Ps. 115. v. 12. Tam volubilis est in decretis voluntatis, quàm in Judiciis intellectûs, tam volubilis in judicijs intellectûs, quàm in apprehensionibus phantasiæ. qui autem nescit istas esse instar colorum, qui tam varium reddunt Chameleontem? ad omnem aspectum variantur.

Unum

Unum verbulum sinistrum, quod audis, subitò facit ex benevolo aversum. *Verbum nequam immutabit cor.* Eccl. 37. v. 21. deinde infirmam esse potestatem hominis, quis non videt; quippe qui sibi ipsi dare salutem nequit, quomodo eam dabit aliis? *Nolite confidere in Principibus, in quibus non est salus.* Ps. 45. v. 3. si non est *salus in ipsis*, quomodo sperari potest *ab ipsis*? II. ut Proximus maledicendo, mala istis desidera, quia quantumvis malum ut malum optari possit nemini, potest tamen optari ut bonum. *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.* Ps. 82. & sic tanquam Proximus precatur hoc loco Propheta, ut, quisquis nititur fide vel viribus hominum, spe suâ frustretur, & hinc incitamentum sumat quærendi amorem & opem non hominum sed Dei. *Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit.* Isa. 30. v. 5. III. Ut sacerdos, & primus Dei Minister maledicendo immittit mala, quia exequitur sententiam Divinam. unde dicit: *Hæc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine &c.* ut ostendat se loqui in nomine Domini, & non proprio. atque hanc maledictionem factam miseris statim impleri necesse est, quia per eam neque prænunciatur, neque optatur, sed infertur malum. quæ causa fuit, ut ficulnea, hoc modo maledicta à Christo momento exarescceret. *Arefacta est continuò.* Mat. 21. v. 19. quia in Deo dicere est facere, quin tempus intercedat: *Ipse dixit, & facta sunt.* Enimverò si maledictio ista solo nos destitueret favore hominum, malum equidem afferret, sed leve. Pessimum est, quod nos priver etiam favore Dei, cùm scilicet se videt hominibus postpositum. & tu non horres maledictionem adeò formidabilem? hæc est, quæ omnia tibi aufert bona, aufert bonum sinistræ, & aufert bonum dextræ: terram & cælum aufert.

3. Considera, non omnem fiduciam, quæ reponatur vel in fide, vel in viribus hominum, mereri à Deo maledictionem, sed illam duntaxat, quæ opponitur fiduciæ majori in fide & viribus Dei collocandæ. unde postquam dixit Propheta: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum*, pro conclusione subjungit: *& à Domino recedit cor ejus.* iste namque recessus à Deo, quem hoc casu facit cor hominis, malum illud est detestabile. Quando igitur fit, ut confidens in hominibus corde recedas à Deo? En quando. primò cùm ad obtinendum favorem humanum, facere non dubitas, quod Deum offendat, ut est adulari, murmurare, mentiri, vel quovis alio modo statûs tui leges transilire. Deinde cùm ita confidis in favore hominum, ut non simul & longè magis confidas in Divino, uti par esset, agnoscens, & credens, tantum boni tibi homines facturos, quantum illos facere Deus voluerit. primum est magis confidere in hominibus quàm in Deo, alterum est confidere in hominibus non secus ac in Deo. Utrumque maximè est execrandum. *Væ eis, quoniam recesserunt à me.* Ose. 7. v. 13.

7. v. 13. an nescis, à nullo hominum, quantumvis magnus is fuerit, posse tibi quidquam præstari boni, nisi Deus ad id faciendum moveat? *Cor regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud.* Prov. 21. v. 1. quî igitur fieri potest, ut audeas Deum offendere ad obtinendum patrocinium hominum? aut quî fieri potest, ut, dum favorem procuras hominum, non longè magis procures favorem Dei, à quo sicut lutum in manu figuli, omnes homines dependent. *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.* Ier. 8. v. 4. Ut etiam desint omnes homines, in solo Deo reperies, quidquid esse potest bonorum: at si Deus desit, à quo id sperabis? *Super quem habes fiduciam, qui recessisti à me?* Isa. 36. v. 6.

4. Considera, quàm proinde sit melius Deo confidere. *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.* Ps. 117. v. 8. quippe cùm illi, qui confidit in homine, nonnisi malum augurari possimus, contra illi, qui in Deo confidit, optima quæque augurari possimus. *Benedictus vir, qui confidit in Domino.* Jer. 17. v. 7. augurari bona possumus illi, qui in ejus fidelitate confidit, quia fides Dei non est instabilis, ut illa hominum. *Non est enim Deus, quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur. Mentiatur* per malitiam voluntatis, *mutetur* per inconstantiam opinionis. Num. 23. v. 19. & augurari bona possumus illi qui confidit ejus viribus: qui enim non poterit, qui se Omnipotentis brachiis committit? *Super Omnipotentem delicijs affluet.* Job. 22. v. 26. non solùm *bonis affluet*, sed delicijs; quia non solùm habebis, quod necessarium sit ad vota tua implenda, sed etiam quod abundet. Quid igitur restat, quò minùs statuas Spem tuam in hominibus avocare, & in Deo ponere? in solo Deo sperari potest absolutè, ut loquimur. in hominibus sperari equidem potest sed nonnisi quatenus in instrumentis, quibus uti Deus possit ad faciendum tibi uti Deus possit, si bene notes; fiducia tua demum omnis resolvitur in Deum, à quo omnia bona promanant: *Perditio tua ex te: tantummodo in me auxilium tuum.* Os. 12. v. 9. Tu igitur hic non idoneum documentum, quod non dicatur *Maledictus homo, qui ponit carnem brachio suo*, sed *qui confidit in homine*, nec dicatur: *qui utitur carne tanquam brachio suo*, sed *qui ponit carnem brachium suum.* quia non prohibetur honestus in necessitatibus ad homines recursus, neque prohibetur, quò minùs utaris etiam authoritate, & auxilio hominum honestè, hoc est, cum debita subjectione ad legem Domini. Prohibetur in his ponere quasi suam fiduciæ, hæc enim semper in Deo ponenda est, tanquam Primo Mobili, à quo dependent sphæræ omnes inferiores.

* * *

X.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis. Is. 118. v. 14.

1. COnsidera per Testimonia Divina satis frequenter in scripturis Divinis intelligi illa argumenta, quæ ostendunt, solam nostram tenendam fidem, uti sunt tot de Christo Vaticinia, tot miracula, tot Martyres, & aliæ rationes ejusmodi, non claræ duntaxat reflectere volentibus animum, sed manifestæ. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Ps. 92. v. 7. Jam ergo in via talium Testimoniorum, ut quæ ducit ad discernendam veram Religionem à falsa, ait Psaltes se summam sensisse voluptatem. quam ut bene exprimat, cum ea componit, quam experitur, qui scit se omnis generis divitias possidere. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis.* Divitiæ duplicis sunt generis, naturales, & artificiales. Naturales sunt, quæ proximè serviunt sublevandis necessitatibus naturæ, uti sunt victus, vestitus, lectus, domus, vasa, & alia ejusmodi bona. Artificiales sunt reditus, per quos bona illa comparantur. ne putes ergo voluptatem, quam senserat David in cogitandis tot argumentis pulcherrimis fidei nostræ Evangelicæ, fuisse similem voluptati, quam divites experiuntur in solis divitiis primi generis. hæc enim non durat diutiùs, quàm necessitas illa, cui respondet. unde cùm cessavit fames, cessavit frigus, cibus atque vestitus potiùs sunt oneri. similis erat voluptati, quam experiuntur divites etiam in illis secundi generis, quæ semper durat: *sicut in omnibus divitiis.* nõne vides, quomodo isti non contenti, quòd cognoscant se divites, de hoc crebrò cogitare gaudeant, & quamvis jam nec victu egeant, nec vestitu, nec alio ejusmodi adjumento, scrinia tamen sua aperiunt, quia videre gestiunt ita plena, pecuniam numerant, dupliones contemplantur, gemmas suas sigillatim omnes studiosè considerant, & cum gustu vident tam bene & eleganter collocatas? idem in re nostra David faciebat, sed cum laude, quod illi perperam faciunt. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.* ultrà modum delectabatur. Tu quid agis? fierine potest, ut tibi scire sit satis te verâ sectari fidem? sæpe de hoc cogita (maximè cùm tot populi occurrunt omni veri Dei cognitione destituti, adeóque, ut signa produnt manifesta, æternum perituri) & ideo gratias age efficaces.

2. Considera, per Testimonia Divina pariter in Scripturis sacris intelligi mandata, quæ Deus sanctissima Lege sua præscripsit. & ideo Testimonia vocantur, quia nobis restantur, quæ certò sit domini voluntas. *Custo-*

divit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. Ps. 118. v. 167. & in hac via Testimoniorum, quæ ducit ad inveniendam Gratiam, & Gloriam (sine quibus parum juvaret esse natum in orbe Christiano) ait Vates Regius se perinde delectatum, ut alius in geminis suis delectatur divitiis. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis.* & ratio erat, quia quoad primas, securus erat in hac via nihil sibi defuturum eorum, quibus egeret: & quoad alteras, nihil erat, quo indigeret. Securus erat quoad primas nihil sibi defuturum eorum, quibus indigeret, quia qui fideliter Dei legem observat, ipsum Deum habet Provisorem. nullum autem est periculum, ne Deus cogitare desinat de eo, qui de se cogitat. *Inquirentes Dominum non minuentur omni bono.* Ps. 3. v. 10. & quoad alteras nihil erat, quo indigeret, quia per observantiam Legis Divinæ id feliciter erat consecutus, ut omnes reprimeret cupiditates inordinatas. Et quid juvant opes superfluæ, nisi ut ejusmodi cupiditatibus satisfiat? has reprime, &, cùm videris, quàm multa sint, qubus non indiges, adeò gaudebis, ut nulli invideas mundi hujus Euclioni opulento. nullus horum habet, quod ipsi sufficiat. *Divites eguerunt, & esurierunt.* Ps. 33. v. 10. *Eguerunt* quoad ipsas divitias naturales, quia cupiditatem in naturam verterunt. *esurierunt* quoad artificiales, quia cupiditas quantò plus accipit alimenti, tantò magis tabescit fame. *Nunquam dicit, sufficit.* Prov. 30. v. 16. Tu igitur pro eo, ut delectationem tuam habeas in pecunia, quid agentius? non curabis. Deum rog[a], u[t] tibi concedat majore in pretio habe[re] unum ejus verbulum, quàm omn[es] Thesauros Universi. *Bonum mihi [est] eloquium oris tui super millia auri, & argenti.* Ps. 118. v. 72. æstima legem Divinam p[ro] cunctis bonis. *Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi.* Eccl. 29. v. [...] & tunc videbis, an non abunde satisbiturus delectationis. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis.*

3. Considera, per testimonia Dei demum intelligi in Scripturis exempla Christi, quæ omnia consecuit cum Consiliis suis Evangelicis. *Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso.* Io. 8. v. 18. Ita Christus docebat, quia prima Veritas est instar unius, quæ sola in mundo vim habet authenticum de se ipsa dandi testimonium. Jam verò in tali sensu sequi viam testimoniorum Divinorum aliud non est, quàm sequi viam, quàm Christus monuit. in hac autem viâ an non poteris dicere cum Davide poteris: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis?* imò in hac magis quàm in ceteris: quia in hac non modò non curabis opes superfluas, redundantes, quales sunt artificiales, sed præterea gaudebis penuriis naturalium, gaudebis fame, frigore, & quibuscunque incommodis corporis tui delicati: modò hæc omnia patiaris, ut Christo placeas. *Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus*

fratibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo 2. Cor. 12. v. 10. Itaque qui verè cupit esse similis Christo, si omnes posset adipisci mundi divitias, etiam quin eos exantlaret labores, qui ad has obtinendas requiruntur, ultro renunciaret ob voluptatem, quam sentit, dum cogitat se nihil habere. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitijs*, non solùm *sicut in aquisitione omnium divitiarum*, sed, *sicut in omnibus divitijs jam aquisitis*. adeò ille omnem messem aspernatur non in herba tantùm, sed in horreo reconditam. an sentis ejusmodi delectationem? si non sentis, tua est culpa. non applicas intellectum ad penetrandos thesauros absconditos, qui sunt in imitatione Christi, nec assuescis voluntate anteferre omnibus bonis ceteris. quid igitur mirum te nullum experiri gustum ejus delectationis? nota tamen, quomodo hoc loco Psaltes loquatur. non dicit: *Via testimoniorũ tuorum delectavit me, sicut omnes divitiæ* sed *in via testimoniorum tuorũ delectatus sum sicut in omnibus divitijs*. quia, ut sapiens, non promittebat sibi ullam afferendam à quacunque viâ testimoniorum Divinorum delectationem, nisi ex parte sua præstaret, quidquid posset, ut in ea omnem suam inveniret delectationem.

4. Considera, quàm parùm ab insipiente mundo capiantur, imò & eneantur hæc dogmata. unde, quacunque incedis, homines occurrent, qui ad invidiam usque maximam summo gustu oculis exponant, & ostentent, quidquid habent divitiarum in palatiis, in vestimentis, in supellectile, in pompâ intolerabili, quâ per vias publicas ingrediuntur. Tu ergo quid facies ad ejusmodi spectacula adeò inter Christianos indecora? ad Deum illico te converres, & dices intra te ipsum: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis*. Hoc est antidotum saluberrimum, quod in promptu semper habeas, ne tibi quoque adhæreat illa cupiditas, quæ, uti intrat per oculos, ita ab his quoque nomen accepit: Concupiscentia oculorum. Vides ea palatia, quæ vicinis ipsam auram nedum lucem intercludunt? Vides illa vestimenta unionibus quasi grandine obsita? Vides illa supellectilia sumptuosissimis fimbriis seu limbis terminata? Vides illas rhedas, aurigas, ephæbos, cursores quasi eodem partu effusos? ne sinas istis abripi cor tuum: sed protinus assurge, & intus die Deo: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitijs*. Id verò ut facilè dicas, fac ut in his tribus verè tuas habeas delicias; in argumentis, quæ reddunt fidem tuam evidenter credibilem: in adimpletione præceptorum Divinorum, quæ illi vitam tribuit: & in imitatione Christi, quæ perfectionem impertit.

XI.

Fertilis fuit Moab ab adoleſcenti â ſuâ, & requievit in facibus ſuis: nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in transmigrationē non abiit. Idcirco permanſit guſtus ejus in eo, & color ejus non eſt immutatus. Ier. 48. v. 11.

1. CONſidera, quantopere noceat Virtuti, ſiquis nimium ſit affixus commoditatibus, quibus fruitur præſertim in loco ſtabili. Populus Moab initio ſortitus eſt ſat magnas, natus in regione amœniſſimâ, & fertiliſſimâ, quæ non procul aberat à vaſtata Pentapoli. unde etiam haud modicam didicit vitæ licentiam. *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua.* Vides ergo, quò demum devolutus ſit? ut in fœcibus ſuis quietè viveret: *Et requievit in fœcibus ſuis.* quippe cùm inde motus non ſit, idem illi accidit, quod vino, nobili quidem, generoſo, forti, ſed non elutriato. Tabuit in primis ſuis vitiis, ita ut fieri demum neceſſe eſſet, quod fieri ſolet vino corrupto, ut, inquam, neceſſe eſſet illud effundere. Tu facilè ad Dei gloriam plurima præſtares, ſi velles, quia nec facultas, nec ingenium, nec indoles, nec ceteræ dotes deſunt ad agendum, & tamen nihil ſanè præſtas. *Requieſcis in fœcibus tuis.* ſcisne, quam ob cauſam? *Non es transfuſus de vaſe in vas.* ſemper hæres in ſolo patrio, vel certè ubi hærere placet vel conſuetudine factâ, vel amicitiâ, vel ob adminicula, & commoditates varias, quibus illic frueris: ita, ut dici de te poſſit, quod de Moab: *In transmigrationem non abiit.* Ideo mirum non eſt, ſi in fœcibus adhuc dilectis omnem demum perdas vigorem. Sine à Deo te diſponi, puta ipſi magis placet. *Ecce ego:* mitte te. Iſa. 5. v. 8. abſtrahe affectum à patria, & à propinquis, & ab omnium ijs locis, quibus magis affigeris. *Vade in transmigrationis factibi halcaere ſua Ægypti.* Ier. 36. v. 19. & videbis, quantò ſis tu quoque futurus aptior obſequio Divino.

2. Conſidera, qualia ſint damna, quæ oriuntur ab affectu, quem fimus, nimium adhærente commodis. Damna ſunt eadem omnino, ut vinum à fœcibus accipit, quando hæc cubat diutiùs, nec elutriatur. quid guſtum malum jam non poſſe deponere, exuere odorem malum. Guſtus malus eſt mala propenſio, quam contraxit, inde non exeundi, ubi deprehendit diu placuit. hæc ſemper crevit, & ideo eò demum progreditur, ut jam deponere non poſſit, etſi exer. ut vinum, quod, cùm aliquandiu ſteterit eſſe fæculentum, etſi in alium tranſferatur dolium, guſtum retinet. *Permanſit guſtus ejus in eo.* Et odor malus eſt fama mala, quam quis progreſſu temporis contraxit ſectando commoda

moda. quis enim credat ejusmodi hominem in senectute libenter susceptum labores, quibus in ætate juvenili non assuevit? *Odor ejus non est immutatus.* Quisquis ergo fœces quàm primum non deserit, faciendo bono nimis se reddit ineptum. *Non invenitur sapientia in terra suaviter viventium.* Job. 28. v. 13. Tu interim an adhuc esse tibi videris immunis à fœcibus? Ex odore, quem spargis, alii testari melius de te possunt: at de gustu, quem sentis, nemo te ipso certiùs judicaverit.

3. Considera, instar vini non relicti in fœcibus, sed elutriati haud dubiè fuisse veteres illos Dei servos, quos ait Apostolus vix locum in terra reperisse, in quo quiescerent, adeò erant ab omnibus exclusi, ludibrio habiti, & persecutionibus vexati. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ.* Hebr. 11. v. 38. & ideo quis explicet, quanta fuerint Divinæ gloriæ instrumenta? & tibi deest animus pro ipsa id modicum præstare, quod est deserere nimias, quibus in pace frueris, commoditates? Ecce pax ejusmodi est illa, quam in fœcibus vinum habet: pax, quæ paulatim disponit ad corruptionem. *Visitabo super viros defixos in fœcibus suis.* Soph. 1.

XII.

Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Ps. 50. v. 3.

1. COnsidera, quamprimùm David dolens de lapsu dixit Prophetæ Nathan: *Peccavi Domino*, eundem audivisse à Propheta: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. Reg. 12. ut adeò certus esset, se veniam consecutum. & tamen post ejusmodi certitudinem non cessavit eam continuo postulare, non quòd de ejus consecutione diffideret, sed quòd in dies consequi cuperet majorem, uti fieri in his solet, in quibus si *abundavit delictum*, non abundavit tantùm, sed *superabundavit & gratia* Rom. 5. v. 20. Hinc est, quòd non solùm veniam postulaverit à Deo secundùm magnitudinem, quam misericordia ejus in se habet ad remittendum quodcunque delictum: *Miserere mei Deus secundùm magnam Misericordiam tuam*: sed eam postulaverit secundùm multitudinem illorum actuum tam diversorum, quibus eam exercuit. *& secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* quis enim explicet, quàm actus isti in tanta varietate peccantium, apparuerint eximij, præcelsi, stupendi? *Miserationes ejus super omnia opera*

ejus. Ps. 144. v. 9. nisi malis judicare, Davidem licet certum de venia ideo tam solicitè eam iterum iterúmque postulâsse, ut te doceat, quid facere conveniat, te, inquam, qui non modò certus non es, sed fortè incertissimus. An fortassis existimas repugnare perfectæ unioni cum Deo sæpe proprias cogitare culpas? at vates Regius dicebat de his se non crebrò tantùm, sed semper cogitare. *Peccatum meum contra me est semper*. Ita est, non dicebat: *Adulterium meum*, sed solùm *peccatum meum*: quia melius est in nonnullis præsertim materiis non speciatim, sed universim tantùm meminisse delicti. verum tamen est eum dixisse *semper*: quia, quantumvis justus esse videaris, pius, perfectus, & in Mystica versatus Theologiâ, qualis erat David, usque ad vitæ tuæ finem seriò cogitare debes miserias tuas, & eas amaris lachrymis deflere. Hinc Psalmus iste inscribitur *Psalmus in finem*, hoc est, *Psalmus in finem usque mundi canendus*, prout interpretatur Bellarminus: quia si ad finem usque mundi vitam protraheres, semper esset, cur diceres: *Peccavi. Memento, & ne obliviscaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Deum tuum in solitudine. Memento* in præsens, *ne obliviscaris* in futurum. Deut. 9. v. 7.

2. Considera discrimen, quod inter corporis & animæ morbos intercedit. Priores satis est cognosci à medico: non ita posteriores. necesse est etiam ab ægro cognosci. Idcirco dum magnam petit Gratiæ Justificantis copiam, adducit Psalmographus pro argumento eâ potiundi, quòd ex parte sua jam impleverit conditionem, quæ in hunc finem erat necessaria, nempe cognitionem facinoris à se commissi. *Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*. neque dicas fieri non esse, ut quis cognoscat malum, quod commisit, insuper requiri, ut doleat, ut detestetur, ut firmum habeat emendationis propositum: quia, cum dicit se cognoscere peccatum suum, totum dicit. quemadmodum sequitur, ut quis clarè cognoscat summum Bonum, & non amet amore etiam ardente; ita fieri nequit, ut quis clarè cognoscat summum malum, & non habeat, non dico, odium, sed etiam horrorem illius. Hæc causa est, cur Deus ad dandam veniam aliud non requirat, quàm ut malum tuum cognoscas. *Sanctus sum ego, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. Verumtamen scito iniquitatem tuam*. Jer. 3. v. 12. non ait *deesse*, non ait *detestare*, sed solùm *scito*, quia si probè intelligas, quod patrâsti in offendendo Deo tam bono, fieri aliter non poterit, quam ut oculi duo efficiantur duo fontes irrigui, qui fluere non cessent.

3. Considera, quantumvis hæc nomina Peccatum, Iniquitas, & Impietas ut plurimum invicem confundantur, nihilominus ex ratione suâ magis propriâ imposita esse ad significandas tres celebres differentias prævaricationum, quas homo incurrit, contra se

se ipsum, contra proximum, contra Deum. Primum purè dicitur peccatum, secundum Iniquitas, tertium impietas; non quòd non quodlibet peccatũ, sive ordinem pervertat, quem debet peccator sibi, sive ordinem pervertat, quem debet proximo, etiã universim perverrat ordinem Deo debitum tanquam supremo Legislatori: sed quia peccatum illud propriè impietas dicitur, quod pervertit ordinem Deo debitum ut Patri, vel Domino in cultu, quem dicimus, Religionis. Jam in casu suo Rex David equidem perverterat ordinem, quem sibi debebat, vi suæ malitiæ: & perverterat ordinem, quem debebat proximo, vi injuriæ, quã fecerat Uriæ, adeò gravis in quocunque genere. sed non perverterat ordinem, quem Deo debebat quoad cultum Religionis; quia ejus peccatum non erat nec infidelitatis, nec Simoniæ, nec perjurij, nec blasphemiæ, nec alterius ejusmodi delicti: & ideo hìc solùm memorat peccatum iniquitatis: impietatis in toto psalmo mentionem non facit, quamvis alibi intuitu ejus impietatis communis, quam omne demum peccatum in se continet, etiam ipse Deo diceret: *Dixi, confitebor adversùm me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Ps. 31. v. 6. Ratione iniquitatis rogat Deũ, ut se lavet: *Amplius lava me ab iniquitate mea.* ratione peccati rogat Deum, ut se mundet: *& à peccato meo munda me.* ut lavet quoad reliquias mali præteriti, ut mundet quoad periculum futuri; ut lavet, & mundet, sed semper magis. *Amplius lava, amplius munda.* Quid tu dicis, qui facilè per dies vitæ commiseris non solùm peccata in te ipsum, non solùm iniquitates in proximum, sed impietates fortè etiam admodum enormes contra Deum, & tamen si memineris semel à te petitam veniam, videris tibi tuo integrè satisfecisse debito? *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Ps. 6. v. 7. En quot noctium lachrymis Davidi steterit malum unius noctis.

4. Considera, quoad iniquitatem Davidem jam paulò antè rogâsse Dominum, ut deleret. *Secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* sed eo non contentus petit insuper ab ea lavari, lavari, inquam, ab omni eo, quod talis iniquitas, utpote permanens, & novem prorogata menses, in ipso potuit reliquisse affectionis, vel adhæsionis etsi levis ad malum præteritum. unde non dicit: *Lava iniquitatem meam*, uti dicebat *dele*: sed *Lava me ab iniquitate mea. Dele iniquitatem, lava iniquum.* Hoc solent, qui verè exosam habent maculam, quam in vultu gerunt: non solùm delent maculam, sed totam lavant faciem, támque sedulò & opportunè lavant, ut nihil omnino reliquum sit maculæ adeò odiosæ. Rogat quoque pariter mundari à peccato suo: *& à peccato meo munda me*, hoc est, mundari à malitia voluntatis suæ. Ratio est, quia imũdum non in actu duntaxat, sed in ipsâ potentiâ lavari non est satis, paulò post novas producit maculas, ut in facie hominis contingit, quæ

quæ sora mox iterum sordescit. Ideo David à mala sua voluntate non solùm lavari petit, sed & mundari. fiebat ista non tantùm mala in actu ob malum commissum, sed erat perinde mala in potentia ob id, quod committere poterat etiam peius, & hinc semper timebat. Timebat, quia post culpam originis cuivis homini inest voluntas per se ipsam propensa ad malum. *sensus humani cordis proni sunt in malum ab adolescentia sua.* Gen. 8. v. 21. Et timebat, quia per ipsam culpam, ut dicimus, actualem, fecit eam magis propensam. O si nôsses, quot sint malæ dispositiones, quas in voluntate tua relinquit quodcunque peccatum, maximè contemptũ, & diutur num; certè non differres ab uno mense ad alterum serium animi dolorem! imò non sufficeret, quòd sciaste doluisse, cùm peccatum remissum adhuc nocere tibi possit non jam in se, sed in suis pessimis effectibus. *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Eccl. 5.

5. Considera cor lavari per contritionem, confessionem, & opera bona, quæ deinde implentur in satisfactionem scelerum commissorum, & ipsdem etiam mundari. At partes istæ ad peccatorem spectant juxta illud: *Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis &c.* Is. 1. v. 16. Unde videtur non adeò propriè dictum, quòd David pro eo, ut dicat Deo se velle lavare, atque adeò mundare se ipsum, ab ipso lavari atque mundari postulet: *Lava me, munda me.* sed oportet hìc notare morem Scripturæ, in qua actiones hominis quæ sunt communes Gratiæ operanti, & Arbitrio cooperanti, nunc omnino tribuuntur Deo, nunc omnino homini, ut cognoscatur eorum perfecta in operando concordia. *Inclina cor meum in testimonia tua.* Ecce opus Gratiæ. *Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* Ecce idem opus meritum Arbitrio. *Dirige me in semitam tuam.* Ecce opus Gratiæ. *Dirige cor tuum in viam rectam.* Ecce idem opus meritum Arbitrio. *Cor novum crea in me Deus.* Ecce opus Gratiæ. *Faciam vobis cor novum.* Ecce idem opus meritum Arbitrio. Hinc, quotquot sunt hominis ad Deum preces, quæ Divinis continentur Scripturis, totidem sunt argumenta necessitatis, quâ indigemus Gratiâ, & quot sunt præcepta homini à Deo imposita, totidem sunt argumenta, quæ nobis demonstrant arbitrii libertatem. quamvis si probè consideremus, sub metaphora deletionis, lotionis, mundationis hìc non ambiget Psaltes eas dispositiones, quibus pœnitens se se præparat Gratiæ invocanti per contritionem, confessionem, & cetera bona opera, ipsam intelligit Gratiam: & ideo tantò magis eam postulat à Deo, quia solius Dei est illam dare. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Is. 43. Delere iniquitatem est remittere peccatori non culpam duntaxat, sed & pœnam æternam, quam reus Divinæ debebat Justitiæ. Lavare iniquum, & mundare est illi infundere Gratiam sanctifi-

sanctificantem, aptam non solùm ad eum purgandum à maculis præteritis, sed etiam præservandum à futuris. Id autem facere quis potest nisi Deus? *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es?* Job. 14. Gratia sanctificans semper potest esse major, & ideo cùm dicitur *Lava, munda*, additur *Amplius*: remissio tam culpæ quàm pœnæ æternæ tota momento fit, & ideo cùm dicitur *Dele*, nihil adjungitur. Tu si desideres ita quotidie lavari magis, & mundari à Deo sanctissimâ ejus Gratiâ; fac priùs debitum tuum te lavando, & mundando vi earum dispositionum, quarum tu quoque partem habes. *Lava à malitia cor tuum Ierusalem, ut salva fias.* Jer. 4. v. 4.

6. Considera, si hoc debitum, quod à te præstandum est, adimplere non satagas, inde esse, quòd peccatum tuũ non ita contra te pugnet, uti suũ contra Davidem, quoad viveret, pugnavit. Non audis, ut dicat? *Peccatum meum contra me est semper.* non solùm *coram me*, sed *contra me*, adeò peccatum semper quasi excubabat rigidissimè, ut in faciem exprobraret ingratitudinem, quâ is usus est contra Deum suum vilissimæ causâ voluptatis. *Arguet te malitia tua.* Jer. 2. v. 19. Poterat David avertere oculos à censore tam molesto, quis dubitet? sed non fecit, quòd existimaret, memoriam peccati sui utilissimam fore ad demissionem, ad compunctionem, ad cautelam. *Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. confusus sum, & erubui.* Jer. 31. si peccatum tuum non par tibi aut simile bellum moveat, bene attende, & videbis hoc inde proficisci, quòd id studio longè removeas à mente tuâ, & aures præbeas potiùs Mundo, Carni, dæmoni. Mundo, qui tibi blanditur in scelere commisso. Carni, quæ excusat: Dæmoni, qui instigat ad audiendum Mundum & Carnem potiùs quàm Conscientiam piè exprobrantem. Sed quantò meliùs est ab uno sapiente reprehendi, quàm ab omnibus simul stultis adulatione demulceri. *Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi.* Eccl. 7. v. 6. Deinde fac sanè, quod vis. setiùs aut citiùs peccatum tuis obversabitur oculis. si non in vita, obversabitur in morte. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Ps. 45. v. 11.

XIII.

Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Prov. 8. v. 7.

1. COnsidera tibi, qui adeò properdes ad loquendum malè de proximo, ut non rarò id tibi etiam honori ducas, dicásque te esse ex genere hominum liberi labij, apertum, sincerum, candidum, & idcirco aliud non posse, quàm dicere, quod res est, visum iri, hunc tam insignem locum Sa-

pientis certò tibi patrocinari. sed vehementer falleris. audis, ut loquatur? *Veritatem meditabitur guttur meum.* non dicit, *proferet*, *promet*, *loquetur*, sed *meditabitur*: quia non omnis veritas, quæ in buccam venit, dicenda est eo solùm ex capite, quòd sis liberi labij: illa dicenda est, quæ post maturâ considerationem videbitur convenienter dici. an ergo putas conveniens esse, ut dicatur quodlibet malum proximi ob hanc solam causam, quòd sit verum? *Veritatem meditabitur guttur meum.* meditare priùs rationes illas, quæ te inducunt ad dicendam veritatem honori proximi nocivam, & illas, quæ te inducunt ad eam tacendam: & cùm illæ coram Deo istis præponderant, perge sanè ad dicendum, ne tu quoque facias instar illius, qui vel ad ipsa tribunalia proditor est veritatis pro vili & exiguo quæstu: *Pro buccella panis deserit veritatem.* Prov. 28. v. 21. sed antequàm ita in utramque partem momenta libres, ne dicas. an fortè existimas rem esse admodum quæstuosam, si homo sis liberi labij? hoc in nonnullis idem est, ac nunquam posse frenare linguam. & tamen ad eam frenandam expendendum foret, quidquid opum tuis conditur scriniis: *Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Eccl. 28. v. 29. *facito stateram*, ut expendas, sitne dicendum verum, an non: *facito frenos*, ut te dirigas, ubi dicendum erit, & verò etiam contineas, ubi non erit dicendum. ceterum scisne, cur facilè tibi persuadeas præsentem locum patrocinari tibi prono ad murmurandum? quia imaginaris verba ista: *Labia mea detestabuntur impium*, habere hunc sensum: *Labia mea detestabuntur hominem impium.* & non est ita. ipsus est: detestabuntur *id, quod est impium.* hic genuinus est verborum sensus. Aliud est detestari impietatem, ut loquimur, in abstracto, & aliud jam in hoc jam in illo hominc detestari. si etiam ad illud genus detestationis protestatur sapiens, sepriùs potè expensurum, quid dicat: *Veritatem meditabitur guttur meum.* quid liberus esset, ut eam detesterur adeo concretam?

2. Considera, si vox *impium* hoc loco non significat hominem impium, sed impietatem, videri, poìquam præmiserat: *Veritatem meditabitur guttur meum*, subjungendum fuisse pro oppositione legitimâ: *& labia mea detestabuntur mendacium*, quia mendacium est, quod opponitur veritati. & tamen dicit: *Detestabuntur impium.* & sic dicit, ut bene intelligas, quis sit veritas, de qua præsens est sermo. Veritas est, quæ pertinet ad legem nostram. nôsse igitur oportet, sapientem hoc loco sustinere personam Christi, sapientiæ æternæ. jam verò certissimi est, debuisse venire Christum, ut Mundum doceret Veritatem, docerit, quis sit verus finis, ad quem tendere affectus nostri debent, & quæ sint vera media eum consequendi. Hinc est, quòd ille de se dicat: *Ego sum Via, Veritas, & Vita. Via* quoad me-

dia,

dia, *Vita* quoad finem, *Veritas* quoad finem simul & media. Unde vides veritatem hìc in medio positam inter viam & vitam, quia illa de mediis eum instruit, qui solâ indiget scientiâ mediorum, & de fine illum, qui etiam finem ignorat. sicut ergo Christus dicit: *Veritatem meditabitur guttur meum.* ita meritò etiam subjungit: *& labia mea detestabuntur impium.* hoc est, *detestabuntur*, quidquid est reperire falsi inter homines Religioni contrarij. Istud enim est falsum magis detestabile, falsum non iniquum duntaxat, & infame, sed impium. Omne falsum reprobrandum est, quis ignorat? Illud verò, quod Religioni adversatur, etiam est detestandum, hoc est, execrandum, abominandum, & arcendum procul quasi lues pestifera, cujus nec halitum aliquem sustines. *Labia mea detestabuntur impium.* Quæ cùm ita sint, quomodo subinde contingit eò te prolabi in sermonibus, ut ludere non dubites de falso ejusmodi, quasi tam fœdum non esset in se ipso, quàm depingitur à nonnullis? An unquam ita prævaricaberis? Cùm vides datâ occasione in medium proferri dogmata Religionis; quamprimùm intus in corde dic. *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.* dicendum: *Veritatem meditabitur guttur meum*, ne illos imiteris audaculos, qui cùm non didicerint omni vitâ suâ nisi quatuor fabulas, deinde præsumunt de altissimis disputare fidei arcanis, qualia sunt de Immortalitate animæ, de Prædestinatione, Providentiâ, Concordiâ libertatis cum gratia, & nesciunt miseri, quàm parùm prospiciant. Dicendum: *Labia mea detestabuntur impium.* quia cùm agitur de quocunque errore contrario fidei, illico detestari debes ob id solum, quia fidei adversatur, etsi aliam nescias rationem. *Labia mea detestabuntur impium.* non *guttur meum*, sed *Labia mea.* adeò prompta esse debet ejusmodi detestatio, & vel ipsis in labijs. numquid pudor est ex ore tuo prodire nonnunquam laudes, & quorum facinorum? quòd sit sumpta vindicta, accumulatæ divitiæ, ambitioni, libidini litatum, quæ adeò adversantur doctrinæ Christi? *Detestabuntur labia mea impium.*

3. Considera, si Christus est, qui loquitur hoc loco linguâ sapientis, videri dicendum fuisse: *Veritatem loquetur guttur meum*, & non *meditabitur*, quia Christo Sapientiæ æternæ opus non erat meditari priùs, quòd diceret, sed satis illi erat os aperire, semper erat ab errore securus. Nihilominus dicit: *Veritatem meditabitur guttur meum*, ut memineris, quot annis ille cunctatus sit aperire os suum, qui tamen erat sapientia æterna. certè tam diu non est cunctatus, ut bene meditaretur, quid diceret, sed ut exemplo doceret, quantùm tibi conveniat: sunt quippe actiones innumeræ, quas Christus facere dignatus est, non pro sua aliqua utilitate, sed instructione nostra: Deinde an nescis duplicem esse modum meditandi? unus est meditari mente ea, quæ sunt dicenda; alter est

præterea meditari opere. quem duplicem sensum habent voces illæ: *Beatus, qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Ps. 1. v. 2. & hoc posteriore modo etiam Christus meditatus est veritatem priùs, quàm doceret, quia alter meditandi modus illi necessarius non erat, uti nobis. Vide, an ullum dederit præceptum Paupertatis, Humilitatis, Obedientiæ, Charitatis, Mansuetudinis, Modestiæ, Religionis, quod non priùs longo etiam usu probaverit. *Factus est principatus super humerum ejus.* Is. 9. v. 6. quia priùs ipse humeris portabat pondus omne, quod deinde ut Princeps aliis erat impositurus. Tunc sic agis? imò quàm facilè aliis præcipis, quid agere oporteat boni, tam contrarius deinde segnis es in stimulando te ipso. Quid igitur mirum nullam verbis tuis inesse vim? *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.* Vis in aliis ita detestari impietatem, ut vix pronunciatâ sententiâ eam confundas, affligas, & tamen non ipso terrarum orbe proscribas? benè priùs meditare tecum tam mente quàm opere illas veritates Christianas, quarum vi illa profliganda est: *dos judicium para justitiam tibi.* Isai. 38. v. 9.

XIV.

Nemo nostrûm sibi vivit, & nemo nostrûm sibi moritur. sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur. sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. Rom. 14. v. 7.

1. COnsidera, usitatum esse magnis Regibus inter globos suos militares censere, quos expositos appellant. Isti suo Principi ita sunt devoti, ut vitam suam nuspiam ampliùs spectent ut propriam, sed ut propriam Domino suo. ideo ubi ejus conservatio cedit in majus obsequium illius, servare student: sin minùs, pro ipso animosè prostituunt, & vel in ipsos conjiciunt densatos gladios. Inter ipsos proinde sese libenter numeravit Apostolus, cùm dixit: *Nemo nostrûm sibi vivit, & nemo nostrûm sibi moritur. sive enim vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur, sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.* Miles expositus non sibi vivit, quia vitæ suæ finem non habet se ipsum, hoc est, conservationem sui, sed illum dirigit ad obsequium Domini; & ideo *non sibi vivit.* nec miles expositus moritur sibi, quia mortis suæ finem non habet aliquid commodi, vel emolumenti, quod in se redundet post mortem, sed pariter utilitatem Domini sui. atque idcirco *non sibi moritur.* Et hoc est, quod in terra faciunt illi Dei servi,

servi, qui ipsi jam perfectè sunt dedicati. Sunt ad utrumque parati, ad vivendum scilicet, & moriendum. at, si vivant, vivere illi volunt, & si moriantur, mori pariter pro ipso volunt. *Sive vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur.* Tu quid agis? vide tantisper, quot sint exceptiones, quas facis, quot obstacula. non suppetit animus ita vivendi DEO, ut abstraharis à commoditatibus, quæ faciunt te tibi vivere: & longè minùs suppetit animus moriendi pro DEO, vitam aliquando pro ejus gloria exponendo periculo jacturæ. & tamen ô quanta tua esset felicitas, si tibi contingeret mori pro DEO! En quanta fuerint pericula, quibus sese Apostolus tanquam miles verè expositus pro Christo objecit! *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* 2. Cor. 11. v. 26. & è contrario vel unum, quod fortè incurris, tantum tibi incutit horrorem? *Qui sponte obtulistis de Israël animas vestras ad periculum, benedicite Domino.* Judic. 5. v. 2.

2. Considera illos *sibi vivere*, qui suo vivunt judicio, suo genio, suo arbitrio. Et illos pariter *sibi mori*, qui moriuntur ob graves excessus, quos faciunt, ut corpori suo faciant satis, juxta illud: *Propter crapulam multi obierunt.* Eccl. 37. v. 34. Aut certè ob labores immodicos, quibus se onerant nunc ambitionis, nunc avaritiæ causâ. Non ita DEI servi. *Nemo vestrûm sibi vivit, & nemo vestrûm sibi moritur*, ajunt ipsi. Vile nimis est sibi vivere: hoc enim & bestiæ faciunt. & miserum nimis est sibi mori: quia vix erit invenire aliquam bestiarum, quæ id faciat. Si vivendum est, Christo vivere oportet, & si moriendum, Christo demum mori oportet. *Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.* Philip. 1. v. 20. ô sensum præclarum! Christus in se nec crescere omnino potest, nec minui. non crescere, quia ut verus DEUS perfectionem complectitur infinitam. non minui, quia deficere non potest. Solùm crescere vel minui in alijs potest, hoc est, in majore vel minore cognitione, quam alij habent de ipso. Tunc igitur aliquis Christum magnificat, quando magis nomen ejus dilatat. *Quis magnificabit eum, sicut est ab initio?* Eccl. 43. v. 35. & tunc magnificat in suo corpore, quando eũ nõ per interna duntaxat, sed per externa quoque magnificat. Si magnificat impendendo linguam, pedes, oculos, aures, manus, honori Christi; eum magnificat per vitam; & si magnificet perdendo linguam, pedes, oculos, aures, manus, imò vitam ipsam, quam habet, pro amore Christi; eum magnificat per mortem: atque hoc est propositum fidelibus Christi servis: *Magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem.* Sed nemini magis hoc est propositum, quàm qui minimè parcè hoc faciunt. Tales sunt milites ejus verè expositi, qui & ipsi dicere

possunt cum Apostolo: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Philip. 1. v. 27. Istis vivere *Christus est*, quia Christus est principium operum, quæ faciunt. & mori *lucrum est*, quia pro magno lucro reputant posse pro Christo sponte immolare vitam, quæ demum aliquando vi corruptionis est amittenda. & tu malis illis miseris, quàm his insignibus accenseri?

3. Considera ultra vitam naturalem aliam esse civilem, quæ consistit in honore, quo frueris, occasione officiorum, quæ geris, commerciorum, amicitiarum: & hæc quoque, si fueris genuinus miles Christi expositus, ipsi donanda est, ita ut nihil obstet, quò minùs impendas, & omnia impendas pro ipsius servitio. *Sive vivimus*, hanc quoque vitam civilem, *Domino vivimus*, quia honor noster aliter curandus non est, quàm prout servit ad procurandam DEI Gloriam. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Ps. 113. & inter officia, commercia, amicitias, ideo tantùm satagendum placere hominibus, quò faciliùs pertrahi ad DEUM possint. *Ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* 1. Cor. 10. v. 33. *Sive morimur*, quia si hæc omnia perdere necesse sit suspectos, derelictos, execratos, oblivioni datos, perdantur sanè, modò propter DEUM perdantur. *In mortem tradimur propter IESUM.* 2. Cor. 4. v. 11. An fortè non utramque hanc mortem, naturalem & civilem Christus sustinuit amore tui? quid igitur magni te servum vilissimum mori pro Christo, dum non ignoras voluisse Christum mori pro te? *Mediator DEI & hominum homo Christus JESVS dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus*, hoc est, pro ijs etiam, qui sunt inter homines minùs digni, qualis omnino tu es. 1. Tim. 2. v. 6. *Dilexit me, & tradidit semet ipsum pro me.* Gal. 2. v. 20.

4. Considera id, quod maximè animat sanctos expositos, ne curent se ipsos, est meminisse se non esse suos, sed ejus Monarchæ, pro quo dimicant. Et istud in proposito nostro etiam animare te debet, sed multò majore ratione, si memineris, cujus sis. Quis ille Monarcha, qui tot habeat titulos dominij in hominē, quot DEUS habet in quemlibet nostrum, in nos, inquam, ab ipso creatos, ab ipso conservatos, ab ipso redemptos? *An nescitis, quoniam non estis vestri? Empti enim estis pretio magno.* 1. Cor. 6. v. 20. Adde, quòd nôsse nos esse Domini, maximam infundere nobis debeat fiduciam. Ratio est, quia nullus Principum humanorum potest de servis suis tam vivis, quàm mortuis eam habere curam, quam DEUS habet de nobis. *Sive vivimus, Domini sumus*: & ideo ad eum pertinebit nos contra omnes tueri, qui ipso invito facere nobis injuriam moliuntur. *Sive morimur, Domini sumus.* & ideo ad ipsum quoque pertinebit reddere nobis vitam, quam dedimus pro ipso, quamvis humani Principes eam reddere non possint illi, qui dedit pro ipsis, reddere tamen

Deus

Deus potest, & reipsâ hoc faciet. *Tu quidem scelestissime in præsenti vitâ nos perdis, sed Rex Mundi defunctos nos pro suis legibus in æterna vita resurrectione suscitabit.* 2. Mach. 7. v. 9. Quid igitur te moratur, quin vitam tuam, non dico, libentissimè impendas honori Divino, sed etiam perdas, tanquam miles ipsius expositus, cujus jam dudum jacta est alea, dum ipsum perdere est invenire, imò nunquam invenitur magis, quàm cùm lætissimè perditur? *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam,* quia, quisquis sibi vivit, quantumvis studeat servare vitam, perdet eam, & fortè tantò citiùs perdet, quantò scrupulosiùs servare studet. *Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* quia qui pro DEO est mortuus, in ipso actu perdendi vitam, eam invenit: perdidit caducam, invenit æternam. Matth. 16. v. 25.

XV.

Divitiæ salutis Sapientia & Scientia: timor Domini ipse est thesaurus ejus. Is. 33 v. 6.

1. COnsidera, quemadmodum sunt divitiæ quædam corporales, ita pariter esse spirituales. Corporales quò magis amantur, eò sunt possessoribus suis major occasio æternum perdendi animas, & ideo vocantur divitiæ perditionis. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Act. 8. v. 30. Spirituales, quò magis amantur, eò major sunt possessoribus suis causa eas salvandi, unde etiam vocantur *Divitiæ salutis.* Prioribus proprium est, ut conservatæ nihil afferant boni, imò potiùs secum afferant omne malum, ob nimium studium conservandi, malum culpæ, & malum pœnæ. *Divitiæ conservatæ in malum Domini sui.* Eccl. 5. v. 12. & ideo sùt divitiæ perditionis. Posteriores hoc habent, quòd conservatæ secũ afferant omne bonũ, bonum Gratiæ & bonum Gloriæ. & ideo sunt divitiæ salutis. Neque dicas ejusmodi bonum etiam illas posse afferre; quia si afferant, non afferunt conservatæ, sed expensæ. & ideo quales istæ sunt divitiæ, quæ solùm tunc bene tibi faciunt, cùm eas non amplùs habes? Non ita spirituales. istæ faciunt bene, cùm eas habes. & quamvis istæ in alios quoq; dispensari possint, ut corporales, dispensando non amittuntur, ut illæ, sed potiùs aquiruntur magis, cùm tantò fias ditior spiritu, quantò plùs alijs largitis opes à DEO donatas, nunc rudem aliquem instruendo, nunc corrigendo iniquum, nunc consilio juvando ancipitem, nunc afflictum consolando. Quis igitur crederet, priores potiùs quàm posteriores tot habere sectatores? Ecce quanto studio, quantâ con-

ten-

tentione quotidie laborent homines in cumulandis opibus ad corpus pertinentibus? *Unus est, & secundum non habet non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi ejus divitijs.* Eccl. 4. v. 8. Et ad eas cumulandas, quæ ad animũ pertinent, quis est qui facilè impendat vel dimidiũ ejus studij atq; contentionis? Tu interim memineris divitias corporales ab aliquo posse dono accipi, prout in hæreditate contingit, at spirituales non sine labore obtinentur. *Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium divitias parat.* Prov. 10. v. 4.

2. Considera, quæ sint illæ divitiæ salutis hìc appellatæ. sunt sapientia & scientia. Sapientia spectat ultimum finem nostrum, qui est Deus. scientia spectat media, quæ ducunt ad finem tam excelsum. Ille igitur in terra veram sapientiam possidet, qui cognoscit, quis sit finis, ad quem conditus est, nec sibi finem statuit Gratiam magnatum, nec voluptatis illecebras, nec opes, nec honorem & gloriam, nec quidquam eorum Idolorum, quæ mundus adorat. Ille veram habet scientiam, qui cognito fine etiam discernit, quæ sint media magis congrua, & propiora consecutioni finis. Atque ista sapientia & scientia vocantur *Divitiæ salutis*, quia istæ salutem tribuunt æternam. His sublatis eâ excidisti. Scrutare intimos cordis tui recessus, & vide paulisper, an ibi tales sit invenire divitias, & si non sint, cura, ut sint, tum labore necessario ad eas parandas, tum continuò postulando à Deo; nam omne studium tuum, labor omnis nihil proficiunt, nisi illis Deus benedicat. *Benedictio Domini divites facit.* Prov. 10. v. 12. semper precare Deum, ut det tibi Sapientiam & Scientiam, Sapientiam, ut velis solùm operari propter verũ finem, Scientiam, ut scias etiam modum operandi.

3. Considera, quàm parùm juvet esse divitem, si non habeas, ubi serves partas divitias. si sinas exponi furibus, periculum est, ne uno die amittas, quæ vix annis integris cumulasti. Proinde sicut Avarus habet thesaurum suum, hoc est, arcam illam, in qua plurimis custoditum seris aurum reposuit à se cumulatum, ita etiam suum habere debet Justus. *Timor Domini ipse est thesaurus ejus.* quia sanctus Dei timor is est, qui in ipso custodit Sapientiam & Scientiam, quæ sunt ejus divitiæ. Custodit ab hominibus, à dæmonibus, & cupiditatibus inordinatis. I. Custodit ab hominibus, quia, cùm vereatur Deo magis displicere, quàm hominibus, non permittit, ut isti eum à fine suo detorqueant, nec ut impediant ab usu mediorum, quæ ad ejusmodi finem ducunt. *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* Dan. 13. v. 13. II. Custodit à dæmonibus, quia, cùm magis vereatur iram Dei, quàm rabiem omnium suorum hostium infernalium, aures illico tentationibus occludit, quæ illum à fine suo volunt abstrahere alliciendo facultatem Concupiscibilem, ut amet bona caduca, & absterrendo Irascibilem, ne cum rigo-

re

te applicet media ad ejus conservationem. *At ille respondit dicens, præmitti se velle in infernum.* 2. Mach. 6. v. 23. III. Custodit à Cupiditatibus inordinatis, quæ sunt Justo quasi fures domestici, quia, cùm vereatur Dei potiùs, quàm rerum suarum omnium facere jacturam, stat semper promptus ad resistendum, quando vel fraude vel vi eum conantur dispoliare. *Qui timent Dominum, inquirent, quæ beneplacita sunt ei, non quæ sibi.* Eccl. 2. v. 19. Itaque ne fidas unquam omnibus, quas possides, divitiis Sapientiæ & Scientiæ, nisi in ejusmodi thesauro custodias. imò sicut majore opus est custodiâ his, qui plus habent, quod perdant, ita, qui plus sapientiæ & scientiæ possidet, majore pariter opus habet Timore Dei.

XVI.

Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies, quâ horâ veniam ad te. Apoc. 3. v. 3.

1. COnsidera, quàm bonus sit fur iste, qui ad vigilandum hortatur. certè non cupit tibi supervenire improvisò, aliàs ad dormiendum invitaret. ne igitur mireris. qui loquitur hoc loco, alius non est, quàm Christus tuus, qui tantopere te amat, ut mala omnia comminetur, ad faciendum tibi bene. Nota proinde illum non dicere absolutè; *Veniam ad te tanquam fur*, sed, *si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur.* adeò, ut si malo tuo in morte veniat improvisus instar furis, tua futura sit culpa, non ipsius. In hunc finem ille te admonet, se venturum, cùm minimè expectas, ut eum semper expectes.

2. Considera, cùm insinuaverit Dominus, nisi vigilaveris, in morte venturum ad te occupandum instar furis, hoc est, tempore, quo minimè expectas, aut imaginari tibi possis: *si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur*, superfluum videri, quòd addat: *& nescies, quâ horâ veniam ad te.* id enim satis expressisse videtur, cùm dixit: *veniam ad te tanquam fur.* sed falleris, superfluum non est. Ratio est, quia, licèt ipse nocte concubiâ fortè non advertas adventum furis ob somnum, qui te tenet oppressum, fieri potest, ut pro te alij advertant, & ita in tempore te excitent. Tunc *fur venit ad te tanquam fur*, & dici tamen nequit *te nescire, quâ horâ venit ad te*, quia non deest, qui scire te faciat. at in casu, de quo Dominus loquitur hoc loco, non sic erit. quia ipse veniet inexpectatus *tanquam fur*, & tamen non erit, qui tibi significet, quando adveniat: *& nescies, quâ horâ veniet ad te.* fallet adventu suo non te solum, sed omnes etiam medicos, qui tibi assistunt, omnes notos, familiares, domesticos, ut nemo dicere tibi possit: *Ecce furem.* an ignoras, quàm multi casi-

casibus eripiantur tam repentinis, ut priùs constet esse mortuos, quàm moribundos? ita te Dominus admonet fore, ut idem tibi eveniat die aliquo, si dormiveris in peccato. hæc enim est pœna illius, qui admonitus non semel sed sæpiùs non expergiscitur, ut improvisò moriatur. *Viro, qui correptionem durâ cervice contemnit, repentinus ei semper superveniet interitus.* Prov. 29. v. 1.

3. Considera, etsi semper excubes ad expectandum Dominum, videri posse eum nihilominus postremâ horâ venturum instar furis; quia veniet, ut tollat, quidquid habes, opes, gloriam, magnitudinem, amicos, patriam, cognatos, commoditates, & vel ipsum corpus. Sed hoc fiet, cùm his bonis hærebis affixus. quippe si priùs, quàm ille veniat ad ea tollenda, studeas ab ijs penitus avelli saltem animo, aliud tu non facies, quàm ut promptè reddas illi, qui dedit, vel potiùs commodavit. Unde non veniet ille tibi tanquam fur, ut tua rapiat, sed tanquam Dominus, ut repetat, quod ad usum concessit. Tunc veniet tanquam fur, cùm hujusmodi nimio adhæseris affectu. tanquam fur, inquam, quia sumens, quod suum est, fur non erit, sed quasi fur, quia videbitur eo te spoliare, quod tuum est. Esto igitur semper paratus ad restituendum Domino, quidquid nunc possides, sed ad tempus possides. atque in hunc finem cordi tuo invigila, nec exerceat ad amandum ut proprium, quod est commodatum, atque nec isto quidem sensu in illo extremo articulo Dominus tecum aget ut fur, sed ut beneficus, quia tollet minus & dabit majus, tollet terrenum, & dabit Cœleste, tollet temporale, & dabit perpetuum. *Apparebit expectantibus se in salutem.* Hebr. 9. v. 8.

XVII.

Sicut oves in inferno positi sunt; Mors depascet eos. Psal. 48. v. 15.

1. Considera, quanta sit multitudo damnatorum. *sicut oves in inferno positi sunt.* Instar ovium eô tendunt gregatim. *Congrega eos quasi gregem ad victimam.* Jer. 12. v. 3. Nec mirum, quia plerique hominum malè vivunt, æquum igitur est, ut etiam moriantur malè. Et tu in hac multitudine quid dices, si te quoque, quod Deus avertat, damnari contingat? fortè solatium te habiturum ex tot sociis damnationis? sed quale solatium ovi unquam fuit non ire solam ad macellum, sed cum multis? *Multiplicâsti gentem non magnificâsti lætitiam.* Isa. 9. v. 3.

2. Considera, eos ipsos peccatores, qui modò tantâ audaciâ contra Deum consurgunt, ut videantur quasi Rhinocerotes superbi dedignari jugum cujuslibet justi sui præcepti, illo supremo

premo die adeò fore abjectos, adeò vecordes, ut nec minimum possint resistere sententiæ damnationis, etsi velint, & hoc quoque indicare voluit Psaltes Regius, cùm de ijs dicit: *Sicut oves in inferno positi sunt.* En quàm facilè vel unus opilio agat ad macellum ingentem ovium gregem. ita Divina Justitia ad infernum protrudet turbam reproborum tam immensam. faciet, ut miseri sine contradictione eò ultro procedant. *Ibunt hi in supplicium æternum.* Matth. 15.

3. Considera, tantam esse Peccatorum dementiam, ut eorum plerique damnentur, solùm ne recedant ab usu communi. Hæc est excusatio passim usitata: *ita fieri consuevit.* adeò ut sint innumeri, qui, quòd nesciant superare exiguum respectum humanum, à sociis quotidie *velut irrationabilia pecora.* 2. Pet. 2. trahi se sinant ad lusum, ad hilaria, ad choreas, ad ipsa aliquando infamia prostibula: *ad simulacra muta, prout ducuntur, euntes.* 1. Cor 3. v. 2. atque hoc est, quod etiam indicare hic voluit Psaltes, cùm dicit: *Sicut oves in inferno positi sunt.* An vidisti pastorem, cùm gregem suum contumacem urget ad transitum fossæ? unam arripit, & quasi vi impellit, ut desiliat, & tunc ceteræ illico sequuntur omnes. Ita dæmon facit, stimulat aliquem ad inducendum morem aliquê malum. & ecce imitantur omnes, instar pecorum, clausis oculis. tu, nisi perire velis, non sequere. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Exod. 23. v. 2.

4. Considera, cùm tanta sit multitudo eorum, qui quotidie pereunt, quia volunt, infernum ægrè admodum sinu suo quantumvis vasto eos capturum, quando non quoad animas duntaxat sed & corpora ibi versabuntur. Unde Psalmographus in Spiritu prænoscens modum, quem in illa sua statione tenebunt, ait ibi futuros velut oves invicem densatas. *Sicut oves in inferno positi sunt.* En ut istæ stipantur, quando non satis capit ovile. Idem omnino Reprobis accidet. & hinc conclude, qualis inter eos futura sit compressio, quæ calamitas, quis furor, quæ contorsio, cùm aliqui ferre nequeant tantum pondus, quod incumbit, alij tantas angustias. & ecce quàm vanè multitudo sociorum in patiendo dare possit miseris occasionem solatij. imò hoc erit unum è præcipuis tormentis, tot esse.

5. Considera, vel solam oppressionem, quam diximus, meritò debuisse sufficere ad mortem damnatis inferendam, si adhuc essent in statu moriendi. at cùm miseri mori nequeant ampliùs, solùm sentient, quod mors habet pœnæ, non sentient, quod habet commodi. unde denique concludit Psaltes, illos paulatim consumendos à morte, ita ut destruat quidem, sed non occidat. atque hoc est, quod ait: *Mors depascet eos. Depascere* propriè est id, quod pecora faciunt, quando errantia per pratum herbas mordent, vellunt, carpunt in pabulum, sed ita, ut parcant radicibus. Ita mors faciet, non secus ac si denique in damnatis optata

pascua invenisset. *Mors depascet eos.* Consumet, sed non ita, ut cesset aliquando. Deinde per mortem hìc intellige omne genus supplicij, quod aliàs afferre mortem possit. nisi malis cum multis hoc nomine intelligere diabolum, qui cùm sit author mortis, mors appellatur, uti Christus Vita, quia author est vitæ. *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & Infernus sequebatur eum.* Apoc. 6, v. 8. sed qualiscunque mors sit, numquid stultitia est tam pauca de ea declinanda cogitare, ut eam potiùs plurimi sequantur? Infernus sequebatur eum.

XVIII.

Quicunque Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Rom. 8. v. 14.

1. COnsidera indicium, quod hìc describit Apostolus, unde cognosci possint, qui sine dubitatione sunt Dei filij. Dicit eos moveri à Spiritu sancto ad bonum, sed moveri tanquam à virtute superiore, quæ illis dominatur. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* Omnes Justi *moventur, diriguntur, ducuntur, reguntur Spiritu Dei,* sed non omnes *aguntur,* quia non omnes eâ facilitate, quam diximus, ab illo moveri se sinunt. & ideo, si advertis, hìc non dicit Apostolus: *Quicunque sunt filij Dei, ij Spiritu Dei aguntur.* sed dicit: *Quicunque Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* illi, qui ita moveri se sinunt, ostendunt, qui sint, promptæ subjectionis ergo, quâ se Patri suo submittunt. Tu quomodo in omnibus sine renisu gubernari te sinis à Deo? an facilè ejus sequeris instinctus, an verò es durus, obstinatus, contumax? si moveris Spiritu timoris ad obsequium, uti vulgares Justi, signum est te esse renitentem, & ideo non ageris, sed tantummodo moveris. si moveris spiritu amoris, non timoris, signum est te esse facilem, & ideo tunc non solùm *moveris,* sed *ageris.* filius es satis manifestus.

2. Considera verba ista primùm falsam in mente excitare posse suspicionem, nempe DEUM Gratiâ sui justos compellere ad bonum. Scripturæ probant omnino contrarium. *Quicunque Spiritu DEI aguntur, ij sunt filij DEI.* Est igitur indubitatum, quod *qui Spiritu DEI aguntur,* nihil ideo perdere libertatis: aliàs non agerentur ut filij, sed ut coacti. vox ista *aguntur,* hìc non significat, nec *agantur,* nec *compelluntur,* significat, *ferantur,* sed *feruntur* quasi summâ propensione naturali, quæ facillimos reddit ad motum. *JESUS autem plenus Spiritu Sancto agebatur à Spiritu in desertum.* Luc. 4. v. 1. non *ibat,* sed *agebatur,* quia qui cordis sui vela plena habet Spiritu Sancto, non solùm it, quò vocatur, sed volat, ut navis secundo vento. Prout mente-

meminisse oportet, DEUM, quando concurrit cum causis secundis, ut ad agendum procedant, concurrere cum qualibet modo consentaneo. & ideo cum necessarijs, quales sunt Planetæ, Arbores, Animalia, ita concurrit, ut faciat eas operari necessariò, quia ita convenit eorum naturæ. Cum liberis, quales sunt homines, ita concurrit, ut faciat eos operari liberè, quia illis sic congruit *Tanquam filijs vobis offert se DEVS.* Hebr. 12. v. 7. Unde bene hoc loco S. Augustinus pronunciat: *Filij DEI aguntur* equidem à Spiritu Sancto, sed *aguntur, ut agant*, uti naves, quæ aguntur suavissimo aspirante Zephyro. Istæ *aguntur*, & simul *aguntur, ut agant*: quia Zephyrus solùm invitat ad eundum, & ad id pronas ac faciles reddit. Invitat sereno, quod adducit: & faciles reddit veniendo in partem laboris: sed non ideo compellit, ut vel invitæ procedant, ad modum Tiphonis. Cùm nautæ in ijs cupiunt otiari & quiescere, Zephirus bellum non movet saltem obstinatum. In hunc modum etiam facit Spiritus Domini. *O quàm bonus, & suavis est Domine Spiritus tuus in omnibus!* Sap. 12. v. 1. *Bonus*, quia semper ad bonum homines movet. Suavis, quia movet, non cogit. movet illustrando intellectum, & hoc est invitare sereno, quod in eorum mentibus adducit. *Spiritum tuum bonum dedisti, qui doceret eos.* 2. Esdr. 9. v. 20. & movet excitando voluntatem, id, quod est facere cum ipsis, quidquid faciunt, imò haud paulò plùs facere. *Spiritus Domini ductor ejus fuit.* Is. 63. v. 4. at si hoc est movere, non est simul violentè cogere. Tu potiùs hinc conclude, si Spiritus Sanctus respectu tui *non agit, ut agat*, culpam esse tuam, qui finis tam suavem Zephyrum frustra spirare, prout illi faciebant Corynthij, quibus olim scripsit Apostolus: *Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiâ DEI recipiatis.* 2. Cor. 6. v. 1. Neque dicas illum tibi non aspirare. nam hoc ipsum à te est. invoca illum ex corde, & spirabit. hoc enim interest inter utrumque Zephyrum, terrenum, & Cœlestem, ille à navigantibus sæpe frustra vocatur; alter vix invocatus adest. *Invocavi, & venit in me Spiritus Sapientiæ.* Sap. 7. v. 7.

3. Considera tres esse gradus perfectionis in bono, quod fit. facere illud rectè, facere promptè, facere hilariter. in primo homines dicuntur Justi: in secundo dicuntur Spirituales: in tertio dicuntur in terra beati. atque adeò primus eorum indicat Virtutes, secundus Dona, tertius Beatitudines. Itaque si etiam meliùs nôsse velis, qui sint certi DEI Filij, vide, quinam sint, qui in suis operibus tres istos habent gradus perfectionis, facientes ea non solùm rectè, sed & promptè, imò etiam hilariter. Atque istud est, quod exprimere quoque voluit Apostolus, cùm dixit: *Quicunque Spiritu DEI aguntur, ij sunt Filij DEI.* dicendo *aguntur* ostendit Filios DEI non suo duci arbitrio, sicut hi, *qui sequuntur Spiritum suum.* Ezech.

13. v. 3. Sed in omnibus duci se sinunt à lumine rationis, quod subsit lumini fidei. *Iustitias ejus non repuli à me.* Ps. 17. v. 23. & eatenus Justi vocantur, quia utramque habent Justitiam naturalem, & naturâ superiorem. Dicendo *Spiritu*, ostendit ad id agendum, quod rectum est, eos non tardè moveri, uti qui pigrum habet motorem, qualis est motor corporeus: sed moventur promptè, ut qui motorem habet agilem, celerem, promptum, generosum, qualis est Spiritus. & eatenus vocantur spirituales, quia sunt agiles ad bonum. *Ubi erat impetus Spiritûs, illuc gradiebantur.* Ezech. 1. v. 12. Et dicendo *DEI* pariter ostendit, Spiritum, qui movet ad operandum, non esse tristem, aut turbulentum, sed suavem, qualis est ille Divinus. *Spiritus meus super mel dulcis.* Eccl. 24. v. 27. & eatenus vocantur Beati in terra, quia sciunt non tantùm alienâ fide, sed proprio experimento, quàm sit dulce agere cum DEO: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Ps. 118. v. 113. Tu parùm scrutare te ipsum, & vide, an habeas signa ista manifesta Filij DEI in actionibus, quas facere in dies soles. imò quàm vereor, ne fortè careas vel primo.

4. Considera, si ista signa non habeas, illa tibi esse procuranda. quo modo? ad operandum rectè disponere te debent Virtutes, tam propriæ hominis, ut homo est, quales sunt Morales, quàm propriæ hominis, ut Divinæ consors est naturæ, quales sunt Theologicæ. & istæ imprimis roborandæ sunt actibus earum frequentatis, qui habitibus, quos dicimus Infusos, addunt Aquisitos. *Ego autem exercebor in mandatis tuis.* Ps. 118. v. 78. Ad operandum promptè te disponunt Dona, quæ dona S. Spiritus appellantur; quæ quidem non faciunt, ut actus exerceas diversos à virtutibus modò indicatis, sed faciunt, ut exerceas summa libertate, imò reddunt idoneum, ad cognoscendas illico inspirationes Divinas, & acceptandas maximè in quibusdam casibus magis arduis & periculosis, in quibus tenue nimis foret lumen rationis. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Ps. 142. v. 10. Et ad operandum hilariter quid disponit? si agas amore DEI, quin aliud ab ipso velis quàm ipsum. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* Ps. 72. v. 20. nam istud demum est, quod te reddit beatum in paupertate, in persecutionibus, in luctu, & in reliquis, quæ Christus attulit adeò contraria doctrinæ Mundi: scire, quòd omnia pararis propter DEUM, ut illi placeas, et illius gloriæ servias, ut nuspiam ab ejus voluntate recedas. Donec alio fine inferiore fueris operatus quantumvis honesto, eris equidem in terra bonus, sed non eris beatus. Tunc fies beatus, quando non operaberis nisi puro amore versus DEUM. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te!* Ps. 30. v. 20. *Ostendisti amantibus, abscondisti timentibus*, hoc est, *timentibus timore servili*, non *timore casto.*

XIX

XIX.

Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Jacob. 5. v. 20.

1. COnsidera, quàm horrendum malum sit peccatum. *Est error viæ.* Sed cujus viæ? illius, quæ ducit ad Cœlum: & in hoc consistit malum illud horrendum. quia si aberres à via, quæ ducit ad patriam tuam terrenam, potes tamen aliam attingere civitatem humanam, amicam, benevolam, quæ te suscipiat quamvis advenam. at si aberres à via, quæ te ducit ad patriam tuam Cœlestem, periisti: non est, quò pervenias, præter Infernum. ô terram barbaram! *Vir, qui erraverit à viâ doctrinæ, in cœtu Gigantum commorabitur.* Prov. 21. v. 16. Ingressus in regionem Gigantum tantopere territi Exploratores missos à populo Israëlitico, ut omnino consternati redierint dicentes: *Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enach, de genere Gigantum, quibus comparati quasi locustæ videbamur.* Num. 13. v. 34. Jam verò quid erit appulisse in Inferno ad commorandum cum diabolis Gigantibus ob immanitatem, rabiem, ferociam, arrogantiam, quam ex illo tempore servârunt, quo non dubitârunt audaces bellum movere DEO? & eò tamen appellere necesse est, quicunque *erraverit à viâ doctrinæ*, sive quæ fidem, sive quæ mores concernit. Quid ad hæc dicis? an sorte iniquâ aberrâsti à via? si errâsti, fige gressum, & cogita, quàm sit æquum tuam priùs animam servare quàm aliorum. Noli progredi in meditatione sententiæ, hic à S. Jacobo propositæ, quia non congruit tibi. an alios hortaberis, ut redeant in viam bonam, dum ipse ab illa exorbitas? *Qui alium doces, te ipsum non doces.* Rom. 2. v. 21. Tu priùs de reditu cogita, desistendo saltem à malo exemplo hactenus dato, tum alijs quoque dic, ut eò revertantur. *Qui audit, dicat veni.* Apoc. 22. v. 7.

2. Considera, quemadmodum, si ipse viam incedas pravam, non potes inde alios retrahere, ita spem esse, ut possis, si viam rectam inambules, atque adeò ut facias, curandum. tunc verò quis explicet, quantum facturus sis boni. à morte proximum servabis. *Salvabis animam ejus à morte.* & à qua morte? à morte duplici, nempe quæ tollit animæ vitam duplicem Gratiæ, & Gloriæ. nec refert, quòd malum hujus mortis non appareat oculis Phantasiæ, sufficit apparere oculis fidei. *Quæ in delicijs est, vivens mortua est.* 1. Tim. 5. v. 4. Scire cupis, quid sit animam vitâ suâ, hoc est, Deo esse destitutam? Vide, quid sit corpus esse destitutum animâ. Animâ amissâ corpus non habet ullum motum, non colorem, non venustatem, non vigorem, aut subsistendi vim, & sensum

sensim ita tabescit, ut vel aërem insiciat, & à se charissimos quosque avertat, ita omnino, & multò deteriùs, quàm credi possit animæ contingit, cùm aliquando DEUM suum perdiderit. nisi quòd corpus amissâ animâ mala sua non cognoscat, contrà anima amisso DEO si non quamprimum cognoscat, tunc cognitura sit, cùm evigilabit è somno, ut ita dicam, quo tenetur oppressa. Tunc videbit, quid sit esse mortuam quoad jacturam DEI, quam fecit, & esse immortalem quoad sensum damnorum, afflictionis, furoris, tædij, desperationis, quæ illi tanta generat jactura. & tu non cognoscis, quid sit animam proximi à tali morte servare? *Salvabit animam ejus à morte.* Aliud hoc est, quàm esse Salvatorem, qualis fuit Othoniel, Josue, Gedeon, & alij similes, qui olim armis vitam corporibus asserebant suorum populorum. Istud est esse Salvatorem simillimum JESU Christo, qui verbo vitam animabus dedit. *Ascendent Salvatores in montem Sion.* Abd. 1. v. 21. Alij Salvatores stabant, ut ita dicam, in plano ad radicem Montis Sion, ut eum Christo custodirent, qui eo venturus erat ad erigendum solium suum, hoc est, Cathedram: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* Ps. 2. v. 6. Isti eo ascenderunt JESUM comitati. *DEI enim sumus Adjutores.* 1. Cor. 3. v. 9.

3. Considera, quantumvis sola charitas satis stimulare deberet ad opem errantibus ferendam, atque ad eos revocandos à via, quæ ducit ad mortem adeò horrendam, voluit tamen DEUS ut tua charitas non esset sine præmio. Unde, *qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ*, testante DEO, non modò proximum servabit à morte, *salvabit animam ejus à morte*, sed præterea *operiet multitudinem* peccatorum, quæ ipse commisit, quæ, inquam, ipse commisit: quia, quamvis in versione nostra solùm dicatur *Peccatorum*, & non addatur *suorum*, id tamen ex communi sensu Interpretum satis intelligitur: & plures Patres id expresserunt, quando in suis epistolis hac usi sunt sententiâ, ut aliquantulum admoverent ad auxilium animarum. numquid hoc summum est præmium: ecce impletum illud vaticinium: *Benedictio perituri super me veniebat.* Job. 29. v. 13. quia beneficium, quod facis proximo adeò propinquo ruinæ, ad te redit. Verum est, sermonem esse posse de pluribus peccatis, cùm dicitur: *Operiet multitudinem peccatorum suorum*, de præteritis scilicet & futuris. Præterita operiuntur quoad pœnam, quæ adhuc erat in flammis purgatorijs solvenda. Præsentia operiuntur etiam quoad culpam, quia si fuerint lethalia, vult DEUS eo charitatis actu moveri ad dandam gratiam illa detestandi, resipiscendi, & sic modo, ut agunt, directo obtinendi veniam. Et si fuerint venialia, DEUS illo actu moveri ad ea etiam statim condonanda. *Ante omnia autem mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes, quia charitas*

charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Pet. 4. v. 8. Saltem sperare potes, DEUM non puniturum pœnis illis spiritualibus, quæ sunt adeò formidabiles. An nescis DEUM ob peccata venialia, cùm multa fuerint, etsi non penitus in furore suo averrat vultum, mille tamen privare favoribus, quos aliàs exhiberet vel efficaciora ad se amandum præbendo auxilia, vel à tentationibus præservando, vel inter ærumnas protegendo, vel orationis tempore solatia Spiritûs largiendo? Jam verò ob actum charitatis, quem exerces, dum proximo succurris, videtur DEUS quasi non videre peccata illa venialia, quæ tamen insunt tibi, & sine comparatione meliùs te habet, quàm aliàs fuisses promeritus. Atque hoc imprimis videtur velle insinuare Apostolus, cùm dicit: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Quamvis dici pariter potest, quod Justus (cujus proprium est alienæ sese impendere saluti) *operiet multitudinem peccatorum suorum*, quia illa emendabit, minuendo saltem numerum, *multitudinem*, ope Gratiæ, quam copiosissimam à DEO obtinebit, ut sanctus efficiatur. adeò, ut si etiam ipse peccata habeat levia, multa non habeat. atque hoc est verè operiri peccata, quod obtinetur à DEO vi Gratiæ sanctificantis: *Operuisti omnia peccata eorum.* Ps. 84. v. 3. Quippe aliter nos operimus peccata nostra per actus charitatis; aliter DEUS operit per gratiam, quâ te reddit sanctum. Nos operimus actibus charitatis erga proximum quasi purpurâ, quæ tegit equidem vulnera, ne moveant horrorem, sed relinquit. DEUS operit gratiâ quasi emplastro salutari, quod vulnera tegit simul & sanat. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Ps. 31. v. 1.

4. Considera formam proximam, & ut ita dicam, immediatam alios à suis retrahendi erroribus haud dubiè illam esse, quæ consistit in prædicando, corrigendo, consulendo, docendo, & vel maximè bonum præbendo exemplum. Est tamen alia quædam remota, & ut ita loquar, mediata, quæ consistit in orando pro his, qui sunt intenti exercendæ proximæ. Unde vides non solùm dicere Apostolum: *Qui converterit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum*, sed etiam, *qui converti fecerit*; quia non omnes æqualiter se possunt impendere reducendis ad fidem, & morum probitatem errantibus, at omnes possunt saltem præstare auxilium reducentibus, prout illi faciunt, qui è littore prospectant nautas intentos jaciendis è navi saxis, hastilibus, tudentibus in subsidium naufragantium, Deumque rogare, ut eorum secundet ardorem. *De cetero fratres orate pro nobis, ut sermo DEI currat, & clarificetur sicut & apud vos.* 2. Thess. 3. v. 1. Imò cur non possis pro ipsis orare errantibus, & ut redeant, impetrare à DEO? hic est modus eos reducendi cer-

certissimus, fortè etiam maximè meritorius. quippe qui conversionem peccatorum tractat cum peccatoribus, sæpe frustra laborat, qui eam tractat cum DEO juxta leges præscriptas, eam semper obtinet. Quam igitur excusationem habebis, si, cùm ipse discursare non possis per juga Alpium ad revocandos innumeros errantes, qui ad præcipitium properant, non ores DEUM, ut illis aperiat oculos ad hoc illud cognoscendum ante vesperam, quando jam finito tempore redemptionis aliud non supereſt, quàm ut demum eant in præceps? *Orate pro invicem, ut salvemini, multum enim valet deprecatio justi assidua.* Jac. 5. v. 15.

XX.

Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Justum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Isa. 45. v. 8.

1. COnsidera illam beatam Terram, de qua loquitur Propheta, juxta genuinum & proprium sensum, aliam non esse, quàm MARIAM, terrâ, de qua sine opera viri efflоruit germen illud Divinum tantopere priùs suspiratum ab Isaia, quando exclamavit: *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Quo posito videbitur tibi parodoxum, quòd hoc utatur loquendi modo. quippe si terra, de qua agitur, adeò fuit inviolata, ut vel in ipso partu tam esset clausa, quàm antè, quomodo potest petere eam aperiri? *Aperiatur terra.* At non vides, cui illa erat aperienda? illi erat aperienda, qui ita exire poterat, ut relinqueret illæsam. Fenestra dicitur aperta luci, cum remotis valvis sola manent vitra pellucida, quantumvis clausa aquæ, aëri, & cunctis animalibus, quærentibus transitum. & quare tunc dicitur aperta luci? quia nihilominus penetrare lux potest. Proinde cùm Verbum Divinum carne indutum humanâ potuerit penetrare Virgineum Mariæ claustrum, uti lux Crystallum, quin læderet: *Propter Sion non tacebo, donec egrediatur ut splendor justus ejus.* Isa. 62. v. 1. dici rectè potuit illud ipsi fuisse apertum, quotiescunde exijsset, cùm satis constet, quidquid sit pervium virtuti alterius, dici id illi aperiri. Nota igitur Propheram non petere primo loco, ut Terra germinet, sed ut Cœlum pluat: *Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Justum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem*; quia primò Cœlitus venire debent propitij influxus, deinde dare terra fructum suum. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Ps. 84. v. 13. Cur tamen terra clausa est, non quòd sit terra virginea, sed infecunda, arida, & omni destituta fructu devotionis. Scire cupis,

pis, quæ hujus rei sit vera ratio? Ratio est, quia vix unquam oculos ad Cœlum levas. *Oravit, & Cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.* Jac. 5. v. 18.

2. Considera Christum fuisse generandum ex MARIA solius operâ Spiritûs Sancti, & ideo Propheta hoc loco Cœlum suspiciens exclamat: *Rorate Cæli desuper, & nubes pluant Justum.* Invitat Divinissimum Spiritum, ut descendat demum in uterum Virginalem, eúmque fœcunder, & sic iste tanquam terra electa denique profe-rat felix illud germen, à quo salutem expectamus, Verbum Incarnatum. Si nosse velis, quare generatio temporalis hujus Verbi rori potiùs comparata sit quàm alij pluviæ, causa est, quia quantò plùs attulit salutis, tantò minore strepitu descendit. Priùs notabatur esse gravida MARIA, quàm constare de modo posset. *Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Matt. 1. v. 18. hinc est, quòd non omnes æquè sint fruiti bonis hujus roris effectibus, imò sicut ab illo, qui decidit in vellus Gedeonis, primâ nocte immaduit vellus, sed non area circumjecta; & alterâ immaduit area, sed non vellus: ita ab adventu Christi primò salutem hauserunt Israëlitæ, reliquâ Mundi parte aridâ permanente: deinde hausit pars Mundi reliqua, aridis manentibus Israëlitis. *Vobis oportebat primum loqui Verbum DEI, sed quia repulistis illud &c. ecce convertimur ad Gentes.* Act. 13. v. 46. Tu gratias DEO age, quòd ibi verseris, ubi ros iste majore copia descendit: at si ne sic quidem hinc capias fructum; quale hoc signum est? signum est cor tuum non esse de terra, sed lapide.

3. Considera JESUM hoc loco per antonomasiam dici Justum. *Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Justum.* quia illi soli dari hoc nomen potest. Sanctorum quilibet dici aliquo modo Justus potest, sed absolutè & antonomasticè Justus illorum nemo dici potest; nam illud Justitiam, ut loquimur, accidentalem, istud autem Essentialem designat: at essentialis in nullo nisi in Christo fuit, qui idcirco etiam ipsa Justitia appellatur. *Factus est nobis Sapientia à DEO, & Justitia.* 1. Cor. 1. v. 30. In ceteris omnibus Justitia fuit Accidens, quia adesse poterat, & abesse. In Christo fuit essentialis, quia illi non potuit non inesse. & si alijs insit per gratiam, ipsi inest per naturam. Vide igitur, quàm aptè dicat Propheta: *Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Justum.* Erant enim in terra multi homines Justi, at Justus non erat, sed eò primùm debuit venire. *Occiderunt eos, qui pranunciabant de adventu Justi.* Act. 7. v. 52. & unde nisi de cœlo veniret? hinc cùm in Christo duæ sint Naturæ, Humana, & Divina, quoad Divinam specialiter dicebat Propheta: *Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Justum.* & quoad Humanam: *aperiatur terra, & germinet Salvatorẽ.* quippe si Christus fuit hic Justus, id habuit à Natura Divina, cui essentialis est sanctitas. *Unus bonus DEUS.* Matt.

19. v. 17. & si Christus fuit Salvator, id habuit non solùm à Natura Divina, sed & Humana, quæ illi tribuit, ut posset tanquam Caput nostrum in nos transfundere salutem eo modo, quo Adamus tanquam Caput nostrum in nos transfudit perditionem. Tu, dum eum recipis ut Salvatorem, meritò illum reverearis, illi gratias agas, illum ames. Sed dum recipis ut Justum, etiam imiteris. imò quidni etiam imiteris ut Salvatorem, si tantum tibi concessum est? Verùm nota, priùs consecutum gloriam Justi, deinde Salvatoris, & tu priùs istam postulas, tum illam?

4. Considera, quanta sit salus, quam hic Salvator allaturus venit. tanta est, quanta sunt mala, à quibus es liberandus. Ista ad duo capita referuntur, Culpæ, & Pœnæ. Sed quis explicet, quot in utraque hac Specie infausta individua contineantur? Ipse cogita, & vide, an cogitando possis assequi, & singula percensere. & tamen ab his omnibus germen tam salubre te liberabit. *Suscitabo eis germen nominatum*, hoc est, tot seculorum vaticinijs prænunciatum: *& non erunt ultra imminuti fame super terram* ob inopiam bonorum omnium, *neque portabunt ultra opprobrium gentium*, ob multiplicitatem malorum. Ezech. 34. v. 29. Unde vides magnum hunc Salvatorem non esse comparatum metallo subterræ visceribus abdito, sed germini, quod sponte pululat. *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem*, ut advectas tibi non esse laborandum in conperiendo, sed sponte sua venturum, ut te inveniat, tantus est amor, quem habet, te salvandi, ó quàm facili negotio ab ipso referes quæcunque bona, modò ad illa recipienda aptetis, quàm facilè germen de terra cuiquam æquè facilè de sinu Virginis colligis Salvatorem, modò illi appropinquet animo dolente, ut illi mala tua aperias, & precibus devotis ijs liberari postules. *Terra dabit germen suum*, quod est Christus JESUS, *& erunt* ejus populi *in terra sua absque timore* hostium infernalium: *& scient, quia ego Dominus, cùm contrivero catenas jugi eorum*, quale est peccatum, *& eruero eos de manu imperantium sibi*, quales sunt appetitus inordinati. Ezech. 34. v. 27.

XXI.

S. Thomas Apostolus.

Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Joan. 20. v. 19.

1. Considera Beatitudinem esse instar centri; in eo cordis desideria quiescunt. Unde non capies, cur à Christo hic beatus dicatur, qui credit,

dit, & non, qui videt. quippe quò quis magis credit, eò etiam magis videre desiderat, quod credit (juxta illud: *Abraham desideravit, ut videret diem meum*) atque adeò non est quietus. quietus est, qui hoc videt, quod credendo videre desiderabat: tunc enim desiderium vertitur in gaudium (juxta illud ejusdem Abrahæ. *Vidit, & gavisus est.* Jo. 8. v. 56.) & ideo, qui videt, beatus est, non qui credit. Sed meminisse oportet duplicem esse beatitudinem, prout jam aliàs est dictum: Unam *in re*, alteram *in spe*, unam in fructu, alteram in flore, unam perfectam, alteram imperfectam. atque ideirco, qui credit, non est sanè beatus *in re*, quia nondum videt, quod credit. Sed est saltem beatus *in spe*, quia, dum credit, se ad videndum disponit, uti Abrahamo contigit. Beatus *in re* est, qui illud videt: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Luc. 10. at ista beatitudo nobis in vitam alteram servatur, ubi fructus matureſcunt. In præsenti, ubi flores tantummodo pululant, oportet esse contentos illâ *in spe*, quæ, licet imperfecta, beatitudo vocatur, quia bonum magna certitudine speratum, jamjam quasi media ex parte possidetur. an nescis Apostolum tribuere spei etiam gaudium, quod est proprium boni præsentis? *Spe gaudentes.* Rom. 12. v. 12. & quare tribuit? quia spes verè credentis adeò certa est, ut, si non ipsum Paradisum, saltem ejus afferat prægustum. En igitur rationem, ob quam Christus dixit: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Ratio est, quia visio est proprium præmium respondens fidei. Quis ergo magis pollicerì sibi visionem potest, nisi qui magis credit, si quidem credat, ut oportet? Dicitur: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt*; sicut dicitur: *Beati pauperes, Beati mites, Beati misericordes, Beati, qui lugent* ob certitudinem, quam omnes habent præmij respondentis tantis virtutibus, si in ijs exercendis constantes fuerint.

2. Considera, si beatitudo propria hujus vitæ non est videre, sed credere, te fortè existimaturum, melius tibi fore, si non admodum scire satagas, quàm rectum sit, quod credis, quàm bonum, quàm pulchrum, quàm dignum credi, sed cæco modo illud credas, nec expendas, aut penetres, quasi, quidquid accedit ad visionem, dematur fidei. Quid? an putas alios Dei servos non perinde intellexisse, beatitudinem propriam hujus vitæ non esse videre sed credere? & tamen omnes, vel quasi omnes pro viribus laborârunt, ut probè caperent, quod credebant. *Servus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.* Ps. 118. v. 125. non solùm *ut credam*, sed *ut sciam.* Si discursus tuus concluderet, oporteret ad augendum fidelium meritum nihil relinquere in Ecclesia nisi Ignorantiam & fidem. & tamen quid aliud cuperent rebelles ejus semper debellati, & eversi, à quo? à fide. ita quidem, sed à Fide juncta Scientiæ. Interim cogitare oportet, cui dixerit Christus: *Beati, qui non vide-*

viderunt, & crediderunt. Dixit hoc Thomæ incredulo. Aliud est quærere rationes, ut credas; & aliud est credere, & quia credis, quærere etiam rationes cognoscendi, quàm sit rectum, quàm bonum, quàm pulchrum, & semper creditu magis dignum id, quod credis. Primum est, quod Christus in Thoma damnavit, atque adeò in ceteris omnibus, qui nolunt credere, nisi videant. *Nisi videro, non credam.* Alterum est, quod semper fecerunt quasi omnes Dei servi. Isti certatim quæsierunt rationes probandi veritates à se creditas, easdem declarandi, & quasi aurum ad lapidem Lydium explorandi. sed id non fecerunt fidei defectu. fecerunt amore fidei. & sic te quoque agere oportet in statu tuo, & precari Deum, ut etiam te in oratione dignum reddat illo vivo lumine, quod è vultu ipsius emicat. *Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me Iustificationes tuas.* Ps. 118. v. 135. Proinde Fidei respondet donũ Intellectûs, ut, quisquis credit, etiam intelligere satagat, quantum par est.

3. Considera, fraudem esse dæmonis, cùm tibi persuadere nititur tot rationes imminuere meritum fidei. minuerent meritum, si pro rationum magnitudine jam plus jam minus crederes. sed credendum semper *super omnia*, ut qui Deo credis; hoc est, ita credendum, ut non minùs credas, si omnes tuæ rationes obscurentur, & te destituant in tenebris. *Vespere, & manè, & meridie narrabo* pari scilicet modo, *& annunciabo. Narrabo, quanta fecit Deus animæ meæ: annunciabo quanta promisit.* Ps. 54. v. 18 Ceterum an fortè aliquid decessit fidei Magni Gregorij, Ambrosij, Augustini, & aliorum Ecclesiæ Doctorum ob insigne lumen, quo erant præditi? aut plurimum accessit. quia quisquis bene intelligit, quod credit, natura sua aptus est, ut id magis amet. Itaque fides ex una parte minus habet meriti, ex alia plus habet. minus habet ob facilitatem, plus habet ob amorem. an autem ignoras tunc fidem esse miserem, quando major est Charitas, quæ, ut ita dicam, vitam illi infundit, ubi autem ista magis effervescit quàm ad claritatem luminis? *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini.* Isa. 2. v. 5. Noli igitur abuti verbis, quibus Christus allocutus est Thomam: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt,* ut eum condemnes, qui in oratione non contentus credere, quærit intelligere: Christus enim non contra nos ea direxit, imò istis potiùs patrocinantur illa: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* An majorem in terra beatitudinem reperias, quàm esse similem beatis Cœlitibus, qui tantum videre? *Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.* Bar. 4. v. 4. Itaque si Deus tibi neget hoc genus beatitudinis quasi *in re*, illa tibi omnino sufficiat, quæ est solùm *in spe*, etiam concedat, gratias illi age.

4. Considera, Deum optimè nosse, quid tibi magis conveniat. Ideo si in statu tuo capax non sis intelligendi, quod credis, ratione obscuritatis, in qua

qua solet versari mens tua, sive ob ignorantiam, sive ob infirmitatem, sive quia Deus ad experimentum virtutis te vult esse in tenebris; tunc applicare tibi debes hanc sententiam: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt*, quasi tota ad te pertineat. Istud est summum beneficium à Deo nobis concessum. voluit, ut fides, quam exigit à nobis, consistat in assensu, non in cognitione veritatum, quas revelavit. si in cognitione consisteret, quid agerent tot Christiani, quibus neque media, nec capacitas, nec tempus suppetunt eam consequendi? satis est, quòd, qui non intelligit, mentem suam in eo figat, quod crediderunt tot sancti Doctores, qui eas intellexerunt. & aliud Dominus non requirit. *Boves arabant, & Asinæ pascebantur juxta eos.* Job. 1. v. 14. Itaque ad tuam demissionem hæc ipsa verba tibi applicans cogita, si doctorum est, continuò colere tantis laboribus agrũ Ecclesiæ, eúmque perfringere, sulcare, & aptum reddere sementi recipiendæ, quam deinde Dens spargit in cordibus, tibi satis fore, si ab ipsis non recedas intentione, quantumvis eo tempore, quo illi tantopere laborant, tu quiescas. numquid ingens est emolumentum tuum, quòd Deus à te solùm exigat, ut credas, quod capere non potes? Cùm ergo tentatione fidei te dæmon infestat, repræsentans difficultatem mysteriorum, quibus præbes assensum, ad ejus probrum mox dicas: *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* & hac ratione illum fugaveris. quid? quòd ob hoc ipsum tantò libentiùs oporteat credere, quod Deus dicit, quia non intelligis. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Job. 36, v. 26. & quænam esset singularis prærogativa Dei, si eius Potentia, Scientia, Sapientia, Providentia in gubernando Universo humanam capacitatem non transcenderet? Ut credas Deum esse authorem fidei Christianæ, tot habes jam signa, ut, si ad ea attendas, non nisi stultissimè dubitare possis. Noli ergo quærere aliud. solùm attende, ut credas. non hoc dico, ne crebrò etiam attendas ad ejusmodi signa. attende sanè, sed non sint ea tibi argumenta credendi, potiùs sint argumenta miserandi cæcitatem eorum, qui non credunt. & numquid isti sunt revera miserrimi? semper habent in conspectu Civitatem salutis *super montem positam.* Matt. 5. v. 14. & tamen non pudet eos circumire', & nunc hunc, nunc illum interrogare, ubi sit eam reperire. Multi dicunt: *quis ostendit nobis bona?* Ps. 4. v. 6.

XXII.

Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam nemo me despiciat. Cant. 8. v. 1.

1. CONsidera id, quod Anima consequi suspirat in Oratione, aliud non esse, quàm illum amplexum, illam ad hæsionē, & intimam unionem cum Deo, quæ toties in sacris Litteris significantur nomine casti osculi. Sed non omnes pari modo consequuntur. Quosdam, ut in Oratione Deum suum inveniant, necesse est priùs animo subire penetralia alicujus è mysteriis, in quibus, ut ita dicam, est absconditus, necesse est meditari, quærere, scrutari, donec Deus eorum labores miseratus admittat ad se, interveniente suaviore alloquio, vel lumine splendidiore, quod faciat eos Divinam sentire præsentiam in intimo Spiritûs, atque uniri Deo. Isti haud dubiè inveniunt Deum sed quasi in suo Palatio: *Inveniunt intus.* quæ admissio non est absimilis illi, quam hodie indulgent omnes ferè Principes pro majestate personæ, hoc est post longos transitus de uno in aliud conclave impetratam. Alij vix ad orandum provoluti in genua Deum inveniunt, ut ita loquar, stantem in foribus: *inveniunt foris:* quia sine laborioso discursu ad primam mentis elevationem illi statim uniuntur, atque in promptu habent affectus, in promptu amplexus, & lacrymas, nec ullus est labor, ut ad optatam veniant Audientiam. Hic est favor illius, qui à Deo extollitur ad sublime donum Contemplationis, atque idem est, quod anima mysticè petit à Deo verbis illis: *Quis mihi det, ut inveniam te foris, & deosculer te?* sed nota, qualis sit anima, quæ hoc petit. est sacra Sponsa, quæ modo loquendi Hæbræo dilectum suum non Sponsum, sed fratrem appellat, quia erant ejusdem tribûs. & tamen hæc ipsa Anima non exigit tanquam favorem jure sibi debitum: sed dicit: *Quis mihi det?* & tu, cùm vix è luto peccatorum emerseris, eum exigis, & fastidiens meditandi laborem statim anhelas vel uno actu fidei, quem sub orationis initium præmittis, te immittere in sinum Dei, eóque frui inter delicias contemplationis adeò suavis, quia invenit, & non quærit? O quantum falleris! dic priùs: *Quis mihi det?* Ora, pulsa, contestare Domino, te non esse meritum, ut vel aspectu te dignetur. & post hæc omnia scies te certum non esse de consecutione duri desiderati, ut quod est prorsus gratuitum. & sic sperare equidem potes post laborem, sed exigere non potes.

2. Considera Animam, quæ hoc consequitur, ut talem recipiat favorem, bene cognoscere in ipso actu recipiendi,

cipiendi, quòd eam nemo possit despicere. *Et jam me nemo despiciat.* Quare? quia nulla erit res creata, quæ illam audeat tentare quocunque oblato dono, ut separetur à Deo suo. nôstine, quis sit maximus despectus, quem anima tua possit accipere? is est, quem Mundus tibi facit, cùm invitat, ut suas secteris vanitates. quem facit Caro, cùm invitat, ut suas quæras voluptates, luxus, oblectamenta. quem facit dæmon, hostis tuus capitalis, cùm invitat, ut suam æmuleris ambitionem. ô despectum inauditum! tunc ergo, cùm Anima eo modo, quem diximus, fuerit unita Deo, quis erit, dicet intra se ipsam, quis erit tam audax, ut me despiciat tentando removere à bono, cui sum conjuncta? *Quis me separabit à charitate Christi?* Rom. 8. v. 13. Opes, dominia, voluptates, honores vana sunt pretia. habeat illa, quisquis volet, ego tanti non facio. Bene tunc videt se à Dilecto suo tractari ut sponsam, tot sunt ejus blandimenta: unde non timet amplius Rivalium garritus, quæ donec tam præclaras consecuta est nuptias, eam deridebant, quasi nunquam fors tam beata illi possit contingere. Tu in quali statu versaris? fortè multi socij & sociæ te modò despiciunt, dum vident tanto studio deditum orationi. adeò ut aliquando per jocum quærant, quem gradum extasis jam sis adeptus. locentur sanè: quia si tuo constanter insistens negotio id consequaris, quod suspirabat sponsa, videbis etiam sine extasi finiendum tempus irrisionis. Quid non toleratur à Mundanis, ut carnales nuptias consequantur? & tu ad obtinendas Divinas non sustinebis quidquam pati? sed quando ad tam beatas nuptias pertinges? quando in oratione positus dicere Deo poteris, sed ex imo cordis; *meus es tu, & sufficis mihi.* Hæc est illa desponsatio, quæ nullius, quiscunque fuerit, despectionem amplius formidat.

3. Considera, sponsam non solùm hìc dicere quocunque modo: *Quis mihi det, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat?* sed cum majore determinatione dicere: *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera Matris meæ?* quia dum sponsum suũ cernit in throno majestatis tam excelso positum, in quo regnat modò, videtur sperare non posse unionem cum ipso tam arctam, & suavem, qualis hoc loco per osculum designatur. quid agit ergo? eum sibi fingit paryulum, qualis erat in sinu Virginis (quam sponsa usitato stylo, quo matrẽ sponsi matrem appellamus, hìc matrem suam vocat) & ut talem stringere suis brachijs exoptat. quare nisi ut tantò liberiùs teneri amoris indulgeat affectibus? Hinc est, quòd Christus innumeris sanctis tali specie potiùs apparuerit quàm quavis aliâ, ut tantò familiariùs eo fruerentur. cùm nemo sit, qui vereatur pectori admovere parvulum lactentem, stringere, complecti, demulcere, & mille onerare osculis, innocenti debitis pusioni. hinc disce, quantopere decepti sint, qui asserebant alienum esse à puritate & perfectione Contemplationis, si quis Phanta-

Phantasiæ repræsentet sacrosanctam Humanitatem Redemptoris : atque idcirco abstrahendum animum ab omni sensibili, removendam omnem figuram reijciendam omnem formam, & in solo Intelligibili continuò mentem defigendam. Nonne animæ valde sanctæ typus est sponsa, quæ hìc loquitur ? & nota tamen, quomodo loquatur. Dum actu ipso desiderat, ut sponsus occurrat sibi in alta Contemplatione, quin laboriosè meditando inquirat, etiam desiderat infantem, & infantem pendentem ab ubere, ut potiùs in sinu matris tanquam throno gratiæ illum liceat intueri. *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat!* Hæc est una ex præcipuis causis, ob quas voluit Deus humanâ carne vestiri; ut tantò facilìùs illi jungamur, dum videmus factum unum ex nobis.

XXIII.

Adeamus cum fiduciâ ad thronum Gratiæ, ut misericordiam consequamur, & Gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Heb. 4. v. 16.

1. COnsidera, Christum ut verum Regem duplici gaudere throno. Unus est Gratiæ, alter Justitiæ. In isto Justitiæ considebit, cùm te judicaturus advenerit post vitam, in illo Gratiæ considet, dum vivimus. ideo unus est præsens, alter futurus. In throno Gratiæ sedet, ut nunc det cuilibet, quod justè petit. *Petite & accipietis.* & in throno Justitiæ sedebit, ut det hoc solum, quod quisque est meritus. *Judicabo te juxta vias tuas, & non parcet oculus meus super te, & non miserebor.* Ezech. 7. v. 3. Quæ igitur dementia tua, si, cùm possis nunc adire Thronum Gratiæ, non adeas, sed expectes, dum ad thronum Justitiæ citeris. ideo dicit Apostolus : *Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ.* quippe ad thronum Gratiæ quisque currit prior, ad thronum Justitiæ nonnisi vocatus venit. Nunquid ergo ingens est probrum, quòd Dominus accire habeat te invitare, ut ad ipsum venias, ipsi te commendes, ipsi libere necessitates tuas exponas? Reus es, quid refert? si eundum foret ad thronum Justitiæ, haberes sanè tanquam tua causam trepidandi, dicendique Deo: *non intres in judicium cum servo tuo.* At cùm adeundus sit thronus Gratiæ, an dubites, quantumvis Reus? *Exspectabit gratiam gratiæ.* hoc est, *gratiam, quam tibi faciet salvando te, exspectabit gratiæ, quam tibi fecerit redimendo te,* Zach. 4. v. 7.

2. Considera, qui sint fines, propter quos adeundus ejusmodi thronus gratiæ. duo sunt. primus est, ut consequamur veniam eorum, quæ male fece-

fecimus. Secundus est, ut referamus gratiam ex æquo respondentem bono, quod faciendum est. Unde dicit Apostolus, *ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Condonatio mali adscribitur Misericordiæ, quæ nos invenit in statu tantæ miseriæ, qualis est status peccati, & eo nos liberat. *In reconciliatione meâ misertus sum tui.* Isa. 60. v. 10. & ideo hujus condonationis intuitu dicitur: *ut misericordiam consequamur.* Largitio virium faciendi bonum tribuitur Gratiæ. *Habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo, cum metu & reverentiâ. cum metu*, ut Domino, *cum reverentiâ* ut Patri. Hebr. 12. v. 18. & ideo harum intuitu virium dicitur: *& gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Neutrum beneficium consequi possumus ex merito, non remissionem mali, quod est peccatum, quia, quamdiu in peccato versamur, non sumus capaces meriti, tanquam inimici Dei. *Altissimus odio habet peccatores.* Eccl. 12. v. 3. Non gratiam necessariam faciendi bonum; quia, quantumvis materia meriti sit terminus meriti, id est Gloria ad merendum proposita, ipsum tamen principium meriti, quod est Gratia, non est materia meriti. *Si gratia, jam non ex operibus. alioquin Gratia jam non est Gratia.* Rom. 11. v. 6. Quid ergo superest? supereſt, ut consequamur flagrantibus precibus. *Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ*, hoc est, *cum fiducia loquendi*, prout habet alia lectera, quia quod supplicando impetratur, non fundatur in dignitate porrigentis libellum supplicem, sed in bonitate recipientis. *Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus multis.* Dan. 9. Itaque cùm probè scias, quanti referat utroque hoc fine recurrere ad thronum Gratiæ, quare non recurris? manifestum est, tibi curæ non esse eos fines, si media negligas.

3. Considera, quid præcipuè faciendum, ut in te excites hanc fiduciam postulandi à Deo magnâ cum libertate, quod conducit ad salutem animæ tuæ. Figenda cogitatio in consideratione nihili tui. *Sine me nihil potestis facere.* Jo. 15. & certè nihil omnino ex temet ipso potes. non potes resurgere à malo, in quod incidisti: & longè minùs facere quidquam boni potes: & tamen strictissima tibi incumbit obligatio faciendi, quod facere te ipso non potes. Quid igitur metuis? dubitásne, an, si recurras ad bonitatem Dei petens, ut tibi assistat, ut adjuvet, ut concedat, quo indiges ad debitam illi præstandam obedientiam, fortè te non exaudiat opportunè? nisi hoc casu Deus esset paratissimus ad exaudiendum, injungeret mandata, & inspiraret consilia, quæ vires tuas superant. Et hoc tu metues fieri à Deo tam bono? *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ.* quia, quantumvis Deus aliàs dare nihil tenetur, nisi vi promissionis à se factæ, adeóque semper sit verum illum dare per gratiam, quidquid dat, nihilominus non potest, quin det, non solùm

lùm vi promissionis factæ, sed & mandatorum, ac consiliorum, quibus nunc obligat, nunc stimulat ad bene serviendum. Loquere ergo animosè, *cum fiducia*, & auxilium à Deo pete: sed quale? quod ille judicaverit opportunum. Istud est, quod momentum habet, & istud etiam est, quod ab ipso petere semper & audenter debes. *Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ, ut misericordiam consequamur, & Gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* non solùm *in tempore opportuno*, quale est tempus vitæ, in quo solo patet tribunal Gratiæ: *Ecce nunc tempus acceptabile*: sed pariter *in auxilio opportuno.* quia non quodvis auxilium semper eodem modo est opportunum, sed illud, cui Deus prævidet te responsurum. & istud continuò à Deo pete, ut caveas à malo, & facias bonum.

4. Considera, quàm scias te nihil ex te ipso posse, magnos addere animos debere, ut speres in Deo eo modo, quem diximus, & ab ipso postules auxilium opportunum ad omnia, quæ nunc præcipit, nunc inspirat duntaxat, sed adhuc magis addere debet animos, quòd scias te Divino præcepto obligari ad sperandum. *spera in Deo tuo.* Os. 12. v. 6. ita, ut, si hoc non facias, quantumvis indignum & sceleratum te cognoscas, illum offendas gravissimè, & quamprimum censearis inter ejus Rebelles maximè execrandos, quales sunt Rei læsæ Majestatis. *Va illis, quia in via Cain abierunt.* Judæ 11. Quid igitur petis amplius? *Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ.* si Princeps tibi insinuaret, quamprimum de favore suo desperares, dicens: *Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Gen. 4. v. 13. fore, ut etiam ipse tibi succenseat, & tanquam rebellem ante-num projiciat à conspectu suo, an aliud ad sperandum requireres? & quare aliud requiris respectu Dei? *Respice filij nationes hominum, & videte, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.* Eccl. 2. v. 9. Cur igitur tu primus esse velis, qui sperando confundaris? sufficit te illorum esse de numero, qui sperant, & non præsumunt. & quorum sunt, qui præsumunt? sunt illi, qui consequi salutem sine labore sui nolunt. Audi, quomodo hic loquatur Apostolus: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* si tota ratio beneficij debet consistere *in auxilio opportuno*, utique & nobis aliquid ex parte nostra agendum est, ut salvi simus, videlicet acciperes auxilium, hoc est, stimulum ad actum operis, quod fiat, sed exemptionem ab opere, hæc vera nulli conceditur. *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Luc. 24. Cetertùm si verè à Deo non exemptionem sed auxilium postules, ecce quàm sublime possis evolare citra alis fiduciæ. dicere Deo potes, te sine dubitatione speraturum in ipso, quoniam ita præciperet. quid enim non præciperet, nihilominus speraturum, ut priùs, ob solam æstimationem, quam habes de ejus bonitate. Hoc est agere cum

cum ipso, ut decet Dominum tam benignum supra quàm credi possit. *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.* ita te quoque dicere oportet, ut eum tractes pro merito. sed ut ostendas te quoque ex parte tua non omissurum, quod facere par est, mox adjungendum est: *Veruntamen vias meas in conspectu ejus arguam, & ipse erit Salvator meus* Job. 13. v. 15.

XXIV.

Fidem posside cum Amico in paupertate illius, ut & in bonis illius lateris. Eccl. 22. v. 28.

1. COnsidera, quamdiu felix est aliquis, discernere non posse inter amicos veros & falsos, quia tam isti quàm illi pariter circumstant ad exhibenda obsequia. Ut discernat, necesse est, etsi grave accidat, mutare fortunam, & ex felice, cùm minimè putaret, fieri miserum. *In malitia illius amicus agnitus est.* Eccl. 12. v. 9. & hem unam è præcipuis causis, ob quas Rex gloriæ, si ita loqui liceat, sortem mutat, & è sublimissimo Majestatis suæ throno jam jam sit descendere paratus, ut in stabulo nascatur. Vult esse manifestã fidelitatem amantium. ô quàm multi etiam eorum, qui illum adorabant, quamdiu de throno suo liberali manu thesauros depluebat in populos, dum jacere nunc vident in præsepio nudum, algentem, gementem, ita illum fastidient, ut nec nôsse quidem juraturi sint! Tu quid ages? an videris tibi satis paratus ad assistendum, & adhærendum etiam in tali statu Paupertatis extremæ? Beatus eris, si hoc feceris. certò persuadere tibi potes, cùm aliquando iterum occupaverit solium, unde nunc descendit, nemini largiora daturum præmia in fortuna propria, quàm qui eum non deseruit in adversa. *Fidem posside cum Amico in paupertate illius, ut & in bonis illius lateris.*

2. Considera, quid sit esse fidelem JESU in statu suo paupere. *Fidem posside cum Amico in paupertate illius.* Est libenter ferre cum ipso similem Paupertatem, & est libenter eam sublevare. Primum sit relinquendo propter Christum, quidquid proprij possiderur: Alterum servando quidem, sed ut piè subinde inter pauperes dispenset. Credes fortassis hoc secundum gratiùs illi fore, cùm verbis tam disertis dixerit: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Sed vehementer falleris. primùm illi gratius est. Amor, quo ad sua feruntur commoda, multis proprium fascinat intellectum, ut videatur laudabilius, salubrius, consultius sublevare quàm sustinere Domini Paupertatem. Non est ita. quem putas in Evangelio laudatum magis Zachæum eleemosynarium etiam præclarissimum, an Petrum, Jacobum, Joannem, Andream,

qui cùm nihil haberent in mundo nisi unam naviculam, hanc quoque pro DEO reliquerunt? Isti pauca relinquendo Apostolici muneris honorem adepti sunt, ille multa donando tantum non est consecutus: sed, ut S. Hieronymus notavit, staturam suam pusillam retinuit, etiam postquam propriæ domûs hospitio Dominum recepit, aluitque. Tanto pluris fit, qui mendicat cum Christo, quàm qui Christi causâ succurrit etiam maximæ mendicantium turbæ. nec mirum, ille simul cum Christo ejus patitur miserias, iste solùm compatitur. quid putas? an fortè actum esse meriti adeò excelsi compati potiùs proximi miserijs, quàm eas pati? non ita vel ipse dæmon se judicare monstravit, qui risit Jobum tanquam hominem bonum quidem, sed minimè perfectum, dum vidit ejus palatium factum diversorium pauperum. tunc mutire desiit, cùm vidit post ruinam palatij, patienter tulisse, quòd non esset, qui illum in summa paupertate sua reciperet. noli ergo tu quoque blandiri tibi, ceu magis expediat sanctè tua expendere, quàm ijs te spoliare, ut nudus nudum Christum sequaris. Quidsi autem neutrum faceres, & nec tuis te expoliares, ut patiaris cum Christo, & nec quidem expenderes, prout solet contingere, ut compatiaris? certè ad ejus divitias aspirare non poteris, si fidem illi servare nolueris in magna paupertate sua. *Fidem possîde cum Amico in paupertate illius, ut in bonis illius lateris.*

3. Considera, quæ futuræ sint divitiæ, quibus JESUS denique te dignabitur, si illi fueris Amicus fidelis in paupertate, quam modò vultè profiteri. Dubium non est eas fore duplicis generis, temporales, & æternas. sive enim fidelis fueris in ejusmodi paupertate, benevolè eam sublevando: sive fidelis fueris eam tolerando, non solùm Paradisum tibi dabit, sed etiam in terra Centuplum, quod promisit, proportione servatâ inter eos, qui cum ipso facultates suas partiti sunt, & qui illis penitus renunciarunt. Videtur tamen præcipuè hoc loco velle intelligere æternas. unde non dixit simpliciter: *Fidem possîde cum Amico in paupertate illius, ut & de bonis illius lateris*, sed præterea dixit, *ut in bonis illius lateris*. Quis ergo non videt, si in ejusmodi bonis tua ponenda est lætitia, eò te debere pertingere, ubi illa sunt stabilia. *Anima ejus in bonis demorabitur.* Ps. 24. v. 14. & quam demum lætitiam pones in ijs bonis, quæ continuò sunt subjecta periculo jacturæ, uti sunt terrena? in illis tantum reverà ponenda est, quæ nunquam amittuntur, qualia sunt æterna? Vide autem, quæ sit ista mira commutatio. Tu sublevando vel ferendo pauperem Domini illi dederis bona tua, quæ nullius sunt valoris: & ille remunerando vice versâ dabit sua, quæ sunt valoris infiniti. Sed hoc nimirum est esse fidelem in paupertate sua Principi, qualis est Christus. Si fidelis fueris Regi terræ, qui à fastigio fortunæ dejectus

jectus est, quid demum dare tibi poterit, recuperato Regno? ad summum exiguam ejus partem tibi donabit. at si fidelis Christo fueris, faciet integro suo regno te frui. unde non dicitur tibi: *Eidem possside cum Amico in paupertate illius, ut & de bonis illius lateris.* dicitur *in bonis*, ut constet, ipsum ejus regnum totum fore tuum non secùs, ac si hæreditate comparâsses. *In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres sis.* Eccl. 22. v. 29. Ecce id claris expressum verbis.

XXV.

Solenne Festum Natalis Domini.

Apparuit gratia DEI Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ Magni DEI, & Salvatoris nostri JESU Christi. Tit. 2. v. 11.

1. COnsidera Gratiam, cujus hoc loco fit mentio, esse ardentissimum amorem Christi erga nos, amorem, haud dubiè nunquam à nobis promeritum, & ideo omnino gratuitum. *Gratia.* Jam verò hic Amor in DEI Filio semper idem extitit: quis nescit? sed non semper apparuit. Apparuit singularissimo quodam modo hodierno die, quo pro salute nostra visus est cubare super fœnum, humana carne indutus, nudus, parvulus, tremens, ac præcipuè infusus lacrymis, quas jam pro nobis stillare cæpit ex oculis. atque hoc dicere voluit Apostolus, cùm ait: *Apparuit gratia DEI Salvatoris nostri.* Hactenus hæc gratia nonnisi in Cœlo fuit: *Domine in Cœlo Misericordia tua.* Ps. 35. v. 6. nunc demum de Cœlo in terram descendit. & idcirco, si hactenus fuit promissa hominibus, vaticinijs prædicta, aut varijs adumbrata figuris, hodie manifestè *apparuit.* Porrò quid esset, si hoc ipso die, quo tam luculentus apparuit amor Christi versus te, nihil appareret amoris tui erga Christum? at Amor uno tantùm modo apparet; apparet in operibus. *In hoc cognovimus charitatem DEI, quoniam ille animam suam pro nobis posuit.* 1. Jo. 3. v. 16.

2. Considera, quomodo dici possit hic Amor DEI nostri Salvatoris apparuisse *omnibus hominibus*, cùm tot sint, qui non cognoverint, imò nec hodie cognoscant. Causa est, quòd ille ex parte sua nihil omiserit, quo se daret cogno-

cognoscendum. Sol omnibus apparet supra Horizontem. proinde si multi fenestras illi occludunt, an non his ipsis æquè apparet, ac ceteris, qui non claudunt? *Apparuit gratia DEI Salvatoris nostri omnibus hominibus*, quia apparuit *ad illustrandos omnes*. Verum est, etsi sol iste pulcherrimus apparuerit ad omnes illustrandos, non idcirco omnes illustravit. Ideo cùm dixisset Apostolus: *Apparuit gratia DEI Salvatoris nostri omnibus hominibus*; mox subjunxit: *erudiens nos*, non *erudiens omnes*, sed *erudiens nos*. quia non omnes lucem talis eruditionis admiserunt. *Hoc est enim judicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Jo. 3. v. 19. Hic Infans, quem cernis hodie incubantem fœno, ad te illuminandum venit. at si tu illuminari non admodum cupias, bene vides, ipsius culpam non esse. ô quot radios veritatis ille diffundere satagit, tot scilicet, quot exempla vix natus oculis obijcit, ut sit tibi non DEUS tantùm, sed & Salvator, *DEUS Salvator*, ad designandum discrimen à dijs antiquorum commentitijs, qui non salvabant. *Rogant DEUM non salvantem.* Isa. 45. v. 20. Itaque si in hisce radijs non figas oculos, tua est culpa.

3. Considera hæc exempla, quæ Christus à primo ortu suo dedit usque ad vitæ exitum, eò tendere, ut te ordinet ad te ipsum, ad proximum, & ad DEUM. Ideo quantum ad te attinet, docuit Christus vivere *sobriè*, id est, juxta mensuram, ita ut saltem cupiditatibus tuis sine discrimine non indulgeas, sed eas modereris in omnibus Temperantiæ præscripto. Quantum ad proximum, docuit vivere *justè*, hoc est, ad regulas Juris, quod exigit, ut talem te geras erga proximum, qualem optas, ut ipse se gerat erga te. quantum ad DEUM, docuit vivere *Piè*, hoc est, ad modum filij morigeri. Vide quàm bene Christus hæc omnia adimpleverit à natali suo usque ad mortem. & tum reflectens ad te ipsum erubesce, si contrà tam male ipse adimpleas. Excusabis fortasse, quod vivas ætate nimium iniqua: *in hoc seculo*. Sed hoc nimirum est, quod te docere Christus voluit, ut vivas *sobriè* inter intemperantes, *justè* inter injustos, *piè* inter impios, prout ipse fecit: *Lilium inter spinas.*

4. Considera, ne vivas hoc modo, *sobriè ad te, justè ad Proximum, piè ad DEUM*, præsertim *in hoc seculo* adeò corrupto, duo esse potissimùm impedimenta. Unum ex parte Intellectus, alterum ex parte Voluntatis. ex parte intellectûs sunt dictamina perversa: ex parte voluntatis desideria inordinata. & ideo ante omnia monet Apostolus hunc abnegandum binarium. *Abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè & justè & piè vivamus in hoc seculo.* Infidelitas, ut hic notant Doctores, est impietas maxima, & ideo ista primo loco est abneganda, submittendo intellectum omnibus, quæ fides docet. atque hoc est abnegare perversa dictamina. *Abnegantes impietatem.* Concupiscentia Mater eu-

cupiditatum est, quæ etiam infidelitate sublata, adhuc instigat ad malum ob corruptelam naturæ. & ideo ista abneganda est secundo loco: *& sæcularia desideria.* Cupiditates istæ *sæcularia desideria* vocantur, quia sunt earum rerum, quæ uno seculo, quo vivimus, transeunt, rerum temporalium, caducarum, & quæ summum unius seculi spatio finiuntur. Et tamen adeò istis affixus hæres, ut pro ipsis despicias æternas. ô cæcitatem! non potes non advertere, si cupiditates istæ possint te agere transversum, multum adhuc superesse infidelitatis. atque hæc est, quæ tibi imponit. *Impietas peccatorem supplantat.*

5. Considera, quemadmodum ab illâ vitâ tam sobriâ, justâ, piâ, quam ut doceret, Christus in hanc terram descendit, plurimum impedit infidelitas mentis, & ubi hæc deest, Concupiscentia inordinata, ita è contrario ad eum vehementer stimulare cogitationem assiduam illius beatitudinis, quæ tibi in vita altera paratur. Et idcirco etiam Apostolus concludit: *Expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni DEI, & Salvatoris nostri JESU Christi.* non ait: *expectantes beatitudinem speratam*, sed *beatam spem*, ut ostendat, quàm certa spes sit, quæ innititur promissionibus Divinis. adeò certa est, ut in hoc casu spes boni non distinguatur, ut ita loquar, à bono sperato. Ita est, hæc beatitudo non complebitur usque ad diem Judicij, quia tunc ad gloriam animæ addetur etiam gloria corporis, unde non solùm dicit Apostolus: *expectantes beatam spem*, sed adjungit: *& adventum gloriæ Magni DEI, & Salvatoris nostri JESV Christi.* Hic Deus, quem nunc in fœno vagientem cernis, DEUS videtur parvus, quia parvulus factus est. Sed eo die talis non videbitur; apparebit, qualis revera est, DEUS ille Magnus, unde & hoc nomen Apostolus illi tribuit: *Magni DEI.* Videbunt Filium hominis *venientem in nubibus cum virtute magnâ, & majestate.* Matt. 24. Et sic vides in primo adventu comparatum Rori. *Rorate Cœli desuper.* Is. 45. in secundo fulguri: *sicut fulgur exit ab oriente, & paret usque in occidentem, ita erit adventus Filij hominis.* Matt. 24. Tu interim quid agas? Expectes hunc secundum adventum tantâ solicitudine, quantam ille jure suo postulat. *Populus meus pendebit ad reditum meum.* Os. 11. v. 7. Neque putes hunc secundum adventum fore instar primi. Primus fuit abjectionis Christi, alter erit gloriæ. *Adventum gloria Magni DEI, & Salvatoris nostri JESV Christi.* Unde si primum desiderâsti tanquam tuo destinatum commodo, longè magis desiderare oportet alterum destinatum honori Christi.

* *
*

XXVI.

S Stephanus Protomartyr.

Induite vos ergo sicut Electi DEI, Sancti, & Dilecti, viscera Misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes invicem, & donantes vobismet ipsis, siquis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Coloss. 3. v. 12.

1. COnsidera propositum esse Apostolo commendare nobis hoc loco earum exercitiũ virtutum, quibus præcipuè inter fideles discernuntur prædestinati à reprobis. Unde dicit: *Induite vos, sicut Electi DEI, Sancti, & Dilecti, viscera misericordiæ &c.* Electos vocat ob electionem ad gloriam: Sanctos ob sanctificationem per Gratiam: dilectos ob dilectionem illis à Deo exhibitam in utroque hoc dono. Jam verò ut tales vult indui omnes eas virtutes, quas hìc vides expressas. Sed ut meliùs percipias eorum dispositionem, prænotandum duos esse status, in quibus spectari possint homines, unus est Prosperitatis, alter Adversitatis. si eos spectes in statu Prosperitatis, quales sint tum erga alios, tum erga se ipsos. videbis erga alios intus duros, foris asperos. & ideo vult Apostolus, ut erga alios *induant viscera Misericordiæ*, & *induant benignitatem. Viscera Misericordiæ* contra duritiem cordis internam: *benignitatem* contra asperitatem in agendo externam. Et erga se ipsos solent esse intus vani, foris fastuosi. Ideo vult Apostolus, ut erga se *induant humilitatem*, & *induant modestiam. Humilitatem* contra superbiam internam, *modestiam* contra fastum externum. Deinde in statu adversitatis, quocunque modo spectes homines, sive erga se ipsos, sive erga alios, videbis illos intus impatientes, foris iracundos. Ideo vult Apostolus, ut in tali statu *induant patientiam*, & *induant* præterea illa omnia, quæ proximè indicat ijs verbis *supportantes invicem &c.* unde *Patientia* hìc opponitur difficultatibus tolerantiæ internæ: *supportantes invicem* cum his, quæ sequuntur, opponitur facilitati succensendi externæ. Atque hac ratione Apostolus insinuat, quomodo diversâ viâ soleant procedere Prædestinati, in quocunque statu versentur, prospero vel adverso. Tu quomodo in te ipso deprehendis virtutes modò recensitas? attentè considera. nam istæ sunt, quæ adducuntur ut signa Prædestinationis magis

manifesta, Miseratio, Benignitas, Humilitas, Modestia, Patientia, Remissio offensarum. & si istæ desint, ô quanta est causa metuendi.

2. Considera, ejusmodi metum posse forsitan plus æquo crescere: dices enim non solùm viscera misericordiæ, sed omnes ceteras virtutes hìc recensitas ab Apostolo plurimum sequi nativum hominis temperamentum; unde cùm sis naturæ immitis, asperæ, superbæ, impatientis, & valde pronæ ad iram, non esse, cur speres te fore de numero Prædestinatorum: nimium deficere signa hoc loco memorata. sed memineris ideo usum Apostolum tam opportuno modo loquendi dixisse: *Induite vos viscera Misericordiæ &c.* Vestes è serico, lino, lanâ, quibus amiciris, fortè tibi natura circumdedit? haud sanè. imò illa te nudum progenuit, & tamen per industriam cooperando auxilijs, quæ Deus suppeditat ut Author naturæ: tibi prospicis de his, quæ ad muniendum & ornandum corpus pertinent. Sic omnino per industriam cooperando auxilijs, quæ Deus subministrat tanquam Autor eorum, quæ naturam transcendunt, prospiciendum de eo, quod requiritur ad spiritum etiam præ corpore muniendum ornandúmque. An tu forsitan primus es, qui ex immiti fiat misericors, ex aspero benignus, ex vano humilis, ex fastuoso modestus, ex iracundo patiens? hoc si fieri non posset, haud sanè diceret Apostolus: *Induite vos.* dum dicit *Induite*, utique nudis loquitur. Fac, quidquid potes, ad pervincendam naturam actibus iteratis virtutum oppositarum, & illico obtinebis signa Prædestinationis desiderata; quia frequentare virtutum actus aliud non est, quàm induere habitus. Quid putas petere Apostolum, cùm dicit: *Induite vos viscera Misericordiæ &c.* Petit exerceri virtutum actus, quas enumerat, sed crebros, quia actus rari plerumque non sufficiunt ad formandum habitum. Itaque, si videamini vobis non esse prædestinati, ita vos gerite, quasi essetis, & sic eritis.

3. Considera, sicut dixit Apostolus: *Induite vos viscera Misericordiæ*, ita eundem potuisse dicere pariter? *Induite vos viscera dilectionis.* sed dicere maluit *Misericordiæ*, ut intelligeres, quousque se extendere debeat Dilectio tua etiam interna. Extendi debet usque ad immeritos. reperias quosdam quibus ut benefacias, aut velis bene, aliud non inest argumentum, quàm summæ miseriæ, in qua versantur, tum animi, tum corporis. Jam versus istos non sufficiunt viscera qualiscunque dilectionis, opus est visceribus, quæ hìc Misericordiæ appellantur. Ista sunt viscera, quæ reddunt hodierno die adeò misericordem sanctum Protomartyrem Stephanum etiam erga ipsos improbos, qui eum lapidabant. certè ad hos amandos, nullum in ipsis reperit meritum. plurima potiùs reperit ad eos non amandos, adeò illi se exhibuerunt ingratos, lividos, audaces, infensos. Quid autem? quod tam facilè consequi non potuis-

ſet alio genere dilectionis (ut ſcilicet pro ipſis ardentiſſimè oraret , imò etiam eos excuſaret) id eſt per inſignem miſericordiam. hujus viſcera limites non habent, ſe extendunt ad utilitatem cujusque. ideo non contentus viſceribus dilectionis etiam aſpira ad viſcera miſericordiæ, nam iſta, ut vides, intra ſignaElectionis primo loco ponuntur. *Induite vos ſicut Electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ &c.* & iſta tu quoque primo loco tibi conquire.

4. Conſidera id, quod S. Protomartyrem adeò miſericordem fecit erga ſuos perſecutores, haud dubiè fuiſſe exemplum Chriſti, quod paulò antè ſpectaverat. & hoc quoque præ omnibus movere te debet. unde audis hortantem Apoſtolũ: *Sicut & Chriſtus donavit vobis, ita & vos.* Condonatio offenſæ non fit vi ullius alterius dilectionis, facilè conceſſerim, fit ſolius vi miſericordiæ. Sed ecce ut ad hoc ipſum Chriſtus & quidem tui causâ pervenit: hinc eſt, quòd redemptio mundi Miſericordiæ tribuatur potiùs à ſacris Paginis, quàm cuivis alteri generi amoris inſeri. *Per viſcera Miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto.* Luc. 1. v. 78. *Secundùm ſuã miſericordiã ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis.* Tit. 2. v. 5. *Secundùm miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem vivam.* 1. Pet. 1. v. 3. Itaque ſi ad miſericordiæ Deus adduci potuit, ut humanâ carne indutus pro te ſe immolaret ingrato) in Crucis ſtipite moreretur; an non vi ejuſdem tu quoque adduci poteris, ut boni quidpiam facias, ut velis his, qui etiam injuſtè te offenderunt? Poteris ſanè, ſi velis: nam in promptu eſt gratia. & ô te beatum, ſi hoc conſequaris! aquiris hinc pignus ſalutis, quod inveniri poſſit, conſiſimum: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Matt. 5.

XXVII.

S. Joannes Apoſtolus.

Nunquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponit nidum ſuum? in petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus. Inde contemplatur eſcam, & de longè oculi ejus proſpiciunt. Pulli ejus lambent ſanguinem, & ubicunque cadaver fuerit, ſtatim adeſt. Iob 39 v. 27.

1. COnſidera, omnes Interpretes ſenſu myſtico hìc intelligere per Aquilam verum Contemplatorem, Aquilæ comparatũ ratione Inſtinctûs: & quis ille inſtinctus Aquilæ? altum evolare. nec iſtud tantùm, ſed jugi gaudere

gaudere celsissimis. sic ille. quò altiùs enititur, hoc ampliùs invenit satisfactionis. *In arduis ponit nidum suum.* non *in altis* duntaxat, sed *in arduis.* sex sunt gradus Contemplationis. primus est in sola Imaginatione, & est ille, quo contemplamur res istas visibiles, & earum miramur multitudinem, varietatem, elegantiam, dotésque ceteras, quas soli sensus nobis repræsentant, atque in ijs laudamus Deum. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.* Ps. 103. v. 24. Secundus est in Imaginatione, cui Ratio adminiculatur: & est ille, quo non solùm res contemplamur visibiles modo, quem diximus, sed insuper rationis adminiculo investigamus dotes occultas, finem, ob quem sunt conditæ, aptitudinem, differentiam, utilitatem & alias earum conditiones, quæ non apparent primo statim intuitu. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.* Ps. 138. v. 14. Tertius est in Ratione, quam juvet Imaginatio; & est ille, quo ex visibilibus levamur ad cognoscenda invisibilia. *Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur.* Rom. 1. v. 20. neque solùm è rebus creatis colligimus creatorem, quod est ijs uti ceu scalâ, sed insuper in proprietatibus, quas cernimus, exempli causâ in aqua, in seminibus, in sole quasi reflexione quadam contemplamur proprietates Gratiæ, cùm sanctitatem largitur, Inspiratationum, cùm radices agunt, Intelligentiarum, cùm assistunt, Christi, cùm bona omnia infert mundo: id quod est ex ijs quasi speculum formare: *Interroga jumenta, & docebunt te &c.* Job. 12. v. 7. Quartus est in Ratione, quam adjuvet Ratio; & est ille, quo Ratio amoto, quoad potest, sensuum officio, se figit in contemplandis veritatibus purè spiritualibus, & illas, quas intelligit, v. g. delectationem, quam percipit, in se solis intuetur *directè*; quas verò non intelligit, ab aliis deducit similibus, quas intelligit, v. g. à delectatione, quam subministrant scientiæ humanæ, deducit id, quod dabit visio beata. *Creavit illis scientiam Spiritûs* Eccl. 17. v. 6. Quintus est superior Ratione, sed non adversus: & est ille, quo contemplamur veritates, quas sola Ratio integrè assequi non potest per se ipsam, sed haud ægrè approbat, cùm fuerint revelatæ, imò illis penitus aquiescit. Tales sunt simplicitas, ut loquimur, Essentiæ Divinæ, Immensitas, Infinitas, & aliæ ejus prærogativæ Ratione quidem superiores, sed non contrariæ, quas Fides manifestat. *Audi Israël, Dominus Deus noster Dominus unus est.* Deut. 6. v. 4. Sextus non tantùm superat Rationem, sed conculcat: & ut talis complectitur fidei veritates pertinentes ad Trinitatem personarum Divinarum, & alia ejusmodi mysteria, quibus Ratio naturâ sua repugnare consuevit; & tamen illuminata à Deo non modò non repugnat, sed ijs magis delectatur quàm aliis, & gaudet, cùm videt se vinci simul & roborari. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram*

ſtram. Job. 36. v. 26. Primi gradus referuntur ad res ſenſibiles, ſecundi ad Intelligibiles, tertij ad Incomprehenſibiles. atque adeò primi ſunt faciles, ſecundi alti, tertij ardui, atque hìc demum Aquila libenter nidum ſuum collocat. quia ſpiritus Contemplantis tranſiens colles, quieſcit in montibus, ſed in jugis nidificat. *In arduis ponit nidum ſuum* hoc eſt in ijs veritatibus diligentiùs verſatur, quas fides aperuit; & nunc gaudet videre, quàm aptè Rationi conſentiant, nunc gaudet videre, quantum illam tranſcendant. Tu dum audis de Inſtinctu tam nobili, qui datus eſt Aquilæ, ſtatim intelligis, quid facere oporteat, ſi Deus eò uſque te vocare dignabitur. Interea adverte, ſi è Contemplantium numero Aquila maxima cenſetur fuiſſe S. Joannes Evangeliſta, hinc eſſe, quia nemo primos ſuos volatus altiùs extulit, eò ſcilicet, ubi ſolent alij finire ſuos: *In principio erat Verbum &c.*

2. Conſidera, Aquilam amare juga, ſed non quæcunque: *in Petris manet*, quia verus Contemplator non ſimpliciter gaudet arcanis revelatis à Fide, quia ſunt adeò ſublimia, ſed quia ſunt fidei, hoc eſt firma, ſolida, ſecura, inconcuſſa. Hæc eſt ſublimitas illi gratiſſima. *Munimenta ſaxorum ſublimitas ejus.* Iſ. 33. niſi quòd myſteria nobis revelata per fidem in duas claſſes dividuntur. quædam pertinent ad Divinitatem, alia ad Humanitatem Chriſti. unde vides duplicis generis eſſe petras illas excelſiſſimas, in quibus Aquila libentiùs commoratur, quædam ſunt inacceſſibiles ob celſitudinem, aliæ non ſolùm ob celſitudinem, ſed quia ſunt præruptæ. *In præruptis ſilicibus commoratur, & inacceſſis rupibus.* In rupibus inacceſſis repræſentantur myſteria Divinitatis, quæ equidem altitudine ſuâ terrent intellectus infirmorum in fide, qui tamen ſi capere nequeunt, ſaltem mirantur. *Dignè enim invenire non poſſumus: magnus fortitudine, & judicio, & juſtitiâ, & enarrari non poteſt, ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari, qui ſe dicunt eſſe ſapientes.* Job. 37. v. 14. In præcipitijs præruptis ſignantur myſteria Humanitatis, ad quæ tam multi continuò cervicem frangunt. *Offenderunt enim in lapidem offenſionis.* Rom. 9. v. 32. dum ſuperbi, quia non capiunt, explodunt. *Nos autem prædicamus Chriſtum Crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.* 1. Cor. 1. v. 23. Verus Contemplator Aquilam imitatus pariter nidum facit *in præruptis ſilicibus, & inacceſſis rupibus.* Ita eſt, quia facit *in præruptis ſilicibus*, quia prius ſatis diu moratur in myſteriis Humanitatis: deinde *inacceſſis rupibus*, quia tranſit ad illa Divinitatis. ſed progreſſu temporis ab his ad illa, & rurſum ab illis ad iſta ultro citroque commeat, uti facit Aquila adulta, cùm utrobique petram inveniat æquè firmam, in qua commoretur. *In inacceſſis rupibus* liberum habet campum aſpiciendi ſolem ſuis plenum fulgoribus. *In præruptis ſilicibus* tutum habet refugium à ventis, à tempeſtatibus, à turbinibus, à plu-

pluvijs, cùm tenebrescit. Et tu ad proprium profectum adhuc disce, ut, si in mysterijs Divinitatis quasi Beatos æmuleris in videndo DEO, in mysterijs Humanitatis te contra sævas tempestates tueatis, quibus repentè in jugis suis etiam Aquilæ exponuntur. succedunt tempora desolationis, tristitiæ, tædij, adversitatis. tunc quid agas? convola ad plagas Christi pro te vulneribus proscissi. *Ingredietur scissuras petrarum, & in cavernas Saxorum à facie formidinis Domini.* Is. 2. v. 21.

3. Considera Aquilam *commorari in inaccessis rupibus*, ne in loco tam edito molestiam patiatur ab hominibus: & commorari *in præruptis silicibus*, ut neque patiatur à bestijs, maximè voracibus, cum quibus non facilè sine gravi necessitate dimicat. Duo hæc emolumenta tu quoque referes, commorando ad modum Aquilæ jam *in inaccessis rupibus*, jam *in præruptis silicibus*. Cùm vis effugere conversationem hominum molestam, evade in rupes, insiste contemplationi gaudiorum inexplicabilium, quibus fruuntur, qui manifestum DEI vultum cernunt, & fastidies consortium omnium, quos infrà reliquisti. *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Phil. 3. v. 20. Cùm vis effugere persecutiones dæmonum tibi infensorum, evade in prærupta, penetra in mysteria Christi pauperis, despecti, deformis, laniati, tunc enim dæmones minùs habent animi appropinquandi.

4. Considera verum Contemplatorem non ita abripi gustu solitudinis, ut nolit eam deserere, si agatur de anima è peccato eruendâ. imò hic est cibus, quo nutritur. *Esca justorum est conversatio peccatorum*, inquit S. Gregorius in hunc locum. Unde eam etiam è summis culminibus prospicit. *inde contemplatur escam.* & sicut habet oculos etiam eminus prospiciendi miserias peccatorum, qui non solùm Deo sunt mortui, sed putruerunt in vitijs suis: *De longè oculi ejus prospiciunt*; ita ingenti Zelo quasi fame stimulatus, recto rapidóque volatu fertur in prædam: *ubicunque cadaver fuerit, statim adest.* Hoc est agere ad modum Aquilæ excelsæ, non solùm contemplationi sed & venationi esse intentum. & sic etiam Joannes Evangelista facit modis tam diversis. Unde si eum admireris, cùm vides in vertice montium figentem oculos in disco solis tanquam Aquilam solitariam, non minùs eum debes admirari, cùm vides ætate decrepitâ per præcipitia & prærupta currentem non alio fine, quàm ut juvenem effrenem assequatur, & obtineat instar Aquilæ prædatricis. *Sicut Aquila volans ad escam.* Job. 9. v. 26. Hæc est vita illa pulchra, vita mixta, quæ Contemplationem cum Actione conjungit. Atque hæc est vita Aquilæ. *In arduis ponit nidum suum*, & tamen *ubicunque cadaver fuerit, statim adest.*

5. Considera hoc non intelligendum de Tyronibus. & ideo si Contemplator adultus quasi Aquila transit à Contemplatione ad Actionem, & ab Actione ad Contemplationem, non illico

lico id permittit suis etiam Alumnis. Curat, ut isti potiùs initio sint dediti solitudini, silentio, orationi, venatûs autem habeant subinde gustum aliquem, sed non lautum. unde dicitur: *Pulli ejus lambent sanguinem.* Parùm non est, quòd isti sub initium incipiant assuefacere palatum gustandæ summæ suavitati, quam affert anima etiam ringente diabolo extracta peccatis. Succedet tempus, quo transituri sunt à linctu sanguinis ad profluvium, quo pectus & pennas proluant, adeò vehemens erit venatus, quem instituent, ut unguibus dæmonum eripiant cadaver aliquod fætentissimum, cujus interitum ex alto prospiciebant. Sed dum tempus istud adveniat, satis est in eis accendere amorem sanguinis tam dulcis. atque hoc est, quod hodierna Aquila suis faciebat filiolis dilectis. *Quoniam ille animam suam pro nobis posuit*, dicebat, *debemus & nos pro fratribus animas ponere.* Jo. 3. v. 16. eos invitabat tanquam Aquila generosa ad sanguinem saltem desiderio libandum.

6. Considera, quemadmodum per Aquilam hoc loco sacri Interpretes consensu unanimi Contemplatorem intelligunt, ita eosdem observare, neminem ad contemplationem lege ordinariâ elevari. *Numquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila?* necesse est, ut DEUS se solo eò nos elevet. *Sustollam te super altitudines terræ.* Isa. 58. v. 14. Venient dies, quibus etiam Aquila lassatur, nec ampliùs sentit in se vires, & ad volatus suos solitum vigorem. tunc igitur quid agendum? expectandum humiliter præceptum Domini, quo denuo excitetur. & si interim nequeat evolare in culmina, consistat in montibus. & si nec montes possit assequi, non transeat colles; vult quippe DEUS, ut etiam Aquila intelligat, si habeat in contemplatione duas alas aliàs tam validas, quales sunt Cognitio & Amor, eas non habere à se. *Datæ sunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, ut volaret in desertum.* Apoc. 12. v. 14. neque dicas de Justis, qui specialiter Domino confidunt, qui *sperant in Domino*, scriptum invenies: *assument pennas sicut Aquilæ.* Isa. 40. v. 31. *assument* enimverò, sed assumentur, cùm fuerint illis oblatæ à DEO. & per hoc indicatur discrimen inter eos, qui plurimum confidunt DEO, & qui non confidunt. nam qui confidunt, cùm poterunt aliquando imitari Aquilas altis obsecundando volatibus, ad quos DEUS illos invitat, tam per cognitionem, quàm per amorem, nolent ob pusillanimitatem, aut metum, aut antiquæ suæ methodi amorem, hærere in imo, uti faciunt, qui non confidunt. Ceterùm si per se ipsos *assument pennas sicut Aquilæ*, qui *sperant in Domino*, non idcirco eas aliorum poterunt aptare humeris: *assument sibi, non assument alijs.* & ideo ad id, quod donum est, necesse est expectare, dum DEUS offerat, etiam manifestè, antequam procedas ad usum, & quantumvis id, quod donũ est, possit aliquando honestè postulari à DEO; nihilominus invenitur equidem in Scripturis Sacris, qui

qui petiverit à DEO alas Columbæ: *Quis dabit mihi pennas sicut Columbæ, & volabo, & requiescam?* Ps. 54. v. 6. Sed qui petiverit alas Aquilæ, non invenitur. quia Columbæ datæ sunt alæ ram pernices & rapidæ, ut ad tuendam salutem & vitam ad usque Regionem aëris fugâ sibi possit consulere. Aquilæ autem datæ sunt, ut illi Regioni etiam dominetur.

XXVIII.

Sancti Innocentes.

Ecce, quibus non erat Judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes. Jer. 49. v. 12.

1. COnsidera, quàm sis delicatus, si terrearis illâ exiguâ adversitate vel ærumnâ, quam DEUS tibi immittit, ut Cœlum largiatur. Infantes isti innocentes, ut eo potirentur, vix nati crudelissimam sustinere mortem debuerunt, confossi & jugulati in conspectu Matrum, & tu obtinere vis gratis? ô quantum falleris! *Ecce, quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes.* Dicit: *quibus non erat judicium*, quia sicut infantes illi nondum erant judicio præditi, ita non solùm capaces non erant ejusmodi pœnæ, sed nec quæstionis quidem, adeò erat eorum explorata innocentia. & tamen biberunt calicem quasi Rei, & quasi Rei mortis, ut adeò totum biberent usque ad fundum: *bibentes biberunt.* & tu cùm sis reus, querelas & lamenta prodis, si tibi stillas aliquas bibere contingat? Perge sanè nunc tuis indulgere cupiditatibus, risibus, jocis, salebus vacare, litare genio: quod hìc non pateris, ibi patieris. *Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perveniet calix: inebriaberis, atque nudaberis.* Thr. 14. v. 21. *Inebriaberis* omni illa amaritudine, cujus modò nec libare guttam sustines: *Nudaberis* omni illa sive voluptate, sive honore & gloria, quæ nunc uniuntur ad pariendam tibi lætitiam.

2. Considera nomine calicis hìc intelligi Justitiam vindicativam juxta illud: *Calix in manu Domini vini meri, plenus mixto.* Ps. 74. v. 7. & ideo bene nota ejus qualitates. Est *Calix*, quia hæc Justitia usurpatur à DEO ad mensuram, hoc est, secundùm quantitatem vel qualitatem delicti, quod est plectendum. *Potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Ps. 79. v. 6.

Est *vini meri*, quia sicut merum vim habet ita prosternendi vires hominis, ut ipse jam non sit potens sui nec quoad facultates animi, nec quoad corporis sensus, sic & Justitia Divina. hinc potest homo sæpe ab humana se defendere, illi se subducere, vel eam evitare, ut qui mentis est compos; sed à Divina non potest. necesse est instar ebrij ejus se permittere potestati. *Sume calicem vini furoris hujus de manu meâ, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te: & bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos.* Jer. 25. v. 15. Est vini meri, sed non ejusdem generis: *Vini meri plenus mixto*: quia Justitia Divina non est alligata à legibus uni soli generi supplicij, sicut humana, sed multis miscetur. *Ignis & sulphur, & Spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Ps. 10. v. 7. *Est in manu Domini*, quia in ejus est potestate talem exercere Justitiam, quando placet; non est illi locus designatus, vel tempus quemadmodum Judicibus humanis. hoc facit, quod vult. *Inclinavit ex hoc in hoc.* & quantumvis multi inde hauriant, semper superest omnibus. *Veruntamen fæx ejus non est exinanita.* & tu renues bibere calicem tunc, cùm eum tibi Dominus in præsenti vita propinat? Cave: quia si bibere illum debent Innocentes, solùm quia descendunt de vitiosâ stirpe Adami; multò magis eum bibent Peccatores, hoc est, qui tot onerati sunt culpis, quas ipsi commiserunt. *Bibent omnes peccatores terræ.* quâ igitur ratione tu solus tot inter vis esse impunis? *Non eris innocens, sed bibens bibes:* hoc est, nisi volueris bibere talem calicem ex amore, bibere necesse erit quantumvis invitum. *Cùmque voluerint accipere calicem de manu tuâ, ut bibant, dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis.* Jer. 25. v. 28.

3. Considera videri tibi aliquâdo adeò durum insectationes sustinere vel pœnas quamvis innocentem, ut dicere non verearis, minùs te questurum, si esses reus. sed numquid hic maximus est error? an ergo malles bibere Calicem Justitiæ Divinæ potiùs instar Herodis, qui ex rabie, cùm videret se lentè mori corrosum à vermibus, veram sibi cultello eripere moliebatur, quàm ut infantes ab Herode occisi? summum malum, quod metui in mundo potest, non est pœna, sed culpa. unde DEUS, ut evitetur culpa, intentat pœnam. & tu malis illam cum ista, quàm istam sine illa. non sic age, patere, ut DEUS hìc te vexari sinat & puniri quemvis innocentem. tempus erit, cùm reddet tibi justas vices. Ecce quomodo calix intra paucos annos ab innocentibus transiit ad Herodem! ita crede de te pariter futurum. *Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ: non adijcies, ut bibas illum ultra, & ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt.* Isa. 51. v. 22.

XXIX.

Multifariam, multisque modis olim DEUS loquens Patribus in Prophetis novissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit haredem Universorum, per quem fecit & sæcula. Hebr. 11.

V. COnsidera mirum tibi videri posse, quòd tam diversus sit usus novæ legis ab eo, quod fieri in veteri solebat. In veteri non erat licitum duntaxat, sed etiam laudabile de eo, quod agendum erat, Divinum consulere Oraculum & prodigiosum expectare responsum: *Domine DEVS, unde scire possum?* Gen. 15. v. 8. adeò, ut non rarò etiam sine reprehensi, qui hoc negligebant. *Os Domini non interrogaverunt.* Isa. 30. v. 2. *Os meum non interrogâstis.* Isa. 30. v. 2. Ultro inquirebant Prophetas, & de minimis interrogabant. *Venite, & eamus ad videntem.* 1. Reg. 9. v. 9. nec solùm petere licebat signa quædam Prognostica, sed aliquando etiam visiones, apparitiones, & indicia manifesta: imò ista offerebantur: *Pete tibi signum à Domino DEO tuo in profundum Inferni, sive in excelsum suprà.* Isa. 7. v. 11. Jam verò nihil horum fieri potest. *Judæi signa petunt.* 1. Cor. 1. v. 2. qui hoc faceret inter cultores Christi, non modò laudem non ferret, sed vituperium. & nihil probatur magis, quàm si omnia, quæ gerenda suscipimus, DEO quidem commendemus, sed eorum eventum ante tempus investigare nolimus. Videri hoc mirum potest, non nego. Sed hoc inde provenit, quia nondum intelligis, quantum boni DEUS nobis præstiterit, cùm Christum dedit. hunc largiendo nobis dixit, quidquid dicere potuit. *Verbum breviatum fecit Dominus super terram.* Rom. 9. v. 28. Ratio est, quia omnia, quæ olim populo suo dicebat Dominus, toties & tot modis loquens in Prophetis suis, referebantur ad prænunciandum Christum. *Finis legis Christus ad Justitiam omni credenti.* Rom. 10. v. 4. & quamvis sæpe de aliis negotijs responsa daret, ut an esset procedendum, an confligendum; hæc ipsa negotia erant quidam typus eorum, quæ à Christo, & ejus sectatoribus agenda erant. *Omnia in figurâ contingebant illis.* 1. Cor. 10. & ideo æquum erat peti à DEO modum certum, manifestum, & penitus exactum eorum, quæ erant executioni danda, quia nemo nisi DEUS rescire potuit, quomodo figura esset efformanda, ut responderet figurato. Id verò jam comparuit: *Multifariam, multisque modis olim DEVS loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Unde finitis jam

figuris aliud non superest, quàm ipsum contemplari figuratum, audire, quæ dixit adveniens in Mundum, videre, quæ gessit. Hoc facientes sciemus, quales in quovis opere nos gerere oporteat, & ideo cur aliud quæramus? qui habet ipsum prototypon, non requirit magistrum, ut ab illo intelligat? quomodo tractandum penicillum; sufficit videre prototypon, & illud depingere.

2. Considera hoc posito, quanta sit ætatis nostræ præ antiquis seculis prærogativa. Olim, id est, in antiqua Lege equidem loquebatur Deus, sed paucis duntaxat: *Patribus*, nempe soli Populo Hebræo. in nova, *diebus istis*, locutus est illi populo, & ceteris omnibus. *Palàm apparui his, qui me non interrogabant*. Rom. 10. v. 20. ideo additur eum esse locutum *novissimè*, ultimâ vice, quia posthac non ampliùs loquetur. unde si priùs una lex supervenit alteri tanquam imperfectæ, unum vaticinium alteri, una veritas alteri, nunc in lege Evangelicâ omnia dicta sunt cum perfectione: *Consummatum est*. Jo. 19. v. 30. Olim Dominus loquebatur servis per os servorum, *in Prophetis*. nunc, *diebus istis* locutus est servis per os filij. *locutus est in filio*. quæ causa est, ut Prophetæ loquerentur more servorum, identidem repetentes: *Hæc dicit Dominus &c.* Filius autem locutus est ut Dominus: *Ego autem dico vobis &c.* Matt. 5. & cùm illi locuti sint obscurè, ut solent servi, qui non habent omnino perspecta arcana Domini: *servus nescit, quid faciat Dominus ejus*. Jo. 15. v. 15. ille locutus est charitate mirabili, tanquam filius omnium conscius. *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*. Jo. 1. *Olim* loquebatur Dominus *multifariam, multisque modis*, uti faciunt, qui non simul omnia exponunt. *Diebus istis* eundem servavit modum, breviorem quidem, sed & lectiorem. Vide ergo, an habeas excusationem, si non agnoscas summum beneficium, quod Deus tibi præstitit cùm nasci te voluit non *olim*, sed *diebus istis*, quibus nos vivimus. *in quos fines seculorum devenerunt*. 1. Cor. 10. v. 11. Non est ergo, quod nunc velis, nisi habere oculos & aures intentos Christo. hunc observa, ut discas, qualem se gesserit: hunc audi, ut intelligas, quid dixerit: & ô quantum illico perspicies, quod pertineat ad salutem animæ tuæ! pro utilitate corporis ne cures ampliùs nosse quidquam, ut olim erat usitatum quia si Judæis multa laudi dabantur in hoc genere servandi vitam caducam, ideo fiebat, quòd spes esset jam jam videndi Christum. unde moriturus Ezechias tantopere lugebat, dicebàtque: *Quæsivi residuum annorum meorum, dixit non videbo Dominum in terra viventium*. Isa. 38. v. 11. & ideo ubi eum videre contingit Simeoni, *Nunc dimittis*, ajebat, *servum tuum Domine &c. quia viderunt oculi mei salutare tuum*. Jam verò cessavit respectus iste laudabilis. imò Christum videndi alius modus jam non est nisi per mortem. ideo parùm esse solicitum pro corpore oportet. de anima cogita, & de hac quantum

tum scire cupies, statim cognosces, si quæras non amplius è servis tui Principis, sed è filio.

3. Considera, quàm malè sibi consulat, qui desiderio cogitationem in solo Deo figendi, animum semper abstrahit, à consideratione eorum, quæ Christus fecit. Iste in hac terra nostrum debet esse oraculum in omni negotio, in omni incessu. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* Quomodo igitur venire unquam tempus potest, in quo non oporteat agere cum ipso? agere de facie ad faciem cum Deo revelato nobis reservatur in cœlum: in terra jubentur agere cum Deo velato. an nescimus, quòd *in Christo inhabitet omnis plenitudo Divinitatis*, etiam *corporaliter?* Col. 2. v. 10. Ut ergo facilius Divinitatem invenias, tantò magis debilibus aptata est oculis, quantò minùs fulgurat. Ab ipso igitur ut homine sume exempla, quæ in illo imiteris ut Deo, adora Infinitatem, & Incomprehensibilitatem, quam credas. Hinc est, quòd ad eum describendum, qualis est, Deum simul & hominem, postquam dixit Apostolus: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in filio*, statim subjúgat, *quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula.* Cùm dicit: *quem constituit hæredem universorum*, de ipso loquitur secundùm Naturam humanam. Cùm dicit: *per quem fecit & sæcula*, de ipso loquitur secundùm Naturam Divinam. Secundùm Naturam humanam Christus constitutus hæres à Patre omnium bonorum Divinorum tanquam proprij Patrimonij, & sic etiam hæres omnium populorũ, Angelorum, Archangelorum, & quotquot cœlum, atque infernus habent spiritus subjectos Deo. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam &c.* Ps. 2. v. 8. unde de Christo secundùm eam naturam spectato hìc ait Apostolus: *Quem constituit Deus hæredem universorum.* Secundùm naturam divinam deinde author seculorum, & consequenter ceterorum omnium. Id, quod maximè omnium Philosophorum fatigavit ingenia, è rebus conditis, tempus fuit; tantam in se habet speciem Perpetui. quo posito, quid ille non fecerit, qui tempus fecit? Idcirco vides hìc non dicere Apostolum, *per quem fecit sæcula*, sed *per quem fecit & sæcula*, ut eâ ratione monstraret, quousque se extenderit potestas talis filij Divini, vel ad ipsa sæcula formanda. nec refert, quòd non dicat, *qui fecit sæcula*: sed *per quem Deus fecit sæcula*, quia particula *per* inter Personas Divinas non significat minorem potentiam, sed ordinatam. Dicitur per ipsum esse facta sæcula, quia per ipsum facta sunt tanquam per Ideam, sed quæ sit ejusdem cum Artifice substantiæ. Ceterùm si ipse est, *per quem* Pater ejus O. M. fecit sæcula, necesse est non solum Patrem, sed & ipsum ante sæcula fuisse: *Deus autem Rex noster ante sæcula.* Ps. 73. v. 13. Tu, dum eum contemplaris ut authorem sæculorum magnæ ejus po-

potentiæ te reverenter submittes: & dum contemplaris ut hæredem universalissimum bonorum, quæ Deus cuiquam dare possit: nec hæredem solum destinatum ab ipso, sed constitutum, hoc est, immobilem, ratum, fixum, intelliges aliam hæreditatem non esse tibi reliquam, nisi quam acceperis favore Christi. *Iustificati gratiæ ipsius hæredes simus, secundùm spem vitæ æternæ*, Tit. 3.

* * *

XXX.

Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Psal. 118. v. 129.

1. CONsidera, si sacræ paginæ plenæ sunt sensibus adeò mirandis, ut planè superent capacitatem mentis humanæ, videri posse sufficere debuisse sancto Regi eos purè credere, & nolle etiam investigare. & tamen hoc ille nō fecit. imò vel ob hoc ipsum ait se tam diligenter investigâsse eos sensus, quòd essent tam mirabiles. *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea.* & Ratio est, quia si ejusmodi investigatio nascitur ab exigua fide, quæ habeatur sententijs tam mirabilibus, ob arrogantiam execranda est, at quando nascitur ab amore, quo quis fertur in eas sententias, non solùm execranda non est, sed plurimum laudanda. *Susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent.* Act. 17. v. 11. Et quis demum est sapientum, qui libros suos emittat in lucem, ut contenti sint homines ea credere, quæ complectuntur? Ideo emittit in lucem, ut quisquis est capax non credendi tantùm, sed intelligendi, eos legat, evolvat, expendat, atque dispiciat, quantum verbis singulis ponderis subsit. *Verba prudentum statera ponderabuntur.* Eccl. 21. v. 28. quare igitur putasti Deum summæ sapientiæ alium tenuisse modum in libris sacris, quos ore proprio servis suis ipse dictavit? ideo dictavit, ut perpetuò circumstantes eos excutiamus, & rimemur, uti stari solet ad divitem auri venam. *Scrutamini scripturas.* Jo. 5. v. 39. Portò quid esset, si hunc honorem nolles habere Deo? dum potes simul mirari sapientiam (qui est celsissimus ille gradus, in quem desinit Contemplatio, facitque, ut anima tantisper hæreat attonita, atque absorpta. *Consideravi opera tua, & expavi.* Habac. 3. v. 1. 9. non debet sufficere, quòd credas, qui est gradus infimus, à quo fit initium, *Accedentem ad Deum oportet credere.* Heb. 11. v. 6.

2. Considera, duos esse sensus sacri Codicis Litteralem & spiritualem, qui alio quoque nomine Mysticus appellatur. uterque admiratione dignissimus est. *Mirabilia testimonia tua.* Sensus Litteralis est *immediatus*, vi ver-

verborum expressus: & est is, qui continet spiritualem, & ideo sistit quasi in cortice, & superficie externâ. sensus spiritualis est *meditatus*, & intus invenitur, uti Spiritus intus est in corpore, unde & spiritualis dicitur. *Vidi in dextra sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris.* Apoc. 5. v. 1. *Intus* sensu spirituali, *foris* Literali. Quò igitur magis dispicias hoc loco vim sermonis Divini, nota tantum inesse Deo sapientiæ, ut possit verbis significare res, quemadmodum nos solemus, intelligendo exempli causâ per Jerusalem Civitatem illam, quæ fuit Metropolis Palæstinæ, & simul per res ijs verbis significatas rursus possit significare alias, aliásque pro arbitrio. quod si nos quoque possimus aliquando, non possumus infinities, ut ille, qui mentem habet adeò illimitatam. & sic per Jerusalem potuit ille significare simul res alias, quæ non exprimuntur in cortice verborum, sed inveniri possunt in medulla ab eo, qui acutiore visu profundiùs penetrat. Verum est, quemadmodum Deus scripturis sacris aliud non spectavit, quàm ut revelaret, quæ sint à nobis credenda, quæ speranda, & quæ ex lege charitatis illi debitæ agenda; ita tria esse, ad quæ sensu spirituali allusit. 1. Ecclesiam militantem, quæ à Christo tanquam summo Capite fundanda erat in terra. & huc illa maximè referuntur, quæ oportet credere. II. Ecclesiam triumphantem, quæ à Christo fundanda erat in cœlo & huc præcipuè referuntur, quæ oportet sperare. III. Animam fidelem, quæ Christo erat desponsanda. & huc speciatim referuntur, quæ oportet agere, aut omittere, juxta tot præcepta in illo Charitatis quasi brevi epilogo comprehensa. Hinc est, quòd sensus spiritualis dividatur quasi in tres species eidem generi subjectas, in sensum allegoricum, anagogicum, & moralem, quem alij tropologicum vocant. Allegoricus pertinet ad Ecclesiam militantem, cujus olim lex antiqua typus, seu figura extitit. Anagogicus ad Ecclesiam triumphantem, cujus antiqua lex non tàm figura, quàm umbra fuit. Moralis ad animam nostram. atque ita voce istâ Jerusalem, quam exempli causâ adduxi, Dominus haud dubiè semper significare voluit Civitatem Palæstinæ Metropolim. sed eodem vocabulo præterea significare voluit nunc Ecclesiam militantem, nunc triumphantem, nunc Animam fidelem, nunc simul omnes, qui est modus loquendi sanè stupendus: *mirabilia testimonia tua.* & hæc locutio omnino apparet in psalmo: *Lauda Ierusalem Dominum.* quippe quæ ibi David vaticinatus est, juxta Litteram de beneficiis civitati Jerusalem à Deo conferendis, cùm finitâ captivitate Babylonicâ, denuo fuisset ædificata à Nehemia, longè magìs significare voluit juxta spiritum, de Ecclesia militante, déque Animâ sanctâ, quæ beneficio Contemplationis facta sit quodammodo Visio pacis. Tu igitur, cùm habeas in scripturis sacris idioma adeò mirandum, quidni ejus amore

accendaris, dicásque Deo: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea?* Apage Poëtarum versus inutiles, qui omni fictione sua non potuerunt tales comminisci fabulas, quarum pulchritudo æquaret veritates, quas Dominus in libro suo foris descripsit. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Ps. 118. v. 85. & si anno jam lapso istud Domino tuo præstitisti obsequium, ut attentissimâ curâ ejus te verbis impenderes, statue id te facturum anno etiam futuro. *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Ps. 118. v. 148.

3. Considera, sensus scripturæ spirituales etiam mysteria vocari. Ratio est, quia, quantumvis contineantur in litterali, sicut spiritus continetur in corpore, non idcirco statim appareat ut spiritus, qui ex corporis motu, imò aspectu, specie, colore vivido illico apparet. opus est ad illos inquirendos aliquo conatu, ut qui non modò sunt absconditi, sed abstrusi, qualia sunt cuncta mysteria. Unde Regius Propheta dicebat Deo: *Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea:* non solùm *consideravit ea*, sed *scrutata est*, quia minimè eam sibi potestatem arrogabat, ut absque labore statim penetraret sententias Divinas: sed studebat, speculabatur, indagabat, ut inveniret, quidquid latebat sensûs occulti. Verum est omnia ipsum retulisse ad salutem animæ suæ: hinc dicit: *Ideo scrutata est ea anima mea:* non solùm *intellectus meus*, sed *anima mea*, ut unâ voce complecteretur intellectu & voluntatem: *Anima mea desideravit te in nocte.* Isa. 26. v. 9. si in oratione piscari velis sensus scripturæ ad solum pascendum intellectum, non agis, quod oportet. Piscari debes, ut pastum intellectûs referas ad utilitatem voluntatis, quæ simul est inflammanda, ut vel majore firmitate credas, vel majore securitate speres, vel majore fervore ames id, quod Deus in profundo sermonis sui manifestat. atque hoc est verum donum, quod dicitur Intellectûs, non ad speculationem duntaxat, sed ad usum dirigitur. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* Ps. 118. v. 34. Unde vi illius non solùm considerare oportet sensus Divinos, ut intelligas, quales in se sint, sed ut intelligas, quid à te exigant, tanquam regulæ omnium tuorum actionum. si non habeas hoc donum, saltem in gradu notabili, ecce causam, quia opere non exerces, quod Deus vi hujus doni non semel cognoscendum dedit. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Psal. 110. v. 10.

* * *

XXXI.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula. Amen. Rom. 11. v. 36.

1. COnsidera, tres Personas Divinas eandem habere Potentiam, eandem Sapientiam, & Bonitatem: aliàs sequeretur eas non fore unum Deum, secus ac fides docet. *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.* 1. Joan. 5. v. 7. Potentia Divina est causa efficiens, à qua res conditæ accipiunt, quòd sint, & ideo tribuitur Patri tanquam Principio, à quo omnes ducunt originem. Sapientia est causa exemplaris, per quam recipiunt formam; & ideo tribuitur filio, qui procedit à Patre in ratione Imaginis, sed Imaginis substantialis, quæ repræsentat, quidquid pulchri potest à Deo rebus impertiri possibilibus. Bonitas est causa finalis, à qua recipiunt Ordinem, & ideo tribuitur Spiritui sancto, tanquam illi, qui à Patre, Filióque procedit in ratione Amoris, hoc est, moventis ad dandum id, cujus sunt naturâ suâ capaces, atque conservandum. His cognitis facilè intelliges sublimem sensum horum verborum: *Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula.* quæ hoc die postremo exeuntis anni expendenda sunt, ut omnium bonorum gloria reddatur Deo. Vult dicere Apostolus: *Quoniam sunt omnia ex ipso* tanquam Potente, *per ipsum* ut Sapientem, *in ipso* ut Bono, *ipsi gloria in sæcula.* In illis vocibus *Ex ipso, per ipsum, & in ipso* intellige Trinitatem personarũ. in illa *Ipsi* intellige Unitatem Naturæ: quæ cùm omnibus insit eadem, facit, ut non alia debeatur Patri, alia Filio, alia Spiritui sancto ob ea, quæ in publicum Mundi bonum operantur, sed ut eadem omnino debeatur, totâque omnibus tanquam uni eidémque Deo: *ipsi gloria. Ipsi*, hoc est, illi Deo, qui Potens est, & ideo *ex ipso omnia sunt*: qui Sapiens est, & *per ipsum sunt*: qui bonus est, & ideo *in ipso sunt.* Tu hoc loco immorare tantisper expendendæ Unioni tam pulchræ, quam habet tota Trinitas in operando ad tuam præcipuè utilitatem, & agnosce, quantum illi sis obstrictus: hortare te ipsum, ut totum pariter ejus servitio te impendas, totum quod potes, quod scis, quod amas, Deo sit dicatum, nec partiri velis cor tuum, sed totum illi soli transcribere. *In omni virtute tua dilige Deum, qui te fecit.* Eccl. 7. v. 32.

2. Considera, eum non dicere *de ipso omnia*, sed *ex ipso*: quia quantumvis omne id, quod est *de ipso*, sit etiam *ex ipso*, non tamen quidquid est *ex ipso*, etiam est *de ipso.* Filius est ejusdem cum Patre substantiæ, & ideo esse dicitur non solùm *ex ipso*, sed etiam *de ipso*

ipso, *Deus de Deo*. Res creatæ tales non sunt, & ideo non dicuntur esse *de ipso*, sed tantùm *ex ipso*. *Omnia ex Deo*. 1. Cor. 11. v. 12. Jam verò per *omnia* voluit Apostolus intelligere res etiam creatas, & hinc dixit *ex quo*, non dixit *de quo*; cùm particula *ex* non ordinetur ad exprimendum principium ejusdem substantiæ, ut particula *de*. *De vertice ramorum ejus tenerum distringam & plantabo super montem excelsum, & eminentem*. Ezech. 17. v. 22. Placeat hìc notare discrimen, quod te inter, & Dei Filium intercedit. Ille non solùm *ex ipso Deo est*, sed *de ipso*; tu solùm *ex ipso*. Verùm enimverò cùm hic ipse Filius te per gratiam voluerit esse participem naturæ, quam habet cum Patre communem, effecit ut esses quodammodo non solùm ex ipso, sed de ipso, & ita fieres tu quoque filius Dei. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Jo. 1. v. 12. Neque dicas Christum esse filium naturâ, te verò adoptione tantùm. nam imprimis an non videtur summus honor adoptari à Deo in filium proprium? tanti fit esse adoptatum à Principe terreno. quid erit ergo adoptari à Deo? Deinde considera, adoptionem Divinam in se ipsâ plurimùm differre ab humana. Humana facit, ut adoptatus participet hæreditatem Patris, sed non facit, ut participet naturam. Divina facit, ut hanc quoque participet. *Vt efficiamini Divinæ consortes naturæ*. ita jam olim justis omnibus S. Petrus dicebat. 2. P. 1. v. 4. nisi quòd in Christo ejusmodi natura sit forma quædam substantialis, quæ se ipsâ subsistit in ejus Personâ, tanquam supposito humano simul & Divino, atque idcirco dici potest Christus esse *Deus de Deo*. In justis verò ista forma est accidentalis, quæ illos jam invenit subsistentes in supposito metè humano, & ideo dici aliquâ ratione dij possunt. *Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes*. Ps. 81. at solùm *ex Deo*. *Ex Deo nati sunt*. Jo. 1. *omnis, qui natus est ex Deo, non peccat*. Jo. 3. *Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum*. Jo. 4. *Omnis, qui facit Iustitiam, ex ipso natus est*. Jo. 2. Cæterùm sicut id, quod primò tribuit homini id, quod est per naturam & est primum principium internum motûs naturalis, ejus dicitur Natura. Ita quod primò tribuit id, quod est supra naturam, & est primum principium internum motûs, qui actionum naturalium seriem transcendit, dici pariter ejus natura potest in hac serie, & talis est in homine Gratia, quam sanctificantem appellamus. & tu cùm dignitate sis præditus adeò excelsâ, an unquam eò adduci poteris, ut illâ contemptâ è filio Dei fias servus & mancipium diaboli?

3. Considera, sicut omnia sunt ex *ipso*, ita esse pariter *omnia per ipsum*, sed quia hæc vocula *per* parere possit ambiguitatem, nota Patrem in Divinis verè omnia facere *per filium*. *Omnia per ipsum facta sunt*. Jo. 1. v. 3. hoc autem quid est? an fortè quòd filius det Patri virtutem ea faciendi, quæ facit, uti dat Principibus terræ, quos proinde meritò per se regnare dicit?

Per

Per me reges regnant. Prov. 8. v. 15. haud sanè. nam Pater omnem virtutem suam habet à semet ipso; sensus igitur est, quòd Pater operetur, ut ita loquar, interveniente filio, sed modo quodam altissimo. dum enim cum illo Naturam communicat, etiam tribuit virtutem operandi, non instrumentalem, aut diminutam, aut diversam, sed eandem absque alio discrimine, nisi quòd Pater illam habeat à se, filius à Patre. hinc est, quòd & filius in omnibus sit Operans principalis, uti est Pater, & non tantùm secundarius: *quæcunque enim ille facit, hæc & filius similiter facit.* Jo. 5. non solùm facit, sed *similiter facit*: ad eorum confusionem, qui volebant inferiorem Patre. dicitur nihilominus *Pater facere per filium*, & non *filius per Patrem*, quia cùm non possit ordo in Personis Divinis accipi à virtute, quæ in omnibus eadem est, accipitur à Relationibus, quas inter se habent, Originis, quæ sunt diversæ. Est autem filius respectu Patris recta Ratio rerum omnium, quæ fieri ab illo possint tanquam summo Artifice, est Ars ipsius, sed Ars intima, innata, & ejusdem, cum illo substantiæ. Unde sicut non dicitur: *Ars operatur per Artificem*, sed *Artifex operatur per Artem.* ita non dicimus: *filius operatur per Patrem*, sed *Pater operatur per filium.* Tu cùm videas Deum non posse operari nisi Sapientiâ infinitâ, quæ est Ars ejus tam propria, quàm ipsa Natura, disce non tantùm eum amare in suis dispositionibus, & admirari in decretis, sed etiam revereri in abyssо Judiciorum, quæ mens tua capere non potest. *Quis dicere potest, cur ita facis?* Job. 9. v. 12.

4. Considera, sicut *omnia sunt ex ipso, & per ipsum*, ita esse etiam *in ipso.* Particula *In* contineri significat, & sic non solùm tertiæ Personæ, sed etiam ceteris potest tribui: dum omnia continentur in Patre, tanquam causâ effectrice, in filio tanquam causâ Exemplari: at si applices Spiritui sancto, uti hoc loco videtur applicata, causam significat movent em, quâ nitebatur rerum omnium procreatio, & nititur conservatio. Et hæc causa movens haud dubiè aliud non est, nisi Amor Divinus. *In charitate perpetuâ dilexi te.* Cùm Deus res non amet, quia sunt, more nostro, sed amando faciat, ut sint. Interim Divina Bonitas est, quæ sicut primò fecit esse res omnes creatas, ita easdem non finit in suum redire nihilum, ideo in eâ omnes subsistere dicuntur. *Abundaverunt deliciis in bonitate tuâ magnâ.* 2. Esdræ 7. v. 25. sed quis nescit Bonitatem, quæ perfectio ad voluntatem spectat, attribui Spiritui sancto, qui est primus Amor? Ideo de hoc præcipuè dicitur isto loco: *In ipso sunt omnia.* Accedit, quòd Spiritus sanctus sit quasi vinculum reciprocum inter Patrem & Filium, & ideo quasi fulcrum eorum, quæ operantur, juxta illud: *Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maximæ dilabuntur.* Itaque bonum illud, quod facit Concordia *in Divinis*, ab eadem fieri puta *in humanis.* Unde si in eo cætu, in quo degis, tu violes charitatem,

tem, scias, quantum in te est, te illi extremam afferre perniciem, quia Potentia & Sapientia sunt equidem necessariæ ad eam conservandam, sed non sufficiunt, opus est præterea unione. hæc verò unde veniet nisi ab amore reciproco unitorum?

5. Considera, quomodo proinde, ut vides, pariter *in Divinis* Patri tribuatur *Unitas*, Filio *Æqualitas*, Spiritui Sancto *Nexus*. Patri tribuitur Unitas, quia, cùm istam nihil præcedat, aptè repræsentat primum Principium, hoc est, unam summam Potentiam, quæ ab alio non accipit, sed omnibus dat esse. *Unus DEUS Pater, ex quo omnia.* 1. Cor. 8. Filio tribuitur Æqualitas (*non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEO.* Philip. 2. v. 6.) quia æqualitas debet esse saltem inter duos. & quamvis omnes tres Personæ Divinæ sine dubio inter se sint, & dicantur æquales, prima tamen Persona æqualitatem constituere nequit, ut quæ in sola Unitate non potest consistere. & tertia jam constitutam invenit, atque idcirco singulari quodam modo adscribitur secundæ, quæ ad eam constituendam est prima, illi, inquam, cui sapientia attribuitur, quia ad sapientiam spectat res æquare. Spiritui Sancto tribuitur nexus, qui ponit jam esse extrema, & illa conjungit. totus hic nexus, ut vides, fundatur in amore reciproco, qualis est inter Patrem & Filium. & huic Amori adscribitur Bonitas, quia hic facit Patrem & Filium ita consentire etiam in diffundendis extra se tot suis bonis, ut Pater nihil operetur sine Filio, nec Filius sine Patre, sed una sit utriusque operatio, sicut una est Virtus operandi. Quid erit ergo, si in aliqua communitate amor violetur reciprocus? non potest amplius quidquam veli retus, vel foris sperari boni.

6. Considera, quando dicitur: *Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia*, hac voce *omnia* intelligendum esse, quidquid est, quocunque modo, dum verè sit. ideo non sunt intelligenda illâ ratione peccata, quia ista non sunt propriè, sed per abusum dicuntur esse; nam aliter non sunt, quàm quatenus à perfectione deficiunt. Enigitur, quomodo in quocunque peccato simul deficiant tres istæ potissimum perfectiones Divinæ, quæ rebus singulis tribuunt, ut sint. Deficit potentia, qua peccare non est actus alicujus virtutis, sed debilitatis. virtus consistit in submittendis cupiditatibus inordinatis, ita ut vel invitæ pareant Rationi. Deficit Sapientia, quia peccare non est actus sapientiæ, sed ignorantiæ, vel potiùs cæcitatis. Deficit Bonitas, qua peccatum non solùm bonum non facit hominem, sed pessimum sibi, & aliis. quis ergo dubitet, cùm dicitur: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula*, per vocem *omnia* nullâ ratione comprehendi posse peccata? hinc est, quod peccata nihil esse dicantur. *Corripe me Domine, verumtamen in judicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* Jer. 10. Enimverò si sunt nihilum, sunt planè nihilum, quod inve-

inveniri possit, horribilissimum: quia hominem eatenus esse sinunt, quatenùs optare debeat aliquando non esse. & tu non perinde rogabis Dominum, ne ad tale nihilum te redigat? Tunc dicitur te redigere ad hoc nihilum, quando tibi negat illa auxilia specialia, & abundantia, quibus tua te tepiditas reddit indignum. his enim subtractis ipse mox aliud non potes quàm peccare. *Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.* Ps. 57. v. 7.

7. Considera, quàm legitima sit ista consequentia: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*: Ergo nullus adscribere sibi debet gloriam ullius rei, sed eam dare DEO, *ipsi gloria in secula.* Et quando tibi adscribis gloriam alicujus boni, quod fortè feceris? cùm inde tibi places, aut te jactas perinde, ac si tuis viribus fecisses. Hoc est furtum maximum, quod facere DEO possis: quia hoc est eripere DEO illam gloriam, quæ nonnisi ipsi convenire potest. Gloria naturâ suâ communis est etiam alijs præter DEUM ob bonum, quod faciunt. *Gloria omni operanti bonum.* Rom. 2. v. 10. Sed eo discrimine, quòd gloria, quæ datur alijs, ipsis dari non possit, ut sunt ipsi, sed ut operantur in virtute DEI. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* 2. Cor. 10. v. 17. illa sola, quæ datur DEO, dari ipsi potest, ut est ipse, absque ullâ restrictione. & tamen quoties te ipsum sumis pro fine gloriæ tuæ, & te consideras, ceu fores causa principalis ejus boni, quod agis? dic potiùs semper: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula.* & quare *in secula?* quia gloria, quæ cuilibet tribuitur, semper tribuenda est conveniens merito. Sed quis nescit, quòd idcirco danda esset DEO gloria infinita? quippe cùm infinita sit virtus, quâ operatur in re qualibet minimâ, infinita ars, infinitus amor, sequitur etiam infinitum esse meritum, quod habet inde Gloriam accipiendi. Cùm igitur res nulla creata DEO gloriam dare possit intensione infinitam, æquum est illi dari infinitam saltem extensione, id est, tot tantísque seculis productam, ut finiri nunquam possit. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula*: hoc est, *non aliqua gloria*, sed *omnes, gloria cordis, gloria oris, gloria operis. Amen.*

APPENDIX
PRO FESTIS MOBILIBUS.
Feriâ quintâ Majoris Hebdomadæ.

Sciens JESUS, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos. Joan. 13. v. 2.

1. COnsidera, quantus fuerit Christi in suos amor. Tantus scilicet, ut omnem pro illis vim suam & conatum exereret. Unde discessurus à suis, ut ad Patrem rediret, exequi id noluit, nisi priùs modum inveniret ineffabilem, quo discedere simul posset, & remanere. Id quod effectum est institutione sanctissimi Sacramenti. En igitur causam, quare hoc loco præcipuè dicat Evangelista: *Sciens IESVS, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos*: non solùm, quia *in finem* usque amare non destitit, sed quia fines omnes, si ita dicere fas est, amando transcendit, faciendo pro ipsis res inauditas, incredibiles, & majores his, quæ in Amante vel fabulis fingi poterant. Et tu ad tantum amoris excessum non confunderis? dic, quæso, quas tu artes excogitâsti, quas industrias, novitates, ne à Christo discederes, dum ille adeò prodigum invenit, ne discederet à te? & tamen quis tu, quis Christus?

2. Considera parùm fore, si Christus flagrantissimo in suos amore rus ad Patrem reperisset modum manendi cum ipsis in hoc misero Mundo, nisi & modum invenisset, quo deinde ad eundem Patrem secum illos perraheret. & ideo ecce, cur pariter dicatur: *Sciens IESVS, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc Mundo ad Patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos.* quasi dicat *dilexit*, ut faceret eos consequi finem suum ultimum. Ita est, stamen ille erat integro dolorum, opprobriorum, ærumnarum diluvio. Sed hæc erat ingens vis amoris, quòd non se, quantumvis omni dignum æstimatione, sed suos tantùm spectaret. *Dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis, oblationem & hostiam DEO.* Oblationem per ea, quæ egit in vita, *hostiam* per ea, quæ

quæ in morte est passus. Eph. 5. v. 2. Tu quid agis, dum credis hunc esse finem tuum, transire ex hoc mundo, ut Christum invenias, ubi ille sedet ad dextram Patris? quomodo satagis hunc consequi finem? Prodis sanè ô infelix, te non amare, nisi pari curâ & quocunque impendio ejus te reddere securum studeas. *Cupimus unumquemque vestrûm eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei usque in finem.* Hebr. 6. v. 11.

3. Considera amorem hominum ignem esse, qui mukò solet esse flagrantior in principio sui fervoris quàm in progressu. nam in progressu si non omnino extinguitur, saltem elanguescit. Talis non fuit amor Christi. fuit ille quoad substantiam semper æqualis, nisi malis dicere crevisse semper si non quoad substantiam, saltem quoad effectum. Unde vides, eò demum induxisse Christum, ut res faceret cunctorum animis obstupescendas: ut prostratus ad pedes inopum piscatorum eos singulis lavaret, ut cum ipsis ultimam cænam sumeret, ut in ea se ipsum præberet in cibum, intimè se illis conjungeret, & in eandem quasi coalescceret substantiam. & tamen an non sub idem tempus jam eorum sensit perfidiam, quibus tanta beneficia præstabat? satis sit dicere, quòd noverit inter eos esse, qui statuerit jam jam paucis denarijs illum prodere. & tamen id impedire non potuit, quò minùs eos pergeret amare, datis in dies teneræ dilectionis signis luculentioribus: *cùm dilexisset*, non ideo fessus, aut pertæsus, magis *dilexit*. Quid tu ad hæc, qui credis majus esse humanis viribus, ut ames non redamantem? Itaque si cesses benefacere proximo, quia is inhumanus & ingratus est, scias te longè majus tibi quàm ipsi inferre nocumentum. ille careat eo bono, quod benefaciendo præstares; & tu exercitio virtutis omnium, quæ in DEO resplendent, præclarissimæ, quòd benefaciat etiam ingratis: *Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Matt. 4. v. 44.

4. Considera, quomodo ad demonstrandam teneritudinem affectûs adeò stupendam erga discipulos, noluerit hîc Christus eos ab Evangelista Discipulos, sed dulciore vocabulo suos appellari. *Cùm dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos.* Omnes homines, quia ab illo sunt conditi, dici possunt sui, quis nescit? *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Jo. 1. Sed ut hoc titulo sint sui, nihil sanè conferunt homines: tunc aliquid conferunt, quando propriâ dedicatione fiunt sui: quidam dedicatione magis generali, qualis est omnium, qui ipsi adhærent per fidem: alij dedicatione magis particulari, qualis est eorum, qui illum propiùs sectantur, perfectè ejus consilia adimplendo. Tales erant discipuli, & hoc sensu ab Evangelista hoc loco dicti sunt sui. Vide ergo, an non ardenter eos amaverit. quia si etiam pro his, qui absque ullo prævio voluntatis concursu erant sui, inter duos latrones moriturus erat in Cruce, quid ab illo non poterant sibi polliceri

polliceri, qui non erant nati tantùm sui, sed & facti, atque modo facti quàm optimo? ex horum numero tu quoque esse potes, nec curas tamen? quàm pulchrum est dicere posse Christo: volo totus esse tuus! sed talis esse si velis, probè intellige, quid requiratur, nempe ut animeris eodem Spiritu. *Si quis Spiritum Christi non habet, non est ejus.* Rom. 8.

* * *

Die Parasceves.

Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, Justitiæ vivamus. 1. Pet. 2. v. 24.

1. COnsidera, qui fuerit finis Christo propositus, quando hodie inter dolores adeò acerbos in Cruce expiravit. non alius, quàm ut mortui peccato deinceps viveremus Integritati, Innocentiæ, Sanctitati. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui Justitiæ vivamus.* Non solùm ait, ut non peccemus ampliùs, sed ut præterea simus *mortui peccatis.* Qui mortuus est Mundo (uti sunt Religiosi, postquam vota sua solennia nuncupârunt) non censetur jam esse in Mundo. & ideo si in aliqua, quam deseruerunt, familiâ faciendus exempli gratiâ contractus Matrimonij, censûs, vel emptionis, ad eum servandum, de alijs cura est. Velle in ejusmodi occasionibus eorum uti obsequio perinde foret, ac siquis vellet uti mortuis, qui jam illati sunt tumulo. Tales nos esse oportet respectu peccati, quasi mortuos. *Existimate vos mortuos esse peccato.* Rom. 6. v. 1. Unde si nostro consulendum est commodo, consulatur sanè, sed aliâ viâ: peccando id fieri ampliùs non potest. *Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo?* Rom. 6. v. 2. ô mortem exoptandam! & hanc tamen in tua est potestate. Ideo Christus in illo pependit ligno durissimo, ut hanc mortem tibi impetraret: & tu eam aversaris? Vive sanè peccato, si tibi est animus diutiùs illud perpetrandi. Sed vide priùs, quàm horrendum sit malum, quod agis. Retulit tibi inutilem tantam copiam sanguinis pro salute tua fusi à Christo.

2. Considera, si adhuc peccatum contingat post mortem Christi, ideo peccari, quia nondum creditur, aut certè nondum capitur, quantum sit malum, à quo ut nos liberaret, necesse fuit ipsum DEI Filium tantos perferre cruciatus. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* non *alius*, sed *ipse, ipse.* Dicit *ipse*, quia si carnem assumpsissent omnes Angeli, quorum tamen tantus est numerus, & excellentia, & omnes essent in patibulo mortui, eodem modo, ut nunc Christus, laniatus

laniati & excarnificati, nec unum exolviſſent denarium in compenſationem peccati. neceſſaria fuit in hunc finem propria perſona JESU Chriſti, veri DEI ſimul & Hominis. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* 1. Jo. 2. Et quamvis certum omnino ſit, unâ ſanguinis ſtillâ ab ipſo profuſi, imò uno gemitu, vel ſuſpirio eum potuiſſe condignam præſtare ſatisfactionem pro peccato, ob infinitam meriti ſui dignitatem, nihilominus ſi neceſſe non fuit tanta illum pati etiam ad abundantiam, fuit ſaltem juſtum. & tu ex ſeveritate remedij non argues atrocitatem mali, cui fuit adhibitum? Quid indigniùs, quàm videre DEI Filium nudum ſtare ſub virgis lictorum? & tamen eo non contentus adijci virgis voluit etiam ſpinas, ſpinis clavos, clavis fel, felli acetum, abſynthium, & lanceas denique. Quid igitur ille ageret ampliùs ad demonſtrandum, odio ſibi eſſe peccatum? & tu tamen illud audebis aliquando committere quaſi per jocum? I nunc, & nega, ſi pores, hoc eſſe agere inſtar ſtulti. *Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus.* Prov. 10. v. 23.

3. Conſidera Chriſtum ſolviſſe peccata noſtra non in corpore duntaxat, ſed & in animo, tantæ erant anguſtiæ, quas illorum causâ intus ſuſtinuit. ſatis eſt, ſi dicam, ſolâ earum cogitatione ſanguinem in horto ſudâſſe. Nihilominus voluit hoc loco S. Petrus dicere potiùs: *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo,* quàm *in animo ſuo,* quia etſi dolores animi ſint magis in ſe ſenſibiles, dolores corporis ſunt magis ſenſibiles quoad nos. & quam excuſationem habebis, ſi non compungaris, dum Chriſtum vides tui causâ tam diræ tractatum? ſi etiam animus non ſimul eſſet afflictus mœrore, quem quidem cor humanum capere in terra poſſit, maximo, nunquid ſatis tibi eſt ejus intueri membra non quaſſata tantùm, & saucia, ſed lacerata? & tamen certum eſt, quemadmodum dolor internus aſſumptus eſt juxta menſuram ejus contritionis, quam de ſuis delictis habere oporteret omnes in hoc Mundo peccatores, ita externum fuiſſe ſuſceptum juxta proportionem pœnarum, quas ijs peccatis fuiſſent meriti. Iſtarum autem magnitudinem quis ſatis explicet? Itaque cùm iſtas ſola quantitate, vel qualitate tormentorum, quæ ipſi erant perferenda, æquare ſatis non poſſet, compenſavit acerbitate doloris, quem in ipſo potiùs quàm in alijs producebant, ſpectata exquiſita delicati corporis teneritudine, quod à Spiritu Sancto elaboratum, & præ omnibus ad patiendum efformatum fuit. Si tu intus non ſentis peccata à te patrata, cogita quantopere illa pro te ſenſerit Chriſtus Sapientia æterna. & ſi nihil eorum causa ſubeas pœnitentiæ externæ, vide, quantum pro te Chriſtus ſubiverit, & ſaltem gratias age, ſi nolis compati.

4. Conſidera, potuiſſe Chriſtum omnino expungere peccata noſtra rigida corporis caſtigatione ſuſceptâ per Cilicia, Jejunia, flagra, & alias ejusmodi maceraciones corporis, pœniten-

tibus consuetas: quia etiam hoc casu dicere cum veritate potuit: *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo.* sed his ipse contentus non fuit. voluit ea expungere vel in ipsa Cruce confixus. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* quia voluit summis doloribus etiam addi ignominiam, quod illis dignus haberetur à populo. non ignoras Crucis supplicium inter omnia delinquentibus eo tempore irrogari solita uti acerbissimum, ob universalem omnium ossium convulsionem, ita haud dubiè probrosissimum extitisse. *Morte turpissimâ condemnemus eum.* Sap. 7. v. 20. & hoc Christus sibi delegit ex omnibus, ut dispiceret, an vel sic confundere posset aliquando, & demittere Spiritum tuum superbum. Et ecce causam, quare non dicatur: *pœnas peccatorum nostrorum ipse pertulit super lignum, sed peccata nostra,* quia videri debebant ipsam esse non tantùm pœnæ peccatis nostris debitæ, sed & ipsa peccata; & tu hoc die non moveris ad excessum charitatis adeò ardentis? Ah quàm meritò rumpuntur petræ, & in frusta dissiliunt, ut doceant, quantò tu illis durior existas!

Sabbato Sancto.

Humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Philip. 2. v. 6.

1. COnsidera, uti primus actus superbiæ est repugnare voluntati superioris: *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo.* Eccl. 10. v. 4. ita primum actum humilitatis esse, illi se subijcere. Unde ad probandum, quòd Christus humiliaverit se ipsum ut homo Patri suo æterno, & sic omnem promeritus sit exaltationem, mox adducit Apostolus obedientiam, quam exhibuit. & qualem obedientiam? quæ unquam exerceri possit, maximè arduam: qualis est, quæ facit contemnere vitam, contemnere honorem, quem vel ipsi vitæ meritò anteponas. *Humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.* Quamdiu in ijs tantùm obedis, ad quæ aliàs tuus te genius inclinat, noli fidere tuæ ad parandum promptitudini. vera probatio est, quando propriæ obviandum voluntati. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Itaque hoc est insigne exemplum, quod Christus tibi dedit. Ad conspectum imminentis Passionis sensit equidem se impleri horrore, tristitiâ, tædio, tanta fuit repugnantia naturæ, quam habuit, cùm vidit suis se proditoribus datum in prædam. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Matt. 26. v. 38. Quid porro? an ideo fugit assultum? imò

omni

omni superatâ repugnantiâ non solùm fortiter venientem expectavit, sed ultro occurrit. *Sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quæritis?* Jo. 18. v. 4.

2. Considera, facilè potuisse Christum absque peccato illi sese subtrahere obedientiæ. quia Pater rigido præcepto non obligavit ad mortem subeundam pro redemptione Generis humani, & mortem quidem Crucis: solùm indicavit, id sibi gratum fore, cetera paratus ab ipso acceptare pro redemptione tali, si placeret, aliud quodcunque ejus opus, etsi nec doloris illi causa foret, nec contemptûs, adeò cuncta erant valoris infiniti. & tamen Christus, ut perfectissimam quæ inveniri posset, exerceret obedientiam, cui sufficit nôsse inclinationem vel nutum sui præsidis, mori voluit, & quidem in Cruce mori. Atque hoc est, quod hìc insinuat Apostolus, dum ait: *Humiliavit semet ipsum, factus obediens &c.* dicit Christum humiliâsse se ipsum, & non fuisse humiliatum, prout contigisset, si à Patre suo rigore præcepti fuisset adstrictus, ut modo adeò probroso se sineret occidi. *Nemo tollit animam meam à me*, hoc est, à me invito, *sed ego pono eam à me ipso.* Jo. 10. v. 18. Tu disce expectare præceptum non esse obedientis nobilis, sed servilis. Nobilis est quasi præcepto obsecundare nutui regentis, quod in cœlo Angeli solent respectu Dei: *facientes verbum illius ad audiendum vocem sermonum ejus*, non *imperiorum*, non *jussuum*, sed *sermonum* tantùm Ps. 102. v. 20. Quippe si obedientia in eo consistit, quòd quis se moveri patiatur vel ab ipso Deo, vel ab illo, qui ejus locũ in terra obtinet, quis nõ videt, quantò faciliùs te moveri sinis, tantò in obediendo perfectiorẽ te futurũ? *Admone illos*, ita Apostolus præcipit, *Principibus*, qui sunt superiores majores, & *Potestatibus*; qui sunt eorum ministri, *subditos esse*: at quomodo? *Dicto obedire.* Tit. 3. v. 1.

3. Considera, illam obedientiam, quam moriens in Cruce Christus exercuit, non fuisse positam in sola executione Voluntatis Paternæ, sed adimplendis illis omnibus præceptis, quæ continebantur in lege, quorum tantus erat numerus. Et tamen moriendo potuit Christus verè dicere, eo actu quasi compendio illa omnia se fuisse executum, *consummatum est*, quamvis ut superior lege nulli sanè fuisset subjectus. Omnia præcepta antiquitus ad tres classes reducebantur, Moralium, Cermoniarum, & Legalium. En igitur quàm perfectè illa Christus in Cruce adimpleverit. Adimplevit Moralia, quia fundantur ista, uti est notissimum, in illis duobus adeò celebratis Charitatis erga Deum & proximum. Quis unquam in terra extitit, qui utcumque majore perfectione quàm Christus impleverit, dum inter tantos cruciatus mortem objit non alio fine, nisi placendi Patri suo Cœlesti, & redimendi genus humanum? Intuitu Patris dicebat: *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem &c. surgite eamus hinc*, hoc est, *ad locum passionis.* Jo. 14. v. 31. & intuitu hominum dicebat etiam

iam de se loquens. *Majorem dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Jo. 15. v. 13. Adimplevit Ceremonialia: nam ista præcipuè ad oblationes variis occasionibus faciendas Deo, & sacrificia referebantur. quis autem nescit ista demum aliud non fuisse quàm typum eorum, quæ Christus facturus erat in Cruce moriens? & ideo quis ea melius implevit, quàm qui de se ipso solennissimum fecit sacrificium, tot alijs olim præsignatum? *Tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Eph. 5. v. 1. Adimplevit Legalia: non ista summatim dirigebantur ad resarciendas præsertim injurias alijs illatas, & damna restauranda. & quoad ista pariter dici potest Christus illa præ quovis alio adimplêsse, quia se ipso solvit modo adeò horrendo culpas non suas. *Quæ non rapui, tunc exolvebam.* Pf. 68. Tu interim vide, qualis fuerit illa virtus, quæ de Domino tuo in morte luculentiùs triumphavit. Obedientia fuit: quia, quantumvis verissimè ex amore sit mortuus: *Dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis.* Eph. 5. v. 1. noluit tamen, ut amor illum determinaret ad mortem, sed Obedientia, quam pro norma in omnibus habuit, quæ pro salute Mundi suscepit. *In capite libri scriptum est de me; ut facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Pf. 39. v. 8. Et tu majorem habebis rationem alterius virtutis, quàm istius, à quo legem accipere ipse amor debet?

4. Considera, humilitati debitam exaltationem, eóque majorem, quanto major illa extitit. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Matt. 27. v. 12. Cùm igitur inventa non sit super terram humilitas par illi, quam exercuit Dei filius, quando voluit pro homine mori, & in Cruce mori: aequum erat illi succedere etiam exaltationem quavis aliâ majorem. *Exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde.* Is. 52. v. 13. Unde persuasum esse debet hoc loco, sicut Dei filius se non humiliavit ut Deus, sed ut homo, ita pariter ut hominem fuisse exaltatum. Ut Deus semper eodem modo fuit altissimus. nisi quòd tantâ humilitate, quâ se demisit ut homo, promeritus sit, mundo etiam innotescere ut Deus: & sic Divinitas, quæ in ipso latebat, fuit exaltata non in se, sed in cognitione aliorum. Tuarum interim partium erit conferre aliquid ad exaltationem adeò justam. tunc autem conferes, cum ad eum tanquam ad ultimum finem cunctos dirigens affectus pro tali habebis, qualis revera est, hoc est, Deum.

Domi-

Dominica Resurrectionis.

Scio, quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle meâ: & in carne meâ videbo Deum meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob. 19. v. 25.

1. COnsidera, cùm S. Job non dicit: *scio, quòd Conditor meus vivit.* sed *Redemptor meus*, ipsum statim ostendere, de quo loquatur. De Christo loquitur, cujus resurrectionem jam tum illi revelatam colligimus pro summo in ærumnis suis solatio. Unde vides eum non dicere duntaxat *Credo*, sed *Scio*, quia majus illi lumen affulsit, quàm simplicis fidei omnibus commune. Veruntamen qualecunque fuerit hoc lumen, numquid videtur tibi res planè stupenda audire hominem tot seculis ante adventum Christi de resurrectione loquentem tali idiomate, quo aptius vix hodie post tot Concilia, & de hoc dogmate facta Decreta, formari posset? Hinc est, quòd equidem de rebus futuris, sed more Prophetico, quasi de præsentibus loquatur. *Scio, quòd Redemptor meus vivit.* & numquid hoc est, de quo meritò jubiles die tam felici, tam fausto? Iterum repete hæc ipsa verba, si ullo modo amas Redemptorem tuum, & dic: *scio, quòd vivit.* Et si vivit titulo tam speciosо Redemptoris, utique non vivit amplius vitam laboriosam, inopem, ærumnosam, quam ducebat, priusquam illam immolaret pro redemptione generis humani. neutiquam: sed vitam vivit penitus beatam, qualis est, quam recuperavit paulò antè suscitatus à morte. Ita est, quasi reversus ex acerrimo conflictu, adhuc servat suas cicatrices. sed cur servat? fortè quòd illas obducere non possit? ideo servat, ut videas, quantus fuerit amor te recuperandi. In eo gloriam suam posuit, in eo gaudium suum, quòd se Redemptorem tuum monstraret, & ideo retinere signa voluit; quasi nec vivere cuperet, nisi ut talis reviviscerer. & tu tanto amore redemptus tam parùm illi respondes? *Iudicâsti Domine causam animæ meæ, Redemptor vitæ meæ.* Thr. 3. v. 58.

2. Considera, ut magis ostenderet se de Christo loqui, sed de Christo resurgente, postquam dixerat: *scio, quòd Redemptor meus vivit*, statim subjunxisse grandem istam consequentiam, *& in novissimo die*, hoc est, *& ideo in novissimo die de terra surrecturus sum*, juxta communem interpretum explicationem. sed quomodo vir tantus ex vita Christi etiam immortali arguere

potuit propriam resurrectionem? illam arguit equidem ex vita Christi sed resurgentis. quia quemadmodum Christus Passione suâ debebat operari salutem nostram quoad remotionem malorum, quæ nobis erant debita, ita Resurrectione suâ debebat operari salutem nostram quoad consecutionem bonorum, quæ nobis erant indebita. Neque dicas etiam bona Christum nobis patiendo meruisse, quia, etsi patiendo meruit, uti certum est, non idcirco patiendo dedit ijs frui, sed resurgendo. Verum est Christum esse caput, nō membra: *Ipse est caput corporis Ecclesiæ.* Col. 1. v. 19. & ideo Christus ultra tertium diem resurrectionem non distulit, terminum scilicet, qui sufficeret ad demonstrandum, se verè esse mortuum. *Tertia die resurget.* Nos differre necesse est usque ad extremum diem: *In novissimo die de terra surrecturus sum.* Nec immeritò: quia, etsi membra similia sint Capiti quoad naturam, non debent ideo sibi deposcere etiam similitudinem quoad excellentiam. Hinc est, quòd eadem Virtus Verbi, quæ Christum suscitavit, haud dubiè nobis quoque sit redditura vitam. *Qui suscitavit IESUM à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra.* Rom. 8. v. 11. At in JESU hæc virtus operabatur sine ullius interventu propter Unionem Hypostaticam. *Apud te est fons vitæ.* Ps. 35. & ideo in ipso etiam debebat operari, quàm fieri posset, celerrimè, nec differre gloriam corporis, quæ illi jam à primo suo ortu erat debita. In nobis operatur interveniente Christo; *in Christo omnes vivificabuntur.* 1. Cor. 15. v. 22. & ideo tunc primùm debet operari, quando ipse JESUS nos evocabit, ut Judex, è sepulchris, ut de corporibus nostris præmium sum particulare, & der eodem die, quæ est extremus, *in novissimo die*; die qui tardiore, eò lætiore, dum quilibet rum tantò magis propriâ resurrectione gaudebit, quantò pluribus voces communem. Tu interim lætare cum Christo, cui contigit omnium, qui surrecturi sunt, esse primum, *primogenitum ex mortuis*: ut si in omnibus ipse sit Caput, etiam in omnibus fiatur suo super omnes primum magnifico. *Ut sit in omnibus ipse primatum tenens.* Coloss. 1. v. 18.

3. Considera, ut resurrectio non fictitia tantùm sed vera, necessum est, ut id resurgat, quod cecidit. Ides quantumvis videas Corpus Domini tam pulchrum, tam splendidum, & plenum majestate præ ipso sole, ut putes id fortè esse diversum ab eo, quod paulò antè videbas tam deformatum, tam destructum, & lacerum in Cruce. Diversum est in gloria, non est diversum in natura. Atque hoc est quod pariter indicare Jobus voluit, cum adjunxit: *& rursum circumdabor pelle meâ.* Quippe cùm pellis sua adeo deformis esset putrida ob plagas, quæ eam consumpserant, volebat intelligi eandem sibi reddendam sed novâ specie, hoc est, qualis erat in primo suo natali, integram, & illæsam. Et si reddenda erat etiam pellis ipsa, quæ

est quasi merum corporis tegumentum, quantò magis caro, viscera, humores, ossa, nervi, fibræ, quibus partibus magis constituitur? Ita est, anima, dum in corpus eo die omnes suas dotes transfundet, illud reddet agile, splendidum, subtile, & incorruptibile; sed ideo non facier naturâ diversum, solùm faciet diversum in gloria: *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.* 1. Cor. 15. v. 43. Quodsi verosimillimum est, quantò pejus propter Deum habitum est corpus, cùm caderet; tantò glorioſius deinde futurum, cùm resurget, ò quàm parùm oportet moveri ejus præsentibus ruinis. Eant sanè carnes tuæ in frusta, si tantum Deus à te exigat, vel certè manu propriâ tractentur malè, & castigentur. quantò similior eris Christo in patiendo, tantò deinde eris similior in gloria. *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus; simul & resurrectionis erimus.* Rom. 6.

4. Considera, quantumvis ejusmodi gloria tanta futura sit, non ideo gaudendum tibi, quòd ejus causâ restituendum sit corpus: gaudendum potiùs, quòd vi illius oculi tui consecuturi sint Beatitudinem suam propriam, eámque summam, qualis erit videre JESUM, & eo satiari, ac delectari. Non possunt illi unquam assurgere ad videndum Deum in natura sua sublimissima, simplicissimáque, & ideo eum videbunt, qualis est in carne assumpta. Id verò nonne maximum est? imò hoc ipsum est, quod hoc loco voluit Job specialim exprimere, cùm dixit: *Et in carne mea videbo Deum meum*, hoc est, *Iudicem meum* (prout hìc habetur ex radice hujus nominis *Deus*) *quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius*, hoc est, *non alius à me.* Non gaudebat ille resurrectione suâ futurâ, quòd in ea cerneret reflorescere corpus suum adeò vulneribus conscissum. Ideo gaudebat, quòd in eo statu posset indulgere affectibus, admirandi Christum, adorandi, plaudendi, jubilandi, unde tot modis hoc ipsum repetit. Enimverò an non videtur hæc cogitatio afferre gaudium immensum? tu, tuipsę hisce oculis, quos nunc fronti infixos geris, videbis per omnẽ æternitatem JESUM, qui vel semel & obiter tantùm visus tot sanctos fecit admiratione attonitos. & his ipsis oculis dignaris adhuc videre terræ hujus quisquilias? serva eos usui meliori, & dic, hoc esse desiderium tuum videre JESUM, imò hanc esse spem tuam. *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Nòsti sinum esse scrinium, in quo conduntur omnium cogitationum gratiora cimelia: hanc conde: & cùm vitæ hujus mala te affligunt, illâ utere pro solatio, & dic intus, illa mala cuncta nihil esse respectu bonorum, quæ per ea consequeris. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Rom. 8. v. 19.

Ascen-

Ascensio Domini.

Expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. Ioan. 16. v. 17.

1. COnsidera, possidenti omne bonum opus non esse, ut ad illud aquirendum se moveat. Ideo Christo, qui Viator simul extitit & Comprehensor, opus non erat, ut fieret beatus, Cœlum conscendere; maximè postquam suscitatus à morte finivit Viam, & vel in terra integram consecutus est beatitudinem ab anima etiam in corpus transfusam. Non poterat ergo Christus dicere Apostolis, ut eos solaretur imminente jam abitu, *Expedit mihi, ut ego vadam.* Idcirco necesse fuit dicere: *Expedit vobis.* Ad summum, quoad se dicere ille potuit, conveniens esse, ut vadat; *Convenit mihi*, quia terra non est condignum gloriosis corporibus diversorium. at quoad ipsos, & in ipsis ceteros fideles dicere potuit esse expediens; *Expedit vobis*: ut qui nihil sui, cùm vaderet, illis subtraxit nisi præsentiam, ceterùm manebat cum ipsis, quamvis occultus in sanctissimo Sacramento. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem saculi.* Matt. 28. v. 20. Ex alia parte, nisi suam illis subtraxisset præsentiam, de terra abiens in cælum, tantum præstare boni non poterat, quantum eâ subtractâ. Tu interim admirare hoc loco ingentem amorem, quo Christus ferebatur in suos servos, quippe cùm posset causam hi abitûs illis allegare convenientiam ex parte sui, & dicere: *Convenit mihi, ut ego vadam*; maluit allegare potiùs commodum, quod redundaret in ipsos, & dicere: *Expedit vobis.*

2. Considera, causam, quare magis expediret Apostolis Christum abire. eam quærere non est necesse, siquidem ipse Christus ore proprio illam pronunciavit. quia, nisi abiret, Spiritus sanctus super eos non descenderet: at si abiret, ipse illum erat missurus. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quid ita? quòd dicat, si abeat, se fore, qui eis mittat Spiritum sanctum, statim cognoscitur, ipsum esse illum mittere. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis &c.* Joan. 15. v. 26. Sed cur adjungit, eum non futurum, nisi abiret? An forte dare illum non potuit Apostolis, si versaretur in terra? Certum est dedisse in terra quamvis non eâ plenitudine cùm dixit: *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt,* Joa. 20. 22. quare ergo non dare perinde in terra

terrâ potuit cum omni plenitudine? Potuit, quis dubitet? sed non debuit: quia ratio exigit, ut Regum quilibet pergat priùs triumphans ad regni sui adeundam possessionem, & deinde ejus pandat æraria. *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Eph. 4. v. 7. Priùs *duxit captivitatem*, tum *dedit dona*, nõ priùs *dedit dona*, deinde *duxit captivitatem*, quia primum est triumphare, posterius donare, & non primum donare, posterius triumphare. Hinc est, quòd loquens Evangelista de tempore, quo Christus promittebat Mundo Spiritum Domini pleno alveo instar fluminis effusum, sed nondum dabat, ideo diceret non dedisse saltem eâ plenitudine, quia nondum erat adeptus gloriam. *Nondum erat Spiritus datus, quia IESVS nondum erat glorificatus* Jo. 7. v. 39. Accedit, quòd, si Spiritus sanctus descendisset in discipulos, Christo adhuc in terris versante, videri potuerit non tam missus à filio, quàm datus à solo Patre in gratiam, aut ad preces Christi, debebat autẽ manifestè constare, non solum Patrem fuisse, qui mitteret, sed & Christum. Ideo Christum priùs eò oportebat ascendere, ubi erat Pater. En igitur veram causam, cur dicat: *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos*, quia talia erant in hoc negotio facta Decreta tanquam justissima. Quo posito numquid causam habuit dicendi Apostolis, *expedit vobis ut ego vadam?* Expediebat maximè, quia si non abiret, pergerent equidem ejus frui præsentiâ sensibili, at Spiritum sanctum non acciperent, eo saltem modo, quo redderentur instrumenta idonea ad conferendam Universo sanctitatem. Porrò si abiret, ejus in carne præsentiam, quæ ipsis dederat, compensâsset fides viva de ejus Divinitate in omnibus assistente, spes firmior in ipso, & charitas in ipsum ardentior. an non erant hæc bona, quæ abunde supplerent defectum præsentiæ quoad corpus? & hæc tu quoque disce æstimare magis quàm teneros affectus, quos fortè experiris, dum in Oratione suaviter conversaris cum JESU Christo; nam ideo potissimum hodie illum vides in cœlum ascendere, ut deinceps procedas in Fide, Spe, & charitate. In fide, dum credis in eum, quem non vides. *Etsi cognovimus secundùm carnem Christum, sed nunc jam non novimus.* 2. Cor. 5. v. 16. In spe, dum animaris ad eam calcandam viã, quam ipse monstravit. *Ascendit enim pandens iter ante eos.* Mich. 2. v. 13. In Charitate, dum accenderis, ut illum solum velis in cœlo regnantem, & nihil aliud extra ipsum. *Quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite non quæ super terram.* Colos. 3. v. 1.

3. Considera fieri posse, ut abutatur aliquis hoc loco ad eximendum tibi affectum erga sacrosanctam Christi Domini nostri Humanitatem, aut certè ad abstrahendum animum à tenera adhæsione ad ipsam, quasi ista impedimento futura sit, ne perfectum induas Spiritum: tantóque magis, quòd

S. Augustinus exponens verba præsentia dicta Apostolis. *Expedit vobis, ut ego vadam, si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos*, ea velit æquivalere his alijs : *Non potestis capere Spiritum, quamdiu secundùm carnem persistitis nôsse Christum.* Tract. 94. in Joan. nihilominus ne patiaris te trahi in persuasionem tam malignam : non enim affectus ad Humanitatem Christi impedimento fuit, quò minùs Spiritum acciperent, secundùm Augustinum, sed gustus ejus delectationis sensibilis, quem ex ejus præsentia capiebant, ob amorem naturalem, honestum quidem, sed earenus non satis defæcatum ab eo, qui est superior naturâ. nam & sanctissima Virgo amore naturali ambiebat Christum, eòque majore, quàm ulla Mater quenquam filiorum, cùm amor iste fuerit sanè justissimus. Sed hic ipse amor perficiebatur ab altero transcendente naturam ad gradum quendam altissimum. Unde sicut, cùm vidit se orbatam præsentia dilecti sui JESU amissi in templo, totius tridui spatio anxiè quæsivit, afflicta, turbata est, & quasi querula illi ausa est dicere : *Fili, quid fecisti nobis sic* ? ita cùm audivit id factum Divini obsequij causâ, statim aquievit: imò cùm deinde necesse fuit eo penitus privari aliorum bono, se privari est passa, nec abesse tres dies duntaxat, sed annos integros, quin doleret ; imò cùm videret illum ultro procedere in atrocissimæ genus mortis, non prohibuit, sed ad Calvarium usque secuta est, parata vel in Cruce suffigere manu propria, excarnificare, dilaniare, si ita exigeret voluntas Patris. Eò vsque tutis non erant progressi Apostoli: in erant affixi Christo, ut durum videretur eum deserere, & ire huc quidem ad Parthos, alij ad Mesopotamios hinc ad Medos, illi ad Indos, quamvis nomen ejus annunciaturi discederent. Ideo Christus ajebat abitum suum fore ipsis necessarium, ut mitteret Spiritum Sanctum, quia, cùm iste venturus esset, ut faceret præcones universi, id impleri non poterat, nisi illum superarent affectum, honestum quidem, sed naturalem, qui eos obligabat, ut cuperent continuò versari cum ipso, eum videre, audire, comitari. Atque hoc sensu Doctor Angelicus S. Augustinum explicans loco adducto ita dicebat : *Sciendum, quòd Augustinus exponens illud.* Jo. 16. *Expedit vobis, ut ego vadam &c. dicit quod hoc ideo erat, quia Discipuli carnaliter amantes Christum afficiebantur ad ipsum sicut carnalis homo ad carnalem amicum: & sic non poterant elevari ad spiritualem dilectionem, quæ etiam pro absente multa facit pati.* in Ep. 2. ad Cor. c. 5. lect. 4. Quanquam quis non videt Spiritum Sanctum suo in Apostolos adventu facilè potuisse efficere, ut quamprimum vincerent affectum illum nimium, quo ambiebant præsentiam Christi, & optaret eorum quilibet ipsum relinquere propter ipsum dicens cum Paulo : *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis* ? atque ideo ratio adducta, si be-

ne perpendimus, vim habet planè exiguam. Sed demus habere maximam, quid hoc spectat ad amorem Humanitatis Christi Domini nostri ab oculis nostris penitus remotæ, & ad amorem illius etiam intimum, atque ex imis præcordijs profectum? an fortè hoc impedit, ne patiamur pro ipso, ne ultro citróque commeantes ibi laboremus, ubi major ejus gloria exigit? Sensibile, quod erga Christum experiebantur Apostoli, fundabatur in sensibus corporeis eum videndi, audiendi, & alia faciendi illis usitata, qui inter sese humano modo conversantur. Sensibile, quod nos percipimus, totum fundatur in Fide, & ideo plurimùm differt. Ceterùm an putas Apostolos jam plenos Spiritu Sancto non habuisse continuò præsentem, cùm vagi discurrerent per mundum, in intellectu, & imaginatione sua Humanitatem Christi Domini nostri, quam aliquando tam propè spectabant, imò & speciem ejus corpoream, lineamenta vultûs, incessum, & quidquid in eo venerabantur humano augustius etiam in aspectu? Erras sanè, si aliud judicas. imò illorum Princeps S. Petrus sola recordatione Præsentiæ Christi, qua fruebatur, semper solvebatur in lacrymas, tanta erat teneritudo, quam senserat. *Petrus adeò afficiebatur ad Christi corporalem præsentiam, quam ferventissimè dilexerat, quòd post Christi Ascensionem, cùm dulcissimæ præsentiæ, & sanctissimæ Conversationis memor erat, totus resolvebatur in lacrymas, ita ut genæ ejus viderentur adustæ.* S. Thom. in Jo. c. 13. lect. 2. Itaque ne sinas sententiâ tam pulchrâ te perverti, & ab illo avelli, quod tuæ debent esse in terris deliciæ, à continua scilicet conversatione cum JESU Christo non solùm ut DEO, sed etiam ut homine, quippe cùm fides Christiana te obliget, non solùm ut DEUM ames, sed ob id imprimis ames, quod operari in terra factus homo amore tui dignatus est.

Dominica Pentecostes.

Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Rom. 5. v. 5.

1. COnsidera jam inde à principio Mundi Amorem Domini nostri erga nos dedisse præclara documenta sui, ut nos ad redamandum obligaret. Porrò si in illis, fuit instar fluminis benefici, quod majora semper sumpsit incrementa, hodierno die dici potest ruptis aggeribus denique inundâsse. Unde exclamat Apostolus: *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* quia, si advertis, quidquid Dominus jam inde à principio egit pro nobis, totum referebatur ad hunc finem dan-

di nobis aliquando Spiritum suum Divinissimum, qui nos transformando in alios homines non ampliùs secundùm carnem ullo animi affectu, sed secundùm Spiritum viventes, faceret, quàm fieri potest, sibi simillimos. Adeò ut vel ipsa humanæ carnis assumptione id potissimum spectaret, ut nobis mereretur possessionem Spiritûs Divini. quæ gratia nimium quantum superat vilitatem nostram, maximè post peccatum. & ideo hodiernus favor dici potest esse complementum cæterorum super terram. Post hanc gratiam aliam DEUS non habet reliquam, quàm ut beatam sui visionem nobis in Cœlo largiatur. Quomodo igitur te satis respondere putas favori tam ineffabili, qualis hic est? imò vix illum agnoscis, quia nescis, quid sit vivere non ampliùs secundùm carnem, sed secundùm Spiritum. Vive, quoad potes, secundùm Spiritum, & senties, quàm suaves sint ejus fructus, ne uno quidem excepto. *ô quàm suavis Domine Spiritus tuus in omnibus!* Sap. 12. v. 1.

2. Considera, ingens hoc desiderium, quod DEUS ostendit, faciendi nos similes sibi, id unum spectare, ut ipsum inter & nos perfecta statuatur amicitia. At ista viribus nostris obtineri non poterat: nam si istis eò eniti non potuimus, ut DEUM videremus, aut cognosceremus in se ipso, & non tantùm in suis effectibus; quantò minùs poteramus eniti ad convivendum, & conversandum cum ipso in omnigena participatione bonorum, qui est finis intentus à perfecta amicitia? Cum ergo proprijs viribus ejusmodi amicitiam consequi non possemus, necesse fuit eam à DEO pro mera bonitate sua nobis donari, &, ut dici solet, infundi. quare dicit Apostolus: *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Atque istud est miraculum sanè maximum. quia Monarcha terrenus potest haud dubiè etiam ipse extollere, si velit, ad amicitiam suam pastorculum illum vilissimum, qui ne dignus quidem esset juxta conditionem suam rusticam versari in limitio Aulæ. At non ideo potest illi infundere tales dotes internas, quæ ipsum constituant amicum ad istam amicitiam congruè instruendum solùm dare potest externas. DEUS autem potest infundere, & re ipsa infundit juxta illud: *Particeps facti sunt Amicitiæ DEI propter disciplinæ dona commendati.* Sap. 7. v. 14. Et hinc vides non tantùm dixisse Apostolum: *Charitas DEI diffusa est in nobis*, uti dicere poterat, sed dicit: *diffusa est in cordibus nostris*: quia per ipsum hujus Divinissimi Spiritus aspirimus partes illas intrinsecus constituentes, quæ faciant nos esse amicos dignos DEO, *dona disciplinæ.* Et quid possit auderi stupendum magis?

3. Considera ad hæc omnia exprimenda videri posse Apostolo sufficientum fuisse, si diceret: *Charitas DEI infusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* At illi satis non fuit dicere *infusa est*, di-

cere

cere maluit *diffusa*, ut ostenderet, talem infusionem intus in anima nostra ita se dilatare, ut instar magnæ eluvionis inundet, per septem dona Spiritûs Sancti, quæ sunt quasi totidem ostia Nili tam vasti. Quippe cùm omnes genuini amici DEI semper debeant esse prompti ad operandum non solùm secundùm id, quod dictat ratio (nam ad hoc sufficiunt virtutes) sed etiam secundùm inspirationes, & impulsus, quos varijs occasionibus modo quodam particulari largitur DEUS, virtutibus adduntur dona modò memorata. En igitur, ut ista occupant totum hominem, & quamlibet ejus partem perficiunt. Quoad Intellectum primò perficiunt in ipso Rationem speculativam: & sic ad capienda facilius ad modum simplicis intelligentiæ ea fidei mysteria, quæ DEUS Justo revelat, accepit is donum, quod dicitur Intellectus: & quò facilius de ijsdem mysterijs disserat, accepit donum scientiæ, & donum sapientiæ: quarum illa ex rationibus inferioribus, ista ex superioribus ratiocinando concludit. Perficiunt deinde etiam rationem Practicam. & sic, ut facilius judicet, quid justo hac illâve occasione agendum, quò certius sequatur DEI nutum, accepit donum Consilij. Quoad Voluntatem deinde, ut velit ea bona, quæ ob reverentiam Dei Patris universalis facienda sunt alijs, datur Justo donum Pietatis. & ut velit, quæ etiam in se sunt facienda, datum est donum Timoris, & Fortitudinis, istud quidem, ut superet terrorem, quem excitare possint adversa in facultate Irascibili, ad eum retardandum à bono: illud autem, ne sinat se pellici in facultate Concupiscibili à rebus delectabilibus, quæ blandè trahentes ad malum volunt eum hærere quasi piscem ad hamum. En igitur, ut verè *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Quacunque ex parte Justum consideres, sive Intellectûs, sive Voluntatis, sive Irascibilis aversantis malum, sive Concupiscibilis appetentis bonum, videbis eum ubique instructum illis dotibus, quæ *disciplinæ dona* vocantur, quia totum perficiunt. Nunquam igitur tua te vilitas terreat, quia si Spiritus Sanctus hisce suis donis cor tuum implevit, illæ ipsæ virtutes, quæ tibi debiles videntur ad constituendum perfectum amicum DEI, ô quantum hisce donis, quæ dictis virtutibus superveniunt, accipient incrementum!

4. Considera sine dubio Spiritum Sanctum esse, qui tantam nobis affert adventu suo copiam donorum. Nihilominus non ideo illi soli obstringimur, sed Patri simul & Filio, qui illum dant nobis. Unde Apostolus hìc dicere noluit: *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui venit in nos*, sed *qui datus est nobis*, ut meminerimus, quomodo tam Pater quàm Filius æqualiter concurrant in dando nobis tanto dono, quantum est eorum Amor Divinus. Amor primum donorum vocatur: & ratio est, quia quisquis amico cetera

dat omnia, ideo dat, quia priùs dedit amorem. Sed quomodo ex nobis poteramus mereri Amorem Divinum? oportebat voluntariè nobis dari à Patre & Filio, à quibus procedit. *Datus est nobis.* quanquam ipse Spiritus Sanctus datus simul est & dans, donum & donans, ut loquitur S. Augustinus. Ideo non minùs illi obstringeris, quòd datus tibi sit à duabus reliquis Personis Divinis, quàm si solus dedisset: imò etiam magis, quia ab ipso est, quòd etiam illæ te ament, quare te Pater amat, quare Filius, nisi vi summæ suæ Bonitatis? & hæc summa illorum Bonitas est Spiritus Sanctus. Hunc igitur implora, quantum potes, si velis amicitiâ frui perfectâ cum tota Sanctissima Trinitate, quia per eum illa tibi conceditur. *Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

5. Considera quinque esse signa, unde dispicias, an quis perfectam consecutus sit amicitiam. 1. Velle amico, ut sit. 2. velle, ut etiam illi bene sit. 3. non solùm velle, ut ipsi sit bene, sed id etiam procurare pro viribus. 4. dulce cum ipso habere commercium. 5. In omnibus cum ejus consentire arbitrio. Vide nunc, an ista signa respectu DEI in te ipso cognoscas: & si agnoscas; tunc enimverò agere gratias poteris de tanto dono, quale est solus hic sanctus amor. *Gratias DEO super inenarrabili dono ejus.* 2. Cor. 9. v. 15. Esto, quòd gaudeas DEUM esse, qui est, Esto etiam gaudeas de ipsius bonis tam internis, quàm externis, & forsè pro tenuitate virium etiam aliquid procures, at quàm libenter deinde cum eo agis in oratione? scias nullâ re amicos delectari magis, quàm si possint convivere invicem, & familiare habere commercium. Tibi igitur quomodo grave est interdiu meminisse aliquando eum in corde DEUM esse? non est hoc signum amicitiæ perfectæ. Sed non omnia quomodo cum ipso voluntate consentis, adimplendo quidquid præcipit, & amplectendo, quidquid dignoscit de te? hoc sanè signum est pro omnibus alijs certissimum, & ideo pro alijs nobis designatum à Christo. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Jo. 15. v. 3. Atque in ipso quomodo te sentis radicatum? si Charitas DEI diffusa est, quasi aqua mundans, in corde tuo, necesse est ita illud esse emollitum, ut non repugnet ullo modo Voluntati Divinæ. & ideo semper stude magis hunc invocare Divinissimum Spiritum, ut bonus ve hementer cælitus aspiret, qui ipse est, qui, dum aquarum eluvioni dat impetum, facit, ut ista demum penetrent etiam in corda quævis durissima, eaque emolliat. *Timebunt, qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam ejus, cùm venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit.* Isa. 59. v. 19.

6. Considera etiam positis omnibus his signis amicitiam cum DEO nondum esse perfectam, si in ea usurpanda proprio moveatis commodo, ille solus spectandus est. Itaque si verè Char-

Charitas DEI, & non *alia charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*, oportet amorem nostrum erga DEUM non esse dissimilem amori DEI, erga nos, sed eidem omnino conformari, cùm idem planè sit Spiritus, qui eum in Domino constituit, in nobis producit. Verum est quoad substantiam hos amores differre, cùm Divinus sit increatus, noster creatus: at in operando oportet esse simillimos, cùm inter eos aliud discrimen non debeat intercedere, quàm quod est inter ignem, & ferrum ignitum. Jam verò hoc DEO proprium est, ut nos amet propter nos, & non propter lucrum aliquod suum, vel commodum. *Quid prodest DEO, si justus fueris?* Job. 22. v. 3. & sic pariter necesse est DEUM amari à nobis, primam nostram regulam. Si illum amemus non ipsius, sed nostri causâ, jam amor noster dici nequit amor amicitiæ, sed Concupiscentiæ. atque hinc disce, quare Charitas tantò major sit Virtus, quàm Fides & Spes, licèt etiam istæ Virtutes sint Theologicæ. Ratio est, quia, quamvis omnes tendant rectà ad DEUM, tanquam ad ultimum finem nostrum supernaturalem, Fides tamen tendit, quatenus à DEO nobis venit notitia veri: Spes tendit, quatenus ab eodem nobis venit consecutio boni, & sic in utraque spectamus denique nostrum aliquod emolumentum. at Charitas tendit in DEUM, ut in illo sistat, non ut quidquam recipiat, & hinc virtus est adeò præ ceteris excelsa. *Major autem horum est Charitas.* 2. Cor. 13. En igitur, in quo præcipuè tibi laborandum, si revera tuum velis præstare debitum, in eo, ut DEUM ames propter DEUM, & non ob alium finem, memor, quòd neque DEUS ex beneficio, quod tibi confert, quidquam sumat pro se ipso. Neque dicas illum sumere gloriam suam. nam hoc ipsum ostendit maximam amoris præstantiam, quòd gloriam suam in eo constituerit, ut faceret tibi bene. Ceterùm si DEUS semper operetur propter gloriam suam, uti ad perfectionem operis necessarium est, non idcirco operatur ob ullum suum commodum.

IN-

INDEX I.

Continens Res præcipuas, quæ in hoc Opere pertractantur.

A.

Abnegatio sui quàm necessaria. *Ioan. 12. & 15. Febr. 23. Mart. 17.*

Quàm utilis. *Mart. 26.*

Quantò æstimabilior quovis alio bono, quod fiat in alijs. *Iun. 5.*

In quo consistat. *Nov. 19. n. 5.*

Non est pro solis Religiosis, sed omnibus universim Christi sectatoribus. *Mart. 27. Nov. 19.*

Adamus & Angelus, in quo similes quoad primum suum peccatum, & in quo diversi. *Mart. 14.*

Adimpletio Voluntatis Divinæ est cibus Justorum, quia conservat, fovet, augétque in ipsis Gratiam, quæ est illorum vita. *Iun. 1.*

Quomodo Christus eam potuerit vocare cibum suum. *Ibidem.*

Ad quos gradus perfectionis debeat pervenire. *Sept. 27. Octob. 12. n. 5. Dec. 10. n. 2.*

Advenæ in Ecclesia quomodo differant ab Hospitibus. *Iun. 29. n. 1.* & quomodo à Peregrinis. *Iul. 25.*

Adventus Christi secundus in hunc Mundum continuò à nobis expectandus est, uti primus fuit expectatus ab antiquis. *Dec. 1. n. 1.*

Adversarij Dei cessabunt post Iudicium, sed non Inimici. *Iul. 24. n. 3.*

Adversitas V. *Tribulatio.*

Adultera in lapsu deprehensa est in morte omnis anima peccatrix. *Iul. 9.*

Adultera sine fronte est synagoga. *Iun. 6. n. 7.*

Ægyptus est cor hominis, quò intrat Christus in Sacramento. *Maii 8.*

Ad hujus aspectum quomodo cadere oporteret Idola prostrata. *Ibid.*

Æmulatio mala V. *Invidia.*

Æstimatio sui magna quàm aliena à ratione: *Aug. 11. 29.*

Ipsa fovet superbiam in agendo. *Mar. 14.* & loquendo. *Apr. 1.*

Quomodo reprimatur. *Aug. 28. 3.*

Æstimatio sui vilis quàm cuilibet consentanea. *Iun. 24.*

Ipsa fovet in agendo Humilitatem. *Aug. 15.*

Propter

Propria est magnorum Sanctorum. *Ian. 25. Iun. 24.*

Æstimatio rerũ justa est illas æstimare, ut sunt in se ipsis & non ut apparent. *Feb. 26. Iun. 17. Aug. 29. n. 2.*

Æternitas Ian. 4. 18. 28. Iul. 11. n. 4. Aug. 1. n. 4. Aug. 27. n. 3., Nov. 28. Dec. 17.

Quantò superior capacitate humanâ. *Iul. 23.*

Quomodo possimus ad eam concipiendam juvari. *Iul. 13. Aug. 20.*

Affectus ad commoditates summè noxia Spiritui. *Dec. 11.*

Affectus ad res temporales maximum est impedimentum Apostolici muneris. *Sept. 28.*

Affectus ad peccatum in peccatoribus pessimum. *Iun. 23. n. 2. Mart. 11. Nov. 22.*

Altissimus dicitur Deus, ut tantò magis timeatur à malis. *Iun. 22. n. 3.* Et ut boni in eo magis confidant. *Octob. 19. n. 2.*

Ambitio quàm sit abominabilis coram Deo. *Febr. 12.*

Etiam operibus pijs se insinuat. *Sept. 15. n. 3.*

Magno est impedimento Fidei. *Iul. 31.*

Ferociſſimus est dæmonis insultus etiam ad fidem negandam. *Octob. 11.*

Ambitus altioris gradûs in statu proprio affert summum periculum saluti *Iun. 15. Iul. 10.*

Ambitus regni non permittit observare damna illius, qui regnavit. *Iun. 2. n. 4.*

Amen in principio sermonis vim habet affirmandi, in fine vim approbandi. *Octob. 27. n. 3.*

Amici veri solùm cognoscuntur in adversis. *Dec. 24.*

Debent amare rectè, efficacitèr, verè, gratis, constanter. *Aug. 13.*

Amici Humani nunquam debent præferri Deo. *Mart. 1. n. 4. Aug. 9. Dec. 7.*

Amicitia est quintuplicis generis, Vitiosa, Communis, Naturalis, Virtuosa, Divina. *Apr. 17. n. 4.*

Sola Divina durat. *Ibidem.*

Amicitia seculi rectà opponitur Divinæ. *Mart. 23.*

Amor Dei erga homines quàm stupendus. *Febr. 19. Mart. 25. Maj. 1. 3. 24.*

Non præsupponit meritum in amato, sed confert. *Feb. 10. Maj. 24. n. 2.*

Ejus latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. *Mart. 25.*

Quàm eximius in Iustificatione peccatorum. *Maj. 24. Iul. 6. 7. 22.*

Et in dando Christo. *Mart. 25. Maj. 24. n. 4. Dec. 25.*

Et in ipsis tribulationibus, quas immittit. *Apr. 22. n. 3. Maj. 25. n. 3. Iun. 23. Sept. 27.*

Amor hominis erga Deum quàm sit sublime præceptum. *Iul. 28. 29.*

Quousque nos obliget. *Iul. 28.* & quando obliget. *Ibidem.*

Non differt specie ab illo Beatorum in cœlo. *Aug. 28.*

Sed est inferior in quinque suis qualitatibus. *ibid.*

Quàm fortiter nos debeat adstringere

gere Deo. *Iun. 30.* & abstrahere à rebus omnibus creatis. *Apr. 19.*
Debet antecedere Zelum faciendi, ut ametur. *Apr. 29. 30.*
Supplet defectum omnis obsequij, quod præstare Deo non possumus more aliorum. *Iul, 26.*
Omne onus facit leve. *Aug. 19. n. 4.*
Non sustinet, ut propria respiciamus commoda. *Mar. 19. Maj. 20. n. 3. Iun. 30. Dec. 14.*
Excludit timorem servilem, sed non castum. *Ian. 22. n. 4. Febr. 8. Apr. 16. Maj. 5. n. 1. Iul. 5. Sept. 10. Octob. 14. n. 4. Nou. 3.*
Prodit nos esse veros Dei filios. *Mar. 24. n. 1. Dec. 18.*
Excitatur cogitando, quàm Deus sit in se amabilis. *Iul. 29. n. 4.* & quantum nos amet. *Iun. 30. n. 5.*
Amor proximi V. *Charitas fraterna.*
Amor proprius est causa exigui amoris erga Deum. *Mart. 19. n. 4.* imò illi prorsus opponitur. *Aug. 28. n. 7.*
Ignem producit in quibusdam de fimo, in alijs de sarmentis, in alijs de lignis putridis. *Ibidem.*
Angeli boni cur tantopere lætentur de conversione Peccatorũ. *Sept. 24.*
Cur dicantur nunc Dei, nunc hominum. *Ibidem.*
Quot modis nos custodiant. *Ibid.*
Veram nobis exhibent regulam Obedientiæ. *Octob. 3. n. 1. & 22. n. 5.*
Angeli mali fuerunt perditi à superbia. *Mart. 14. Sept. 29.*
Quali genere superbiæ propriè peccaverint. *Sept. 29. n. 2.*
Angeli Custodes quàm sint honorifici & utiles homini. *Octob. 2.*
In eorum auxilio magna Spes collocanda. *Ibid.*
At non ideo in periculis voluntaria. *Ibid.*
Angustia in quo differat à Tribulatione. *Iun. 30. n. 1.*
Anima propria in tuto collocãda quocunque impendio. *Ian. 31. Feb. 28. Mart. 9. Aug. 24. Sept. 11.*
Quàm nihilominus parùm æstimatur. *Feb. 26. n. 4.*
Custodienda tanquam res JESU Christi. *Mart. 15. n. 5.*
In sua dignitate servanda est. *Iul. 4.*
Quantopere vilescat per peccatum. *Feb. 4. Maj. 14. Octob. 9. Nou. 17.*
Animæ aliorum V. *Zelus animarum.*
Animæ Purgatorij V. *Defuncti.*
Apostatæ diversi generis. *Iul. 24.* quàm sint perditi. *Ibid. & Sept. 21. n. 7.*
Apostolatus quàm grande munus. *Sept. 28.* quàm utilis eo fungentibus. *Dec. 19.*
Apostoli quàm Deo dilecti. *Maj. 1. Octob. 29.*
Annunciârunt salutem, sed eam non sunt operati. *Iun. 1. n. 8.*
In quo differant in sua prædicatione à Prophetis. *Iun. 29. n. 2.*
Remunerati ob constantem fidem servatam Christo. *Octob. 29.*
Aquila Christum repræsentat in cœlos evolantem. *Iun. 8.* & Perfectum Contemplatorem. *Dec. 27.*
Argumenta credibilitatis fidei nostræ, quàm grata consideratu. *Dec. 10.*
Non diminuunt credentium meritum. *Dec. 21.*

Ascensio in cœlum facillimum ex mysterijs ad Christum pertinentibus. *Iun. 6. n. 6.*

Atheismus est partus cupiditatis inordinatæ. *Mart. 30. n. 2. Maj. 29.* & Vitæ animalis. *Sept. 6.*

Athei larvati, vel incogniti. *Nov. 16. n. 4.*

Avaritia cur malorum omnium Radix dicta. *Mart. 30.*

Facilè in quovis corde radices agit. *Ibidem.*

Conijcit hominem in manifestum periculum damnationis. *Iun. 15.*

Avarus amore, quo fertur in pecuniam, dat nobis normam amoris, qui sit habendus ad Deum, ut finem ultimum. *Iul. 28. n. 3. 4.*

Quàm sit execraturus in inferno stultitiam suam. *Maj. 17.*

Habebit ibi pœnas respondentes culpæ. *Aug. 27.*

B

Bacchanalia sunt tempus, quo magis à defectibus cavendum. *Febr. 8.*

Beati amant Deum amore, qui ob quinque dotes excellit præ nostro. *Aug. 28.*

Veram dant normam conformitatis cum voluntate Divina. *Octob. 22. n. 5.*

Quàm gaudeant, cùm se vident è tot mundi partibus in cœlo congregatos. *Iun. 18. n. 5.*

Non habent majorem voluptatem quàm in Deo laudando. *Nov. 1.*

Soli sciunt laudare, ut par est. *Ibid.*

Ob qualem perfectionem soleant laudare magis. *Iul. 26. n. 2.*

Beatitudo ab omnibus sapientibus falsò promissa, nisi à Christo. *Apr. 19. Iul. 15. n. 1.*

Beatitudo Cœlestis quàm sit superabundans respectu meriti. *Febr. 26. Mart. 13. Maj. 30. Iun. 28.*

Parata est omnibus. *Mart. 10. n. 5. Octob. 3.*

Ideo nemo illâ excidit, nisi volens. *Ibid. & Iul. 13. n. 5.*

Nulli datur nisi qui labore aquirit. *Ian. 12. 17. Febr. 23 28. Mart. 9. 10. 13. 20. 24. 28. Apr. 24. Maj. 28. 30. Iun. 20. 25. 28. 30. Iul. 13. 14. 20. Aug. 7. 10. 15. 21. 24 25. Sept. 2. 10. Octob. 3. 22. 29. Nov. 6. 7. 8 9. 11. 12. 13. 14. 23. Dec. 2. 24. 25. 26 28.*

Debet esse expectatio nostra continua super terram. *Febr. 20. Mart. 20. Maj. 28. Aug. 10 22. Dec. 15.*

In ea non operamur, sed quiescimus. *Apr. 15. n. 4. Iul. 14.*

Est nostra hæreditas, sed diversa à terrenis. *Mart. 20. n. 3. Mart. 24. Apr. 24. Octob. 21. Iun 25.*

Quare dicatur Vita. *Mart. 20. n. 5. Apr. 25. Maj. 23.*

Quare Corona Vitæ. *Ian. 17. Iun. 25. Iul. 20.*

Quare Regnum. *Octob. 21. Nov. 23.*

Quare Mensa. *Octob. 29.*

Quare Cœna. *Iul 7 n. 6.*

Quare Pondus. *Mart. 13 n 3.*

Quare Bravium. *Iun. 25.*

Quare Requies opulenta. *Mart. 28. n. 4.*

Quare super omnia Merces. *Iun. 25.*

Quare cùm redditur pro mercede, dicatur Gratia. *Maj. 23. n. 6.*

Non præjudicat sanctitati ejus recordatione se animare ad patiendum. *Aug. 10. n. 7.*

Beatitudines Evangelicæ quare sic appellentur. *Nov. 6.*

Explicantur sigillatim *à die 7. Nov. usque ad 15. inclus.*

Quomodo sint signa Prædestinationis. *Ibidem.*

Beneficia metienda amore, quo conferuntur. *Maj. 24. n. 4.*

Quàm libenter sint exhibenda etiam inimicis. *Apr. 27. n. 4.*

Beneficia, quæ Deus nobis præstat, non agnoscuntur à peccatoribus. *Ian. 10. Apr. 7. 8.*

Imò contra eundem usurpantur. *Sept. 22.*

Bonum verum in terra est esse rigidum erga se, clementem erga proximum, solicitum erga Deum. *Mart. 21.*

Bona, quæ Mundus, & quæ Deus promittit, quàm sint inter se diversa *Mart. 23. Aug. 16. & 19.*

Bona terrena quàm sint contemnenda. *Ian. 1. 9. 20. 27. Febr. 1. 12. 15. 18. 20. 26. Mart. 13. 16. 20. 23. 30. April. 18. 28. Maj. 4. 17. 29. 31. Iun. 2. 10. 15. Iul. 10. Aug. 12. 16. 23. 29. Sept. 27 Octob. 1. 4. 7. Nov. 7. Dec. 4. 16.*

Quantum ad eorum contemptum conferat viva fides. *Octob 4.*

Quàm sit vilis inter Christianos, quisquis illa amat inordinatè. *Octob. 17.* & quàm frustra. *Febr. 26. Iun. 2. Octob. 4. n. 3. Mart. 18.*

Quàm eorum amor duriorem reddat mortem. *Apr. 18.*

Quare dicantur similia somnia. *Aug. 23.*

Quare stercori comparentur. *Octob. 4. n. 3.*

Non possunt satisfacere cordi humano. *Aug. 16.*

Nunquam sunt laudanda, sed nihil facienda. *Aug. 29.*

faciunt suos amatores excutere ad Veritates Evangelicas quamvis manifestas. *Maj. 29.*

Imò illis repugnare. *Mart. 31. Iun. 10.*

Ista sunt, quæ implent hominibus infernum. *Aug. 27.*

C.

Cæcitas quanta sit in peccatoribus. *Ian. 1. 10. 22. 26. Febr. 3. 11. 21. Mar. 8. 16. Apr. 12. 14. n. 2. 28. Maj. 14. 17. 29. Iun. 2. 4. 7. Iul. 11. 31. Aug. 3. 23. Sept. 3. 6. Octob. 9. Nov. 24. Dec. 17.*

Calix Justitiæ Divinæ omnibus propinatur. *Dec. 18.*

Cordatè bibendus est. *Apr. 22.*

Caro quomodo subjicienda Spiritui. *Febr. 4. Mart. 17. Iul. 5. 15. 31. Sept. 10.*

Non est audienda, cùm pati renuit. *Aug. 24. n. 3.*

Vel nonnisi cautè audienda. *Mart. 7.*

Vivere secundùm ipsam duplicem affert mortem corporis & animæ. *Sept. 28.*

Eam plus amat, qui magis mortificat. *Ibidem.*
Est dives mendax, adeò odiosus Deo. *Apr.* 26.
Est solum sterile. *Aug.* 21.
Planta infructuosa. *Maj.* 15. *n.* 5.
Etiam ipsa per Obedientiam domatur. *Sept.* 25. *n.* 2.
Charitas Divina, V. *Amor Dei.*
Charitas fraterna quàm grata Deo. *Ian.* 29 31. *Mart.* 21. *Apr.* 17. *Maj.* 27. *Iul.* 2. 18. 30. *Aug.* 13. *Sept* 9. 18. *Octob.* 5. 18. 25. 29. *Nov.* 2. 11. *Dec.* 19. 26.
Quàm sit præstans præceptum. *Jan.* 29. *Jul.* 30. *Aug.* 13.
Quàm sit propria virtus Christianorum. *Jan.* 31. *Maj.* 27. *Aug.* 13. *Octob.* 18.
Exercenda ex motivis non tantùm naturalibus sed supernaturalibus. *Jul.* 30. *Sept.* 18.
Non sustinet, ut ponderetur necessitas proximi. *Mart.* 11. 3. imò vult, ut eam prævertamus. *Sept.* 18. non permittit considerare alterius defectus. *Octob.* 5. vult potiùs eos tolerari. *Maj.* 27. quem perfectionis gradum debeat attingere juxta doctrinam Christi. *Aug.* 13.
Quare ab ipso dicatur Præceptum suum. *ib.* quàm parùm impleatur. *Maj.* 27. *Jul.* 30. quomodo obtineatur. *Jan.* 31. quomodo conservetur, vel perdatur. *Apr.* 47. maximè ostendenda in proximo à peccatis liberando. *Jul.* 2. *Dec.* 19. 27. *n.* 4. Etiam ad defunctos extendenda. *Nov.* 2.
Christiani quantopere gloriari debeant nomine tam speciosо. *Octob.* 13. *Aug.* 30.
Sunt milites Christi. *Maj.* 20.
Quales se gerant, ut tales se esse demonstrent. *Ibid.*
Non solùm sustinere nequeunt opinionem doctrinæ Christi contrariam, sed nec fingere, quòd sustineant. *Iun.* 16. *n.* 1.
Quanti facere debeant, quòd Christum cum cruce suâ sequantur. *Aug.* 30. *Nov.* 19.
Quàm vilescant, si terræ hujus bona sectentur. *Octob.* 4. 17.
In quo opes suas constituere debeant. *Dec.* 10.
Dum peccant, magis sunt rei quàm alij. *Ian.* 13. *Apr.* 7. *Iun.* 3.
Sunt magis obstricti Deo, quàm veteres Hæbræi. *Apr.* 7. *Oct.* 17.
Eorum insigne debet esse mutua charitas. *Ian.* 31. *April.* 17. *Iun.* 17.
Obligantur ad dandum exemplum bonum. *Sept.* 15.
Illorum proprium esse debet quotidie expectare vitam futuram. *Febr.* 20. *Mart.* 20. *Maj.* 28. *Dec.* 25.
Quàm sint hodie debiles in fide. *Febr.* 28.
Quare tanto numero damnentur. *Mart.* 11. *n.* 5.
Christus factus est noster Magister in suo natali. *Dec.* 25. & talis sit in oratione quotidie. *Ian.* 2. *Sept.* 1. *Dec.* 29.
Ut bene meditemur illa omnia, quæ ad ipsum pertinent, considerandus est quoad substantiam suam, & quoad effectus. *April.* 18.

Ipse est via, Veritas, & Vita, & quo sensu. *Apr.* 25.
Præcipua ejus mysteria mirabiliter à Salomone adumbrata. *Iun.* 6.
Dicitur Justus per antonomasiam. *Dec.* 20.
Legislator multùm ab alijs diversus. *Sept.* 1.
quomodo illi sit debitum esse Judicem mundi Universalem. *Iun.* 18.
Fuit noster Fidejussor. *Iun.* 11.
Quantùm ideo amandus. *Ibidem.*
Non solùm annunciavit nostram salutem, sed & operarus est. *Iun.* 1. *n.* 6.
Quantum in ipso confidere debeamus. *Ian.* 1. 21. *Dec.* 23.
Venit propter peccatores. *Ian.* 25.
Ejus exemplo nos animare debemus ad patiendum. *Ian.* 19. *Febr.* 5. *Iul.* 15. *Aug* 30. *Sept* 7 *Dec.* 10. *n.* 3.
Eum indui quid sit. *Febr.* 10. *Mart.* 27. *n.* 4.
Solus erit in morte Amicus fidelis. *Mart.* 1. *n.* 4.
Ante omnia exemplum dedit nobis mansuetudinis & humilitatis. *Aug.* 30. *Nov.* 17. & profundissimæ demissionis. *Febr.* 12. *n.* 4.
Nunc est noster Advocatus. *Mart.* 3. *n.* 1.
Et ob hoc ipsum deinde mutabitur in Judicem tremendum. *Mart.* 3. *n.* 4.
Quomodo sit nobis Advocatus, cùm omnia possit. *Aug.* 6.
plenum habet nostri dominium, quia redemit. *Mart.* 15.
Quanto impendio nos recuperaverit. *Ibid.* *n.* 3. *Maj.* 24. *n.* 1. *Sept.* 22.
Priùs nos redemit, deinde petit, ut ipsi serviamus. *Mart.* 15. *n.* 2.
Quàm meritò ad se omnes invitat. *Aug.* 16.
Quàm pauci illi serviant gratuitò. *Mart.* 19.
Quàm arctè illi debeamus esse conjuncti. *Iun.* 30. *Aug.* 6. *n.* 3. *Octob.* 29. *Dec.* 24.
Quàm se ostenderit amantem hominũ, dum Regni cohæredes esse voluit. *Mart.* 24. *n.* 3. *Octob.* 29. *Dec* 23.
Quàm modestè in rebus magnis de se loqueretur. *Apr.* 5. *n.* 1. *Maj.* 9. *n.* 3.
Solus ipse veram beatitudinem ostendit Mundo. *Apr.* 11.
Intrans Ægyptum mira operatus est. *Maj.* 16.
Hæc renovat quotidie, dum in S. Sacramento ingreditur cor hominis. *Ibidem.*
Quàm benignum se præbeat hominibus ingratis in sanctissimo Sacramento. *Iun.* 19.
Quomodo revera non solverit, sed perfecerit Legem antiquam. *Iun.* 29 *n.* 4.
Quomodo verum sit, semper fuisse exauditum, etsi non impetraret transitum calicis. *Maj.* 11. *n.* 2.
Quare voluerit in Cruce mori. *Maj.* 3.
Quare in loco publico. *Aug.* 30.
Jure dæmonem Regno suo spoliavit. *Sept.* 13.

Quomodo verè ad se trahat omnes homines. *Sept.* 14.
Quare se Vitem, fideles Palmites vocârit. *Octob.* 7. 8.
Quare solitus sit se nominare filium hominis. *Apr.* 5. *Maj.* 9.
Quare legem suam vocaverit legem Charitatis. *Maj.* 27.
Et cibum suum Voluntatem Patris. *Jun.* 1.
Quare vocatus à Patre filius dilectus. *Aug.* 6.
Ab ipso omnia bona nostra dependent. *Ibidem.*
Et in ipso continentur. *Dec.* 29.
Vitam dat animæ verbis suis Divinis. *Aug.* 2.
Dedit nobis in deserto specimen repellendi tentationes. *Octob.* 11.
Prius agere voluit, quod docuit. *Dec.* 13. *n.* 3.
Amore, quo ferebatur in nos, ostendit verum modum amandi proximum. *Aug.* 13.
Quàm fidelis cum fidelibus. *Oct.* 29. *Dec.* 24.
Quantum illi debeamus pro his, quæ passus est pro nobis. *Jul.* 15.
Ejus Passio. *V. Passio.*
Cibus Justorum est Voluntas Divina. *Jun.* 1. uti & meditatio Legis Divinæ. *Jul.* 1.
Cibus, qui corpori præbetur, debet esse vilis. *Apr.* 21.
Cisternæ cur vocentur res creatæ respectu DEI, & Cisternæ quidem dissipatæ. *Aug.* 9.
Cogitationes noxiæ procul arcendæ. *Nov.* 22.
Cogitationes sanctæ arcent à nobis inimicum. *Jul.* 21. *n.* 3.
Cognitio sui ipsius fundamentum Humilitatis. *Jan.* 14. *Febr.* 14. 22. *Mart.* 4. *Maj.* 2. 14. 26. *Jun.* 24. *Jul.* 5. 19. *Aug.* 1. *Nov.* 17. *Dec.* 12. *n.* 6.
Columba sapiens suis proprietatibus exprimit septem dona Spiritûs Sancti. *Apr.* 16.
Uti & perfectam Christi Sponsam. *Aug.* 12.
Docet nos modum meditandi. *Octob.* 15.
Et quemadmodum promptos esse deceat ad avolandum ex hoc mundo. *Aug.* 12.
Columba seducta docet nos illi adhærere affixos. *Aug.* 12. *n.* 3.
Commoditates quàm pernicioſæ his, qui illis assueverunt. *Dec.* 11.
Commiseratio proximi in suis miseriis quanti sit meriti. *Jul.* 18. *Sept.* 18. *Dec.* 26. Illi similis habenda, quam DEUS erga nos habet. *Sept.* 18.
Aquiri potest per Gratiam ab eo, qui se non sentit propensum à natura. *Dec.* 26.
Communio Sacramentalis convivium est prodigiosum factum ingratis. *Jun.* 19.
Quàm utilis, si frequentetur, ut par est. *Maj.* 16.
Concupiscentia cur aliquando dicatur peccatum. *Jun.* 16. *n.* 1. *Sept.* 19. *n.* 3.

Quàm

Quàm duræ servituti subijciat homines. *Iun. 16. Feb. 26. n. 4. Jan. 12. 15. Aug. 1. n. 3. Aug. 8.*

Semper est accincta ad nos impugnandos. *Iul. 25.*

Quantò ampliùs obtinet, tantò fit audacior in postulando. *Aug. 8. n. 2.*

Vinci potest, & verò etiam debet. *Sept. 19. n. 2.*

Quàm præclarus sit actus eam superare. *Sept. 25.*

Plurimum ad id conducit timor DEI. *Iul. 5.*

Et obedientia illi præstita, qui DEI vices in terra gerit. *Sept. 25.*

Concupiscentia voluptatum, opum, honorum sunt tres hostes capitales, qui bellum nobis movent. *Ian. 27. Febr. 1. 5. Mart. 23. Maj. 29. Jun. 10. Jul. 25. Aug. 16. 27. Sept. 27. Oct. 4. 6. 11. 26. 27. Nov. 19.*

Habebunt omnes in inferno pœnas culpis suis respondentes. *Aug. 27.*

Confessio quot habeat in sacris paginis sensus significatos. *Jun. 4. n. 1.*

Confessionis Sacramentalis quanta vis ad dissolvenda peccata. *Jun. 7.*

In mortem usque dilata quàm fallax. *Jun. 7. Feb. 27. Apr. 5.*

Confidentia in DEO. *Jan. 1. 21. 24. 25. Febr. 2. 19. Mart. 28. April. 13. 10. 11. Maj. 1. 3. 24. Jun. 12. 14. Aug. 6. 7. 10. Sept. 4. Nov. 4. 26. Dec. 5. 9. 23.*

Est magis necessaria tempore adversitatis. *April. 24.*

Debet ex toto corde proficisci. *Jan. 12. Aug. 10. Dec. 23.*

Debet esse continua. *Jan. 1. 24. Feb. 2. Apr. 23.*

Non excludit cooperationem ex parte nostra, imò eam requirit. *Jun. 12. Aug. 10. Nov. 2. 24. 26. Dec. 23.*

Sed in ea non fundatur. *Ian. 24.*

Animare nos debet ad pugnandum strenuè contra nos ipsos. *Aug. 21. n. 5.*

Excitatur recordatione beneficiorum, quæ DEUS nobis præstitit. *Apr. 11. n. 5.*

Et quòd ipse sit Pater noster. *Oct. 18.* & quòd in Cœlis sedeat. *Oct. 19.* & tenerè nos amet. *Maj. 24. n. 1.* & quòd debeat subministrare nobis vires ad implendum, quod præcipit. *Dec. 25. n. 5.* & quòd in virtute ipsius omnia possimus. *Nov. 4. 26.*

Confidentia in hominibus quàm vana. *Dec. 9. Jan. 1.*

Conformitas cum Voluntate Divina vera probatio dilectionis. *Jun. 16.*

Debet se extendere ad quemcunque eventum etiam tristem. *Mart. 9. Maj. 25. Dec. 28.*

Longè magis ad ea, quæ de nobis DEUS in præsentiarum disponit. *Apr. 22. n. 4.*

Tunc quoque probatur, cùm Deus

dat occasionem patiendi. *Maj.* 25. *Aug.* 7. *Sept.* 26.
Quàm accepta DEO. *Jul.* 26. *Aug.* 7.
Quàm necessaria nobis, qui futura ignoramus. *Jul.* 10.
Ut sit perfecta, debet esse similis illi, quam habent beati. *Oct.* 22.
Facit, ut semper in oratione exaudiamur. *Maj.* 11, *n.* 2. 3.
Quomodo acquiratur. *Jul.* 17. *n.* 3.
Amittitur quando minùs, quàm par est, DEO fidimus. *Aug.* 7. *n.* 5.
Est speciale donum Spiritûs Sancti. *Maj.* 11.
Conscientia undequaque aperienda Patribus spiritualibus. *Maj.* 8. *n.* 5.
Audienda, cùm clamat. *Jul.* 27.
Ejus remorsus quàm utiles ad conversionem. *Jul.* 6. *n.* 2.
Ejus dictamina nunc à malo abstrahunt, nunc ad bonum stimulant. *Jul.* 27.
Est Adversarius, cum quo oportet consentire ante mortem. *ibid.*
Quomodo laveturr, & quomodo mundetur. *Dec.* 12.
Conscientia bona verum affert solatium. *Aug.* 16.
Conscientia mala quantum torqueat in vita. *Febr.* 15. 18.
Et quantum in morte. *Febr.* 15. *Mar.* 1. *Jul.* 17. *Aug.* 14.
Conscientia laxa quàm pernicioſa Christiano. *Jul.* 5. *n.* 4.
Consilia Evangelica quàm meritò sequamur. *Mar.* 31. *Apr.* 19.
Reddunt facilem adeptionem Paradisi. *Apr.* 25. *n.* 2.
Et observantiam legis Divinæ. *Aug.* 19.
Debemus illa quandoque complecti quovis impendio. *Aug.* 28.
Consolatio Spiritûs lectione spirituali plurimum obtinetur. *Apr.* 1.
Et relinquendo terrena solatia. *Apr.* 25. *n.* 4.
His gustatis illa perditur. *Maj.* 22.
Semel perdita non facilè recuperatur. *ib. n.* 3.
Solùm reperitur in conscientia bona. *Aug.* 16.
Solida potiùs quàm tenera optanda. *Jul.* 1. *Oct.* 22. *n.* 2.
Constantia in bono verum Sanctitatis indicium. *Apr.* 13. *Jul.* 20. *n.* 2.
Necessaria est cunctis operibus magnis. *Sept.* 28.
Constantia in adversis ipsa est, quæ tribuit quietem cordis. *Aug.* 18.
Contentum vivere statu suo quantum momenti afferat ad salutem. *Jun.* 15. *Jul.* 10. *Aug.* 23.
Contemplativi quàm felici statu fruantur. *Jun.* 27.
Sunt pauci. *Oct.* 15. *Dec.* 22.
Ad quantam perfectionem obligentur. *Jun.* 3. *n.* 2.
Etiam ipsi timere sibi debent. *Apr.* 16. *n.* 3.
Debent amare Humanitatem Christi Domini nostri, & eam non solùm relinquere meditantibus. *Dec.* 22. 27. 29.
Debent habere Zelum salutis alienæ. *Dec.* 27.
Contemplatio quam sit suavis. *Jun.* 27.

Est merum DEI donum. *Dec.* 27.
Nec ordinarium. *Oct.* 15.
Non potest arte disci. *Dec.* 22.
In quo diversa à meditatione. *Oct.* 5. *Dec.* 22.
Requirit summum à rebus creatis recessum. *Jun.* 27. *Oct.* 6.
Ad quot, & quales gradus ascendat. *Dec.* 27.
Magis delectatur mysterijs, quæ minùs possunt percipi. *ib.*
Contentio quantum sit malum. *Sept.* 9.
Conversationes minùs bonæ quàm perniciosæ. *Jul.* 25.
Conversio peccatorum quando sit perfecta. *Apr.* 3. *Maj.* 12.
Quàm læta Angelis. *Sep.* 24.
Quàm grata B. Virgini. *Aug.* 5.
Quàm honorifica Christo. *Maj.* 12. *n.* 5.
Ipsa est, quam DEUS petit, cùm eos tolerat. *Mart.* 8.
Non debet esse coacta, sed voluntaria. *Maj.* 16. *n.* 5. *Jul.* 6. *n.* 2.
Descripta secundùm varios motus, quos in corde excitat Gratia. *Jul.* 6. 7. 22.
Quantam afferat utilitatem illi, qui eam procurat. *Jul.* 2. *Dec.* 19.
Non negligenda ab his, qui vitæ student Contemplativæ. *Dec.* 27.
Convivere & conversari in quo differant. *Jun.* 27.
Cooperatio est necessaria ex parte nostra cum Gratia Divina. *Jan.* 6. 24. *Febr.* 8. 11. 19. 25. *vel* 24. *Mart.* 21. 22. 26. *Apr.* 3. 14. 16. *Maj.* 2. 10. 16. *Jun.* 12. 14. 20. *Jul.* 1. 3. 5. 7. 13. 22. *Aug.* 5. 17. *Sept.* 26. *Oct.* 2. 6. 15. 23. 26. *Nov.* 4. 11. 15. 18. 26. *Dec.* 1. 3. 18. 22. 23.
Corpus quàm sit cupidum libertatis. *Apr.* 21. *n.* 3.
Instar servi tractandum. *Feb.* 15.
Ad modum asini. *Apr.* 22.
Quàm beatus, qui illud ut hostiam sacrificare DEO potest. *Mar.* 6.
Modi illud sacrificandi. *ibid.*
Quantam à DEO remunerationem accipiat, qui id ipsi sacrificat. *Aug.* 14.
Correctio invisa peccatoribus, quia speculum est. *Maj.* 14. *n.* 5.
Non est facienda ab eo, qui maioribus est obnoxius defectibus. *Oct.* 5. *Dec.* 19.
Cor humanum instar arcis custodiendum. *Oct.* 6.
Cor durum quod sit. *Jul.* 17.
Quàm malè habiturum in monasterio. *Nov* 12.
Cor mundum quid significet. *Nov* 12.
Quomodo DEI visio illi sit debita. *ibid.*
Creaturæ quomodo fœderandæ contra Reprobos extremo die Judicij. *Jul.* 24. *n.* 4.
Quare ad amandum DEUM invitent. *Jul.* 29. *n.* 4.
Omnes mortalitatis nos admonent. *Maj.* 6. *n.* 3.
Respectu DEI cisternæ sunt sine aqua. *Aug.* 9.
Crux Christi tabula est nobis in naufragio relicta. *Nov.* 30.
Debet esse gloria nostra. *Febr.* 2. *Maj.* 3. *Apr.* 30. *Nov.* 19. 30.
In quo consistat. *Febr.* 2. *Mar.* 17.

Quæ

Quare à Christo præ alio mortis genere electa. *Maj.* 3. *Sept.* 14.
Et quare in loco publico, *Aug.* 30.
In ea hodie vera sapientia consistit. *Nov.* 30. *n.* 4.
Cupiditas vide *Avaritia.*
Cura superflua. vide *Solicitudo.*
Custodia sui tam intus quàm foris quanti momenti. *Oct.* 6.
Debet esse varia pro diversitate statûs. *ibid.*

D.

Damon significat scientem. *Sept.* 27. *n.* 2.
Quare nihilominus hoc nomen in malam partem à sacris paginis sumatur. *ibid.*
Est pauper superbus adeò exosus DEO. *Apr.* 26.
Non potest nos viribus superare, sed fraudulentis tantùm suggestionibus. *Maj.* 8.
Quàm sit in his varius. *Maj.* 8. *Jul.* 21. *Sep.* 5.
Primò petit leve malum, deinde transit ad magnum. *Jul.* 21. *Aug.* 8. *n.* 3. *Oct.* 9. 11.
Monstrat bona hujus miserabilis mundi, abscondit mala. *Oct.* 11. *n.* 3.
Quomodo eos aggrediatur, qui recèns accesserunt ad servitium Divinum. *Oct.* 11.
Et quomodo ab his repellendus, *ibi.*
Vincitur manifestatione sui factâ conscientiæ arbitro. *Maj.* 8.
Obedientiâ. *Sept.* 25.
Oratione. *Jul.* 21.
Faciendo oppositum illi, quod à nobis petit. *Sept.* 19.
Quomodo abigendus, cùm speciatim nos infestat desperatione salutis. *Aug.* 10. *n.* 7. *Sept.* 5.
Aut cùm alijs nos umbris terret. *Nov.* 26.
Quot animas sibi per pecuniam lucretur. *Jun.* 15. *Mar.* 30.
Quàm ferociter nos aggrediatur in morte. *Jun.* 7. *n.* 5.
Quàm plenum aliquando nanciscatur in peccatores dominium. *Febr.* 26.
Quare in sacris paginis aliquando appelletur nomine Hominis. *Mart.* 1. *n.* 4.
Spoliatus fuit à Christo Regno suo. *Sept.* 13.
Quàm malè sit habiturus in inferno eos, qui ipsi adhærêt. *Aug.* 27. *n.* 4.
Damnati quàm clarè cognoscant in inferno stultitiam suam. *Febr.* 26.
Sed quàm serò nimis. *Maj.* 4. *n.* 6.
Quàm duris constringantur vinculis. *Aug.* 1. *n.* 4.
Quare manus ligati & pedes. *Oct.* 8. *n.* 4.
Quàm sint cruciandi à conscientiæ remorsu. *Aug.* 25. *n.* 3.
Et quantò magis ab Invidia. *ibid.*
Omnibus cumulati malis. *Nov.* 28. & ijs puris. *ibid.* V. *Infernus.*
Damnatio non est nisi volentis. *Jan.* 4. 26. 28. *Febr.* 18. 21. 26. *Mart.* 3. *n.* 3. *Mar.* 8. *Apr.* 6. 12. 14. *Jun.* 20. *Jul.* 13. *n.* 5. *Aug.* 21. 27. *n.* 2. *Sept.* 10. *n.* 4. *Sept.* 11. 14. 20. *Oct.* 3. 9. *Nov.* 24. *Dec.* 17.
Debita à nobis peccando contracta quanta & qualia. *Oct.* 24.

Non dimittuntur illi, qui suis non dimittit debitoribus. *Oct.* 25.
Defectus alienum ferendi patienter. *Apr.* 17. *n.* 3. *Maj.* 27.
non sunt examinandi. *Mart.* 21. *n.* 3. *Oct.* 5.
Defectus proprij judicandi aptè nobis convenire. *Aug.* 18.
Non sunt studiosè dissimulandi. *Nov.* 5.
Defuncti, quot nominibus, & quibus modis juvandi. *Nov.* 2.
Delicia, quas DEUS largitur, obtineri non possunt nisi ab eo, qui renunciat diabolo. *Jan.* 18
Et voluptatibus, quas percipit è rebus creatis. *Maj.* 22.
Nec ab eo, qui non in bonis operibus strenuè desudat. *Jul.* 7. 9. 4.
Quantò cæteris præferendæ. *Jun.* 27. *Sept.* 27. *Dec.* 10.
Derisiones quàm contemnendæ DEI famulis. *Aug.* 25. 30. V. *Respectus humani.*
Desideria bona quàm proficua. *Mart.* 27. *n.* 5.
Desideria mala quàm reprimenda. *Jul.* 25. *Aug.* 8. *Nov.* 22.
Desolationes Spiritûs in quo consistant. *Febr.* 2.
Quomodo in ijs nos oporteat continere. *ibid.*
Non debent retardare à servitio Divino. *Mart.* 20.
DEUS sit noster in Oratione præceptor. *Jan.* 2. *Sept.* 1. 26.
Quantopere amet rogari. *Jan.* 6. *Apr.* 11. 23. *Maj.* 21. *Jun.* 14. *Jul.* 3. *Dec.* 5.
Quare nihilominus non semper exaudiat. *Jan.* 6. *Jun.* 14. *n.* 8. *Dec.* 5. *n.* 4.
Quare velit, ut nostras ipsi necessitates exponamus, cùm eas probè sciat. *Apr.* 11. *n.* 6. *Apr.* 25. *n.* 2.
Ipse solus dives est in dando. *Jan.* 8. *Maj.* 24.
Quare dicatur dives in Misericordia, & non dives in Justitia. *Maj.* 24.
Quàm fidelis in retinenda memoria eorum, quæ ipsius causâ præstamus. *Aug.* 10. & quàm liberalis in remunerando. *Febr.* 26. *Mart.* 13. *Maj.* 23. *n.* 5. *Maj.* 31. *Jun.* 25.
Quàm amet Pater appellari. *Jan.* 4. *n.* 4. & quantò alijs melior Pater existat. *Jun.* 14. *Oct.* 17. 18.
Quare dictus Pater Luminum. *Jul.* 3. *n.* 3.
Quàm amans hominum. *Febr.* 19. *Mar.* 25. *Maj.* 13.
In eorum cordibus suas habet delicias. *Jul.* 7. *n.* 3.
Quomodo dicatur intra nos esse. *Sept.* 3. 4.
Satisfieri sibi patitur per amorem. *Jul.* 26.
Quantum nobis beneficium præstiterit, cùm dedit præceptum amoris. *Jul.* 29.
Illi soli in acceptis ferendum, quidquid habemus. *Aug.* 11. *Jul.* 3.
Et ab ipso solo nostra quærenda gloria. *Jul.* 3. *n.* 1.
Quantam habeat curam omnium. *Aug.* 7.

Per

Per tribulationes venatur peccatores. *Maj.* 18.
Quo sensu dicatur servus. *Febr.* 24. 25.
Quare non statim remuneretur, aut puniat. *Jun.* 22. *Aug.* 21.
Quare tam parùm timeatur à nonnullis. *Jun.* 22. *n.* 1.
Sæpe cunctatur, sed semper pertingit. *Iun.* 22.
Quàm accuratus in judicandis rebus nostris. *Iul.* 19. 27.
Quàm facili negotio nostram possit prosternere superbiam. *Aug.* 7.
Quare in ipso justa sit vindicta, non autem in homine. *Iul.* 9.
Quantò magis nunc offensas suas dissimulat, tantò deinde magis ijs succensebit. *Iul.* 9.
Quomodo per leves noxas sensim ejus gratia nobis subtrahatur. *Aug.* 8. *n.* 4.
Quando dicatur laborem accipere à peccatoribus. *Sept.* 22.
Ab eo recedit, qui cum præsumptione quærit. *Oct.* 12.
Deserit in morte peccatores obstinatos. *Jul.* 17. & aliquando etiam deserit in vita. *Jun.* 23. dat indicium, quòd eos deserat, cùm cessat affligere ærumnis. *ibid.*
Quomodo dicatur indusare peccatorem, vel eum excæcare. *Jun.* 4. *n.* 3.
Quantum prosit illius gubernationi se permittere. *Jul.* 10. *Oct.* 22.
Et quàm meritò offendatur ab his, qui ejus voluntati resistunt. *Oct.* 22.
Quantopere doleat se sperni à Christianis. *Apr.* 7.
Fons est vivus ab ijs relictus pro cisternis. *Aug.* 9. *Sept.* 3. *n.* 1.
Quæ laus nostra ipsi præ cæteris placeat. *Jul.* 26.
Non potest ritè à nobis nisi in Cœlo laudari. *Nov* 1.
Non debemus velle esse soli in ejus gloriâ promovendâ. *Mart.* 19. *Oct.* 20.
Curandum potiùs, ut id omnes præstent. *Apr.* 29.
Deum quisque sibi facit, quod pro ultimo suo fine constituit *Maj.* 29. *Jul.* 28. *Aug.* 9.
Devotiones proprio electæ arbitrio non sunt præferendæ præceptis. *Januar.* 8.
Devotio genuina erga B. Virginem in quo consistat. *Aug.* 5.
Quantum nobis prosit. *ibid.*
Dies Judicij quare dicatur *Dies Domini*. *Apr.* 21. *n.* 1.
Non solùm est ille Judicij universalis, sed & Mortis, & Tribulationis. *ibid.*
Omnes isti tres sunt constituti ad manifestandum, qualis sit homo, *ibid.*
Quàm sit formidabilis cognoscenti. *Sept.* 10. Vide *Judicium*.
Diffidentia & Præsumptio duæ tentationes contrariæ, quomodo superentur. *Febr.* 24. *vel* 25. *Nov.* 26.
Diffidentia de salute quàm noxia, *Aug.* 10.

Quales in ea tentatione nos gerere oporteat. *Aug.* 10. *Sept.* 15. *Nov.* 26.

Dignitates V. *Honores.*

Dilectio inimicorum ſtu diosè ſuadetur. *Apr.* 27. *Iun* 17. *Oct.* 24.

Diligentia in Divino ſervitio quæ ſit. *Nov.* 29.

Diluvium univerſale quàm eſſet horribile. *Maj* 19.

Quale in terra fuit ex aqua: tale in inferno erit ex igne. *Ibid.*

Doctrina Chriſti quanti facienda. *Aug.* 2. *Iun.* 17. *Sept.* 1. *Nov.* 6. *Dec.* 10. 13. 29 30.

Oppoſita doctrinæ mundi. *Iun.* 27. *Febr.* 1. 12. *Mar.* 23. *Sept.* 6 27. *Maj.* 26. 29. *Octob.* 4. 13.

Dolor de peccatis qualis eſſe debeat. *Nov.* 9.

Domus noſtra vera eſt Domus æternitatis. *Ian.* 28.

Dona Spiritûs ſancti ſimilia fluminibus ob tres inſignes prærogativas. *Iun.* 13.

Reſpondent octo Beatitudinibus. *à* 7. *Nov. uſque ad* 15.

Expreſſa per proprietates Columbæ. *Apr* 26.

Duplicitas quàm inviſa Deo. *Maj* 7.

Divitiæ terrenæ contemnendæ pro ſalute animæ. *Octob.* 14. *Nov.* 7. *n.* 4.

Quantò inferiores Spiritualibus in quocunque genere. *Dec.* 10 15.

Præter modum amatæ quantum noceant *Mart.* 30. *Iun.* 14 *n.* 8.

Proſunt expenſæ, non ſervatæ. *Mart.* 30. *n.* 3.

Divitiæ Miſericordiæ Divinæ reperiuntur, ſed non Juſtitiæ Divinæ *Maj* 24.

Divites Deo magis ingrati. *Ian.* 10.

Quàm parùm digni invidiâ. *Ian.* 30. *Febr.* 18. *Mart.* 16. *Mai.* 4. *Dec.* 30.

Quàm ſtulti, qui ijs uti nequeunt. *Mart.* 16. *n.* 2. *Mai.* 4. *Dec.* 30.

Non poterunt aſportare ad infernum, nec obolum quidem. *Mai.* 17.

Si non pereunt, ſunt tamen in gravi periculo pereundi. *Iun.* 15.

Dives mendax eſt caro. *Apr.* 16.

Dives in dando ſolus Deus eſt, & quibus ex capitibus. *Ian.* 6. *Mai.* 23 *n.* 3.

E.

Eccleſia Chriſti ſimilis Areæ. *Iun.* 18.

Quare nunc Civitas, nunc Domus vocetur. *Iun.* 29. *n.* 1.

In ipſa vera eſt fides, *Iun.* 29. *Dec.* 21.

Ejus fundamenta primarium & ſecundarium. *Iun.* 29 *n.* 3.

Eccleſiaſtici quantò ſui amarentur quàm Chriſti. *Mart.* 19.

Ejus gloriâ ſæpe pro pallio utuntur. *ibidem.*

Eleemoſyna quantorum cauſa ſit bonorum. *Sept* 18. *Nov.* 11.

Sola non ſufficit ad ſalutem. *Nov.* 11. *n.* 3. Vide *Opera miſericordiæ.*

Error impiorum à ſacris paginis vocatur dilatio Confeſſionis ad mortem. *Iun.* 7.

Error viæ dicitur quodvis peccatum, & quare? *Dec.* 19.

Evangelium quare ab Infidelibus contemptum. *Mai.* 29.

Et à multis perversis Christianis. *ib.* & *Iun.* 17.
Quantum superet antiquam Legem. *Iun.* 3. 29.
Lex est perfecta libertatis. *Nov.* 6.
Beatum efficit, qui eam observat. *ibidem.*
Quàm utilis ejus meditatio. *Aug.* 2. *Nov.* 6. *Dec.* 10. V. *Lex Christi.*
Eucharistia quantum afferat boni. *Mai.* 16.
Quanta in ipsa nobis data sint exempla à Christo. *ibid.*
Est convivium prodigiosum, quod ille nobis parat. *Iun.* 19.
Quàm parùm à quibusdam æstimata. *ibid.*
Examen Conscientiæ. *Mart.* 21.
Exemplum bonum quàm proficuum. *Sept* 16. *n* 2.
Præcipuè danduim à Præsulibus, & Oratoribus sacris. *Sept.* 15. 16.
Exemplum malum quàm pernicioſum. *Mai.* 30 *Iul.* 5 *Dec.* 18.
Quibus antidotis ejus nocumentum vitetur. *Mai.* 30.
Exercitia equestria quantò inferiora spiritualibus. *Iul.* 16.
Expectare quotidie vitam futuram debet esse opus omnis veri Christiani. *Mar.* 20 *Mai.* 28. *Aug.* 22. *Dec* 25. *Febr* 20.
Extasis quot sint modi. *Octob.* 12 *n.* 3.
Unde suam ducant originem. *ibid.*

F.

Fames Justitiæ quid sit. *Nov.* 10.
Fervor in servitio Divino quàm bonum sit signum. *Dec.* 18.
Quàm malum eo excidere. *Aug.* 31.
Fides quàm sit hodie infirma inter Christianos. *Febr.* 28. *n.* 1. *Iun.* 17 *n.* 1.
Quid sit vivere ex ipsa. *Apr.* 4. *Mart.* 20 *n.* 1.
Ipsa est, quæ vincit mundum. *Iun.* 10.
Debet esse viva & vera. *Iun.* 10 *n.* 4. *Iul.* 31. *n.* 1.
Si talis sit, sine spe & charitate esse nequit. *Iun* 10. *Octob.* 8.
Quantopere cavendus omnis in ea etiam minimus defectus. *Apr.* 4. *n.* 2.
Impeditur ab amore gloriæ humanæ. *Iul.* 31.
Uti & ab amore voluptatum. *Sep.* 6.
Et ab amore pecuniæ. *Mart.* 30. *Mai.* 29
Non sufficit ad salutem sine operibus. *Aug* 3 *n.* 4
Fides vera sola Christiana esse convincitur. *Iun.* 29.
Quàm grata consideratu. *Apr.* 7. *Dec.* 10. 20.
Non est ferendus, qui de ea parùm honorificè loquitur. *Dec.* 13 *Apr.* 15. *n* 2. *Iun* 17.
Ejus veritates apertæ humilibus, absconditæ superbis. *Mai.* 4. *Oct.* 12.
Fides viva quanti sit meriti. *Dec.* 21.
Quantum valeat ad generandum contemptum rerum terrenarum. *Ian* 1. *Apr* 18 *Octob* 4.
Quousque rationem admittat humanam, & quatenus eam excludat *Dec.* 21.
Fidelitas quanti æstimetur in servis. *Iul.* 20.

Præ-

Præcipuè in ærumnis ſpectatur. Dec. 14.
Fiducia in Deo quomodo differat à ſpe. Iun. 12. n. 3. Vide *Confidentia*.
Filij meritò debent Patribus ſuis amorem, honorem, obedientiam, imitationem, ſubjectionem in pœnis. *Octob.* 17. n. 5.
Filij genuini Dei unde cognoſcantur. Dec. 18 *Octob.* 17. *Mart.* 24.
Quòd ſint multi, non idcirco ſperent minus à Patre. *Octob.* 18.
primò ejus quærant gloriam. *Octob.* 20.
Deinde petant hæreditatem. *Oct.* 21.
Modò illam mereantur debitâ ipſi reverentiâ. *Octob.* 22.
Denique poſtulent alimenta. *Octob* 23.
Filij Dei quare nominentur Chriſtiani, & non fuerint ita nominati Hæbræi. *Apr* 7 *Octob.* 17.
Filij Dei quare ſpecialiter vocentur Pacifici. *Nov* 13.
Filius hominis quare dici tantopere Chriſtus voluerit. *April.* 5. *Mai.* 9.
Finis ultimus quantum omnibus præferendus. *Ian.* 11 27. *Febr.* 26. *Mart.* 7 *Iul.* 0. 28 *Sept.* 1 *n.* 4.
Fontes Elim typus vulnerum Chriſti. *Mai.* 21.
Fructus Spiritûs quot, & quales, & quomodo ordinati. *Mai.* 5.
Quare hoc modo vocentur. *ibid.*
Futurum noſtri ſuperat capacitatem ingenij. *Iul.* 10.

G.

Generatio temporalis Verbi æterni quare in rore adumbrata. Dec. 21.
Gloria omnis adſcribenda Deo. Ian. 24. *Aug.* 11. 29. *Sept.* 15. *Octob.* 7. 24. *Nov.* 4 *Dec.* 31.
Debet eam præcedere Humilitas. *Aug.* 15.
Gloria Dei debet eſſe finis omnium operum noſtrorum. *Mart.* 27. *Febr.* 17. *Octob.* 20.
Quidquid eò non refertur, amittitur. *Mart.* 27. *n.* 3.
Non debemus velle eſſe ſoli, qui eam tribuant Deo. *Octob.* 22. *Apr.* 29. *n.* 1. *Mart.* 19. *n.* 1.
Sumitur à nonnullis pro regnante cupiditatis. *Mart.* 19. *n.* 3.
Gloria Paradiſi. Vide *Beatitudo Cœleſtis.*
Gloria mundana non invidenda, ſed contemnenda. *Apr.* 28. *Ian.* 2. *Aug.* 29.
Quàm ſit noxius ejus amor. *Iul.* 31.
Gloria quæſita in peccato quam mala. *Apr.* 3. *n.* 4.
Gratia dicta actualis, vel auxilium neceſſaria eſt ad operandum bene *Ian.* 4. *Mart.* 16. *Apr.* 24. *Mai.* 2. *Aug.* 11. *Octob.* 7. 23. *Nov.* 15 *Dec.* 23.
Ejus vis. *Mart.* 31. *Iul.* 22. *Aug.* 24 *Nov* 4. 6 *Dec.* 3.
Non excludit noſtram cooperationem, ſed eam potiùs requirit. Vide *Cooperatio.*
Non negatur petenti. *Ian.* 6. *Mart.* 30.

10. *Apr.* 3. 11 23. *Mai.* 2. 21. *Iun.* 14. *Iul.* 3. *Octob.* 3. *Nov* 10. *Dec.* 5. 23.
Nec illi, qui facit ex parte suæ illud modicum, quod potest. *Apr.* 1. *n* 5.
Plurimum obtinetur per devotionem erga sanctissimam Virginem. *Aug* 5. *n.* 6
Per confidentiam in Deo. *Ian.* 24. *Febr.* 2 *Apr.* 3. *n.* 6. *Apr.* 11. *Mai.* *Iun.* 12. 14. 21. *Nov.* 4. 26. *Dec.* 5 9. 23. *& per Humilitatem. Ian.* 5. *Iun.* 24. *n.* 4.
Non solet à Deo copiosè conferri citra necessitatem *Nov* 26.
Eâ nos reddimus indignos culpis levibus quidem sed continuis. *Aug.* 8. *n.* 4 *Aug.* 31.
Alia est præveniens, alia concomitans. *Mai.* 2. *n.* 5. *Iul.* 6 7. 12.
Præveniens quomodo soleat operari in cordibus obstinatis. *Iul* 6.
Quomodo concomitans. *Iul* 7.
Non possumus ejus causâ placere nobis ipsis. *Iun.* 24. *Aug.* 11. 29. *Oct.* 8 *Nov.* 4. *Dec.* 3.
Ejus opera nunc Deo tribuuntur, ut constet ipsum operari in nobis, nunc nobis, ut constet nos Deo cooperari. *Dec.* 12. *n* 5.
Errores circa ipsam refelluntur unâ solâ Apostoli sententiâ. *Mai.* 2. *n.* 6. & aliâ Christi. *Oct.* 7.
Gratia habitualis, seu sanctificans est vita Animæ *Iun* 1 *Aug.* 2. 5. *Mai.* 22. *Sept* 20. *Apr.* 4.
Servanda quocunque impendio. *Aug* 24. *Oct.* 9.
Imò in dies augenda magis. *Dec.* 12. *Mart.* 2. *Iun.* 28. *Aug.* 26.
Præclari ejus effectus in Vite adumbrati. *Octob.* 6.
In fontibus. *Mai.* 21. & in fluminibus. *Iun.* 13.
damna, quæ ex ejus jacturâ aliquis patitur, expressa in palmitibus aridis *Oct.* 8. & in cadavere hominis. *Mai* 24.
Ejus incertitudinem nobis inesse Deus voluit pro utilitate nostrâ. *Oct.* 10 *Nov.* 3. *n.* 5.
Gratiæ ut reddantur Deo in quavis oratione pro beneficiis acceptis quàm æquum. *Apr.* 11. *n.* 5.

H.

Hæreditas nostra est cœlum, sed diversa à terrenis. *Mart.* 24. *Apr.* 24. *Dec.* 24.
Hæreditas Misericordiæ Divinæ sunt Electi, & Justitiæ Reprobi. *Mai* 19.
Inter eas integrè dividetur supremo die. *ibid.*
Hebræi quàm inexcusabiles in obstinatione sua. *Iun.* 29 *n* 3.
Eorum præcepta Ceremonialia quare abrogata à Christo *ibi n.* 4.
Quantò inferiores Christianis insignis amoris acceptis à Deo. *Apr.* 7. *Iun* 3. *Oct.* 17.
Hirundo nos docet Orationem vocalem. *Oct.* 15.
Homines ut tales non possunt exercere actum præstantiorem quàm vincendo se ipsos. *Sept.* 25.
Ex se ipsis sunt nihil. *Aug.* 11.
Non sunt ullâ ratione sui, sed JESU Christi. *Mart.* 15.

A peccato vertuntur in bruta. *Febr.* 4. *Mai.* 14. *Sept* 6.
Non sperent vivere exleges. *Aug.* 1.
Quàm sint caduci. *Aug.* 25. *n.* 2.
In quo distinguantur ab illis, qui in Divino obsequio Parvuli vocantur. *Apr.* 15.
Quanta dementia eos Deo anteferre. *Mart.* 1. *Aug.* 25. *Dec.* 7.
Vel propriam in ipsis collocare fiduciam. *Ian.* 1. *Dec.* 9.
Amando plus afferunt nobis mali quàm boni. *Mart.* 12.
Quàm parùm curanda eorum laus. *Febr.* 22. *Iun.* 24. *Iul.* 31. *Sept* 16. & eorum vituperia. *Aug* 25.
Quatenus placere ipsis laudabiliter possimus velle. *Mart.* 12. *Sept.* 15.
Omnes sunt ad malum propensi. *Iun.* 14 *n.* 2.
Omnes aliquando subdentur Christi vel vi, vel sponte suâ. *Sept.* 14.
Honor animæ quis sit. *Iul.* 4. *Sept.* 25.
Honor mundanus Vide *Gloria.*
Honores mutant mores hominis. *Mai.* 14. *n.* 5.
Hospites in Ecclesia Dei quomodo differant ab advenis. *Iun.* 29. *n.* 1.
Humiles sunt Deo acceptissimi. *Ian.* 5.
Aptissimi doctrinæ Christi. *Iun.* 4.
Non solùm spernuntur, sed amant sperni. *Aug.* 15. *n.* 4.
Et tamen maximi fiunt etiam à mundo. *Aug.* 15 *n.* 2.
Justissimos oportet esse humillimos. *Iun.* 24.
Humiliati & non Humiles qui sint. *Mai.* 12.
Humiliationem quantopere Christus sit amplexus. *Febr.* 12.
Quot ejus sint genera. *Iun.* 24 *n.* 3.
Humilitati jungenda. *ibid.*
Est probatio virtutis. *Mart.* 9.
Humilitas quare tam grata Deo. *Ian.* 5. *Iun.* 24 *n.* 4.
Est dispositio ad magna quæque opera. *Ian.* 5.
Omnibus convenit. *Apr.* 3. *Iun.* 24. *Aug.* 15.
Exigit, ut nullus de se ipso confidat. *Ian.* 14.
Parùm nota antiquis seculis. *Aug.* 18.
Docetur à Christo tanquam sua propria Virtus. *Aug* 19. 18.
Facit, ut Deus nos exalter. *Aug.* 5 *n.* 2 *Aug.* 15.
Debet proinde semper antecedere gloriam. *Aug.* 15.
Debet esse sincera, & ex animo. *Mart* 2. *n.* 4.
Notatur in ferendis patienter adversis *Aug.* 7.
Si quis demisse sentiat de se ipso. *Iun.* 24. *Aug.* 15.
Si spernatur, & amet sperni, *Aug.* 15. *n.* 4.
Sine ipsâ esse non potest quies animi. *Aug.* 18.
Ad eam servandam Deus in servis suis multas refert tentationes. *Nov.* 17.
Humilitas in loquendo de se ipso quàm necessaria. *Apr.* 8. *Iun.* 24. *Aug.* 15. 29.
Hypocritarum quot sint genera. *Nov.* 5. *Dec.* 6.

Soli fuerunt acriter reprehensi à Christo. *Mai.* 7.
Eorum mos est aliorum notare defectus, negligere proprios. *Octob.* 5.
Provocant iram Dei. *Nov.* 5.
Malunt damnari quàm manifestari. *ibid.*
Pessimi omnium sunt, qui summas simulant virtutes. *Dec.* 6. *n.* 3.

I.

Iactabundi quàm detestabiles. *Apr.* 8.
Participant ab Infidelibus & Blasphemis. *ibid. n.* 5.
Omnes pariter mendaces *ibid.*
Idiotæ dum orant, intentionem suam conformare debent intentioni sapientum. *Octob.* 17. *n.* 4.
Et sic etiam dum credunt. *Dec.* 21. *n.* 4.
Idololatræ quare tam cæci ad lucem Veritatis Evangelicæ *Mai.* 29.
Idololatria fuit introducta à cupiditate placendi hominibus. *Mart.* 12. *n.* 3.
Ejus species quædam est præcipuè Avaritia. *Mart.* 30. & Inobedientia. *Iul.* 8.
Idolorum ruina ad ingressum Christi in Ægyptum cujus rei typus extiterit. *Mai.* 16.
Jejunium vigilantiam juvat *Sept.* 2. *n.* 1.
JESUS nos invitat hoc nomine, ut in ipso speremus. *Ian.* 1. Vide Christus.
Ignorantia minuit peccatum. *Aug.* 31. *n.* 3.
Sed non quando est voluntaria. *Mart.* 11. *n.* 4. *Apr.* 11. *n.* 6.
Fuit pœna peccati Originalis. *Mai* 10
Quanta sit in ijs, quæ sunt petenda à Deo. *ibid.*
Ignoscere inimicis quàm pulchra lex. *Iun* 17.
Potest & debet servari. *ibid.* & *Apr.* 17. *Octob* 25.
Illusores in sacris paginis Peccatores vocantur. *Apr.* 6.
Tria eorum genera. *ibid.*
Sibi potiùs quàm aliis nocent. *ibid.*
Imaginatio quo gradu in contemplatione admittatur, cùm in ea relinquitur. *Dec.* 27.
Imago JESU debet apparere in quovis prædestinato *Iul.* 13.
Imago Patris quare dicatur Verbum Divinum. *Mai.* 29 *n* 4.
Impatientia quàm noxia hominibus. *Ian* 30.
causa est, cur stolidè hìc potiùs quàm ibi satisfieri sibi velint. *Mart.* 20. *n.* 3.
Opponitur mutuæ charitati. *Apr.* 17. *n.* 3.
Facit, ut excutiatur jugum Obedientiæ tanquà onerosum. *Au.* 17. *n.* 3.
Imperfecti & Perfecti in quo discernantur. *Apr* 15.
Impietas per Antonomasiam quæ sit. *Dec.* 13. 25.
Impius prosperà utens fortunâ quantò dignior commiseratione quàm invidiâ. *Ian.* 20. *Febr.* 4 12. 15 18. 22. 26. *Mart.* 16. *Apr.* 18. 28 *Mai.* 4. 17. 31 *Iun.* 2. 16. 22. 23. *Aug* 23. *Nov.* 16. *Dec.* 4.

Improperium Christi quanto in pretio habendum. *Aug.30. Octob.13.*
Incarnatio quàm eximius amoris Divini erga hominem effectus. *Mart.25.*
Est mysterium altissimum. *Iun.6.*
Quomodo à Salomone adumbratum, *ibi.*
Incipientes nos esse credere oportet quotidie in servitio Divino. *Mai. 5. Iun. 28.*
Incipientes Proficientes & Perfecti in quo differant. *Aug. 26.*
Omnibus æqualiter quærendum, ut crescant in capite suo Christo, *ibidem.*
Eorum cuilibet diversus præbetur cibus. *Sept. 27. n. 2.*
Diversimodè debent aptare sibi Orationem Dominicam, ut fructum inde capiant. *Oct. 28.*
Indui Christum est eundem imitari. *Feb 10* & opera nostra unire cum ipsius operibus. *Mart. 17.*
Infideles se ostendunt multi Christiani perversi. *Mai.29 n.2.*
Maximè cùm se opponunt legi ignoscendi. *Iun 17.*
Infirmorum ad sanitatem aspirantium tria genera totidem adumbrant classes eorum, qui cupiunt converti. *Mart. 9. n. 1.*
Infernus dividitur in pœnam damni & sensûs. *Ian.3. Aug.27.n.3. Nov 24. n.1. Dec.4.*
Quàm sit horribilis. *Ian.22. Feb 18. Mart.5. Mai.19. Iun.2. 18. n. 6. Iul. 11. 14. n.5. Aug. 1, 27. Oct. 8. Nov, 28. Dec. 4, 17.*
Unus inferior, alter superior qui sit. *Apr.14.*
Comparatio inter ipsum & peccatum. *ibid.*
Habebit pœnas culpis congruas. *Febr.15. Mai.17. Iun.2. Iul.11. Aug. 27. Dec.4.*
Quare dicatur exterminium. *Iun.2.*
Ingratitudo erga Deum eorum, quibus maiores contulit favores. *Ian.10. Mai 14 Dec 11. Apr.8.*
Quàm gravis in malis Christianis. *Febr.21 Apr.7 Iun.22 Iul.24.*
Specialiter post passionem Christi. *Ian.13. Iun.11 Sept.12. Mart.13.*
Et post institutionem SS. Eucharistiæ. *Iun.9.*
Tollit orationi suum fructum. *Iul. 3. n. 4.*
Convertit in terram reprobam cor hominis. *Mart.26.*
Inimici in quo differant ab Adversis. *Iul.24. n.5.*
Quàm meritò propter Deum amandi. *Apr.27. Octob.25.* & beneficiis afficiendi. *Apr.27.* quis horum actuum maior existat. *ibid.*
Credere probrosum, si deorum sumatur vindicta, quàm sit fœda lex. *Iun 17.*
Veniâ vincuntur magis quàm vindictâ. *Sept 19.*
Inquietudo animi unde nascatur. *Aug 18 n 2.*
Inspirationum abusus quàm noxius. *Mart 26 Iul. 7.*
Earum effectus in corde humano. *Iul.6.7. Sept.21.*

Qui-

Quare in nonnullis nihil efficiant. *Jul. 6. n. 3. Sept. 21. n. 3.*
Promptè sunt executioni dandæ. *Sept. 21. 28. Dec. 28.*
Intentio recta magis in actionibus publicis tuenda. *Sept. 5. 16.* Vide *Gloria DEI.*
Internum valorem tribuit externo. *Jan. 29. Febr. 17.*
Et præcipuè castigationibus corporis. *Mart. 6. n. 5. Mart. 17. Jul. 16. n. 4.*
Nobilitat cuncta opera etiam ordinaria. *Febr. 17. Mart. 27.*
Invidia quàm mala. *Febr. 7. Sept. 9.*
Quantum in inferno damnatos cruciet. *Jul. 25. n. 3.*
Quomodo curetur. *Sept. 9. 4.*
Iob quàm cuperet pati. *Maj 25.*
Et tamen patiendo conjungi postulavit patientiam. *ibid.*
Animabat sese cogitatione vitæ futuræ. *Maj. 28.*
Quare tantum à suis oculis timeret mali. *Jul. 12.*
Ira quò tendat. *Oct. 31. n. 1.*
Quàm noxia illi, qui eam regere nequit. *Febr. 7. Jun. 4. n. 4. Nov. 8. n. 2.*
Opponitur mutuæ Charitati. *Apr. 17. n. 3. Oct. 25.*
Potest favore Divino à quolibet subijci, siquidem velit. *Aug. 18. Oct. 29. Dec. 26.*
Quæ sint in hoc regulæ servandæ. *Oct. 30. 31. Nov. 8. n. 4.*
Ira DEI est ejusdem Justitia. *Oct. 31.*
Eam omnino imitari homo non potest. *ibi.*
Iudicare de aliquo ante tempus quàm sit ab omni ratione alienum. *Maj. 13. n. 5. Oct 10.*
Iudicia Divina quot sensibus soleant accipi. *Jul. 5.*
Debent illa terrorem nobis incutere. *ibid.*
Non sunt provocanda. *Jul. 19. n. 4.*
Continuò sunt laudanda. *Jul. 26.*
Iudicium proprium subijciendum est Superioris judicio. *Jul. 8.*
Iudicium aliud particulare, aliud universale. *Apr 5. 9. 20.*
Quàm utrumque sit formidabile. *Jul. 5. n. 4. Jul. 13. Nov. 27.* maximè ob Misericordiam, quâ peccatores sunt abusi. *Jun. 8. n. 3. Mart. 3. n. 2. Jul. 9.*
Utrumque proprium habebit ignem. *Apr 20.*
Utrumque mors antecedat necesse est. *Maj. 13. n. 4. 5.*
Utrumque est dies vindictæ. *Jul. 9.*
Iudicium universale quàm tremendum ob ea, quibus constituitur. *Mart. 3. Apr. 9. 20. Jun. 18. Jul. 24. Aug. 3. 20. Sept. 30. Oct. 6. n. 4. Nov. 16. 24.*
Destinatur ad majorem honorem Electorum, & confusionem Reproborum. *Apr. 24. Maj. 9. Nov. 23. 17.*
Quare in fine Mundi. *Maj. 13.*
Quare jure faciendum à Christo non solùm ut DEO, sed & homine. *Jun. 18.*
Omnes illi reddet æqualiter subjectos. *Sep. 14.*
Erit illud dies ultionis. *Jul. 9.*

Et talis ultionis, in quam quasi fœderatæ convenient res omnes creatæ, ac si ratione essent præditæ. *Iul.* 24.
Quare tunc audiendus sonus tubæ. *Aug.* 3.
In ipso dividetur hæreditas inter Justitiam, & Misericordiam Divinam. *Maj.* 19. *n.* 3.
Præbet per omnem vitam contemplandi materiam. *Octob.* 6. *n.* 4. *Sept.* 30.
Iugum quare à Christo diceretur lex sua. *Aug.* 17.
Quantò suavius illo, quod mundus imponit. *ibid.*
Iusti nunquam fidere sibi debent. *Ian.* 14. *Febr.* 8. 16. 24. *vel* 25. *Mart.* 10. *Apr.* 16. *Sept.* 10. *Oct.* 6.
Ut se conservent, non sint contenti bonis, ad quæ sunt obligati. *Ian.* 24.
Semper debent quærere in virtute progressum. *Febr.* 22. *Mart.* 2. 18. 27. 28. 31. *Apr.* 3. 15. *Maj.* 5. *Iun.* 28. *Aug.* 22. 26. 28. *Sept.* 27. *Nov.* 15. 21. 22. 26. *Dec.* 2.
Quare Sancti nominati. *Mart.* 20. *n.* 2.
Et quare Sapientes. *Apr.* 6. 13. *Maj.* 26.
Sunt veri liberi. *Aug.* 1.
Quàm diversi ab his, quos Mundus eos æstimat in vita & in morte. *Aug.* 14.
In operibus suis imitari debent eos, qui seminant. *Aug.* 21.
Quomodo dicantur ex fide vivere. *Apr.* 4.
Quàm nobiles, quòd sint Filij Dei. *Mart.* 24. *Dec.* 18.
Quomodo quoad hoc diversi à Christo. *Aug.* 6.
Si sunt justi, suo commodo serv. *Apr.* 6.
Amant lucem, sed non omnes æqualiter. *Apr.* 12.
In quo distinguantur inter eos Perfecti ab Imperfectis. *Apr.* 5.
Quàm bene intus & foris pervenientes compositi. *Maj.* 15.
Eorum cibus est facere voluntatem Divinam. *Iun.* 1.
Similes frumento, & quare? *Iun.* 18. *n.* 4.
Et columbis. *Apr.* 16.
Quàm evanescant comparati DEO. *Iul.* 19.
Velint illi soli placere. *Maj.* 21. *Iul.* 31. *Dec.* 14.
Quare vocentur Templa DEI. *Sept.* 4.
Quanti ipsorum referat non separari à Christo. *Oct.* 7. 8.
Non debent vivere sibi, nec Mori. *Dec.* 14.
Quomodo dicantur in Domino mori. *Iul.* 14.
Iustificatio impij quàm grande opus. *Maj.* 24. *Aug.* 29. *n.* 3.
Quanti steterit Christo. *Maj.* 24. *n.* 4. *Sept.* 15. *n.* 1.
Quantum per instinctus internos eam procuret. *Jul.* 6.
& quantum remuneretur. *Jul.* 7.
Omnes ejus circumstantiæ in Magdalena exprimuntur. *Iul.* 22.

Iustitia Divina nunquam à Misericordia separatur. *Jun.* 8.
Semper ut illi conjuncta est considerandа. *Febr. 24. vel 25.*
Cum ea dividetur hæreditas extremo die Judicij. *Maj.* 19. *n.* 3.
Quam partem habeat in Justificatione peccatoris. *Maj.* 23. *n.* 2.
Ipsa est omnis Ira Divina. *Oct.* 31. *Mart.* 3. *Maj.* 19.
Quare DEUS non dicatur dives in Justitia. *Maj.* 23.
Quomodo locum habeat in inferno. *Maj.* 19. *Aug.* 27.
Iustitia humana nunquam omnino potest assequi similitudinem cum Divina. *Octob.* 31. *n.* 2.
Iustitiæ humanæ omnes sunt judicandæ. *Nov.* 27.

L.

Labor est necessarius ad tenendum in obsequio corpus. *Apr.* 21. *n.* 3.
Proprius est veris DEI servis. *Maj.* 20.
Non est nisi cum vita finiendus. *Jul.* 14. *Sept.* 2.
Lachrymæ nihil prosunt ad reparandam jacturam, quæ est facta per peccatum. *Nov.* 9.
Laudare DEUM quàm jucundum Beatis. *Nov.* 1.
Laus DEO gratissima quæ sit. *Jul.* 26. *n.* 2.
Laus propria quàm sit mendax. *Apr.* 8. *Aug.* 11. 20.
Et quàm injuriosa DEO. *Apr.* 8. Vide *Gloria.*
Laus humana quantùm fugienda *Feb.* 22. *Jul.* 31. *Nov* 5. Vide *Gloria.*
Laquei, quibus plenus est mundus, vitantur præsentiâ DEI sed continuâ. *Jun.* 12. 21. V. *Vincula.*
Lectio spiritualis quàm proficua. *Apr.* 11. Vide *Scripturæ Sacræ.*
Leo rugiens quare dæmon appelletur. *Sept.* 5.
Quomodo repellendus. *ibid.*
Lex in homine nihil ejus libertati præjudicat. *Aug.* 1.
Potiùs eum facit operari ad modum hominis. *Sept.* 25.
Lex antiqua quomodo revera non fuerit soluta à Christo sed adimpleta. *Jun.* 29. *n.* 4.
Quantò sit inferior nostrâ quoad nobilitatem. *Jun.* 3.
Et quantò gravior quoad onus impositum. *ibid.*
Legi Divinæ studendum præ omnibus. *Sept.* 1.
Ejus observantia omnium causa bonorum. *Dec.* 10. *n.* 2.
Lex Christi quare ab ipso dicatur Jugum. *Aug.* 17.
Quantò suavior mundi jugo. *Aug.* 19. Vide *Consilia Evangelica.*
Liberationis à malo plures sunt modi. *Octob.* 27.
Qualis sit illa, quam in oratione Dominica petimus. *ibid.*
Libertas quantopere ab homine expetita. *Aug.* 1.
Liberum arbitrium per se non præbet causam gloriandi. *Octob.* 7. *n.* 6.

Libido aufert hominem DEO. *Iul.* 12 *n.* 45.
Facit ſtupidum ad doctrinam Spiritûs. *Sept.* 6. *Nov.* 25.
Semper eſt prompta ad nos impugnandos. *Apr.* 15.
Vincitur virtute fidei. *Mart.* 7. *Iun.* 10.
Timore DEI. *Iul.* 5. cogitatione Chriſti patientis. *Iul.* 15. & fugâ magis, quàm pugnâ. *Iul.* 25. *Nov.* 18.
Excitatur liberiore commercio. *Iul.* 25. Vide *Occaſiones malæ. Concupiſcentia carnis.*
Lignum vitæ hodie eſt Crux Chriſti. *Nov.* 30.
Lingua quàm ſit effrenis. *Sept.* 23.
Quomodo gubernanda. *Iun.* 26. *Sept.* 23. *Dec.* 13.
Lingua Sanctorum eſt mala omnia adſcribere ſibi, bona omnia DEO. *Iun.* 24. *Aug.* 29. *Octob.* 7. *n.* 6.
Loqui de DEO. *Iun.* 26.
Sit naturale non affectatum. *ibid.*
Luctus qui reddit beatos, quis ſit. *Nov.* 9.
Lumen vivum quantæ utilitatis ad operandum bene. *Dec.* 21.
Luna ſymbolum peccatorum. *Apr.* 13. *n.* 4.
Lux grata Juſtis, odioſa improbis. *Apr.* 12. *Maj.* 29.
Lux quare dicantur opera bona. *Sept.* 15.
Luxus quàm ſit contrarius conditioni hujus vitæ miſerabilis. *Nov.* 9.

M.

Magni coram DEO qui ſint. *Iun.* 24. *Aug.* 11. *Maj.* 4.
Malum, à quo liberari petimus in Oratione Dominica, quodnam ſit. *Oct* 27.
Maledicere multiplici ſenſu accipitur. *Maj.* 4. *n.* 2. *Dec.* 9. *n.* 1.
Manna datum Hebræis ſymbolum conſolationum Cœleſtium. *Mai.* 22.
Ceſſavit guſtatis frugibus terræ. *ibi.*
Quare ante ortum ſolis debuerit colligi. *Iul.* 1.
Manſuetudo qualis ſit virtus. *Nov.* 1.
Differt moralis ab Evangelica. *ibid.*
Quantum juvet ſalutem animæ. *Iul.* 4. *Nov.* 8.
Et ejus quietem. *Aug.* 18. *Nov.* 17.
Docetur à Chriſto tanquam propria ejus virtus. *Aug.* 18.
Diſcitur ejus vitam meditando. *ibid.*
Eſt ſignum Prædeſtinationis. *Nov.* 8. *n.* 2.
Maria Virgo quantum ſuis faveat devotis. *Aug.* 5.
Quàm excelſa in Humilitate. *Aug.* 15.
Quantum ideo elevata, *ibid.*
Fuit ſimul prædeſtinata cum Chriſto. *Sept.* 8. *Nov.* 21. *n.* 2.
Quàm nobili genere prædeſtinationis. *Sept.* 8.
Quàm plena gratiæ. *Sept.* 17.
Agnoſcit omnia ſua bona eſſe à Chriſto, *Sept.* 17. *n.* 1. *Nov.* 21. *n.* 2.

Quare

Quare comparata Auroræ. *Nov. 21.*
Fuit domus electa Sapientiæ Divinæ. *Dec. 8.*
Exempta ab omni peccato. *ibid.*
Imò tota pulchra. *ibid.*
Fuit terra intacta. *Dec. 20.*
Quàm Inferis tremenda. *Nov. 21. n. 3.*
Dedit nobis specimen animas liberandi peccatis. *Jul. 2.*
Martyres quàm suaviter tractati à Deo. *Aug. 14.*
Martyrium censetur vita Religiosa Obedientiæ causâ. *Aug. 24.*
Meditatio assidua Novissimorũ quantum possit. *Apr. 2. 28. Jul. 28.*
Uti & sacrarum Litterarum. *Apr. 1. Aug. 2. Oct. 1. Dec. 10.*
Præcipuè sacri Evangelij. *Nov. 6. Dec. 10.*
Opus est nostram requirens industriam. *Apr. 19. n. 4. Oct. 15. Dec. 22. 27.*
In quo differat à Contemplatione. *Jun. 27. n. 5. Oct. 15. Dec. 22. 27.*
Est schola, in qua DEUS nos docet. *Jan. 2. Sept. 1.*
Est nutrimentum animæ. *Jul. 1. Maj. 22.*
Facienda manè. *Jul. 1.*
Debemus in ea circa Christum plurimum versari. *Jan. 19. Febr. 5. Apr. 19. 25. Maj. 21. Jun. 6. 11. n. 4. Jul. 15. Aug. 6. 18. 30. Sept. 7. 18. 22. Dec. 10. 22. 25. 29.*
Ad usum potiùs referenda quàm aliò. *Jan. 2. Sept. 1. Oct. 15. Nov. 6. n. 5. Dec. 30. n. 3.*
Quanta sint, quibus in ea fruimur, solatia. *Maj. 22.*
Memoria mortis quàm utilis. *Apr. 2.*
Quàm necessaria. *Maj. 6.*
Semper jungenda memoriæ reliquorum Novissimorum sequentium. *Apr. 2.*
Quàm amara amatoribus Mundi. *Apr. 18.*
Summè juvat ad eorum spernendam gloriam. *Apr. 28. n. 3. 4. Maj. 4. n. 5.*
Mendaces habendi omnes jactabundi. *Apr. 8.*
Merces pro bonis operibus non hìc sed ibi expetenda. *Mart. 20. Aug. 10.*
Quàm sit futura copiosa in Cœlis. Vide *Beatitudo Cœlestis.*
Milites veri, & expositi Christi qui sint. *Dec. 14. Maj. 20.*
Militia est vita hominis. *Sept. 2. Maj. 18.*
Consequentiæ, quæ hinc colligendæ. *ibid.*
Misericordia Divina considerandà ut unita Justitiæ. *Febr. 24. vel 25. Jun. 22.*
Quàm patiens in sustinendis malis. *Jan. 10. Febr. 14. 21. Mart. 3. 8. 22. Apr. 3. 5. 7. 14. Jun. 8. 18. 19. 22. Jul. 9. Aug. 9. Sept. 22.*
Et in ijs ad pœnitentiam revocandis. *Jan. 25. Mart. 8. Jul. 6.*
Multi eorum illâ abutuntur. *Febr. 21. Mart. 8. Jun. 22.*
Non tolerat infinities. *Mart. 8. n. 3.*
Erit hæres Electorum, uti Justitia Reproborum. *Maj. 19. n. 3.*

Illi potiùs quàm alteri tribuenda Justificatio impij. *Maj. 24.*
Quare in ea dicatur dives DEUS, & non in Justitia. *ibid.*
Omnibus ejus operibus se miscet. *Jun. 8.*
Nomine suo olim significabat Christum mundo promissum. *Jun. 8. n. 1.*
Quantò magis formidabile sit redditura Judicium. *Jun. 8. n. 3.*
Ejus effectus sunt ærumnæ. *Jun. 23.* Vide *Tribulationes.*
Misericordia quare absolutè dicatur in DEO virtus maxima, & non in homine. *Jul. 18. n. 8.*
In homine qualis sit virtus. *Jul. 18. Nov. 11.*
Quàm in operibus suis grata DEO. *Jan. 29. Sept. 18. Nov. 11. Dec. 26.*
Qui eam non habet à Natura, potest obtinere per gratiam. *Jul. 18. Dec. 26.*
Quomodo sit ipso usu perficienda. *Jul. 18. Sept. 18. Nov. 11. Dec. 26.*
Nulla alia virtus reddit similiores DEO. *Jul. 18. n. 8.*
Est signum prædestinationis. *Sept. 18. Nov. 11. Dec. 26.*
Spiritualis quantum præferenda corporali. *Jul. 2.*
Modestia oculorum quàm necessaria saluti. *Jul. 12.*
Quanta debeat esse & qualis. *ibid.*
Modica tam boni quàm mali quanti facienda. *Jan. 15. Apr. 14. Jul. 5. n. 4. Jul. 12. 21. Aug. 8. Oct. 9. Nov. 20. 22. 29.*
Mori sibi quid significet. *Jul. 14. Aug. 24. n. 2.*
Mors respondet vitæ. *Jan. 4.*
Quavis horâ adesse potest. *Jan. 9. Febr. 11. Mart. 1. Apr. 5. Maj. 6. Jul. 14. Aug. 12. Dec. 16.*
Transitus est horribilis obeà, quæ sequuntur. *Jan. 4. Feb. 27. Apr. 2. Maj. 13.*
Fuit introducta à peccato. *Mart. 13. 23.*
Et ab eodem etiam accelerata. *Mart. 31. n. 4. Maj. 23. n. 3. Sept. 20. 22.*
Ideo dicitur ejus stipendium. *Maj. 23.*
In quo consistat debita ad illam præparatio. *Feb. 11. Apr. 5.*
Debet esse continua per omnem vitæ cursum. *Apr. 5. n. 2. Aug. 2. Dec. 16.*
Potest illa peti à DEO sed non præverti. *Sept. 2. n. 7. Oct. 21.*
Quantum juvet ejus crebra cogitatio. Vide *Memoria mortis.*
Mors peccatorum quàm funesta. *Febr. 15. Mart. 16. Apr. 28. n. 3. Jun. 17. Jul. 17.*
Mors justorum quàm læta. *Febr. 15. Mart. 28. n. 3. Jul. 14. Aug. 14.*
Quare dicatur somnus. *Maj. 17.*
Quàm diversa abea, qualis mundo videtur. *Aug. 14.*
Mortificatio alia interna, alia externa, qualis esse debeat. *Mart. 17. Sept. 20.*
Est signum hominis Christo dilecti. *Mart. 17.*
Non solùm mortem corporis sed

accelerat, sed differt. *Mart. 31. Sept. 20.*
In quàm nobili statu constituat hominem. *Aug. 1. n. 2. 3.*
Multitudo malorum non excusat malitiam. *Mart. 30.* Vide *Exempla mala.*
Mundities cordis quid significet. *Nov. 12.*
Quomodo reddat beatum possessorem. *ibid.*
Quomodo aquiratur. *ibi. & Dec. 12.*
Mundus quàm parvi faciendus. *Febr. 1. 12. Maj. 26. Aug. 12.*
Est senex fatuus adeò odiosus DEO. *Apr. 16.*
Quàm stultus in suis principijs. *Jan. 27. Maj. 7. 13. 26.*
Consistit in triplici cupiditate voluptatis, pecuniæ, honoris vani. *Jun. 10. n. 3.*
Imponit leges severiores, quàm Christus. *Aug. 10.*
Quàm malè servos suos remuneretur. *Aug. 16.*
Vincitur in fide cujuscunque. *Jun. 10.* & in virtute pariter obedientiæ. *Sept. 25. n. 2.* Vide *Seculum & Bona mundi.*
Murmuratio non ideo est innocens, quia est de vero malo. *Dec. 13.*

N.

Negligentiæ in Divino servitio quot sint genera. *Nov. 29.*
Pauci sunt, qui ab ea se servent. *ib.*
Quàm sit noxia. *ibid.*
Nihilum nostrum quoad Naturam, Gratiam, Peccatum, *Aug. 21.*
Quantò magis id reluceat comparatum Substantiæ Divinæ *ibid.*
Nobiles Christiani nihil omnino perdunt existimationis non sumendo vindictam. *Jan. 17.*
Nomen DEI quomodo sanctificetur. *Octob. 20.*
Nomen JESU. *Jan. 1.*
Nomen MARIA. *Sept. 17.*
Novissima meditari quantum prosit. *Apr. 2.* quæ causa utilitatis. *ibi.*
Et quis modus meditandi. *ibid.*
Novitij alicujus Ordinis Religiosi quibus maximè tentationibus sint obnoxij. *Oct. 11.*
Quomodo superandæ. *ibid.*

O.

Obediens verus quis sit. *Sept. 25.*
Obedientia prompta est signum veri Spiritûs. *Dec. 18.*
Debet esse tam intellectûs quàm voluntatis. *Jul. 8.*
Quantum prosit sub ea vivere. *Mar. 29. Jul 29 n. 3.*
Facit, ut homo actum exerceat pulcherrimum, qualis est vincere seipsum. *Sept. 25.*
Et ut Religiosi sint quasi Martyres. *Aug. 24. n. 2.*
Tribuit victoriam carnis, mundi, & dæmonis. *Sept. 25.*
Fuit cibus Christi perpetuus. *Jun. 11.*
Quantum sit malum eam transgredi. *Jul. 8. Aug. 1. Sept. 25.*
Objectum turpe, vel pulchrum amatores suos in se convertit. *Febr. 4.*
Obstinatio in peccato. *Mart. 26. Jun. 23.*

Quomodo generetur. *Iul.* 17.
Dat laborem DEO. *Sept.* 22.
Quàm pernicioſa in morte ſit futura. *Sept.* 22.
Quomodo ſuperata à DEO per motus ſuos internos in corde hominis. *Iul.* 6.
Occaſio mala quàm timenda. *Apr.* 16. *Iul.* 12. 25.
Quis eam cavere magis teneatur. *Febr.* 5. *Nov.* 18.
Quomodo ſe gerat, quem in eam infert neceſſitas. *Maj.* 31.
Quàm ſtultus, qui liberatus eam denuo repetit. *Mart.* 22. *Apr.* 14.
Ipſa dat locum diabolo nos aggrediendi. *Iul.* 21.
Et deſiderijs carnis. *Iul.* 25. *n.* 4.
Non poteſt in ea ſperari auxilium ſpeciale, quando ſponte eligitur. *Oct.* 2. *n.* 6. *Oct.* 26.
Oculi noſtri quo ſenſu ſemper debeant eſſe intenti ad DEUM. *Iun.* 21.
Quanti referat eos frenare. *Iul.* 12.
Omiſſiones quàm graviter puniendæ in die Judicij. *Maj.* 19. *n.* 4. *Nov.* 18.
Opera bona ſunt ſemen, quod in vita præſenti ſpargitur pro futura. *Aug.* 21.
Et eſt ſemen, quod ſine fructu eſſe nequit. *ibid.*
Sine ipſis fides non ſufficit ad ſalutem. *Aug.* 3. *n.* 4.
Omnia referuntur ad tria capita Jejunium, Eleemoſynam, & Orationem. *Sept.* 16. *Nov.* 2.
Sunt certiſſimum ſignum Prædeſtinationis. *Dec.* 2.
Sunt facienda animo recto, prompto, hilari. *Dec.* 18. *n.* 3. 4.
Quando ſit neceſſe ea abſcondere, & quando non ſit. *Sept.* 15. 16.
Quomodo dicantur ſequi Juſtum poſt mortem. *Iul.* 14.
Opera ultra debitum ſuſcepta ſunt neceſſaria conſervandis debitis. *Iun.* 24. *Aug.* 8. *n.* 3. *Nov.* 29. Vide *Miſericordia.*
Oratio quanti facienda. *Apr.* 13.
Quantum obtineat à Deo. *Ian.* 1. *Maj.* 20. *Iul.* 3. *Dec.* 5. 13.
Quare aliquando non exaudiatur. *Ian.* 6.
Exauditur interdum magis, cùm minùs exaudiri videtur. *Maj.* 11. *n.* 2.
Debet eſſe continua, & quomodo poſſit eſſe talis. *Febr.* 11. *Apr.* 3.
Neceſſaria eſt omni tempore, ut non intremus in tentationem, *Febr.* 24. *vel* 25. *Maj.* 20. *n.* 4.
Debet ſuccedere in locum anxiæ ſollicitudinis quovis in negotio. *Apr.* 10. 11.
Quò magis multiplicatur, magis Deo placet. *Apr.* 11. 23.
Quot in ſe contineat exercitia virtutum. *Apr.* 23. *n.* 2.
Nunquam reijcitur. *ibid.*
Non ſolùm uſurpanda pro medio, ſed pro fine. *Apr.* 23. *n.* 4. *Iul.* 4. *n.* 3.
Cum ipsâ certa redditur ſalus. *Maj.* 2. *Iul.* 3 *Dec.* 13.
Quàm neceſſaria peccatoribus, & quàm iſtis tamen ignota. *Maj.* 10.
Non eſt facienda ſine præparatione per-

permittendo Spiritum soli arbitrio Divino. *Mai.11.n.4. Octob.15. Nov.15.n.1. Dec 1.*

Eá bene facere est singulare donum Spiritus sancti. *Mai.10.11.*

Non excludit ex parte nostra prudentiam in operando adhibitam. *Iun. 12. n.2.*

Nec applicationem mediorum ad id obtinendum, quod petitur. *Ian. 24. Febr.11. Iul.5. Octob. 23.26. Dec. 12.*

Necessaria Divini Verbi præconibus. *Iun.15.n.5.*

Quæ bona per eam specialiter petenda. *Iul. 3. Octob. 20. & seq. Dec.5.23.*

Facta pro aliis quantum etiam facientem juvet. *Octob. 18. n. 2. Dec.19.n.4.*

Quas dotes requirat, ut sit in se perfecta. *Octob.16.*

Oratio mentalis. Vide *Meditatio.*

Oratio Obsecratio, petitio, & gratiarum actio in quo differant. *Apr.* 11.

Quomodo semper invicem sint jungendæ. *ibid.*

Oratio Dominica. Vide *Pater noster.*

P.

Panis quotidianus, quem petimus à Deo, quid significet. *Octob.* 22.

Paradisus quàm nobilis sit habitatio. *Nov.*1.

Quare horreo comparatus. *Iun.*18.

Quare nunquam Regni nomine appellatus ante Christi adventum. *Aug.*14.

Parva quanti momenti Vide *Modica.*

Passio Christi. *Ian.19. Febr.5. Iun.11. Iul. 15. Aug.30. Sept.7 22.n.3.*

Quomodo dicatur infructuosa Apostatis. *Iul.26.*

Ejus cogitatione ad patiendum erigendus est animus. *Ian.19. Febr.5. Iun.* 11. *Iul. 15. Aug. 4. 30. Sept. 22.n.3.*

Pater quàm dulce Deo nomen. *Iun.4.n.4.*

In veteri Testamento rarò usurpatum. *Octob.17.*

Pater noster verus & unicus Deus est. *Iun.*14. *Octob.17.18.*

Aliquando dictus *Pater in Cœlo*, aliquando *Pater de Cœlis. Iun.* 14. *n.6.*

Ut talis non potest non exaudire nos libens. *Iun.*14 *Octobr.* 17. *n.6. &* misereri. *Iul.*18.*n.9.*

Pater spiritualis in via Domini necessarius est. *Nov.*15.

Patres quàm universim amantes prolis. *Iun.* 14.

Pater noster est Oratio perfectior quavis aliâ. *Octob.16.*

Ad hanc omnis alia referenda est, ut sit bona, *ibid.*

Vult Christus in ea concipi Deum ut Patrem, & non aliâ ratione possibili magis abstractâ. *Oct.*17.

Et ut Patrem nostrum etiam universalem. *Oct.*18.

Non vult, dum Deum cogitamus, nos juvari quacunque imaginatione loci, sed ut eum nobis repræsentemus in Cœlo regnantem. *Oct.19.n.2.*

Vult ut post ejus gloriam cogitemus de nobis petendo regnum, in quo ipse versatur. *Oct.* 20. 21.
Et ut ad hujus consecutionem propositi cogitemus de mediis directis per modum meriti. *Oct.* 22. & indirectis per modum auxilij. *Octob.* 23.
Removendis quoque obstaculis, quæ sunt peccata. *Oct.* 24. 25.
Et tentationibus perniciosis. *Octob.* 26. & quovis alio malo. *Oct.* 27.
Nemo quantumvis perfectus ab ejus recitatione eximi potest. *Oct.* 24. etiam integrâ. *Oct.* 24. 25.
Non solâ linguâ est proferenda sed expendenda animo. *Oct.* 15.
Est materia non meditationis duntaxat, sed & contemplationis celsissimæ. *Oct.* 28. *n.* 4.
Complectitur petitiones determinatas & ordinatas, neque fit committendo animam soli inspirantis arbitrio. *Oct.* 16. *Mai.* 10.
Quare non concludatur solitâ formulâ *per Dominum nostrum &c. Oct.* 27. *n.* 3.
In sensu proprio magis applicata statui Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. *Oct.* 28.
Ejus petitiones sigillatim breviter explicatæ. *Mai.* 10. & fusè. *Oct.* 16. *usque ad* 27. *incl.*
Pati in terra optabilissimum. *Jun* 17. *Feb.* 28. *Mart.* 11. 13.
Ad id alacres esse convenit. *Sept.* 7. *n.* 3.
Nullus quantumvis innocens ab eo exemptus. *Dec.* 28.
Signum est Prædestinationis. *Jul.* 15 *Aug.* 10.
Vide *Tribulationes Tentationes.*
Pati propter Justitiam quantum bonum. *Oct.* 13. *Nov.* 14.
Patientia quanti momenti. *Jun.* 15. *Febr.* 5. 29.
Aquiritur usu continuo *Febr.* 29. & per actus ut plurimum parcos sed frequentes. *Nov.* 20. & assidua lectione Scripturæ sacræ. *Apr.*
Perficit opera. *Feb.* 29.
Ipsa dat indicium virtutis. *Feb.* 29 *Mart.* 9. *Nov.* 14.
Et auget summè gloriam Cœlestem. *Mart.* 20. *n.* 3. 4.
Petenda est ut conjuncta afflictioni. *Maj.* 25.
Virtus est fortitudine major. *Jun.* 5.
Vide *Impatientia.*
Pauperes Christum repræsentant. *Sept.* 18.
Quàm utile ipsis subvenire. *Sept.* *Nov.* 11.
Non solùm in extrema necessitate sed etiam communi juvandi. *Sept.* 18.
Pauperes Spiritu qui sint. *Nov.* 7. & qui beati. *ibi. & Nov.* 14. *n.* 2.
Quantum lucrentur, si sint Christo fideles. *Dec.* 24.
Erunt assessores Christi in extremo die Judicij. *Mart.* 30. *n.* 2.
Ut se parent ad contemptum necesse est. *Nov.* 8.
Pauper superbus quis sit. *Apr.* 26.
Paupertas perfecta quæ. *Aug.* 12.
Quàm tenerè amata à Christo. *Sept.* 18. *n.* 2.

An plus habeat meriti eam in seipso tolerare, an in aliis sublevare. *Mart.* 30. *n.* 3. *Dec.* 24.
Quantum ad eam amplectendam conferat Timor Dei, *Nov.* 7. *n.* 4.
Beatum reddit, qui eam Dei causâ profitetur. *Nov.* 7. *n.* 4.
Pax quid sit. *Mart.* 28. *Nov.* 13.
Est propria verè spiritualium. *Mart.* 28.
Quare dicatur Vinculum charitatis. *April.* 17. *n.* 5.
Alia negativa, alia positiva. *Aug.* 14. *n.* 4. utraque à Justis post mortem obtinebitur. *ibid.*
Non habetur ab impijs. *Nov.* 18. *n.* 1.
Pacifici qui sint, & cur beati. *Nov.* 13.
Peccata modica viam sternunt ad maxima. *Apr.* 3. *n.* 5. *Jul.* 21. 25. *Aug.* 8. 31 *Nov.* 20. 22. 29.
Peccatum mortale quàm exosum Deo. *Febr.* 9.
Duplex ejus malum, Aversio à Deo, & Conversio ad creaturam. *Aug.* 9. *Nov.* 24. *Dec.* 4.
Ideo duplici punitur pœnâ, damni & sensûs. *Nov.* 24. *Dec.* 4.
Aliud est fragilitatis, aliud ignorantiæ, aliud malitiæ. *Mart.* 12. *Iun.* 23. *n.* 2. *Iul* 24.
Quantò gravius, quod calente, quàm quod frigente fit sanguine. *Jul.* 24.
Facit Deo, quod potest, pessimum, ipsum spernendo. *Apr.* 7. *n.* 5.
Quomodo vulneraverit hominem quoad omnes facultates suas. *Maj.* 10.
Quantis eum oneret debitis. *Oct.* 24.
Quàm fœdè deformet. *Feb.* 4. *Maj.* 24.
Facit mancipium omnium deterrimum. *Jun.* 16. *Aug.* 1.
Ad statum redigit nihilo peiorem. *Aug.* 11.
Ejus stipendium est mors corporis & animæ. *Maj.* 23.
Ipsum est, quod mortem introduxit in mundum. *Maj.* 13. 23.
Et ipsum eam stimulat. *Mart.* 31. *n.* 4. *Maj.* 23.
Ducit ad inferos. *Dec.* 19.
Et pondere suo damnationem accelerat. *Feb.* 18. *Aug.* 16.
Quando dicatur regnare in nobis. *Mart.* 11. *Jun.* 16.
Non execratur, quia non cognoscitur. *Feb.* 3. 27. *Jan.* 26. *Apr.* 12. *Dec.* 12.
Quantò sit gravius in Christianis ob ingratitudinem. *Jan.* 13. *Apr.* 7.
Quare ejus opera dicantur opera noctis. *Feb.* 10.
Nunquâ est impune. *Jun.* 22. *Aug.* 21.
Quare mereatur pœnam æternam. *Dec.* 4. *n.* 3.
Comparatio inter ipsum & infernum in quocunque malo. *Apr.* 14.
Quomodo in Prædestinatis etiam ipsum cooperetur ad salutem. *Iun.* 20.
Peccatum Veniale quantum sit malum. *Febr.* 11. *Nov.* 28.
Vide *Peccata modica.*
Peccatores vivunt in tenebris. *Ian.* 16. *Febr.* 10. 11. *Maj.* 29.

Et

Et eas magis amant quàm lucem. *April* 12.
In inferno aperiunt oculos ad agnoscendum malum suum. *Febr.* 26. *Maj.* 4.*n.*5. *Maj.*17.
Damnantur pro re nihili. *Febr.* 26. *n.* 4. & quia volunt. *Ian* 4.26 28. *Feb.*18.21.26. *Mart.*3.*n.*3. *Apr.*6. 12.14. *Jun.* 1.*n.*6. *Jun.* 20. *Aug.* 21. 27.*n.*2. *Sept* 10.*n.*4 *Sept.*11. 14. 20. *Octob.*3.9. *Nov.*24. *Dec.*17.
Imò laborant aliquando, ut pereant. *Febr.*26. *Jun.* 16.
Plerique malitiâ peccant, etsi videantur per fragilitatem & ignorantiam peccare. *Mart.*11. *Jul.* 27.*n.*6.
Quàm stulti, dum fontem deserunt propter cisternas. *Aug.* 9.
Quàm sint in se ipsis abominabiles. *Feb.* 4.
Et quàm Deo odiosi. *Feb.* 9.
Servi peccati. *Iun.* 16.
Mancipia diaboli. *Sept.*13. imò ejus filij. *Sept.* 11.
Et filij, qui malitiâ etiam patrem superant. *ibid.*
Quando fiant terra reproba. *Mart.* 26.
Quando faciant servire sibi Deum in iniquitatibus. *Sep.*13.
Similes paleis. *Iun.* 18.*n.*2.
Et bestiis maximè probrosis. *Feb.*4. *Maj.*14.
Stulti nominantur. *Mart.* 16. *Apr.* 13.
Illusores dicti. *Apr.*6. sed qui neminì nocent magis quàm sibi. *ibid.*
Illorum summum est malum, quòd Deum non precentur, nec sciant quomodo precentur. *Maj.*10.
Cùm ipsis supplicijs deteriores fiunt dant signum suæ reprobationis. *Iun.*23. & cùm in prosperitate vivunt nimiâ. Vide *Impius prosperâ utens fortunâ.*
Quàm viles, dum aliquando tentationibus succumbunt. *Oct.*9.
Et eas provocant. *Feb* 25. *Iun.*16.
Quantâ longanimitate tolerati à Deo. *Ian.* 10. *Febr.*14.21. *Mart.*3. 8.22. *Apr.*3.5 7.14. *Jun.*3.18.19.22. *Jul.*9. *Aug.* 9. *Sept.*22. & invitati ad pœnitentiam. *Jul.*6.22.
Quantum hac ipsâ suâ tolerantiâ abutantur. *Febr.* 20. *Mart.* 8. *Iun.* 7.22.
Omnes converti possunt, si velint. *Ian.*25. *April.*3. *Maj.*12. *Jul.*6.7.20.
Imò meritis superare innocentes. *Maj.*12. *Jul.* 22.
Quæ proinde observandæ sint regulæ in conversione. *Apr.*3. *Maj.*11. *Jul.*7.
Pecora & peccatores in quo similes. *Dec.* 17.
Pecuniæ nimium amatæ quàm nocent. *Mart.* 30. *Jun.* 14.
Vide *Divitiæ.*
Peregrini videri sibi debent omnes Christiani in hac terra. *Febr.*20. *Mart* 20.
Quales revera sint. *Iul.*25.
Peregrinatio est vita hominis. *Jul.*10.
Perfecti & imperfecti quomodo discernantur. *Apr.* 25.
Etiam illi ut isti debent crescere. *Aug.*26. *Nov.*10.

Periculum vide *Occasio.*
Persecutiones quot & quales in omni genere possint esse *Jun.* 30.
Omnes sunt vincendæ, ne separemur à Christo. *ibi.*
Toleratæ pro Justitia nos faciunt beatos. *Oct.* 13. *Nov.* 14.
Perseverantia ad nos extollendos necessaria est. *Aug.* 22. *Sept.* 28. *Octob.* 8.
Incitamenta ad ipsam. *Jan.* 23. *Mar.* 10. 17. *Jun.* 28.
Exigit perpetuum timorem. *Feb.* 16. *Maj.* 2. *Jul.* 5.
Ipsa est, quæ coronat, *Feb.* 23. *Mar.* 10. *Jul.* 5. 20.
Est donum Dei. *Maj.* 2.
Obtinetur oratione assiduâ. *Jul.* 3. patientiâ, *Feb.* 29.
Cogitando tempus esse breve. *Jan.* 23. *Mart.* 10 & memoriâ novissimorum in quovis opere. *Apr* 2.
Quid sit, quod illi maximè adversatur. *Aug.* 22.
Non solet negari his, qui soliti sunt bene vivere *Jan.* 7. *Dec.* 2. *n.* 4.
Vide *Constantia.*
Personæ Divinæ quàm sublimi modo inter se conjunctæ. *Apr.* 17. *n.* 1. *Dec.* 31.
Unde sit in ipsis pax adeò tranquilla *Apr* 17. *n* 5.
Quomodo omnes ad bonum nostrum conspirent *Dec.* 31.
Solis ipsis omnis debetur gloria, & æqualis omnibus. *Dec.* 31.
Pietas primò Deum respicit, deinde proximum. *Jun.* 17. *n.* 2. *Jul.* 16.
Dat vitam æternam, & prorogat temporalem. *Maj.* 23. *n.* 7. *Jul.* 16.
Debemus ad illam continuò per exercitium aptari. *Jul.* 16.
Placere Deo & hominibus non est facile. *Mar.* 22.
Quantò magis primum curandum, quàm alterum. *Mart.* 12. *Jul.* 31. *Aug.* 25. *Dec.* 7.
Plagæ Christi quàm speciosi fontes Gratiæ. *Maj.* 31.
In ipsis habent justi in morte refugium. *Mart.* 28.
Pœna patrato malo vitari non potest. *Aug.* 21.
Quò diutiùs differtur, eò est gravior. *Jan.* 20. *Feb.* 18. *Mart.* 3. 16. *Apr* 28. *Mai* 8. *n* 3. *Jul.* 9. 11. *Nov.* 16. *Dec.* 28.
Qui ex ea non proficit, dici potest reprobus. *Jun.* 23. *Nov.* 28.
Unde sit, quòd non statim infligatur. *Mart.* 8. *Mai.* 4 *Aug.* 21. *n.* 3.
Tempus eam infligendi relinquendum est Judici. *Nov* 27.
Plerumque pœna respondet culpæ. *Jan.* 3, *Feb* 15. 18. *Mar.* 16. 26. *Apr.* 14. 17. *Mai.* 14. 17. *Jun.* 2. 16. *Jul.* 11. *Aug.* 1. 21. 27. *Sept.* 13. 20. 29. *Dec.* 4.
Pœnarum maxima est non puniri. Vide *Impius in prospera fortuna.*
Pœnitentes quàm suaves Deo. *Jul.* 7. *Sept.* 24.
Possunt meritis superare innocentes. *Mai.* 12 *Jul.* 22.
Quomodo in hunc finem gerere se debeant. *Apr* 3 *Mai.* 12 *Jul.* 7.

Quantopere illis cavendum à relapsu. *Mart.*22. *Apr.* 14. *Iul.*24.
Semper debent plangere malum commissum. *Dec.* 12.
Pœnitentia à pauciſſimis citò agitur. *Feb.*3.
Imò ſatis diu differtur. *Feb.* 21. *Iun.* 22.
Quam ob cauſam *ibid.*
Non eſt differenda ad mortẽ uſque. *Feb.*11. 27. *Mart.* 8. *Apr.*5. *Iun.*7. *Iul.* 17. *Dec.* 16.
Pœnitentia per corporis caſtigationem quàm ſit congrua peccanti: & qualis eſſe debeat, ut ſit recta. *Mart.*6. *Apr.*21. *Iul.*16. *n.*4.
Neceſſaria vero Chriſti ſervo. *Mar.* 17. *Sept.*10.
Non eſt tanquam parùm utilis diffamanda. *Iul.*16. *n.*4.
Præcepta ſunt vincula, quæ libertatem non lædunt. *Aug.* 1. *n.*2.
Prædeſtinati omnes debent eſſe ſimiles Chriſto JESU. *Mai.*29. *Iul.*13.
Quomodo intelligendum, quòd omnia illis cooperentur ad ſalutem. *Iun* 20. *Iul.*13 *n.*4.
Quomodo, licet tales exiſtant, non ideo ipſis agendum ſegniùs in bonorum operum uſu. *Iun.* 20. *n.*3. *Dec.*2.
Prædeſtinatio executioni danda per ærumnas, quas Deus immittit. *Feb.*28 *Apr.*22. *Iul.*13. *Nov.*30.
Non excludit cooperationem noſtram, ſed exigit. Vide *Cooperatio.*
Ejus ſigna. Vide *ſigna.*
Prædicatores perfecti debent docere, movere, & delectare exemplo Chriſti. *Apr.*25.
Quomodo ſint adjutores Chriſti in procuranda ſalute Mundi. *Iun* 1 *n.*6.
Proprio potiùs ſint intenti profectui, quàm alieno. *Iun.*3. *n.*3. *Iun.* 5.
Debent in ſe continere Spiritum, quem volunt derivare in alios. *Iun.*13. *n.*4.
Plus aliis obligantur ad præbendum exemplum bonum. *Sept.*17. *Oct.* 5. *Dec.* 19.
Non debent tractare argumenta ad Spiritum pertinentia, quæ ipſi ignorant. *Sep.*25. *Dec.*13. *n.*3.
Prædicatio Apoſtolica puris competit fluminibus. *Iun.* 13.
Præparatio ad Orationem pleriſque neceſſaria eſt. *Dec.*1.
Qualem eſſe oporteat. *ibid.*
Præſciti vide *Reprobi.*
Præſentia Dei quantum afferat boni. *Iun.*12. 21. *Sept.*3. 4.
Quotuplex illa ſit. *Sept.*3.
Quàm facilè exerceatur. *ibid.*
quantum afferat ſuavitatis, cum altiorem conſecuta eſt gradum. *Iun.* 27.
Præſumptio & diffidentia duæ tentationes oppoſitæ quomodo vincantur. *Feb.* 24. *vel* 25.
Quomodo in Oratione Dominica contra utramque proviſum nobis ſit. *Oct.* 24. *n.*3.
Profectus Spiritualis nullos habet terminos. *Mai.*5 *Aug.*2. *Nov.*10.

Promptitudo ad bonum quanti facienda. *Sept. 23. Dec. 18.*
Prophetæ & Apostoli in quo diversi in sua prædicatione. *Iun. 29. n. 2.*
Prophetiæ de Christo quàm exactè cognoscantur impletæ. *Iun. 29. n. 2.*
Propositæ bona celeriter executioni danda. *Sept. 11. 28.*
Prosperitas est tempus, quo magis cavendum à malo. *Febr. 8. Apr. 24.*
Quam falsa in malis. *Feb. 18. Apr. 18. Mai. 4.*
Vide *Impius in prosperitate.*
In prosperitate deest moderatio, in adversitate fiducia. *Apr. 24.*
Proximus quomodo amandus, ut nos ipsos amamus. *Ian. 29. Iul. 30. n. 2. Aug. 13.* Vide *Charitas fraterna.*
Prudentia Christiana quomodo à sapientia distinguatur. *Mart. 7.*
Gubernare nos debet in his, quæ humanitati nostræ indulgemus. *ibid. n. 5.*
Non in ea, sed in Deo fundandus felix exitus negotiorum nostrorum. *Ian. 24. n. 3. Iun. 12.* & ideo continuò est orationi jungenda. *ibid.*
exigit, ut, quantumvis bene sentiamus de omnibus, opportunè tamen debitam cautelam non omittamus. *Ian. 14. n. 2.*
Prudentia serpentis quomodo uniatur simplicitati Columbæ. *ibid. & Maj. 1. n. 4.*
Publicum in faciendo bono ad nos obstringendos juvat. *Sept. 16. n. 2.*
Vide *Respectus humani.*
Publicum in faciendo malo quàm detestabile. *Apr. 3. n. 4.*
Pugnare viriliter contra nos ipsos est id, quod nos sanctos efficit. *Ian. 14. 15. 17. 30. Feb. 1. 5. 24. 28. 29. Mar. 6. 9. 17. 28. Apr. 20. Maj. 8. 20. 25. 28. Iun. 5. 10. 30. Iul. 12. 13 15. 16. 25. Aug. 10. 14 24. Sept. 2. 5. 10. 19. 20. 25. Octob. 11. Nov. 19. Dec. 25.*
Quomodo minuatur difficultas certaminis. *Feb. 23.*
Hujus vitæ est proprium. *Mart. 28. n. 5. Iul. 25. Sept. 10.*
Quem consequi aliquando gradum debeat. *Aug. 24.*
Purgatorium quàm severum. *Iul. 27.* contra novatores probatur. *Iul. 5. n. 5. Mart. 11. n. 5.*
Vide *Defuncti.*

Q.

Quæstus quantum etiam ijs dominetur, qui virtutem colunt. *Mart. 19. & 30. n. 5.*
Facit, ut illi è sanctis amentur magis, qui plus conferunt gratiarum. *Maj. 1. n. 3.*
Non debet spectari in obsequio Divino. *Maj. 20. n. 5. Iul. 31. n. 4. Oct. 20. Dec. 14.*
Quies vera non invenitur nisi in Mansuetudine & Humilitate *Aug. 18.*
Et in conformitate cum voluntate Divinâ *Ian. 16. Octob. 22. n. 4.*
Qualis & quanta sit, quâ fruitur anima in contemplatione. *Iun. 27.*

R.

Rapere Paradisum cujus sit proprium, & cujus furari. *Octob. 3.*
Recidivi quàm stolidi. *Mar. 22. Apr. 14 n. 4.*
quàm propè absint ab interitu. *Iul. 25.*
Reditus ad Deum qualis esse debeat. *Apr. 3.* vide *Conversio.*
Regnum cœlorum non fuit appellatum hoc nomine ante Christi in hunc Mundum adventum. *Aug. 14 n. 4.*
Ejus prærogativæ. Vide *Beatitudo Cœlestis.*
Regnum Dei petitum in oratione Dominica quid significet. *Octob. 21.*
Recursus ad Deum melior est quacunque solicitudine. *Apr. 10. 11.*
Semper isti jungendus. *Ian. 24.*
Reformatio nostri debet sumere initium ab intellectu, *Sept. 27.*
Religio quare dicatur æquivalere Martyrio. *Aug. 24 n 2.*
Religiosi quantũ habeant prærogativæ ad salutem. *Mart. 31. Nov. 7.*
Quantum Deo sint obstricti. *Mart. 31. n. 6.*
Minùs sentiunt ex hoc mundo transitum. *Apr. 18 n. 4. Aug. 12.*
Plus alijs tenentur frenare linguam, *Sept. 23.*
Remorsus conscientiæ quàm utilis. *Iul. 6. n. 2.*
In quo differat à dictamine. *Iul. 27. n. 6.*
Quàm sit futurus gravis in morte. *Mar. 1. Aug. 4.*
Non tanget tunc Justos. *Aug. 14.*
Erit vermis horribilis damnatoris. *Aug. 25 n 5.*
Reprobi cognoscuntur esse, qui futuri deteriores à pœnis. *Ian. 23.*
Repugnant veritatibus cognitis sicut Apostatæ. *Iul. 14.*
Eorum typus palmites aridi. *Oct. 2.*
Damnantur, quia volunt. Vide *Damnatio.*
Respectus hominum quàm probosi Deo. *Dec. 7.*
Quàm in morte sint futuri acerbi his, qui ipsorum se reos agnoscunt. *Mar. 1. n. 4.*
Quantum impediant servitium Divinum. *Mart. 12.*
Quanta sit eos superandi necessitas. *Iun. 28. n 2.*
Et quanta utilitas. *Mai 9. Aug. 15. n. 5. Sept. 16. Octob. 3.*
Restitutiones quàm difficiles. *Mar. 30. n. 4. Iun 14 n 2.*
Resurrectio corporum variis expressa symbolis. *Mai 28.*
Ad patiendum nos animat. ibi.
Resurrectio Christi à serpente adumbrata. *Iun. 26.*
Resurrectio mortuorum ad Judicium. *Aug 3.*
Revelationes quare in lege nova non requirendæ, uti quærebantur in vetere. *Dec. 29.*
Debent consentire cum his, quæ sacris paginis docentur, ut sint veræ. *Octob. 1.*
Risus non convenit in hoc mundo degentibus *Ian. 3. Nov. 9.*
Quomodo punitus in altero, *Ian. 3. Iun. 2.*

pun-

Nunquam in peccatoribus sincerus. *Febr.* 15.
In morte convertitur ipsis in amarum luctum. *ibid.* & *Mart.* 1. *Aug.* 14.
Ros quare repræsentet Generationem temporalem Verbi æterni. *Dec.* 20.

S.

Sagittæ, quibus Deus nos venatur, sunt tribulationes ab ipso immissæ. *Mai.* 18.
Et sagittæ, quibus iram suam demonstrat. *Aug.* 20.
Sunt sagittæ, quæ transeunt. *ibid.*
In inferno plenâ manu exonerantur in damnatos. *Nov* 28.
Sagittæ in manu Dei sunt veri Apostoli. *Dec.* 3.
Earum proprietates præcipuæ. *ibid.*
Salus æterna quàm difficilis. *Ian.* 12. *Mai.* 2.
Summè præferenda cuivis alteri bono. *Febr.* 26. *Aug.* 27. *Oct.* 14.
Debet esse unicum nostrum negotium. *Jul.* 10.
Multum securitatis & facilitatis accipit à devotione erga sanctissimam Virginem. *Aug.* 5.
Promittitur ijs, qui triumphare nôrunt de respectibus humanis. *Aug* 25.
Quare à Deo dicatur sua. *ibid. n.* 5.
Certò obtinetur strictiore Crucis complexu. *Nov.* 30.
Exigit cooperationem nostram etiam assiduam. Vide *Beatitudo Cœlestis. n.* 4.
Si non obtinetur, culpæ nostræ id tribuendum. Vide *Damnatio. n* 1.
Samson non semper eodem robore pollebat *Nov.* 26. *n.* 4
Quomodo sit in tentatione prævaricatus. *Oct.* 26.
Sancti quare dicti sint qui erant verè Justi. *Mart.* 20. *n.* 2.
Quàm bene solem constantiâ imitentur. *Apr.* 3.
Quomodo cum veritate possint dicere & sentire, se maximos mundi hujus peccatores. *Ian.* 25.
Sanctificare nomen Dei quid significet, *Octob.* 20.
Sanctitas simulata certum trahit interitum. *Nov.* 5.
Vide *Hypocrita.*
Sanctitas vera obtinetur victoriâ sui. *Feb.* 23. & diligenti muneris sui curâ. *Mart.* 17.
Non consistit in faciendis operibus excellentibus, sed excellenter faciendis *ibid.*
Obtineri in quocunque statu potest *Jul.* 28.
Procuranda in proprio. *Nov.* 15. *n.* 6.
Arguitur ex æstimatione, quam quis habet de modico seu bono seu malo. *Nov.* 20.
Sanctus est titulus Deo gratissimus. *Mai.* 25 *n.* 4.
Sapientia & scientia in quo distinguantur. *Jun* 9. *n.* 1. *Dec.* 15 *n.* 2.
Quàm utraque sit ingens bonum. *ibid.*
Cedunt tamen timori Dei. *Iun* 9.

Habent familiaria sibi septem vitia, quibus pervertuntur. *Iun.* 9.*n.*4.
Sapientia aut scientia vera quæ sit. *Ian.* 11. 27 *Mart.* 7. *Apr.*6 13.26. *Iun.* 9. *Aug.* 11. *Sept.* 1. *n.* 4. *Nov.* 3. 25.
In quo differat à Prudentia. *Mart.* 7.
Obtinetur oratione assiduâ. *Dec.* 5.
Non potest propinquare animæ subditæ peccatis. *Nov.* 25.
Nec morari in anima vitæ deditâ sensuali, *ibid.* & *Sept.* 6.
Quomodo ejus initium dicatur Timor Domini. *Nov.* 3.
Hodie consistit in Cruce Christi. *Nov* 30.
Sapientia ejus, qui peccavit, est eruere de malo bonum. *Mart.* 12.
Quid agendum, ut inde eruatur etiam cum lucro. *ibid.*
Sapientia mundi quàm contraria Divinæ. *Ian.*27 *Mart.* 2. *Mai.* 7.
Scire & non facere non tribuit salutem, sed maiorem affert damnationem. *Sept.* 27 *n.*2.
Scripturæ sacræ quàm in suis sensibus admirabiles. *Dec.* 30.
Quàm utiles eas meditantibus. *Apr.* 1. *Aug.* 2 *Oct.* 1.
Quomodo meditandæ. *Sept.*2.*n.*1. *Dec.*30.
Quot & quales sensus admittant. *Dec.* 30.
Quare dictæ Lucernæ. *Octob.* 1.
Vera earum cognitio mundis corde donatur. *Nov.* 12.*n.*4.
Quomodo Hebræis cedant in perditionem. *Iun.* 29.
Scrupuli quàm sint naturâ suâ pernicioſi. *Apr.* 3.
Secretum in faciendo bono in sit melius publico. *Sept.* 1.
Seculum quare nominetur status secularium. *Mart.*23.
Agit proditorem. *ibid.*
Ejus amicus inimicus Dei constituitur. *ibid.*
Quomodo se gerat, qui illud nequit deserere. *ibid.*& *Sept.*27.
Seminare præsentis est vitæ, alterius metere. *Aug.* 21.
Seminare in carne vel spiritu quid sit. *ibid.*
Quomodo ejusmodi labor reddatur levior *Aug.* 22.
Sensus scripturæ quot sint & quales. *Dec.*30.
Sensualitas quàm sit noxia. *Mart.*7. *Iul.* 25.
Quomodo vincatur. *Mart.*7.
Non oportet cum ea altercari, sed eam subijcere. *Aug.*22 24.
Sententia Christi Judicis in favorem Electorum expenditur. *Nov.*24.
Et contra reprobos *Nov.*24.
Separare pretiosum à vili quid sit. *Aug.* 29.
Separatio malorum à bonis in extremo die Judicij. *Aug.* 3.
Sermo factus à Christo in monte quanti faciendus. *Iun.* 17.
Serpens quomodo adumbret Christum resurgentem. *Iun.* 26.
Serpens æneus quàm aptus sit typus Crucifixi. *Mai.*3.
Servi maximè suam commendare debent fidelitatem. *Iul.* 20.

Sem-

Semper debent oculos defigere in Domino. *Iun.* 21.
Servitus peccati quàm horribilis. *Iun.* 16. *Febr.* 26. *n.* 4.
Signa Prædestinationis censentur fervor in operibus bonis. *Dec.* 2.
Octo beatitudines Evangelicæ. *Nov.* 6. *usque ad* 15.
Tribulationes. *Febr.* 28 *Mai.* 17. *Iun.* 30. *Iul.* 13. *Sept.* 26. *Octob.* 3. *n.* 4.
Viscera pietatis erga proximum. *Dec.* 26.
Simplicitas in agendo quàm grata Deo. *Mai.* 7.
Non opponitur Prudentiæ. *ibid.*
Solitudo est necessaria Contemplationi. *Iun.* 27.
Sollicitudo bona & mala. *Apr.* 19.
Quàm sit laudabilis in obsequio Divino. *Mart* 21.
Et in curanda salute animæ. *Maj.* 2. *Dec.* 2.
Sollicitudo mala omnis proijcienda est in sinum Dei. *Aug.* 7.
Ejus loco succedere debet Oratio assidua. *Apr.* 10.
Somnia sunt bona, quibus in hac terra fruimur. *Aug.* 23.
Somnus quàm nocivus nimium amanti. *Iul.* 1.
Somnus Peccatorum quàm funestus. *Maj.* 17.
Non est spernendus, etsi levis fuerit. *Febr.* 12.
Quomodo excutiatur. *ibidem.*
Spernere sperni quanti sit. *Febr.* 5. & quantopere juvet, ut quis etiam amet. *Nov.* 8. *n.* 4.
Spes in quo differat à fiducia. *Iun.* 12. *n.* 3.
Spes in Deo, vide *Confidentia in Deo.*
Spes Paradisi quàm imminuat onus patiendi. *Aug* 10. 22.
Spiritus semper contradicit Carni. *Mart.* 29.
Et eam semper debet habere mortificatam. *Sept* 20.
Verum est solum, in quo seminetur. *Aug* 21.
Non habet terminum magnitudinis, uti habet corpus. *Aug.* 25. *n.* 3.
Sed neque solet crescere per saltum. *ibid. n.* 4. *Sept* 1. *n* 3. *Nov.* 15.
Quàm sint pretiosæ ejus deliciæ. *Iun.* 27. *Sep.* 27 *Dec.* 10.
Vide *Consolatio Spiritus.*
Spiritus sanctus quomodo in Divinis sit causa movens omnium operum ad extra. *Dec* 31.
Ubi vult, spirat. *Sept.* 21.
Proprium ipsius est movere corda ad succurrendum non sibi tantùm, sed & aliis. *Jun.* 13 *Dec.* 6.
Ejus duodecim fructus quàm sint eximij. *Mai.* 15.
Ejus dona quomodo operentur in homine verè spirituali. *Iun.* 13. *Dec.* 6.
Obtinentur oratione. *Iun.* 13. *n.* 5.
Quomodo testimonium reddat nos esse filios Dei. *Mart.* 24. *Dec.* 18.
Quomodo ad orandum nos juvet. *Maj* 10. 11.
Quomodo, etsi nos juvet tantùm, totum ipsi adscribatur. *Mai.* 11. *n.* 4.

Sem-

Semper proinde in orationis initio invocandus. *Mai.* 11 *n.* 4.

Spirituales præcipuè sunt obnoxij vanæ Gloriæ, Iræ, Invidiæ. *Feb* 7.

Quomodo proinde ea vitia debeant superare. *ibid.*

Non omnes sunt robusti spiritu. *Mart.* 2 *n.* 2.

Quomodo robur illud oporteat consequi. *ibid. n.* 2.

Et quomodo, an consecuti sint, judicandum. *ibid. n.* 3.

Quàm pauci sint alieni ab omni proprio quæstu. *Mar.* 19. 30.

Non mirentur, si in se non eundem semper experiantur statum. *Mar.* 20. *n* 4. *Apr.* 20. *n.* 5. *Apr.* 24.

Quàm beati in vita, in morte, & post mortem. *Mart.* 28.

Alij perfecti, alij imperfecti; & ex quibus indicijs. *Apr.* 15.

Omnes se gerere debent instar Incipientium ad mortem usque. *Mai.* 5. *Iun.* 28. & pro talibus se habere. *ibid*

Quàm digni fructus colligantur à spiritu. *Maj.* 16. *Sept* 20. 27.

Operationibus suis imitantur Spiritum, à quo illæ procedunt. *Sept.* 21 *n.* 4.

Quo sensu dicantur omnia judicare. *Nov.* 25 *n.* 2.

Purè Spirituales in solo cœlo est reperire. *Sept.* 20. *n.* 4.

Verè Spirituales in terra pauci existunt. *Mart.* 28. *n.* 1. *Nov.* 30. *Sept.* 1. *Jan.* 1.

Spirituales ficti quàm mali. *Dec.* 6. *n.* 3.

Sponsalia inter animam & Deum cum omnibus suis partibus expressa. *Iul.* 22.

Status proprius non debet extolli in contemptum Dei. *Ian.* 17. *Iul.* 10.

Quisquis vult, in quolibet fieri sanctus potest. *Ian.* 27. *Jul.* 26. *Nov.* 15. *n.* 7.

Status Incipientium, Proficientium, & Perfectorum quo sensu debeat intelligi. *Apr.* 26.

Stimulus carnis quàm utilis fuerit Apostolo. *Nov.* 17.

Stipendium peccati mors est corporis & animæ. *Mai.* 23.

Stultus coram hominibus fieri debet, qui vult esse sapiens coram Deo. *Mai.* 26.

Stultus per antonomasiam vocatur omnis peccator. *Apr.* 13.

Imprimis autem avari. *Mart.* 16. *n.* 2. *Mai* 4. & 17.

Et luxuriosi. *Sept.* 6.

Superbiæ malum in quo propriè consistat. *Sept.* 29. *n.* 1.

Quare sit tantopere exosa Deo. *Ian.* 7.

Alia est interna, alia externa. *Mart.* 14. *Dec.* 26.

Fuit principium omnis ruinæ in cœlo & in terra. *Mart.* 14. *Sept.* 29.

Quare facilè se occulter. *Mart.* 14.

In pauperibus magis intolerabilis. *Apr.* 25.

Magis quoque in peccatoribus. *Apr.* 3. *n.* 4. *Mai* 12.

Ipsa facit, ut homo experiat libertatem. *Aug* 1.

Ut excutiat jugum Christi. *Aug.* 17. *n.* 3.
Nec intelligat ejus doctrinam. *Iun.* 4.
Atque ut eam despiciat. *Jun.* 17. *n.* 3.
Causa est, cur facilè rumpatur vinculum Charitatis. *Apr.* 17. *n.* 3.
Quàm severè castigata à DEO. *Mar.* 14. *Sept.* 29.
Quomodo ex corde ejiciatur. *Mar.* 4. Vide *Æstimatio.*
Superiores ut Patres se gerant. *Jul.* 18. *n.* 9.
Quàm oporteat esse tardos ad Iram. *Oct.* 31. *n.* 3.

T.

Templa DEI quare dicantur Justi. *Sept.* 4.
Tempus quanti faciendum. *Febr.* 6. *Maj.* 5. *Iul.* 10. *Sept.* 12.
Quàm illo abutantur peccatores. *Febr.* 20.
Omne vel præteritum vel futurum, præsens nullum. *Iul.* 23.
Quid agendum, ne perdas. *Sept* 12.
Et quomodo perditum recuperetur. *ibid.*
Tenebræ nunc peccata, nunc peccatores vocantur. *Apr.* 12.
A multis præ luce amantur. *ibid.*
Tenebræ infernales quàm horribiles. *Iul.* 11.
Aliæ exteriores, aliæ interiores. *ibid*
Tentare DEUM quis soleat. *Dec.* 1.
Tentationes aliæ internæ, aliæ externæ, & quales sint. *Oct.* 26.
Quantum afferant boni his, qui ex ijs nôrunt proficere. *Febr.* 28. *n.* 4. *Nov.* 17.
Ipsæ sunt, quæ virtutem probant. *Ian.* 17. *Febr.* 29. *Sept.* 2. *n.* 6. *Oct.* 29.
Et ipsæ nobis obtinent coronam. *Ian.* 17.
Quæ sint propriæ Incipientium. *Oct.* 11.
Ad eas repellendas norma à Christo sumenda. *ibid.*
In materia fidei quàm citò repudiandæ. *Apr.* 4 *n.* 2.
Præveniuntur per vigilantiam, & orationem. *Febr.* 24. *vel* 25. *Maj.* 8. *Sept* 5. *Oct.* 26.
Et per exercitium præsentiæ Divinæ. *Iun.* 12. 21.
Non sunt ultrò accersendæ *Febr.* 28. *n.* 5. *Iul.* 21. *Oct.* 26.
In principio sunt repellendæ. *Iul.* 21. 25.
Apertæ Patri Spirituali vim suam amittunt *Maj.* 8. *n.* 5.
Quàm furiosæ in morte *Iun.* 7. *n.* 5.
A quibus petere oporteat nos præservari. *Oct.* 26.
Tepiditas in Divino obsequio quæ sit. *Aug.* 31.
Quàm sit pernicios. *ibid.*
Terra non est patria nostra. *Febr.* 20. *Mart.* 20 *Iul.* 25.
Terra in sacris paginis quare nonnunquam Cœlum significet. *Apr.* 24. *n.* 2. *Nov* 8.
Terra reproba quæ sit. *Mar.* 26.
Testimonia Divina quid significent. *Dec.* 10.

In ijs reponendæ omnes noſtræ divitiæ. *ibid.*
Timere ſibi quàm omnibus Juſtis proprium. *Jan.* 14. *Feb.* 8. 16. 24. *vel* 25. *Mar.* 10 *Apr.* 16. *Maj* 5. *Jul.* 5. *Sept.* 10. *Oct.* 8. 10. 11. 14.
Sed maximè Incipientibus. *Oct.* 11.
Timor circa negotium ſalutis æternæ quouſque debeat ſe extendere. *Maj.* 2.
Quales in nobis debeat parere effectus. *Sept.* 3. *Oct.* 6. 14. Vide *Diffidentia de ſalute.*
Timor DEI. *Jan.* 7. 22. *Feb.* 16.
Quot ejus ſint genera. *Nov.* 4.
Sine ipſo nihil eſt, quod habeat momentum. *Jan.* 11. *Jun.* 9.
Quare dicatur Initium ſapientiæ. *Nov.* 3.
Quales in nobis parere debeat effectus. *Feb.* 7. *Jul.* 5. *Sept.* 30. *n.* 3. *Oct.* 14.
Quare certò ſciri nequeat, an eum habeamus. *Nov* 3. *n.* 5.
Vitam prorogat. *Maj* 33. *n.* 6.
Et bona cuncta luſto conſervat. *Dec.* 15.
Quomodo fuerit in ipſo Chriſto. *Oct.* 14. *n.* 4.
Timor ſervilis in quo differat à caſto. *Jan.* 22. *n.* 4. *Oct.* 14. *n.* 4 *Nov.* 3.
Tribulationes in quo differant ab anguſtijs. *Jun.* 29. *n.* 2.
Continent in ſe omne genus boni honeſti, utilis, delectabilis. *Feb.* 28.
Per eas DEUS nobis exprobrat peccata. *Maj.* 25. *n.* 3.
Sunt pignora Prædeſtinationis. *Jan.* 17. *Feb* 28. *Maj.* 18. *Jun.* 30. *Jul* 13. *Sept.* 26. *Oct.* 7. *n.* 4.
Sunt ultimus conatus, quem DEUS adhibet expugnandis cordibus obſtinatis. *Jun.* 23.
Quaſi per vim nobis aſſerunt ſalutem, *Oct.* 3 *n.* 4. *Nov.* 30.
Ipſæ nutriunt humilitatem in DEI famulis *Nov.* 17.
Et virtutem comprobant. *Jan.* 17. *Feb.* 29. *Mar.* 9. *Apr.* 20. 22. *Maj.* 25.
Quàm copioſis in Cœlo præmijs afficiantur. *Jan.* 17. *Mar.* 31. *Maj* 30.
Semper exiſtimandæ meritis inferiores, *Feb.* 14. *Maj.* 25. *n.* 5.
Non debent æſtimatione noſtrâ exaggerari. *Apr.* 22. *n.* 2 *Maj.* 28. *Jul.* 10 *n* 3.
Et nemo, ut ut innocens, ab illis debet ſe eximere. *Dec.* 28.
Magis amandæ, quas DEUS magis immittit. *Apr.* 22.
Quantum in ijs eſſet lætandum. *Feb.* 28. *Jun.* 25. *n.* 1.
Saltem in ijs non eſſet amittenda fiducia. *Apr.* 24. *Maj.* 28.
Omnes ſunt recipiendæ ut proximè à DEO nobis immiſſæ *Mar.* 9. *n.* 2. *Apr.* 22. *n.* 3. *Maj.* 25. *Jun.* 1. *n.* 7.
Non nocet earum ſenſus, modò patienter tolerentur. *Mar.* 11. *n.* 3. 6. *Apr.* 20. *n.* 5. *Maj.* 25. *Aug.* 10. *Sept.* 26. *Oct.* 13.
Medium potentiſſimum, quod Chri-

Christus nos docuit ad eas æquo animo ferendas. *Apr.* 22.
Trinitas Sanctissima in rebus omnibus glorificanda. *Dec.* 31. Vide *Personæ Divinæ.*
Tuba quare ante Judicium audienda. *Aug.* 3.
Sitne futura tuba vera an metaphorica. *ibid.*

V.

Vana gloria quàm noxia *Feb.* 7 *Maj.* 26.
Quàm irrationabilis in operibus pietatis. *Jun.* 24.
Nascitur à defectu cognitionis proprij sui nihili. *Aug.* 10.
Quando tollat bonis operibus meritum, & quando relinquat. *Sept.* 16.
Quomodo ejus stimulus retundendus. *Aug.* 26. *n.* 3.
Vanitas hominis est propria. *Aug.* 1.
Etiam pijs miscetur operibus. *Sept.* 15. *n.* 3.
Vanitas in loquendo alia magis, alia minùs peccaminosa. *Apr.* 8. *n.* 5.
Verbum Divinum quare dicatur Imago Patris. *Maj.* 29. *n.* 4.
Quomodo dicatur omnia per ipsum Pater fecisse. *Dec.* 31.
Et quòd facere adhuc pergat. *Jun.* 27 *n.* 3.
Veritas quantam vim habeat movendi. *Apr.* 25. *Sept.* 14.
Eam Christus mundum docuit. *Dec.* 13.
Et per eam mundum traxit. *Sept.* 14. *Apr.* 25.
Etiam ipsa dicenda non est sine prævia ponderatione. *Dec.* 31.
Vermis Conscientiæ. Vide *Remorsus.*
Vices prosperæ & adversæ probant hominem. *Apr.* 24.
In ijsdem æqualiter insistere semper oportet servitio Divino. *Mart.* 30. *n.* 4.
Expressæ per viam navis in alto. *Jun.* 6.
Vigilantia quàm necessaria omni Christiano. *Febr.* 11. 24 *vel* 25. *Sept.* 5. *Dec.* 16.
Plurimum juvatur à Jejunio. *Sept.* 5. *n.* 1.
Vincere se ipsum pulcherrimus est actus, quem facere homo possit. *Jun.* 5. *Sept.* 25.
Vincula triplicis generis, quæ ligant in vita hominem. *Aug.* 1.
Vindicta lex est ex adverso posita legi Christi. *Jun.* 17.
Quare justa sit DEO, sed non homini. *Jul.* 9. *n.* 2. Vide *Inimici.*
Virtus facilè amatur purâ speculatione concepta, sed non ita in usu. *Nov.* 20.
Vita temporalis Pietate prorogatur. *Maj.* 23. *n.* 7. *Jul.* 10.
A peccato decurtatur. *Mar.* 31. *n.* 4. *Maj.* 23. *Sept.* 20.
Vita æterna. Vide *Beatitudo Cœlestis.*
Vita præsens certis est definita terminis. *Jul.* 10. *n* 3.
Quàm fallax, & fugax. *Jan.* 9. *Feb.* 6. 20. *Jul* 10 20. 23.
Est militia. *Maj.* 28. *Sept.* 2.

Est peregrinatio. *Febr.* 20 *Mar.* 30. *Jul.* 10.
Est tempus seminandi. *Aug.* 21.
Similis umbræ, quæ horas designat. *Jul.* 10 *n.* 4.
Promptè immolanda pro DEO. *Dec.* 14.
Et propter solum DEUM conservanda. *ibid.*
Minùs curanda post adventum Christi. *Dec.* 29 *n.* 2.
Vita futura continuò expectanda Christianis. *Feb.* 20. *Mar.* 20. *Maj.* 28. *Dec.* 25.
Imò & expetenda. *Oct.* 21.
Quantò minùs amata nonnullis, quàm præsens. *ibid. n.* 4.
Vitis quantò præ alijs plantis aptiùs Christum repræsentet. *Oct.* 7 8.
Vnitas summa, quam Christus à fidelibus requirebat, quænam sit. *Apr.* 17 *n* 2.
Quomodo servetur. *ibi.*
Quàm sit necessaria nobis. *Jan* 31. *Aug.* 31 *n.* 6.
Vocatio ad statum Religiosum quantum sit donum. *Mar.* 31. *Aug.* 16. 19.
Promptè est amplectenda. *Aug* 24. *Sept* 21 28.
Et retinenda constanter *ib. & Jul* 24.
Quare in nonnullorum cordibus non habeat vim. *Jul* 6 *n.* 3.
Voluntas Divina duplex est: una signi, altera beneplaciti. *Oct.* 22.
Prima perfectam à nobis obedientiam exigit. *Jun.* 1. *Sep.* 27. *Oct.* 17. 22.
Altera resignationem. Vide *Conformitas cum voluntate Divinâ.*
Voluntas propria quàm periculosa, nisi abnegetur. *Jan.* 15. *Oct.* 22.
Immorigeris est prima sua regula. *Jul.* 8. *n.* 3.
Confundit eos, qui ipsam sequuntur. *Mar.* 29.
Quisquis vult, potest eam subijcere. *Jun.* 5 *n.* 3.
Quàm sit actus præclarus eam subigere. *Jun.* 5. *Aug.* 1. *Sept.* 25.
Conformanda voluntati Divinæ. Vide *Conformitas, &c.*

Z.

Zelus animarum quantum prosit. *Dec.* 19.
In ijs DEO lucrandis æmulari oportet rabiem dæmonum. *Apr.* 30.
Signum est, possideri verum Domini Spiritum. *Jul.* 13.
Proprius est verè Conversorum. *Jul.* 22.
Quivis eum exercere debet pro statûs sui conditione. *Jul.* 2. *Dec.* 19. *n.* 4.
Non exigit, ut proprius profectus aliorum causâ negligatur. *Jun.* 3. *n.* 3. *Jun.* 5. *Jul.* 2. *n.* 6.
Quomodo Sanctissimæ Virgini usitatus. *Jul.* 2.
Zelus indiscretus in communitate pacem perturbat. *Apr.* 17. *n.* 3.

INDEX II.

Earum meditationum, quæ servire possunt pro Lectione diurnâ accommodatâ vacanti Spiritualibus Exercitijs S. P. Ignatij: quæ proinde eo solùm ordine hîc ponentur, quo vel omnes vel aliquas earum legi congruentius est.

PRo dispositione seu præparatione remotâ ad ingressum talium Exercitiorum. *Febr.* 3. 21. *Mar.* 8.

Et ut ingrediaris cum magna æstimatione illius, quod in ijs est addiscendum. *Jan.* 2.

Et cum magna dilatatione voluntatis. *Apr.* 2.

Prima Hebdomas.

Quando consideratur id, quod à S. Ignatio Principium, seu fundamentum appellatur *Jan.* 11 *Mar.* 7. *usque ad punctum 6. Jul.* 10.

Pro Examine particulari sui ipsius. *Mart.* 21.

Pro Examine Generali.

Circa cogitationes. *Nov.* 22.

Circa verba. *Jun.* 26.

Circa opera. *Feb.* 10.

Ut pudorem concipias in eo Examine. *Jul.* 19.

Pro eo, quod hoc loco præscribunt Additiones circa præparationem ad Orationem, *Dec.* 1.

Et circa rigidam corporis tractationem. *Apr.* 21.

Quando fit primum Exercitium, quod spectat ad lapsum Angelorum,

Adami,

Et proprium, seu particularem. *Mar.* 14. *Febr.* 9.

Quando fit Exercitium secundum de vilitate hominis, continuò succumbentis suggestionibus diabolicis. *Oct* 9.

De malitia, quâ pervertit se ipsum. *Mart.* 11.

De ingratitudine, quâ Deo rebellavit. *Apr.* 7.

Et Christum conculcavit. *Jun.* 13.

Ut scias modum resistendi tentationibus, quæ hîc possunt accidere ab inimico, & quomodo illæ repellendæ juxta regulas datas à S. Ignatio. *Maj.* 8.

Quando fit Exercitium tertium & quartum, quæ consistunt in repetitione præcedentium, addi potest ad gratiarum actionem,

quòd non sis mortuus in peccato, & ad propositum non relabendi, id, quod dicitur. Mar. 22.
Quando fit meditatio de damnis, quæ pecccatum affert peccatori, eum mutando ex homine in brutum. Maj. 14.
Ex domino in servum. Iun. 16.
Ex filio Dei in filium diaboli. Sep. 11.
Ut probè capias damna 7. vitiorum capitalium, quæ distinctiùs ruminanda proponuntur in primo modo orandi. Vide
Pro Superbia. Sept. 29. Ian. 4.
Pro Avaritia. Mart. 30.
Pro Luxuria. Sept. 6.
Pro Ira, Oct. 30. 31.
Pro Gula. Feb. 13.
Pro Invidia. Sept. 9.
Pro Acedia. Iul. 1.
Et pro omnibus simul sumptis Nov. 25.
Quando fit meditatio de morte. Mar. 1. Mai. 6. Apr. 18. Iul. 17. Feb. 11. Mart. 16. Apr. 28.
Pro meditatione de Judicio. Mai. 13. Aug. 3. Apr. 9. Iun. 18. Nov. 16. Mar. 3. Iul. 9. Nov. 23. 24. Aug. 20.
Quando fit Exercitium quintum, quod est de Inferno. Ian 21. Feb. 18. An. 27. Mar. 19. Mai. 5. Iul. 11. Nov. 28. Dec. 4. 17. Iun. 2. Ian. 3. Mai. 7.
Pro comparatione inter infernum & peccatum. Apr. 14.
Ut quis statuat exactam facere Confessionem Generalem circa finē primæ hebdomadæ. Feb. 27. Apr. 5. Iun. 27.
Quando fit meditatio de filio prodigo. Mai. 18. 22. Apr 3. Ian. 25. Sept. 24.
Pro dispositione ad SS. Eucharistiam sub finem ejusdem hebdomadæ devotè sumendam Iun. 19.
Ad imprimendam bene animo æternitatem. Jan. 4. 28. Iul. 23.

Secunda Hebdomas.

Quando fit meditatio de Regno Christi. Nov. 19. Dec. 14.
De Incarnatione, Mart. 25.
De Visitatione Elisabeth. Iul. 2.
De Nativitate. Dec. 14. 25.
De Circumcisione. Ian. 1.
De Adoratione Magorum. Ian. 6.
De Præsentatione in templo. Feb. 2.
De Fuga in Ægyptum. Mart. 19. Mai. 16.
De Strage Innocentûm. Dec. 28.
De Vita Christi absconditâ, & ejus subjectione usque ad annum 30. Feb. 12 Mart. 29. Sept. 25.
De Secessu Christi relictis domesticis; ut in Templo debitum Patri suo Magno præstaret obsequium (juxta illud: *Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*) qui est finis primarius, ob quem S. Ignatius istam hoc loco meditationem proposuit. Apr. 13. *usque ad punctum* 5. Dec. 7. *usque ad punctum* 4.
Quando fit meditatio de duobus Vexillis, uno Luciferi ad se populos invitantis, altero Christi. Mart. 23. Aug. 16. 17. 18. Ian. 21. Sept. 20. Ian. 18

Ad

Ad excitandum se ipsum in meditatione de tribus hominum classibus, ut velit, si ita placuerit Deo, de eorum esse numero, qui sunt prompti ad omnia sine exceptione facienda. *Mart.* 9. *Octob.* 4.

Ut aliis te regulis instruas contra insultus dæmonis, quæ sint in secunda hebdomade, accomodatæ facientibus in virtute progressum. *Sept.* 5.

Quando fit meditatio de Baptismo, quem Christus suscipere voluit à Joanne suo Præcursore *Iun.* 24. *usque ad p.* 5.

Præludium ad electionem statûs. *Sept.* 27. *Apr.* 25. *Ian.* 20. *Aug.* 24. *Mai.* 29. *Ian.* 10. *Jul* 17.

Pro meditatione Christi tentati in deserto *Oct.* 11. *Feb* 28. 29.

De Vocatione Apostolorum. *Sep.* 21. *Dec.* 18. *Mai.* 1.

Pro sermone, quem Christus fecit in monte, explicans octo beatitudines. *Nov.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Docens, quomodo facienda sint opera bona. *sic luceat &c. Sept.* 15. *Attendite ne Iustitiam &c. Sept.* 16. & ostendens, quomodo ipse perficiat legem antiquam dicendo: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros &c. Apr.* 27. *Iun.* 17.

Pro repellendis tentationibus diffidentiæ, quæ in ijs solent consurgere, qui de statu eligendo deliberant. *Nov.* 4.

Pro tempore electionis. *Mart.* 23. *Feb.* 26. *Feb.* 1.

Pro eo, qui statuit sequi tria Consilia Evangelica in Ordine Religioso. *Mart.* 31.

Pro eo, qui specialiter eligit statum solitarium, in quo saluti suæ invigilet. *Oct.* 6.

Pro eo, qui statum eligit, in quo non suæ tantùm, sed & proximi saluti studeat. *Iul.* 22. *Iun.* 13. *Dec.* 19. *Apr.* 28. 29.

Pro eo, quem Deus vult permanere in seculo. *Mai.* 31. *Iun.* 10. *Iul.* 25.

Quia Spiritualibus vacans Exercitijs fortè jam elegit statum, eúmque minimè mutabilem: ideo S. Ignatius hìc declarat, quomodo ejusmodi solùm illi reformando studere debeant: ad hanc reformationem (quæ licet hìc sumatur simul, etiam inter duas hebdomades sequentes est dividenda) ista ferè notanda sunt.

Ad excitandum se ipsum in tali reformatione, ut semper agat ad modum Incipientis in via Domini. *Mai.* 5. *Iun.* 28.

Ne parva contemnat. *Aug.* 8. *Nov.* 20. 29.

Ut continuum faciat in fervore perfectionis progressum. *Aug.* 26. *Mart.* 2. *Dec.* 2. *Jun.* 3.

Ut accuratè observet, quæ spectant
Ad Obedientiam. *Iul.* 8. *Aug.* 1.
Ad Paupertatem. *Aug.* 1. *Dec.* 10.
Ad Castitatem. *Iul.* 12.

Ut abstrahat sese à commoditatibus superfluis. *Dec.* 11.

Ut

Ut ſolita pietatis exercitia non negligat. *Iul.* 16.
Præcipuè præſcripta. *Ian.* 8.
Ut æſtimet Lectionem ſpiritualem. *Apr.* 1. *Oct.* 2.
Ut ſtudiosè orationi ſe impendat. *Apr.* 23. *Iul.* 3. *Iun.* 24. *Dec.* 5. 30.
Ut duret conſtanter in deſolationibus Spiritûs. *Apr.* 4. *Mai.* 25.
Et in tentationibus diffidentiæ de propria ſalute. *Aug.* 10. *Oct.* 10.
Ut plurimum in Deo confidat. *Dec.* 25. *Nov.* 26.
Ut æqualiter Deo ſe permittat in adverſis & proſperis. *Ian.* 16. *Mar.* 9. *Aug.* 7. *Sep.* 16. *Iul.* 13.
Ut ſæpe interdiu Dei meminerit, & illi ſe commendet. *Iun.* 12. 21. 27. *Sept.* 3. 4.
Ut cuncta opera magna pariter & parva Deo conſecret rectâ intentione. *Feb.* 17. *Mart.* 27.
Ut propriam frangat voluntatem. *Ian.* 15.
Ut amet mortificationem tam internam quàm externam. *Mart.* 17. *Nov.* 30.
Ut non omittat corporis caſtigationes. *Mart.* 6. *Sept.* 10.
Ut modeſtè de ſe ipſo ſentiat. *Ian.* 14. *Aug.* 11. *Nov.* 17.
Ne vanam hominum æſtimationem ſectetur. *Feb.* 7. *Mart.* 12. *Mai.* 26. *Iul.* 31.
Ne in propriam laudem loquatur aliquid. *Apr.* 8. nec audiat libenter. *Feb.* 22.
Ut humanos reſpectus liberè contemnat. *Aug.* 25. *Mai.* 9. *Oct.* 3. 13.
Ne in humano commercio duplicitate aliquâ utatur. *Mai.* 7. *Nov.* 5.
Ne tempus otio perdat. *Feb.* 6. *Sept.* 22.
Ut linguæ libertatem moderetur. *Sept.* 23. *Dec.* 13.
Ut nimias caveat amicitias particulares. *Aug.* 9. *Sept.* 30.
Ne attendat, & carpat, quæ geruntur ab aliis. *Octob.* 5.
Ut portet onera proximi. *Mai.* 27. *Dec.* 26.
Ut cum omnibus pacem ſervet. *April.* 17.
Imò omnibus multum charitatis exhibeat. *Ian.* 29. 31. *Iul.* 17. *Aug.* 13.
Ut impatientiam reprimat. *Jan.* 30. *Jul.* 4.
Ad ſtatuendos certos limites circa decentem perſonæ ſuæ tractationem. *Jun.* 15.
Et circa eleemoſynam. *Sept.* 18.
Ad concludendam ſecundam hebdomadem conſideratione magni generali bonorum, quæ habemus in Chriſto. *Apr.* 19. *Jun.* 25.
Et in ejus Cœleſti doctrinâ. *Aug.* 8. *Dec.* 19.
Pro ſecundo modo orandi applicato ſpecialiter Orationi Dominicæ. *Oct.* 16. *uſque ad* 28. *incl.*

Tertia Hebdomas.

Pro introductione ad meditationes de Chriſto patiente. *Jan.* 9.
Quando fit meditatio de ultima cœna. *Jun.* 1.
De rebus in horto geſtis. *Apr.* 22.
De Chriſto ducto ad tribunalia. *Sept.* 7.

De

De flagellatione, probris atque ludibrijs per noctem illatis. *Feb.* 5.
De baiulatione Crucis. *Aug.* 30.
De Crucifixione. *Mai.* 3. *Jun.* 11. *Aug.* 4.
De morte & sepulturâ Christi. *Jul.* 15. *Mai.* 24. *Sept.* 22.

Quarta Hebdomas.

Quando fit meditatio de Christo resurgente. *Mai.* 28. *Jan.* 23. *Jul.* 20. *Mart.* 20.
De Ascensione Domini. *Jun.* 6. *Mart.* 13. *Jan.* 17.
De Gloria Paradisi. *Nov.* 1. *Mai.* 30. *Mart.* 28. *Jan.* 17.
Qualis fuerit amor Dei erga nos. *Febr.* 19.
Qualis esse debeat amor noster erga Deum. *Iul.* 26. 28. 29. 30. *Aug.* 28. *Iun.* 30.
De necessitate perseverandi, quod bene intelligendum in fine Exercitiorum. *Jul.* 24. *Mart.* 10. 18. 26. *Octob* 7. 8. *Apr.* 22. *Febr.* 24. *vel* 25. *Aug.* 22.
De mediis ad perseverandum conducentibus, qualia sunt.
1. Devotio erga B. Virginem. *Aug.* 5.
2. Fuga occasionum periculosarum. *Jul.* 21. *Nov.* 18.
3. Exercitatio earũ maximè virtutum, quibus magis quis indiget. *Mai.* 5.
4. Constans Novissimorum memoria. *Apr.* 2.
5. Et his conjunctus continuus timor sui, & recursus ad Deum. *Ian.* 24. *Febr.* 23. *Apr.* 16. *Feb.* 8. 16. 25. *vel* 24. *Maj.* 2. *Jul.* 5. *Oct.* 14. *Dec.* 15.
Regulæ pro conservandis, quoad fieri potest, solatijs spiritualibus, luminibus, lacrymis &c. quæ quis accepit in Exercitijs. *Maj.* 22.

INDEX III.

De Consensu, quem habent meditationes cum Evangelijs & Epistolis per annum occurrentibus in utilitatem Concionatorum.

Dominica prima Adventus.

Ex Epist.

Sicut in die honestè ambulemus: non in commessationibus &c. *Feb.* 10.

Ex Evang.

Erunt signa &c. *Jul.* 24.

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione &c. *Iul.* 19. *Sept.* 30. *Octob.* 6. 14.

Videbunt filium hominis venientem in nube &c. *vide fer.* 2. *post Dom.* 1. *Quadr.* & *Dom.* 24. *post Pentec.*

Dom. 2.

Ex Epist.

Quæcunque scripta sunt ad nostram salutem scripta sunt &c. *Apr.* 1.

Ex Evang.

Cum audisset Joannes in vinculis &c. *Aug.* 1.

Ite renunciate Joanni quæ vidistis &c. *Dec.* 10.

Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. *Feb.* 1. 12. *Maj.* 9. *Jun.* 4. *Aug.* 30. *Sep.* 7. *Oct.* 4. 13. 29. *Dec.* 24.

Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum &c. *Jun.* 24.

Dom. 3.

Ex Epist.

Nihil solliciti sitis, sed &c. *Apr.* 10 11.

Ex Evang.

Confessus est, & non negavit: quia non sum ego Christus. *Feb.* 11. 26 *Mar.* 14. *Apr.* 13. *Jul.* 10. *Aug.* 1. 23. 29. *Nov.* 17. *Dec.* 13. 31.

Ego vox clamantis in deserto. *Jun.* 24. *Aug.* 11.

Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. *Sept.* 3. 4.

Dom. 4.

Ex Evang.

Venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorũ. *Jan* 3. *Feb* 3. 5. 13. 14. 21 27. *Mart.* 6. 8. *Jul.* 16. 26. *Sept.* 20. *Dec.* 29.

Parate viam Domini: rectas facite semitas ejus &c. *Mart.* 31. *Dec.* 19.

In Nativitate Domini.

1. Missa.

Ex Epist.

Apparuit gratia Dei &c. *Dec.* 27.

Ex

Ex Evang.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Mart.* 28.

Ex Evang.

Pastores loquebantur ad invicem: transeamus usque Bethlehem. *Jan.* 5. 11. *Maj.* 7. *Jun.* 4. 10. *Jul.* 8 *Dec.* 23.

Invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio. *Dec.* 22. 24.

3. Missa.

Ex Epist.

Multifariam, multisque modis &c. *Dec.* 29.

Ex Evang.

Omnia per ipsum facta sunt. *Dec.* 31.

Quod factum est in ipso vita erat. *Mart.* 25.

Erat lux vera &c. *Apr.* 12.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Apr.* 7. *Dec.* 31.

In festo S. Steph.

Dec. 26.

In festo S. Jo. Ev.

Dec. 27.

In festo SS. Innoc.

Dec. 28.

Dom. infrà Oct. Nativ.

Ex Evang.

Ecce positus est hic in ruinã, & resurrectionem multorum, & in signum &c. *Mai.* 3. *Jan.* 19.

In festo S. Silvestri.

Ex Evang.

Si sciret Paterfamilias, qua hora fur veniret. *Dec.* 16.

Et vos estote parati. *Aug.* 5.

In Circumcis. Dom.

Ex Epist.

Apparuit gratia Dei &c. *Dec.* 25.

Ex Evang.

Vocatum est nomen ejus Jesus. *Jan.* 11. *Apr* 19. *Jun.* 11. *Sept.* 22. *Nov.* 26. *Dec.* 9. 14.

In Epiph. Dom.

Ex Evang.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolimam. *Jan.* 6. *Feb.* 19. 24. *Aug.* 16. *Sept.* 14. 21.

Vidimus & venimus. *Jul.* 8. *Sept.* 15. 27. *Oct.* 1. *Dec.* 18.

Dom. infra Oct. Epiph.

Ex Epist.

Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra &c. *Mart.* 6.

Nolite conformari huic seculo, sed reformamini &c. *Sept.* 27.

Ex Evang.

Et Jesus proficiebat sapientia &c. *Apr.* 13. *Aug.* 26.

Dom. 4. post Epiph.

Ex Epist.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Sept* 19.

Ex Evang.

Domine si vis potes me mundare. *Jan.* 25. *Dec.* 12. 23.

Accessit ad eum Centurio &c. *vide Feer.* 5. *Cin.*

Dom. 4. post Epiph.

Ex Evang.

Ecce motus magnus factus est in mari. &c.

Domine salva nos, perimus. *Octob.* 14. *Ian.*7. *Febr.*16.28.29. *Mar.*1. *Maj.*2. *Iul.*5. *Nov.*3.

Dom. 5. post Epiph.

Ex Epist.

Induite vos sicut electi Dei &c. *Dec.* 26.

Super omnia autem hæc, charitatem habete. &c.

Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere &c. *Feb* 17.

Ex Evang.

Seminavit bonum semen in agro suo. *Ian.*2. *Mart.*21. *Apr.*1. *Sept.*1.

Venit inimicus homo, & superseminavit zizania. *Ian.*27. *Iun* 17.

Sinite utraque crescere usque ad messem. *Jan.*4. 20. *Febr.*12.18. *Iun.*21. *Nov.*27.

Triticum autem congregate in horreum meum. *Iun.*28.

Dom. 6. post Epiph.

Ex Evang.

Simile est Regnum Cælorum grano sinapis, quod minimũ quidem est &c. *Nov.* 20.29. *Dec.*30.

Eructabo abscondita à constitutione Mundi. *Dec.*30.

Dom. in Septuag.

Ex. Epist.

Nescitis, quòd ij, qui in stadio currunt &c. *Mart.*8.

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum &c. *Sept.*10.

Ex Evang.

Quid hic statis tota die otiosi? *Iul.*1. *Dec.*11. *Mart* 2.15. 19. *Apr.*21. *Maj.*20. *Aug.*31.

Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis. *Mart.*14. *Maj.* 30. *Iun.* 25. 28. *Iul.* 16. *Aug.*21. *Octob.*3.

Tolle quod tuum est, & vade. *Sept.* 9.

Dom. in Sexag.

Ex Epist.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. *Nov.*17.

Ex Evang.

Exiit qui seminat &c. *Aug.*11. *Iul.*3.

Audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Ian.* 23. 30. *Mai.*15. *Aug.* 22. *Dec.*2.

Dom. in Quinquag.

Ex Epist.

Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus. *Apr.*15.

Ex Evang.

Qui præibant, increpabant eũ, ut taceret, ipse verò multò magis clamabat. &c. *Mart.* 12.23. *Apr*13.23. *Iun.*21. *Aug.* 25. *Sept.*28. *Octob*3.

Quid vis ut faciam. *Dec.*1.

Domine ut videam. *Feb.*11. *Maj*13.

Feria 4. Cin.

Ex Epist.

Convertimini ad me in toto corde vestro. *Apr.*3. *Febr.*3.

In jejunio, & fletu, & planctu. *Febr.* 13. *Apr.*21. *Nov.*9.

Memento homo &c. *Maj.*6. *Apr.*2.

Ex Evang.

Cum jejunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes &c. *Sept.*6.16.

Feria 5.

Feria 5. Cin.

Ex Epist.

Dispone domui tuæ quia morieris tu, & non vives. *Apr.* 5. 18. *Maj.* 6. 13. 28. *Iun.* 7.

Ex Evang.

Puer meus jacet in domo paralyticus. *Ian.* 29.

Ego veniam, & curabo eum. *Ian.* 6.

Non inveni tantam fidem in Israel. *Dec.* 21. *Apr.* 4.

Feria 6.

Ex Epist.

Rogant me judicia justitiæ &c *Iul.* 19.

Frange esurienti panem tuum &c. *Sept.* 18.

Ex Evang.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros &c. *Apr.* 27. 17. *Ian.* 28. 30. 31. *Feb.* 12. *Mart.* 23. *Maj.* 27. *Iun.* 5. 17. *Jul.* 4. 18. 30. 31. *Aug.* 13. 25. *Sept.* 9. 19. *Octob.* 25. 30. 31. *Nov.* 11. 13. *Dec.* 16.

Attendite ne justitiam vestram faciatis &c. *Sep.* 16.

Dom. 1. Quad.

Ex Epist.

Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Dec.* 18.

Ex Evang.

Ductus est Jesus in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo &c. *Oct.* 9. 11. 26. *Ian.* 14 17. *Feb.* 23 28. 29. *Mart.* 7. *Apr.* 13 16. 26. *Maj.* 8. *Iun.* 20 30. *Iul.* 5. 13. 16 20. 21. 25. *Aug.* 8. 24. *Sept.* 2. 5. 12. 25. 26. *Nov.* 17. 26.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *Maj.* 31.

Angelis suis Deus mandavit de te &c. *Octob.* 2.

Feria 2. post Dom. 1.

Ex Evang.

Cùm venerit filius hominis in majestate sua &c. *Mart.* 3. *Apr.* 9. 20. 24. *Mai.* 9. 13. 19. *Iun.* 8. 18. 22. *Iul.* 9. 19. 24. 27. *Aug.* 3 21. *Sept.* 18. 30. *Octob.* 10. 14. *Nov.* 16. 27.

Venite benedicti patris mei &c. *Nov.* 23. *Oct.* 29.

Feria 3. post Dom. 1.

Ex Evang.

Domus mea Domus Orationis vocabitur &c. *Sept.* 3. 4.

Feria 4. post Dom. 1.

Ex Evang.

Tunc vadit, & assumit alios septem spiritus secum nequiores se. *Dec.* 6.

Feria 5. post Dom. 1.

Ex Evang.

Et ecce mulier Cananæa &c. *Dec.* 5. 23. *Ian.* 6. *Apr.* 10. 11. 23. *Mai.* 10. 11. *Iun.* 12. 14.

Feria 6. post Dom. 1.

Ex Evang.

Est autem Ierosolymis Probatica Piscina. *Maj.* 21.

Hunc cum vidisset Jesus jacentem &c. *Feb.* 19. 24. *Mart.* 18. *Maj.* 18. 24. *Jul.* 22. *Sept.* 18. 21.

Vis sanus fieri. *Jul.* 6.

Hominem non habeo. *Dec.* 9.

Vade, & jam noli peccare &c. *Feb.* 21. *Mar.* 8. 27. *Apr.* 3. *Maj.* 2. 12. 23. *Iun.* 16. 22. *Nov.* 18. 22. *Dec.* 2.

Dom. 2. Quad.

Domine bonum est nos hic esse. *Ian.* 27. 23. *Mar.* 13. 20. 28. *Mai.* 30. *Iun.* 5. *Iul.* 20. *Aug.* 10. 14. 15. 22. 28. *Octob.* 3. 21. 22. 29. *Nov.* 1. *Dec.* 24.

Hic est filius meus dilectus &c. *Aug.* 6.

Feria 2. post Dom.

In peccato vestro moriemini. *Iun.* 7. *Iul.* 17. 14. 24. *Jan.* 4. *Feb.* 3. 11. 18. 21. 25. 27. *Mart.* 8. 11. 16. 26. *Apr.* 5. 14. 18. *Mai.* 4. *Aug.* 21. *Sept.* 22.

Feria 3. post Dom. 2.

Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. *Apr.* 18. *Mai.* 4. 14. *Jun.* 2. 9.

Omnia quæcunque dixerint vobis servate, & facite. *Iul.* 8. *Sept.* 25.

Alligant onera gravia, & importabilia &c. *Mai.* 27.

Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. *Sept.* 16. *Mart.* 12.

Dilatant philacteria sua &c. *Feb.* 12. *Aug.* 14. *Mart* 4. 14.

Qui se exaltaverit, humiliabitur. *Jan.* 5. *Mart.* 14.

Qui se humiliaverit, exaltabitur. *Aug.* 15. *Jun.* 4.

Feria 4. post Dom. 2.

Dic ut sedeant &c. *Iul.* 10. *Mai.* 14. *Jun.* 2 *Aug* 23. *Mart.* 14. *Feb.* 12.

Nescitis quid petatis. *Mai.* 10.

Poterstis bibere Calicem &c. *Apr.* 22.

Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. *Sept.* 9. *Feb* 7. *Iul.* 31.

Principes Gentium dominantur eorum &c. Vos autem non sic. *Sept.* 27. *Mart.* 23.

Feria 5. post Dom. 2.

Mortuus est dives, & sepultus est in Inferno. *Jun.* 3 20. 22. 28. *Feb.* 18 26. *Mar* 5. *Ap.* 14 *Mai.* 17. 19. *Jun.* 2. *Iul.* 11. 23. *Aug.* 20. 27. *Oct.* 8. *Nov.* 18. *Dec.* 4. 17.

Feria 6. post Dom. 2.

Hic est hæres: Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem. *Mart.* 30. *Jun.* 15.

Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus illius. *Jan.* 14. *Feb.* 16. 24. *Mar.* 11. *Mai.* 1. *Oct.* 1.

Dom. 3. Quad.

Erat JESUS ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. *Feb.* 4. *Jun.* 16. *Sept.* 11. 13.

In Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. *Iun.* 26. *Sept.* 23.

Cùm fortis armatus custodit atrium suum &c. *Iul.* 21. *Apr.* 16. *Iul.* 23. *Feb.* 17.

Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida &c. *Dec.* 6.

Feria 2. post Dom. 3.

Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. *Ian.* 5. *Oct.* 12. *Nov.* 25.

Et surrexerunt, & ejecerunt illum &c. *Ian.* 10. 13. *Iul.* 24. *Apr.* 7. *Iun.* 19.

Feria 3. post Dom. 3.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe &c. *Feb.* 22. *Mar.* 12. *Apr.* 25.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. *Ian.* 25. *Apr.* 30. *Iun.* 1. 13. *Iul.* 2. *Aug.* 29. *Sept.* 24. *Dec.* 19. 27. *Mai.* 20.

Feria 4. post Dom. 3.

Quare discipuli tui transgrediun-

tur

tur traditionem seniorum &c. *Sept.* 9. *Oct.* 5.

Hypocritæ benè prophetavit de vobis Isaias. Populus hic labijs me honorat &c. *Mai.* 7. *Nov.* 5. *Sept.* 16. *Ian.* 8.

Quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. *Iun.* 26. *Sept.* 23.

Feria 3. post Dom. 3.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus &c. *Ian.* 15. 17. *Feb.* 14. 28. 29. *Mar.* 9. *Apr.* 20. 22. *Mai.* 17. 25. 30. *Iun.* 5. 20. 23. 30. *Iul.* 4. 13. *Aug.* 7. 10. 20. 24. *Sept.* 26. *Oct.* 3. 29. *Nov.* 17. *Dec.* 28.

Feria. 6. post Dom. 3.

IESUS ergo fatigatus in itinere, sedebat sic supra fontem &c. *Ian.* 6. 25. *Feb.* 19. *Mai.* 1. 24. *Iul.* 2. 18. *Aug.* 29. *Dec.* 19.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. *Apr.* 14. *Sept.* 21.

Si scires donum DEI &c. *Ian.* 2. *Mar.* 21. *Iun.* 4. *Iul.* 6. 7.

Forsitan petijsses, & dedisset &c. *Iun.* 14. *Dec.* 5. 23.

Da mihi hanc aquam. *Mai.* 21. *Aug.* 9.

Mirabantur, quia cum muliere loquebatur. *Iul.* 12. 21. *Aug.* 8. *Nov.* 20. 29.

Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci &c. *Apr.* 3. *Mai.* 12. *Sept.* 24.

Ego alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis. *Iun.* 1.

Dom. 4. Quad.

Unde ememus panes ut manducent hi? &c. *Sept.* 18. *Ian.* 29. *Mai.* 17. 27. *Iul.* 18. 30. *Aug.* 21. 22. *Nov.* 11. *Dec.* 24.

Cùm cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. *Feb.* 7. 12. 22. 26. *Mar.* 14. 23. *Apr.* 15. *Mai.* 26. *Iun.* 2. 10. 15. 24. *Iul.* 10. 31. *Aug.* 15. 23. 27. *Oct.* 4. 21. *Dec.* 9. 10.

Feria 2. post Dom. 4.

Invenit in templo vendentes &c. *Sept.* 3. 4. *Ian.* 18.

Cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo &c. *Iul.* 5. 9. 19. *Feb.* 9. *Iun.* 8. *Aug.* 7. *Oct.* 14. 30. 31. *Dec.* 7.

Zelus domus tuæ comedit me. *Mar.* 12. 19. *Apr.* 30. *Iun.* 30. *Aug.* 4. *Oct.* 10. *Dec.* 14.

Feria 3. post Dom. 4.

Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris. *Ian.* 2. 11. 27. *Apr.* 1. *Sept.* 1. 6. *Oct.* 1. *Nov.* 6. *Dec.* 15. 29.

Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex DEO sit. *Sept.* 6. *Nov.* 25. *Dec.* 1. 31.

De turba autem multi crediderunt in eum. *Iun.* 4. 29. *Apr.* 19. 25. *Mai.* 9.

Feria 4. post Dom.

Præteriens IESUS vidit hominem cæcum à nativitate. *Ian.* 26. *Feb.* 11. *Apr.* 12. *Mai.* 29.

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus ejus sis &c. *Aug.* 25. *Mai.* 9. 31. *Iun.* 30. *Oct.* 11. 13. 29. *Nov.* 14. 26.

Feria

Feria 5. post Dom. 4.

Ecce defunctus efferebatur &c. *Jan.* 9. 18. *Feb.* 6. 11. 15. 20. *Mar.* 1. 16. *Apr.* 5. 18. *Maj.* 6. 13. 17. 23. *Jun.* 2. *Dec.* 16.

Feria 6. post Dom. 4.

Lazarus amicus noster dormit. *Jul.* 14. *Aug.* 14.

Domine jam fœtet, quatriduanus est enim. *Apr.* 14.

Lazare veni foras. *Apr.* 3. *Feb.* 10. *Maj.* 24. *Aug.* 3. *Nov.* 2.

Dom. de Passione.

Quis ex vobis arguet me de peccato. *Jan.* 13. *Feb.* 4. 9. *Mar.* 11. *Maj.* 7. 14. 23. *Jun.* 16. *Jul.* 24. 27. *Aug.* 16. *Dec.* 6. *Nov.* 22. *Dec.* 12.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. *Jan.* 10. 11. *Jun.* 3. *Sept.* 1. *Dec.* 18.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. *Maj.* 29. *Sept.* 6. 11. *Nov.* 25.

Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. *Aug.* 2.

Feria 2. in Passione.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *Maj.* 21. *Aug.* 9. 16. *Dec.* 5.

Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent &c. *Jun.* 13.

Feria 3. in Passione.

Si hæc facis, manifesta te ipsum Mundo. *Feb.* 12. 22. *Mar.* 12. 14. *Apr.* 8. *Jul.* 31.

Ego testimonium perhibeo de illo, id est de Mundo, quod opera ejus mala sunt. *Feb.* 27. *Mar.* 23. *Maj.* 29. *Jun.* 10. *Dec.* 13.

Feria 4. in Passione.

Ego cognosco oves meas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis &c. *Jan.* 12. 14 24. *Feb.* 8. 19. 24. *Mar.* 10. 18. 21. 24. 25. *Apr.* 16. *Maj.* 2. 22. 24. *Jun.* 4 20. *Jul.* 5. 6. 10. 19. *Aug.* 21. *Sept.* 10. 14. 30. *Oct.* 3. 10. 12. 14. *Dec.* 2. 23. 25. 26.

De signis Prædestinationis, & Reprobationis. *Jan.* 3. 5. 7. 8. 16. 17. 18. 20. 30. 31. *Febr.* 28 29. *Mar.* 2. 11. 14. 17. 24. 26. *Apr.* 4. 13. 16. 19. 21. 26. *Maj.* 4. 7. 15. 18. *Jun.* 10. 20. 23. *Jul.* 13. 16. 17. 18. 20. 24. 26. *Aug.* 2. 15. 22. 31. *Sept.* 11. 18. 20. 21. 26. 27. *Oct.* 3. 7. 13. 19. *Nov.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 25. 30. *Dec.* 2. 18. 19. 24. 26.

Feria 5. in Passione.

Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix &c. *Jul.* 22. *Jun.* 28. *Feb.* 19. 24. *Mar* 6. 31. *Apr.* 3. 29. *Maj.* 12. *Aug.* 4. *Sept.* 10. 21. *Octob.* 4. 9. *Dec.* 22.

Ut cognovit &c. *Feb.* 3. 21. *Mar.* 8. 25.

Remittuntur tibi peccata. *Jan.* 6. 25. *Apr.* 14. *Maj.* 24. *Sept.* 24. *Oct.* 24. *Dec.* 23. 25.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Jul.* 26. 28. 29. *Aug.* 28.

Feria 6. in Passione.

Si dimittimus eum sic, venient Romani &c. *Jan.* 10. 11 26. 27. *Feb.* 7. 9. 12. 26. *Mar.* 7. 16. 19. 23 *Apr.* 4. 6. 8. 12. 13. 19. 26. 28. *Maj.* 4. 7. 26. 28. *Jun.* 2. 4. 9. 10. 12. 17. *Jul.* 10. *Aug.* 1. 11. 23. *Sept.* 29. *Nov.* 3. 5. 25. *Dec.* 9. 15. 15.

Dom-

Dominica Palmarum.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam &c Feb. 12. Mar. 14. 33. Jun. 14. Jul. 4. Aug. 15. 18. 23. 30. Sept. 27. Nov. 8.

Feria 6. maj. Hebd.

Passio Domini nostri Jesu Christi. Jan. 13. 19. 21. Feb. 1. 5. 7. Mart. 15. 17. Maj. 3. 21. 24. Jun. 11. 19. 30. Jul. 13. 15. Aug. 4. 13. 39. Sept. 7. 13. 14. 22. Oct. 4. Nov. 19. Dec. 14.

Dom. Resurrectionis.

Maj. 28. 30. Jan. 23. Feb. 10. 20. 22. Mar. 13. 22. 28. Apr. 15. 24. Jun. 6. 25. 29. Jul. 14. 20. Aug. 3. 10. 14.

Feria 2. post Pascha.

Duo ex discipulis ibant ipsa die &c. Feb. 6. 20. 27. Mar. 20. 31. Apr. 17. 25. Jul. 10. 25. Aug. 12. Sept. 22. Nov. 15.

Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël, & nunc &c. Jul. 20. Jan. 30. Feb. 2. Mar. 10. 18. Apr. 4. 13. 23. 24. Maj. 5. Jun. 28. 30. Aug 22. 26. Sept. 28. Oct. 8. 29.

Nónne hæc opportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Jan. 12. 17. 19. 30. Feb. 5. 23. 28. 29 Mar. 6. 9. Jun. 5. Jul. 13. 15. Sept. 7. 10. Oct. 3. Nov. 19. 30. Dec. 23. 28.

Feria 3. post Pascha.

Pax vobis: ego sum: nolite timere. Jan. 1. Maj. 1. 15. Jun. 27. Aug. 16. 18. 19. Oct. 22. Nov. 9. 12 13. 18 Dec. 10.

Dom. 2 post Pascha.

Ex Ep.

Christus passus est pro nobis, Sept. 7.

Ex Ev.

Ego sum Pastor bonus &c. Jan. 2. 6. 25. Feb. 19. Mar. 31. Apr. 8. 19. 25. Jun. 19. Aug. 16. Oct. 22. Nov. 26.

Dom. 3. post Pascha.

Ex Ep.

Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos. Jul. 25.

Ex Ev.

Plorabitis, & flebitis vos, Mundus autem gaudebit &c. Jan. 3. 20. 23. Feb. 15. 18. 21. 28. Maj. 25. Jun. 2. Nov. 9.

Dom. 4. post Pascha.

Ex Ep.

Omne datum optimum &c. Jul. 3.

Sit autem omnis homo tardus ad iram &c. Oct. 30. 31.

Ex Ev.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem &c. Jan. 2. 11. 27. Mar. 21. Apr. 1. 25. Maj. 10. 15. Sept. 1. Nov. 6. Dec. 18. 30.

Dom. 5. post Pascha.

Ex Ep.

Qui perspexerit in legem perfectam libertatis &c. Nov. 6.

Si quis putat se Religiosum esse, non refrænans linguam suam &c. Sept. 23.

Ex Ev.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Jan. 6. Apr. 11. 23. Jun. 14. Oct. 16. 28. Dec. 5. 23.

In die Ascensionis.

Ex Ep.

Hic JESUS, qui assumptus est à vobis in Cælum, sic veniet &c. Jun. 6. Feb. 2. Apr. 24. Maj. 28. Sept. 14. Oct. 12. 21. Nov. 1. 15. Dec. 16, 27. 29.

Dom. infra Oct. Asc.

Ex Ev.

Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare DEO &c. *Ian.* 17. 30. *Feb.* 1. 28. 29. *Iul.* 13. *Aug.* 24. *Sept.* 7. *Oct.* 13. 29. *Nov.* 14.

In die Pentecostes.

Feb. 7. *Mar.* 1. *Apr.* 16. *Maj.* 10. 11. 15. *Iun.* 13. *Iul.* 3. 26. 28. 29. 30. *Aug.* 21. 28. *Sept.* 4. 6. 20. 21. *Dec.* 6. 18. 31.

Feria 2. Pent.

Ex Ev.

Sic DEUS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret &c. *Mai.* 25. *Iun.* 21. 25. *Feb.* 19. *Mai.* 1. 24. *Dec.* 25.

Hoc est autem judicium, quia lux venit in Mundum &c. *Apr.* 12. *Mai.* 29. *Iun.* 4.

Feria 3. Pent.

Ex Ev.

Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur &c. *Apr.* 19.

Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant &c. *Ian.* 25. *Feb.* 19. *Mar.* 25. *Mai.* 3. 24. *Iun.* 11. *Dec.* 25.

Dom. Trinitatis.

Ex Ep.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula. *Dec.* 31.

Ex Ev. secundo.

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Iul.* 18.

Date & dabitur vobis. *Sept.* 18. *Nov.* 11.

Mensuram bonam, & confertam &c. *Feb.* 16.

Quid vides festucam in oculo fratris tui &c. *Oct.* 5.

In Festo Corp. Christi.

Ian. 18. *Apr.* 7. *Mai.* 16. 21. *Iun.* 19. *Oct.* 23. 29.

Dom. infra oct. Corp. Christi.

Ex Ev.

Homo quidam fecit cœnam magnam. *Iul.* 7. *Sept.* 29. *Nov.* 10.

Et vocavit multos. *Aug.* 16. *Sept.* 14. *Oct.* 3.

Dom. 3. post Pent.

Ex Ev.

Humiliamini sub potente manu Dei &c. *Aug.* 7.

Sobrij estote, & vigilate. *Sept.* 5.

Ex Ev.

Peccatores recipit, & manducat cum illis. *Ian.* 25. *Iul.* 7.

Gaudium erit coram Angelis DEI super uno peccatore pœnitentiam agente. *Sept.* 24.

Dom. 4. post Pent.

Ex Ep.

Existimo, quòd non sunt condignæ &c. *Mai.* 30.

Ex Ev.

Duc in altum. *Mar.* 2. 27. *Mai.* 5. *Iun.* 3. 28. *Iul.* 18. *Aug.* 26. 28. *Oct.* 11. *Nov.* 4. 15.

Per totam noctem laborantes, nihil cæpimus. *Mar.* 30. *Mai.* 17. *Iul.* 2. *Aug.* 16. 23.

Dom. 5. post Pent.

Ex Ep.

Declinet à malo, & faciat bonum &c. *Nov.* 18.

Si quid patimini propter justitiam, beati. *Nov.* 14.

Ex Ev.

Nisi abundaverit justitia vestra &c. *Iun.* 3.

Audistis, quia dictum est antiquis, non occides &c. Ego autem dico vobis, quòd omnis, qui irascitur fratri suo. *Ian.* 15. *Feb.* 8. *Mar.* 17. *Apr.* 17. 27. *Iul.* 4. 21. 25. 30. *Aug.* 8. 13. *Sept.* 9. 19. *Oct.* 9. 31. *Nov.* 20. 29.

Dom. 6. post Pent.

Ex Ev.

Misereor super turbam, quia ecce jam triduò sustinent me, nec habent, quod manducent. *Ian.* 6. 21. 24. *Mai.* 1. *Iun.* 12 14.

Et habebant piscículos paucos, & jussit apponi. *Feb.* 13. *Apr.* 21 *Iul.* 15.

Dom. 7. post Pent.

Ex Epist.

Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna. *Maj.* 23.

Ex Evang.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium &c. *Jan.* 8. *Apr.* 6 *Maj.* 7. *Sept.* 12. *Nov.* 5. *Dec.* 6.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Jan* 22. *Mart.* 5. 26. *Maj.* 19. *Iun.* 18. *Octob.* 8.

Qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis est, ipse intrabit in Regnum Cælorum. *Ian.* 16 *Febr.* 29. *Mart.* 9. 29. *Apr.* 22. *Maj.* 25. *Iun.* 1. *Iul.* 29. *Aug.* 1. *Oct.* 22. *Dec.* 10. 14. 18.

Dom. 8. post Pent.

Ex Epist.

Si secundùm carnem vixeritis, moriemini, si autem &c. *Sept.* 20.

Quicunque Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. *Dec.* 18.

Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro &c. *Mart.* 24.

Ex Evang.

Redde rationem villicationis tuæ &c. *Feb.* 25. *Mart.* 3. 16. *April.* 5 9. *Maj.* 15. *Jun.* 22. *Jul.* 9. 19. 27. *Sept.* 30. *Nov.* 16. 27.

Dom. 9. post Pent.

Ex Epist.

Qui se existimat stare, videat ne cadat. *Ian.* 14.

Ex Evang.

Videns Jesus Civitatem, flevit super illam. *Ian.* 20. *Feb.* 3. *Maj.* 4. *Iun.* 23. *Sept.* 26.

Si cognovisses & tu &c. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. *Ian.* 26. *Feb.* 11. *Apr.* 12.

Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo &c. *Febr.* 19 21. *Maj.* 19 *Iun.* 7. 22. *Jul.* 9.

Non relinquent in te lapidem super lapidem eò, quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ. *Mar.* 26. *Jul.* 17. 24.

Dom. 10. post Pent.

Ex Evang.

Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam justi, & aspernabantur cæteros. *Febr.* 12. 16. 22. *Apr.* 8. *Maj.* 2. *Iun.* 24. *Iul.* 3. 5. *Oct.* 10.

Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines. *Mar.* 14. *Aug.* 11. 29.

Deus propitius esto mihi peccatori. *Mart* 4 *Apr.* 14. *Maj.* 12. *Jul.* 19. *Nov.* 9. 17. *Dec.* 12. 23.

Dom. 11. post. Pent.

Ex Evang.

Adducunt ei Surdum, & mutum &c. *Mai.* 18.

Deprecabuntur eum, ut imponat illi manum. *Mai.* 27. *Jul.* 2. 28. 30. *Aug.* 13. *Octob.* 18. *Nov.* 11. *Dec.* 19.

Apertæ sunt aures ejus. *Jul.* 7. *Aug.* 3.

Et loquebatur rectè. *Jun.* 26. *Sept.* 23.

Dom. 12. post Pent.

Ex Evang.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videbitis. *Dec.* 21.

Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo &c. *Iul.* 28. 29. *Iun.* 16. *Apr.* 29. *Jun.* 30. *Aug.* 28. *Octob.* 20.

Et proximum tuum sicut te ipsum. *Iul.* 30. *Ian.* 29.

Curam illius habe. *Sept.* 18. *Nov.* 11.

Dom. 13. post Pent.

Ex Evang.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. *Febr.* 4. 12. *Mai.* 7.

Levaverunt vocem dicentes, Jesu Præceptor miserere nostri. *Apr.* 10. 12 *Maj.* 10. 11. *Dec.* 13.

Unus autem ex illis regressus est cum magna voce magnificans Deum. *Mai.* 22.

Non est inventus qui redimet, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. *Feb.* 17 *Apr.* 7. 8.

Dom. 14. post Pent.

Ex Epist.

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. *Maj.* 15.

Qui autem sunt Christi, carnem suam &c. *Mart.* 17.

Ex Evang.

Non potestis duobus dominis servire. *Ian.* 18. *Febr.* 1. *Mart.* 12. 23. *Maj.* 7. 23. *Aug.* 28. *Sept.* 27.

Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis &c. *Apr.* 10. *Aug.* 7. *Mart.* 30. *Jun.* 15. *Iul.* 10.

Quærite primùm Regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. *Ian.* 21. 24. *Octob.* 23.

Dom. 15. post Pent.

Ex Epist.

Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus. *Febr.* 7.

Alter alterius onera portate &c. *Mai* 27.

Si quis existimat se aliquid esse &c. *Aug.* 11.

Quæ seminaverit homo, hæc & metet. *Aug.* 21.

Bonum autem facientes non deficiamus &c. *Aug.* 2.

Ex Evang.

Vide feria 5. post Dom. 4. Quadr.

Dom.

Dom. 16. post Pent.

Ex Evang.

Cum intrasset Jesus &c. & ipsi observabant eum. *Sept.* 9. 12. *Apr.* 17. *Mai.* 7.

Vade, & recumbe in novissimo loco *Iul.* 10. *Octob.* 12.

Omnis qui se exaltat humiliabitur &c. *Ian.* 5. *Mart.* 14. *Iun.* 24. *Aug.* 15. *Dec.* 4.

Dom. 17. post Pent.

Ex Epist.

Obsecro ut dignè ambuletis vocatione &c. *April.* 17.

Ex Evang.

Diliges Dominum Deum tuum &c. *Iul.* 28.

Hoc est maximum, & primum mandatum. *Jul.* 29.

Secundum autem simile est huic &c. *Iul.* 30.

Quid vobis videtur de Christo &c. *Mai.* 9. *Sept.* 3. 6. *Dec.* 10. 30.

Dom. 18. post Pent.

Ex Evang.

Offerebant ei paralyticum jacentem in lecto &c. *Iul.* 2. *Dec.* 19. *Ian.* 31. *Mai.* 27. *Aug.* 29.

Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. *Ian.* 25. *Mai.* 24.

Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. *Nov.* 22.

Videntes turbæ glorificaverunt Deum &c. *Dec.* 31.

Dom. 19. post Pent.

Ex Epist.

Nolite locum dare diabolo. *Iul.* 22.

Ex Evang.

Misit servos suos vocare invitatos ad nuptias. *Mai.* 1. *Iun.* 28.

Et nolebant venire. *Ian.* 10 *Febr.* 21. *Mart.* 8. 11. *Jul.* 17. *Aug.* 9. *Dec.* 11.

Ite ad exitus viarum, & quoscunque inveneritis vocate ad nuptias. *Ian.* 6. 25. *Aug.* 16.

Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. *Dec.* 1. 26.

Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. *Iul.* 11. *Octob.* 8.

Multi sunt vocati, pauci verò electi: *Jan.* 12. *Mart.* 10. 18. *Iul.* 5. *Sept.* 10. *Oct.* 10. 14 *Dec.* 2.

Dom. 20. post Pent.

Ex Epist.

Videte quomodo cautè ambuletis &c. *Sep.* 12.

Ex Evang.

Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. *Dec.* 13 *Mai.* 29. *Iun.* 4.

Rogabat ut descenderet &c. incipiebat enim mori. *Iun.* 7. *Iul.* 8.

Dom. 21. post Pent.

Ex Epist.

Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare &c. *Mai.* 8.

Ex Evang.

Oblatus ei unus qui dicebat ei decem millia talenta. *Octob.* 14.

Serve nequam: omne debitum dimisi tibi. *Octob.* 25. *Mai.* 27. *Aug.* 13. *Jan.* 31. *Iun.* 8 *Dec.* 26.

Tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum debitum. *Jul.* 27. *Aug.* 27.

Dom. 22. post Pent.

Ex Evang.

Verax es, & Viam Dei in veritate doces. *Jan.2. Apr.24. Dec.10.13.25.30.*

Non enim respicis personam hominum. *Dec.7.*

Quid me tentatis hipocritæ. *Mai.7.*

Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. *Aug.29.*

Dom. 23. post Pent.

Ex Evang.

Domine filia mea modò defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam, & vivet. *Jan.1.24. Iun.12.*

Cum vidisset tibicines, & turbam tumultuantem dicebat: Recedite &c. *Mai.12.*

Non est mortua puella, sed dormit. *Jul.14. Aug.14.*

Cum ejecta esset turba, intravit &c. *Jul.31. Sept.16.*

Dom. 24. post Pent.

Ex Evang.

Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto &c. *Febr.4.9.12. Jul.24. Sept.4.*

Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. *Febr.25.27. Jun.7. Jul.17.*

Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum &c. *Jul.24.*

Et virtutes cælorum commovebuntur. *Oct.6.14.*

Videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli cum virtute multa, & majestate. *Jan.22. Mart.3. Apr.9. Mai.19. Iun.9. Sept.14. Nov.26.27. Dec.25.*

Et mittet Angelos suos cum tuba. *Aug.3.20 Sept.30.*

De Dominicis, quæ supersunt post Epiphaniam, vide in propriis locis, uti etiam de festis Sanctorum, quæ occurrunt.

INDEX IV.

Qui exhibet redactas in ordinem omnes illas sacrarum paginarum sententias, quæ singulis Meditationibus argumentum subministrant.

Ex *Deuteronomio*.

Cap. 14. *v.* 14. En Domini Dei tui Cælum est, & Cælum Cæli, terra, & omnia quæ in ea sunt, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amavit eos. *Maj.* 1.

C. 32. 23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. *Nov.* 28.

Ex *Josue*.

C. 5 12. Defecit manna postquam comederunt de fructibus terræ, nec visi sunt ultra cibo illo filij Israël. *Maj.* 22.

Ex *Regum* 1.

C. 15. 23. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. *Jul.* 8.

Ex *Tobia*.

C. 2. 18. Filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. *Mar.* 20.

C. 4. 14. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. *Mart.* 14.

Ex *Job*.

C. 5. 3. Vidi stultum firma radice, & maledixit pulchritudini ejus statim. *Maj.* 4.

C. 6. 10. Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicã sermonibus sanĉti. *Maj.* 25.

C. 7. 1. Militia est vita hominis super terram. *Sept.* 2.

C. 11. 12. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. *Aug.* 1.

C. 14. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. *Maj.* 28.

C. 16. 23. Ecce breves anni transeunt, & semitam per quam non revertar, ambulo. *Feb.* 6.

C. 21. 13. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infetna descendunt. *Febr.* 18.

C. 22. 17. Dicebant Deo: recede â nobis: & quasi nihil posset facere Omnipotens æstimabant eum, cùm ille implêsset domus eorum bonis. *Jan.* 10.

C. 24. 23. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. *Febr.* 21.

C. 26. 13

C. 26. 23. Simulatores, & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt, cum vincti fuerint. *Nov.* 5.

C. 27. 19. Dives cùm dormierit, nihil secum aufert; aperiet oculos suos, & nihil inveniet. *Maj.* 17.

C. 31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine: quam enim partem haberet in me Deus desuper, aut hereditatem Omnipotens de excelsis. *Jul.* 12.

C. 31. 14. Quid faciam cùm surrexerit ad judicandum Deus, & cùm quæsierit, quid respondebo illi. *Mart.* 3.

C. 31. 23. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum: & pondus ejus ferre non potui. *Octob.* 14.

C. 32. 21. Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. *Dec.* 7.

C. 33. 27. Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. *Febr.* 14.

C. 39. 27 Numquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum? in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longè oculi ejus prospiciunt. Pulli ejus lambent sanguinem: & ubicunque cadaver fuerit, statim adest *Dec.* 27.

Ex lib. Psalmorum.

Ps 21 22 Deus meus es tu, ne discesseris à me; quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet. *Mart.* 1.

Ps. 24. 16. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. *Jun.* 21.

Ps. 33. 15. Diverte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. *Nov.* 18.

Ps. 36. 34. Expecta Dominum, & custodi viam ejus, & exaltabit te, ut hereditate capias terram; cùm perierint peccatores videbis. *Apr.* 24.

Ps. 36. 35. Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedrus Libani, & transivi, & ecce non erat, & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus. *Apr.* 28.

Ps. 39. 5. Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates, & insanias falsas. *Jan.* 1.

Ps. 40. 1. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Sept.* 18.

Ps. 48. 13. Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similes factus est illis. *Maj.* 14.

Ps. 48. 15. Sicut Oves in Inferno positi sunt: Mors depascet eos. *Dec.* 17.

Ps. 50. 3. Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. *Dec.* 12.

Ps. 62. 11. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. *Aug.* 27.

Ps. 63. 8. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Oct.* 12.

Ps. 74. 2. Cùm accepero tempus, ego justitias judicabo. *Nov.* 17.

Ps.

Pſ. 76. 6. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Iul.* 23.

Pſ. 76. 19. Sagittæ tuæ tranſeunt; vox tonitrui tui in Rota. *Aug.* 20.

Pſ. 83. 5. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Nov.* 1.

Pſ. 83. 6. Beatus vir cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum in loco quem poſuit. *Nov.* 15.

Pſ. 90. 11. Quoniam Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te, in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. *Oct.* 2.

Pſ. 93. 12. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. *Sept.* 1.

Pſ. 93. 17. Niſi quia Dominus adiuvit me, paulò minus habitaſſet in inferno Anima mea. *April* 14.

Pſ. 100. 10. Initium Sapientiæ timor Domini. *Nov.* 3.

Pſ. 117. 6. Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo. *Nov.* 6.

Pſ. 118. 14. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitijs. *Dec.* 10.

Pſ. 118. 120. Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui. *Iul.* 5.

Pſ. 118. 129. Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. *Dec.* 30.

Pſ. 126. 4. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum. *Dec.* 3.

Pſ. 142. 2. Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Iul.* 19.

Ex *lib. Proverbiorum.*

C. 3. 5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. *Iun.* 12.

C. 3. 18. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderit eam: & qui tenuerit eam, Beatus. *Nov.* 30.

C. 4. 11. Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. *Mart.* 31.

C. 4. 19. Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruunt. *Ian.* 26.

C. 6. 34. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, ne ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. *Iul.* 9.

C. 7. 4. Dic ſapientiæ, ſoror mea es; & prudentiam voca amicam tuam, ut cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit. *Mar.* 7.

C. 8. 7. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. *Dec.* 13.

C. 8. 21. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. *Sept.* 3.

C. 8. 34. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. *Aug.* 3.

C.9. 1. Sapientia ædificavit sibi domum: excidit columnas septem *Dec.8.*

C.9. 11. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. *Apr.6.*

C.11.20 Abominabile Domino cor pravum: & voluntas ejus in his, qui simpliciter ambulant. *Mai.7.*

C.14.13. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. *Febr.15.*

C.15.33. Gloriã præcedit humilitas. *Aug.15.*

C.16, 32. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore Urbium. *Iun.5.*

C.20. 13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, aperi oculos tuos, & saturare panibus. *Jul.1.*

C.21,5. Cogitationes robusti semper in abundantia. *Mar.2.*

C.21.28. Vir obediens loquetur victoriam. *Sept.25.*

*C.23.*18. In timore Domini esto tota die, quia habebis spem in novissimo. *Ian.7.*

C.29.21. Qui delicatè à pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. *Feb.13.*

*C.30.*18. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in Cælo, viam colubri super terram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit; non sum operata malum, *Iun.6.*

Ex *lib.* Ecclesiastæ.

C.7.1. Quid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret, quid conducat sibi in vita sua numerum dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut umbra præterit. *Iul.10.*

*C.7.*19. Qui timet Deum, nihil negligit. *Nov. 29.*

C.9.1. Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurũ servantur incerta *Oct.*10.

*C.*11.3. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. *Jan.4.*

C 12.5. Ibit homo in domum æternitatis suæ. *Ian.28.*

Canticorum.

*C.*6.9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens: Pulchra ut Luna, Electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. *Nov.21.*

*C.8.*1. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera Matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat. *Dec.22.*

*C.8.*6. Fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. *Apr.*28.

C.8.6. Dura sicut Infernus æmulatio. *Apr.* 30.

Ex *lib. Sapientiæ.*

C. 2.4. In malevolam Animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. *Nov* 15.

*C.*3.1. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, & quod à nobis est iter; exterminium; illi autem sunt in pace. *Aug.* 14.

C. 3. 9. Fideles in dilectione acquiescent illi. *Ian.* 16.

C. 8. 16. Intrans in domum meam conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tœdium convictus illius, sed lætitiam, & gaudium. *Iun.* 27.

C. 9. 6. Et si quis erit consumatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua Domine, in nihilum computabitur. *Ian.* 11.

C. 14. 9. Similiter odio sunt Deo Impius, & impietas ejus. *Febr.* 9.

Ex lib. Ecclesiastici.

C. 1. 29. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis. *Ian.* 13.

C. 2. 1. Fili accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *Oct.* 11.

C. 2. 3. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Mar.* 9.

C. 3. 20. Quanto magnus es, humiliare in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. *Jun.* 24.

C. 3. 27. Cor durum malè habebit in novissimo. *Jul.* 17.

C. 4. 33. Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Aug* 24.

C. 3. 4. Ne dixeris peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. *Jun.* 22.

C. 7. 40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. *Apr.* 2.

C. 10. 31. Fili in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum. *Jul* 4.

C. 11. 1. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet. *Maj.* 12.

C. 14. 12. Memor esto quoniam mors non tardat. *Maj* 6.

C. 17. 26. Non demoreris in errore impiorum: ante mortē confitere. *Jun.* 7.

C. 18. 6. Cùm consumaverit homo, tunc incipiet. *Maj.* 5.

C. 18. 22. Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces Dei manet in æternum. *Jun.* 28.

C. 18. 23. Ante Orationem præpara Animam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deum. *Dec.* 1.

C. 18. 27. Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. *Febr.* 8.

C. 18. 31. Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Jan.* 15.

C. 19. 1. Qui spernit modica, paulatim decidet. *Aug.* 8.

C. 22. 28. Fidem posside cum Amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. *Dec.* 24.

C. 25. 13. Quàm magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam, sed non est super timentem Dominum, timor Dei super omnia se superposuit. *Jun.* 8.

C. 27. 4. Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subverteretur domus tua. *Feb.* 16.

C. 17 12. Homo sanctus in sapientia sua manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur. *Apr. 13.*

C. 29. 20. Gratiam fidejussoris ne obliviscaris, dedit enim pro te animam suam. *Iun. 31.*

C. 29. 27. Recupera proximum secundùm virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas. *Jul. 2.*

C. 29. 32. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. *Iun. 19.*

C. 33. 23 In omnibus operibus tuis præcellens esto. *Mart. 27.*

C. 33. 25. Cibaria, & Virga, & onus asino, panis & disciplina, & opus servo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere; laxa manus illi, & quærit libertatem. *Apr. 21.*

C. 34. 7 Multos quidem errare fecerunt somnia, & ceciderunt sperantes in ipsis. *Aug. 23.*

C. 39 28. Quomodo Cataclysmus aridam inebriavit, sic ira Domini gentes, quæ non exquisierunt illum, hereditabit. *Mai. 19.*

C. 41. 1. O mors quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis. *Apr. 18.*

Ex *Isaia.*

C. 1. 2. Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. *Apr. 7.*

C 3 12. Populo meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *Febr. 22.*

C. 12. 3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. *Mai. 21.*

C. 19. 1. Ecce ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægyti à facie ejus. *Maj. 16.*

C. 31. 6. Convertimini sicut in profundo recesseratis filij Israel. *April. 3.*

C. 31. 9. Ignis Domini in Sion, & caminus ejus in Jerusalem. *Aug. 28.*

C. 32. 18. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Mart. 28.*

C. 33 6 Divitiæ salutis, Sapientia, & Scientia: timor Domini ipse est thesaurus ejus. *Dec. 15.*

C. 33 14 Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante. *Mart. 5.*

C. 38. 14. Sicut Pullus hirundinis sic clamabo; meditabor ut Columba. *Octob. 15.*

C. 43 24. Servire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Sept. 22.*

C. 45. 8. Rorate Cæli desuper, & nubes pluant justum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem. *Dec. 20.*

C. 48. 17. Ego Dominus Deus tuus. docens te utilia. *Jan. 2.*

C. 51. 8. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic devorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit. *Aug. 25.*

C. 51. 23. Dixerunt Animæ tuæ: Incurvare transeamus. Et posuisti ut terram corpus tuum & quasi viam transeuntibus. *Octob. 9.*

Ex *Ieremia.*

C. 2. 12. Obstupescite Cæli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer,

menter, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. *Aug.* 9.

C. 4. 14. Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Nov.* 22.

C. 6. 8. Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te. *Sept.* 26.

C. 6, 30. Frustra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. *Jun.* 23.

C. 8. 6. Attendi, & auscultavi: nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens quid feci. *Feb.* 3.

C. 13. 16. Date Domino DEO vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. *Feb.* 27.

C. 15. 17. Solus sedebam, quoniam comminatione replêsti me. *Sept.* 30.

C. 15. 19. Si separaveris prætiosum à vili, quasi os meum eris. *Aug.* 29.

C. 17. 5. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor ejus. *Dec.* 9.

C. 31. 3. In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te miserans. *Feb.* 29.

C. 48. 11. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requievit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt. Ideircò permansit gustus ejus in eo, & odor ejus non est immutatus. *Dec.* 1.

C. 49. 18. Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. *Aug.* 12.

C. 49. 12. Ecce, quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes. *Dec.* 28.

Ex lib. Thren.

C. 3. 22. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. *Mar.* 12.

Ex Baruch.

C. 3. 16. Ubi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in avibus Cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum, qui argentum fabricant, & solliciti sunt: nec est inventio operum illorum? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. *Jun.* 2.

C. 6. 5. Visa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine. *Maj.* 31.

Ex Ezechiele.

C. 7. 16. Erunt in montibus quasi columbæ convallium, omnes trepidi. *Apr.* 16.

C. 16. 8. Eras nuda, & confusione plena, & transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium, & expandi amictum meum super te, & operui

operui ignominiam tuam, & juravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus DEUS, & facta es mihi. *Jul.* 22.

Ex *Osea.*

C. 7. 13. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. *Apr.* 8.

C. 9. 10. Facti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt. *Feb.* 4.

C. 10. 6. Confundetur Israël in voluntate sua. *Mar.* 29.

C. 12. 6. Misericordiam, & Judicium custodi, & spera in Deo tuo semper. *Jun.* 24.

Ex *Micheæ.*

C. 6. 8. Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Utique facere judicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. *Mar.* 21.

C. 6. 14. Humiliatio tua in medio tui. *Mar.* 4.

Ex *Habacuc.*

C. 2. 1. Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. *Oct.* 6.

C. 2. 3. Apparebit in finem, & non mentietur; si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. *Feb.* 2.

C. 3. 2. Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Maj.* 8.

Ex *Sophonia.*

C. 1. 12. Et erit in tempore illo Scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis, Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. *Nov.* 6.

C. 3. 17. Silebit Dominus in dilectione sua, exultabit super te in laude. *Jul.* 26.

Ex *Malachia.*

C. 1. 14. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus Exercituum. *Jan.* 8.

Ex *lib.* 2. *Machabæorum.*

C. 12. 46. Sancta, & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. *Nov.* 2.

Ex *Matthæo.*

C. 5. 3. Beati Pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. *Nov.* 7.

C. 5. 4. Beati Mites: quoniam ipsi possidebunt terram. *Nov.* 8.

5. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. *Nov.* 9.

6. Beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Nov.* 10.

7. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. *Nov.* 11.

8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Nov.* 12.

9. Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur. *Nov.* 13.

10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. *Nov.* 14.

C. 5.16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cælis est. *Sept.* 15.

C. 5.25. Esto consentiens Adversario tuo cito, dum es in via cum eo; ne fortè tradat te Adversarius Judici, & Judex tradat te Ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. *Jul.* 7.

C. 5.44. Ego autem dico vobis: Diligite Inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. *Apr.* 27.

C. 6.1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est. *Sept.* 16.

C. 6.9. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in Cælis, &c. *Oct.* 16. 28.

Pater. *Oct.* 17.

Pater noster. *Oct.* 18.

Qui es in Cælis. *Oct.* 19.

Sanctificetur nomen tuum. *Oct.* 20.

Adveniat Regnum tuum. *Oct.* 21.

Fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra. *Oct.* 22.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. *Oct.* 23.

Et dimitte nobis debita nostra. *Oct.* 24.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Oct.* 25.

Et ne nos inducas in tentationem. *Oct.* 26.

Sed libera nos à malo. Amen. *Oct.* 27.

C. 11.11. Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Oct.* 3.

C. 11.28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Aug.* 16.

C. 11.29. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. *Aug.* 17.

C. 11.26. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. *Aug.* 18.

C. 11.30. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. *Aug.* 19.

C. 12.32. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. *Mar.* 11.

C. 16.26. Quid prodest homini, si Mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? *Feb.* 26.

C. 17.5. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite. *Aug.* 6.

C. 35.34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite Benedicti Patris mei: possidete paratum vobis Regnum à constitutione Mundi. *Nov.* 23.

C. 25.41. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum. *Nov.* 24.

Ex

Ex Marco.

C. 12. 30. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Secundum autem simile est illi; Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. *Iul. 28.*

C. 12. 31. Diliges Dominum Deum tuum &c. & hoc est primum mandatum. *Iul. 29.*

C. 12. 31. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. *Iul. 30.*

C. 12. 33. Diligere proximum tanquam se ipsum majus est omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs. *Ian. 29.*

C. 13. 33. Videte, Vigilate, & Orate; nescitis enim quando tempus sit. *Feb. 11.*

Ex Luca.

C. 1. 28. Ave Maria gratia plena. *Sept. 37.*

C. 1. 51. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. *Sept. 29.*

C. 3. 17. Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. *Jun. 18.*

C. 6. 23. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in Cælo. *Jun. 25.*

C. 6. 24. Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. *Ian. 20.*

C. 6. 25. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. *Jan. 3.*

C. 6. 36. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Jul. 18.*

C. 9. 41. Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? *Oct. 5.*

C. 9. 23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. *Nov. 19.*

C. 9. 62. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est Regno Dei. *Sept. 28.*

C. 10. 21. Confitebor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelâsti ea parvulis. *Jun. 4.*

C. 11. 13. Si vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de Cælo dabit spiritum bonum petentibus se. *Jun. 24.*

C. 12. 5. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete. *Jan. 22.*

C. 12. 8. Dico vobis: omnis, qui confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis suis. *Maj. 9.*

C. 12. 20. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parâsti, cujus erunt? *Mar. 16.*

C. 12. 40. Estote parati, quia qua hora non putaris, filius hominis venet. *Apr. 5.*

C. 13. 24. Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. *Jan. 12.*

C. 15. 7. 10. Dico vobis, gaudium erit

erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia. *Sept.* 24.

C. 16. 10. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est; & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. *Nov.* 20.

C. 16. 15. Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. *Feb.* 12.

C. 18. 1. Oportet semper orare, & non deficere. *Apr.* 23.

C. 21. 19. In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Jan.* 30

C. 21. 36. Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. *Feb.* 24. 25.

C. 22. 28. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. *Oct.* 29.

Ex *Joanne.*

C. 1. 26. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. *Sept.* 3.

C. 3. 8. Spiritus ubi vult spirat: & vocem ejus audis; sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. *Sept.* 21.

C. 3. 14. Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Maj.* 3.

C. 3. 16. Sic Deus dilexit Mundum, ut filium suum Unigenitum daret. *Mar.* 25.

C. 3. 19. Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum; & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. *Apr.* 12.

C. 4. 34. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. *Jun.* 2.

C. 5. 28. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocē filij Dei; & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionē vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionē Iudicij. *Aug.* 3.

C. 5. 44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis. *Jul.* 31.

C. 7. 38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. *Jun.* 13.

C. 8. 35. Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati. *Jun.* 16.

C. 8. 44. Vos ex patre Diabolo estis; & desideria Patris vestri vultis facere. *Sept.* 11.

C. 8. 51. Amen autem dico vobis; Si quis sermonem meum servaverit, morte non videbit in æternum. *Aug.* 2.

C. 10. 9. Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. *Apr.* 19.

C. 12. 31. Nunc judicium est Mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum. *Sept.* 13.

C. 12. 31. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsũ. *Sept.* 14.

C. 13.35. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *Jan.* 31.

C. 14. 6 Ego sum Via, & Veritas, & Vita. *Apr.* 25.

C. 15. 5. Ego sum Vitis, vos Palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. *Oct.* 7.

C. 15. 6 Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. *Oct.* 8.

C. 15 12. Hoc est præceptum meũ, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. *Aug.* 3.

C. 18. 11. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Apr.* 22.

C. 30. 29. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. *Dec.* 21

Ex Epistola Pauli ad Romanos.

C. 2. 4. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *Mar.* 8.

C. 6. 23. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna. *Maj.* 22.

C. 8 13. Si secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Sept.* 20.

C. 8. 14. Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. *Dec.* 18.

C. 8. 16. Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Mar.* 24.

C. 8. 18. Existimo enim, quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Mai.* 30.

C. 8. 26. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: Nam, quod oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Maj.* 10.

C. 8. 26. Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Maj.* 11.

C. 8 28. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti. *Jun.* 20.

C. 8 26. Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse Primogenitus in multis fratribus. *Jul.* 13.

C. 8. 15. Quis nos separabit à charitate Christi? an tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eũ, qui dilexit nos. *Jan.* 30.

C. 10. 12. Idem Dominus omnium dives in omnes, qui invocant illũ. *Jul.*

C. 11. 12. Vide bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Feb.* 24. & 25.

C. 11. 36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula. Amen. *Dec.* 31.

C. 12. 1. Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam

hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. *Mar. 6.*

C. 12. 2. Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. *Sept.* 27.

C. 12. 21. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Sept.* 19.

C. 13. 13. Sicut in die honestè ambulemus: non in commessationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. *Feb.* 10.

C. 14. 7. Nemo nostrum sibi vivit, & nemo nostrum sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur: Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. *Dec.* 14.

C. 15. 4. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pacientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus. *Apr.* 1.

Ex Epist. 1. ad Corinthios.

C. 2. 10. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. *Dec.* 6.

C. 2. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere. *Sept* 6.

C. 3. 13. Uniuscujusque opus manifestum erit; Dies enim Domini declarabit: quia in igne revelabitur; & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. *Apr.* 20

C. 3. 18. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deũ. *Maj.* 26.

C. 6. 19 20. An nescitis, quoniam non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. *Mar.* 15.

C. 9. 24. Nescitis, quòd ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium! Sic currite, ut comprehendatis. *Mar.* 18.

C. 9. 20. Ego igitur sic curro non quasi in incertum, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne fortè cùm alijs prædicaverim, ipse reprobus efficiar. *Sept.* 10.

C. 10. 12. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. *Jan.* 14.

C. 10. 21. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum. *Jan.* 18.

C. 13. 11. Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli. *Apr.* 15.

Ex Epist. 2. ad Corinthios.

C. 4. 4. Deus hujus sæculi excæcavit mentes Infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. *Maj* 29.

C. 4. 17. Id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. *Mar.* 13.

C. 5 10. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. *Apr. 9.*

C. 5. 14. Charitas Christi urget nos, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. *Aug. 4.*

C. 6. 16. Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. *Sept. 4.*

C. 12. 9. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. *Nov. 17.*

Ex Epistola ad Galatas.

C. 1. 10. An quæro hominibus placere: Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. *Mar. 12.*

C. 2. 28. In fide vivo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Jan 21.*

C. 5. 22. Fructus autem Spiritûs sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. *Maj. 15.*

C 5 24. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. *Mart. 17.*

C. 5. 25. Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. *Feb. 7.*

C. 6. 2. Altera alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. *Maj 27.*

C. 6. 3. Si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. *Aug. 11.*

C 6. 8. Quæ seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionē: qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam. *Aug. 21.*

C. 6. 9. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. *Aug. 22.*

C. 6. 14. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo. *Feb. 1.*

Ex Epistola ad Ephesios.

C. 2. 4. Deus qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo. *Mai. 24.*

C. 2. 19. Jam non estis hospites; & advenæ, sed estis cives Sanctorum, & Domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu. *Jun. 29.*

C. 4 1. Obsecro ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis. *Apr. 17.*

C. 4. 15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. *Aug. 26.*

C. 4. 17. Nolite locum dare Diabolo. *Jul. 21.*

C. 4. 29 Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. *Jun. 26.*

C. 5. 11.

C. 5. 15. Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. *Sept. 1. 2.*

C. 6. 13. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus Principes, & potestates, adversus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. *Maj. 8.*

Ex Epist. ad Philippenses.

C. 2. 13 Cum metu, & tremore vestram salutem operamini; Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate *Maj 2.*

C. 2. 21 Omnes quæ sua, sunt quærunt, non quæ Jesu Christi. *Mar. 19.*

C. 3. 7. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. *Octob. 4.*

C. 4. 6. Nihil solliciti sitis. *Apr. 10.*

C. 4. 6. Sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum. *April. 11.*

C. 4. 13. Omnia possum in eo, qui me confortat. *Nov. 4.*

Ex Epistola ad Colossenses.

C. 3. 12. Induite vos ergo sicut Electi Dei, Sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, & donantes vobis metipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. *Dec. 26.*

C 3 17. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi gratias agentes Deo, & Patri per ipsum. *Febr. 17.*

Ex Epist. 1. ad Timotheum.

C. 1 15. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc Mundum peccatores salvos facere; quorum primus ego sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam. *Jan 25.*

C. 4. Exerce te ipsum ad pietatem; nam corporis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. *Jul. 16.*

C. 6. 3. Si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum. *Jun 17.*

C. 6. 8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueũ Diaboli, & multa desideria inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. *Jun. 25.*

C. 6 10. Radix omnium malorũ est cupiditas, quas quidam apperentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. *Mar. 30.*

Ex Epist 2. ad Timotheum.

C. 1. 12. Patior, sed non confundor.

Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. *Aug. 10.*

C. 2. 3. Labora sicut bonus miles Christi. *Maj* 20.

C. 2. 5. Qui certat in agone, non coronatur, nisi legitimè certaverit. *Feb. 23.*

Ex Epistola ad Titum.

C. 2. 11. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ Magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. *Dec. 25.*

Ex Epistola ad Hebræos.

C. 1. 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem Universorum, per quem fecit & sæcula. *Dec. 29.*

C. 2. 1. Abundantius oportet observare nos ea quæ audivimus, nè fortè pereffluamus. *Iun. 3.*

C. 4. 16 Adeamus cum fiducia ad thronum Gratiæ, ut misericordiâ consequamur, & Gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Dec. 23.*

C. 6. 7. Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbã opportunam his, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem. *Mar. 26.*

C. 9 27. Statutum est hominibus semel mori, & post hoc judicium. *Maj. 13.*

C. 10. 26. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiã veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio Iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios. *Iul 24.*

C 10. 28. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. *Jan. 13.*

C. 10 38. Iustus autem meus ex fide vivit *Apr. 4.*

C. 12. 1 Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem confusione contempta. *Feb. 5.*

C. 12. 3. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes: nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes. *Ian. 19.*

C. 13. 12. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperium ejus portantes. *Aug. 10.*

C 13. 14. Non habemus hic manentem civitatem, sed futurã inquirimus. *Febr. 20.*

Ex

Ex Epistola D. Iacobi.

C.1.2. Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incidetitis. *Febr.* 28.

C.1.3. Probatio fidei vestræ patientiam operatur; Patientia autem opus perfectum habet. *Feb.* 29.

C.1.5. Si quis vestrum indiget Sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. *Dec.* 5.

C.1.12. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. *Iun.* 17.

C.1.17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Iul.* 3.

C.1.19. Sit autem omnis homo tardus ad Iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur. *Oct* 29.

C.1.20. Ira viri justitiam Dei non operatur. *Oct.* 30.

C.1.25. Qui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. *Nov.* 6.

C.1.26. Si quis putat se Religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est Religio. *Sept.* 23.

C.3.15. Nolite gloriari, & mendaces esse, adversus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. *Jan.* 27.

C.3.16. Ubi zelus & contentio; ibi inconstantia, & omne opus pravum. *Sept* 9.

C.4.4. Quicunque voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. *Mart.* 23.

C.4.6. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Ian.* 5.

C.4.13. Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. *Ian.* 9.

C.5.20. Qui converti fecerit Peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animã ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum. *Dec.* 19.

Ex Epist. 1. D. Petri.

C.2.11. Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant adversus animam, conversionem vestram inter gentes habentes bonam. *Iul.* 25.

C.2.21. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. *Sept.* 7.

C.4.1. Christo autem passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. *Iul.* 15.

C.4.15. Nemo vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. *Octob.* 13.

C.5.6. Humiliamini sub potente manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis omnem sollicitudinem vestrã proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. *Aug.* 7.

C.5.8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C.5.8. Sobrij estote, & vigilate, quia adversarius vester Diabolus, tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide. *Sept.* 5.

Ex Epist. 2. D. Petri.

C.1.10. Fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationē, & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando. *Dec.* 2.

C. 1.20. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. *Oct.* 1.

Ex Epist. 1. D. Ioannis.

C 5. 4. Omne quod natum est ex Deo vincit Mundum, & hæc est victoria quæ vincit Mundum, fides nostra. *Jun.* 10.

Ex Epistola. D. Iudæ.

C.1 13. Hi sunt quibus procella tenebrarum servata est in æternum. *Iul.* 11.

Ex Apocalyps.

C. 2.10. Esto fidelis usque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ, *Iul.* 20.

C.3.3. Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur: & nescies qua hora veniam ad te. *Dec.* 16.

C.3.11. Ecce venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. *Mart.* 10.

C.13. 15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; utinam frigidus esses, aut calidus: Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. *Aug.* 13.

C 3.20 Ecce sto ad ostium, & pulso Si quis &c. *Iul.* 6.

C.3.20. Si quis audierit vocem meā, & aperuerit mihi januam, introbo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *Iul.* 7.

C.14.13 Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo jam dicit spiritus, ut requiescāt à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. *Iul.* 14.

C.18.7. Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. *Dec.* 4.

Omnia ad Majorem DEI Gloriam.

Errata.

PAG. 12. col. 2. n. 4 li. 3. quàm illa, le. quòd illa.
p. 24. col. 1. li. 2. coopera. le. cooperta.
p. 51. col. 2. li. 3. Invidia. le. Invidiam.
p. 65. col. 2. li. 30. affers. le. offers.
p. 111. col. 1. li. 21. Rapæ. le. Papæ.
p. 113. col. 2. li. 17. tuam le. tum.
p. 123. col. 2. li. 5. illud le. illum.
p. 125. col. 1. li. 27. quòd le. quid.
p. 128. col. 1. li 3. quid ergo agas, quàm. le. quid ergo agis, quòd.
p. 134. col. 1. li. 26. semper. le. super.
p. 161. col. 2. li. 2. ad quam. le. ad quod.
p. 170. col. 1. li. 12. lucri. le. luero.
p. 214. col. 1. li. 11. sicut homo habet diem suum justum. le. sicut homo habet diem suum iniquum respectu Dei, ita Deus habet diem suum &c.
p. 219. col. 2. in fin. calicem appellans. le. dum calicem appellat.
P. 247. col. 1. li. u. pertineat. le. pertinent.
p. 265. in tit. collectatio. le. colluctatio.
p. 297. col. 1. li. 26. Justitiam vindic. le. quàm Justitiam.
P. 348. col. 1. li. 4. Ita est. le. Iste verò.
P. 358. col. 1. li. 33. vigore. le. rigore.
P. 424. col. 1. li. 11. quòd. le. quoad,
P. 540. col. 1. li. 16. posset ostij. le. postes ostij.
P. 617. col. 1. li. 18. comburetur. le. combureretur.
p. 617. col. 1. li. 28. privatam. le. privatum.
p. 617. col. 1. li. 29. vigor. le. rigor.
p. 699. col. 2. li. 2. nec. le. ne.
p. 811. col. 1. li. 13. servat. le. serviat.
p. 826. in tit. 2. Malach. le. 2. Machab.
p. 826. col. 2. li. 16. vivorum cum vivis. *adde*. defunctorum cum defunctis, defunctorum cum vivis.
p. 852. col. 2. li. 6. desideria. le. desidera.
p. 863. col. 2. li. 19. temperato. le. temperatus.
P. 864. col. 1. li. 9. quoniam filij Dei vocabuntur. le. *quoniam filij Dei erunt.* sed dicere *vocabuntur*.
p. 864. col. 2. li. 9. flumen. le. sicut flumen.
p. 988. col. 2. li. 2. charitate. le. claritate.
p. 988. col. 2. li. 32. contingit. le. contigit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

p. 989. col. 1. li. 17. Iubentur. le. jubemur.
Ib. col. 2. li. 1. conſtitutus. adde eſt.
p. 991. col. 1. li. 4. meditatus. le. mediatus.
p. 992. col. 1. li. 21. appareat. le. apparent.
Ib. col. 2. li. 19. non. le. nec. tuorum le. tuarum.
p. 1002. col. 2. li. 4. parandum. le. parendum.
p. 1003. col. 2. li. 31. utcunque. le. utrumque.
p. 1004. col. 1. li. 16. non iſta. le. nam iſta.
p. 1008. col. 2. li. 3. allagere. le. allegare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Manna
P. Segneri
D VII

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN